…ñe vbi dicatis ℞nugnus
…une · t aḋ ꝓximū nobis cōu
…uemur sufficiū · ℣ · Hac
…nitas dñe repleat … ralv.
…ilz ꝓra ꝯs ut t salutaia
…a capiam⁹ · t nia nūq⁹ lau
…abimus · ℣ ·

℟s · Mortificate mēbra
…ra q sūt sup tram · for-
…icōm īmūdiciā · libidinem
…pscentiā malā · t auaria
…ue ē ydolox seruitus · ꝓter
…eīt ira dei ī filios īcredulita
…is in quibz t uos ambulastis
…ndo eī uiuebatis ī illis · ℣ ē
…o dē ponite t uos oīa · ira
…nationē · malitiā · blasphe
…iā · turpē sermonē de ore ue
…ne emittatis · ℣olite mē
…tire ī · exspoliātes uos ue
…tū hominē cū actibz suis · t
…uētes eū q renouat ī ag
…ōnē scīm ymaginē ei⁹ q
…uit eū · ubi nō ē gentilis
…ideus · circūcisio t ꝓpucū ·
…r barus t scyta · seruus t li
…ꝛ oīa t ī oībz xp̄s · …
…llo ē · d · t · d · s · Solute …
…ire quō uenī soluere legē
…t ꝓphās : nō uenī soluere ·
…dimplere · Amē dico uobis :
…ec tranſeat cælum t terra

iota unū aut unus apex nō pre
tibit a lege donec oīa fiant ·
Qui g̃ soluit unū de mādatis
istis mīmis t docuerit sic ho=
mines : mīm⁹ uocabit ī regno
celox · Qui aūt fecit t docue
rit · hic magn⁹ uocabit ī regno
celorum ·

℣ illo t̄ · d · t · d · s · Impossibile
est ut ueniāt scāndala : ue aūt
illi p quē uenīt · Melius ē
illi si lapis molaris impona
t̄ circa collum ei⁹ t precipit⁹ u
mare · quā ut scāndalizet unū
de pusillis istis · Attendite
uobis · Si peccauerit frat⁹ tuus
increpa illū · Et si pnitentiā
egerit · dimitte illi · Et si pec
ierit die septies ī die · septies q̃ conuer
sus fuerit ad te dicēs pnitet me ·
dimitte illi · Et dixerūt apli
mō · Adauge nob̄ fidē · Dixit
aūt dñs · Si habētis fidē sic
granū sinapis t dicētis hu
ic arbori moro · eradicare et
trāsplantare ī mare · t obedi
et uob̄ · Qs aūt uestrū habē
tē seruū halēs aut pascentē
q̃ regresso de agro dicat illi statim
trāsi · recūbe · t nō dicat et para
q̃d cenē t p̄ngere t mīstra mi-
hi et manducem t bibam et

Hucaics …

CES R
54090
TOURS

F. Ambrosij Calepini Bergomatis

professionis Eremitanæ Dictionariũ Ex optimis quibusq; authoribus. Nonio Marcello: Festo Põpeio. M. Varrone: Pediano: Seruio: Donato: Cornucopię Petorino Lau. Vallen. Tortelliog. Pręterea ex Suida greco alliſq; compluribus: Nullo fere vocabulo cornucopię prętermiſſo ſtudioſe collectum: & ab Aſcenſio diligenter recognitum atq; impreſſum.



CALEPINVS ad librum.

Mos eſt putidus: & nouus repertus:
Ingens materia vt queat videri:
Pręclaruſq; liber: bonuſq; totus:
Verſus addere nominis probati:
Mentitis titulis: rubore nullo:
Obſcuriq; viri: rudiſq; vatis:
Auctor ſic quaſi tunc: bonuſq; fiat.
Nullis mobile veritas: fideſq; eſt.
Iis demptis liber exeas aperta
In vulgus facie: fauore nullo:
Et gratis galeatus: & latinis
Nam (credas) alii magis: q̃ ipſe
Quærent auxilium: petas ab illis.
Sed ſi flatus olet: proba: legaſq.

Ambroſius Calepinus Eremitanus Senatui: Populoq; Bergomẽſi Salutẽ plurimã dicit.

QVres anni ſunt Magnifici: cõſũmatiſſimiq; viri ex quo: vel a pphanis: tũ veteribus: tum tecẽtibus: vel a catholicis: & iis ſane doctiſſimis: ſanctiſſimiſq; viris cõplurimas dictionũ interpretationes: quæ mihi ad pnoſcẽdas auctorũ ſententias idoneæ viderentur excerpere: atq; in vnũ cœpi cogere. Quod plane opus ſic a me ſuſceptũ eſſe velim exiſtimetis: vt aliis: & mihi ĩ primis vſui quãdoq; futurũ eſſe confiderem. Non eñ tam inſtruẽdorũ alioꝝ: q̃ mei exercendi ingenii gratia id efficere aggreſſus ſum. Nam cum a teneris (vt aiunt) vnguiculis inter ſacratorũ numerũ fauẽtibus ſuperis relatus fuiſſem: & neq; declamationibus refragante natura me dedendum putarem: neq; percipiendæ philoſophiæ vlla mihi a patribus facultas daretur: quippe qui in id tẽporis incidiſſem: quo de ſaluandis animis tantũmodo cogitandũ foret: cũ nec tempus oĩno fruſtra terendum ducerem: Haud iniqua res viſa eſt ea me amplecti ſtudia: quæ certam præ ſe ferrent humanitatem. Neq; vero eo vel temeritatis: vel dementiæ redactus ſum: vt bonarũ artiũ ſtudioſis ſatis me facere poſſe exiſtimẽ: quãdo nemo licet ſapientiſſimus id vnq̃ præſtare poterit: certoq; ſciam me nec tanto ingenio: tantaue litteratura præcellere: vt q̃ a Nonio Marcello: Feſto Põpeio: Pediano: Seruio: Donato: Varrone: cæteriſq; latinæ linguæ luminibus elucubrata fuerint: ego ipſe magis religioni dedicatus: q̃ cuipiam diſciplinę: clarius: aut enucleatius ſcribere poſſe confiderẽ. Verũ quia in præſtantiſſimis illis litterarũ antiſtibus plurima deſyderabãtur: ego vt cõmuni ſtudioſorũ vtilitati cõſulerẽ: ac meis pro viribus ſuſcepti muneris officio cumulatiſſime ſatisfacerem: ea carptim ex oĩum pœne diſciplinarũ monumentis expromere conatus ſum: multa contra Laurentiũ Vallam: contra Priſcianũ: alioſq; autores præſtantiorum auctoritate nixus. Plus. n. apud me Ambroſii: Hieronymi: vel Auguſtini grauitas: & doctrina valet: & græcorũ: q̃ Laurentii Vallæ ſtudioſa repręhenſio. Id aũt bene maleve fuerim aſſecutus iudicent alii. Hoc vnum affirmare auſim noſtrum hoc opus & vocabulorũ multitudine: & præpoſitionũ interpretamento: & auctorũ citatione: ordineq; dictionaria cuncta ſuperare. Quod cum in volumen amplum excreuiſſet: ac illud multoꝝ ogatu emittere ſtatuiſſem: patriam delegi: cui id dedicarẽ. Nam cui potũ conſecrari opus de litteratia debuit: niſi patriæ: & illi quidẽ patriæ: in qua magno & excellẽti ingenio viri ſunt: qui de grauitate: de iuris prudentia: deq; omni ſcientiarum genere pręclare meriti eſſent? quos ego tam q̃ obices oblatrantibus cõſtitui opponere. Fere. n. plæriq; oẽs qui in litteris præſertim aliquid edidere: id principi: vel ſenatui cuipiã inſcripſere quærentes vt ab eorũ potentatu: ac magnitudine laboribus ſuis apud oẽs auctoritatẽ: & ab inuidis tutelã: munimẽq; pararent. Prudenter idqdem quãdo ita veteri conſuetudine fieri videmus: vt omni in re: quæ principes probant ea cæteri laudent: cupiant: tueantur. Scio nãq; futuros eſſe: qui labori noſtro detrahant. Ita eñ fit: vt quæcũq; mortales agant ſiue priuatim: ſiue publice calũniæ ſubiacere certũ ſit: nec diuinis operibus maledica lingua parcit. Tantũ ſibi humanus arrogat intellectus. Ego nõ niſi volentibus hæc legenda trado. Multa ſane fateor a me tradita ſunt: quæ alii probent: ab aliis vitio dentur: qđ plæriſq; etiam doctiſſimis vſu ueniſſe compertũ eſt. Velle ſuũ cuiq; eſt (inquit poeta) nec voto viuitur vno. Domus quæ apud forũ extructa eſt q̃ editior ſit: vel depreſſior q̃ æquũ videatur ſæpe contendit. Difficile reor oĩbus placere poſſe. Sed ego non ſolum cuipiam me non prępono: ſed nec æquiparo quidem: eligens cũ propheta abiectus eſſe ĩ domo dei. Quare ſi meũ opus a vobis acceptũ fuerit: illudq; ꝓbaſſe videamini: abeſſe nõ poterit: quin a tam grauibus: tam doctis: tãq; eloquentibus vitis laudatũ: laudandũ quoq; reliqui exiſtiment. Multa vero: imo pœne innumerabilia deſunt ĩ hoc opere. Quis. n. vniuerſa multis etiã queat cõphendere voluminibus? Verum ne longius epiſtolam euagari patiar finem dicendi faciam: ſi modo hoc vnũ vos monitos effecero: quod ad rem plurimũ cõducere videtur: quippe quod vnãquãq; dictionẽ inuentu facilẽ reddit: Nam oẽs orationis partes: aut ſimplices ſunt: aut compoſitæ. Quæ ſimplices ſunt ſuo quoq; loco pro duarũ triũve litterarum præcedentium ordine collocantur. Compoſitarum alias cum ſimplicibus: alias per ſe ſecundum variam multiplicemq; earum ſignificantiam coaptaui ab A littera initium ſumens.

AMBROSII CALEPINI BERGOMATIS EREMITANI DICTIONARIVM.

A NOMEN est litteræ primæ hebreis etiã græcisq; similiter & latinis quæ aspirationẽ accipiẽs interiectio fit: quæ pars humanorũ affectuũ expressiua ẽ qui fere cõtentiore voce: quod suũ aspirationis est: efferũtur. Aspiratur itaq; ah interiectio in fine prẽter vocaliũ morem: quoniam græce ita scribitur cum ψιλη και περισπωμενη estq; particula indignãtis hominis: vt Homer⁹. libro. iliad. ω. pagina. viij. α και σουιδασ ερ αρχη φωρη εστι τυ̃τομερου και κατα αραδι πλωσιρ αα και ερι οτε δερητικον μοριον ωσ ακλιτοσ και ακοιμητοσ ερι οτε αυξητικου ωσ ακοιτισ. Itaq; vel negatiua vel alia: græca est ne forte latinam putares aspirandi vero causa fuit propter afflatũ pronuntiãdi: & differentiã præpositionis. Et modo admirãtis est: vt apud Plau. Ah quid ais. Modo dolentis seu cõmiserãtis. Virg. Spem gregis ah silice in nuda connixa reliquit. & alibi. Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plãtas. Modo ridẽtis & duplicatur triplicaturq; interdũ. Ter. in Eu. Ah: ah ah: perij defessa iam misera sum te ridẽdo. Est & a præpositio. sed sine aspiratiõe ablatiuo per appositionem deseruiens: & ratio est quoniã descẽdit ab græca απο remota vltima syllaba πο remanet in latino psile eadem: si ẽ aspiraretur esset contra græcam doctrinã: & nõ solũ a præpositio venit a græco: sed etiam ab quoniã απο excludit o præsertim in collisionibus vocaliũ: & remanet απ. i. ap: sed π tenuis vertitur latine in β suam mediã & dicitur abομοιωσ και εξ φωρηεντοσ ορτοσ ερ αρχη τησ λεξεωσ και εκ συμφωρου παρογτοσ και το εθοσ και εικωρ τοισ λατιροισ ex καιε. Et motũ de loco significat. Vt a summo ad imũ descendisti. Quãdoq; significat post. Plí. & virus equi a coitu statim collectũ. hoc est statim post coitum. Sic dicimus a partu: a tergo: a funere: a commeatu. quod est post partũ: post tergũ: post funus post cõmeatũ. Suetonius in Cæsare. Plebs statim a funere ad domũ Bruti & Cassij cũ facibus tetendit. hoc est post celebratas exequias. Idẽ in Tiberio. A cõmeatu castra repetentes. Quãdoq; significat de. Terẽ. A villa mercenariũ vidi. Quãdoq; significat q̃. vt est apud Apostolũ. Existimo me nihil minus feciſſe a magnis ap̃lis. Sic ab: vt paulo post. Nihil minus feci ab ijs qui sunt supra modum apostoli. Quandoq; propter. vt ve mundo a scandalis. i. propter scandala vel pro scandalis. Quãdoq; habet vim defensionis & significat pro Cice. in Bruto. Nec vero. M. Cælium prẽtereundũ arbitror quecũq; eius in exitu vel forma vel mens fuit. qui q̃ diu auctoritati meæ paruit. talis. tribunus ple. fuit: vt nemo contra ciuiũ perditorũ populatem turbulentãq; dementiã a senatu & a bonorum causa steterit cõstãtius. vbi quod a senatu ait: & a causa bonorũ: perinde est ac si dixisset: p partibus senat⁹ & bonorũ. Sic dicimus a q̃stionib⁹: a testibus: a voluntate: q̃ locutio creberrima est apud idoneos auctores. Inuenitur etiã alijs modis posi-

tum vt cum dicimus aliquẽ esse a studijs. intelligatur qui præest studijs alicuius puta principis vtpote vir eruditissimus cuius opera in studijs litterarũ vtat. Cõsimiliter. Ab ep̃lis a rõnib⁹. A libellis: q̃ ep̃lis rõnib⁹ libellis supplicib⁹ p̃est. Sue. in Claud. Suphos polybiũ a studijs: narcissũ ab ep̃lis: & pallantẽ a rationib⁹. quos decreto quoq; senatus nõ prẽmijs modo ingentibus: sed & quæstorijs prætorijsq; ornamẽtis ornari libenter passus est. A secreto siue a secretis qui est secretarius. A cõmentarijs q præest cõmentarijs. Hiero. in lib. ij. ℟. Iosaphat erat a cõmentarijs. hunc Asconius appellat commentariensem. A batis qui præest mensuris: vel q annonã mensuris diuidit. Batus eñ Vasis genus est & græcum est: βατοσ ου και ελληνιστι καδοσ και καδισκοσ λεγετε και βατιον eo q̃ sit portatile mõ huc illuc eat ab βαινω οθεν και αβατοσ. Non eñ ab βαδιξω orthographiẽ litteræ declarant si ad formationẽ verba græca canonizentur: prẽterea Theodo. Gaza in pædia cyri. a calculis qui præest calculis: q̃ sunt vasa: A punctis qui præest redditui aquariorum. vt est apud Frõtoniũ lib. ij. de aquæ ductibus. A memoria cuius officiũ est suggerere principi res obeundas & quæ sint agenda in memoriã illius reuocare ex præscripto. a voluptatibus qui studiũ habet inueniendi voluptates. Nam olim Xerses edixit se prẽmiũ ei daturum qui nouũ voluptatis genus reperisset. Suet. in Tib. Deniq; officiũ instituit a voluptatibus præpositio equite Rom. T. Cesonio prisco. A manibus siue a manu dicũtur scribæ quorũ manu ad litteras scribendas principes vti solent. Suet. in Cæs. Nunq̃ nocere sustinuit philomenem a manu seruũ qui necẽ suã per venenũ inimicis promiserat. Hi alio nomine ad manũ dicũtur. Cic. lib. iij de Orat. Liciniũ seruum sibi Gracchus habuit ad manũ. Similiter amãuenses eos Sue. alibi vocat. A pedibus quoq; vocãtur quorũ pedibus ad eundum vtimur. Cice. ad Atticũ. Pollucem seruũ a pedibus romã missum. Mar. Cur nõ mẽsa tibi ponẽ a pedibus. Idem ad pedes eos appellat cũ inquit. Illic retro flexus ad pedum turbã. Alibi. Lagœnã ad pedes replet. Et sciendũ a pedibus p omnes casus eadem terminatione dici. Recte eñ interrogaueris quid agũt a pedibus. intelligitur eñ ibi seruí a pedibus. Missi a pedibus. Dedi a pedib⁹ meis. Hi etiã circũ pedes vocantur. Vnde ait Agretius. Circum pedes sunt obsequia seruorũ ante pedes amicorum. Cic. Circũ pedes autẽ homines formosos & litteratos suos esse dicebat: A pugione dicit qui principis pugionẽ gestat: eiq; semper præsto est. Lampridius in Con. Inter quos libertinus q a pugione appellat⁹ est. Multa sunt alia huiusmodi nomina quę vt Taci. scribit sunt summæ curæ & meditamenta. A cõposita plerũq; separationẽ significat vt Amoueo auello. Quãdoq; priuationẽ. vt Amens sine mente. Sciendũ est q̃ licet a ab & abs eandẽ habeant significationẽ: significãt eñ id qđ apud græcos απο in appositione tamẽ dicimus a domo nõ ab domo q̃ a consonãtibus: aut vocalibus vim cõsonantiũ habentibus: vt a Cicerone a Ioue. a Venere. Ab vero duabus liquidis: & i consonanti: vt ab lege: ab re: ab Ioue: licet quandoq; etiã apud Liuiũ consonantibus iungatur. Cõnectimus quoq; a in cõpositionibus cum m & u consa ij

nãte vt amolior:auocõ. Ab cũ a.d.e.f.i.l.n.o.r.& u:vt abactor:abduco:aberro:abfore: abiuro:ablacto:abnuo:aborior:abrogo:abundo. Notãtur aufero:& aufugio in quibus b.cuphonię cauſa mutatur in u. Et in cõpoſitione quidẽ. Ab nõnunq̃ ſignificat priuationẽ: vt abſimilis nõ ſimilis. Nonnũq̃ ſeperationẽ: vt ī ablacto aufugio. Ponitur interdũ pro extra: vt abduco:& ꝑ contra: vt abuſus cõtra vſum. Aliquãdo ſuperflua eſt: vt apud Liu. Flauius ſupplementũ ab roma abduxerat. In appoſitiõe vero modo motũ de loco denotat vt ab æthere Chriſtus ꝓmicat. Modo ſumitur pro poſt. Iu. Exul ab octaua Marius bibit. Abs tã in appoſitione q̃ in cõpoſitione iungitur: vt abs te: abſtineo: ſepata etiã q. vt abſq; abs quolibet. Abs quiuis. Teren. Abs quiuis hoīe cũ eſt opus beneficiũ accipere gaudeas. Cõponitur aũt cũ c. vt abſcondo ſignificatq; retractionẽ in partem poſteriorẽ ſicut in Abſtraho. Et aliquãdo priuationẽ vt ī Abſthenius quaſi ſine themeto. Ab poſita ꝑ expoſi cõſueuit. Teren. in Ecy. Ab ſeſe ſuã voluptatẽ vt expleat. Ex abs fit compoſitũ abſq;.

¶ Abax acis. a cuius gtõ græco formatus eſt nominatiuus latinus. Abacus. abaci. pe. cor. quo nomine ſignificatur coquorũ tabula: & etiã menſa in qua tã ad edendũ q̃ ad bibendũ vaſa exponũtur. In quẽ ſeſum. Iuue. dixit. Vrceoli ſex ornamentũ abaci. Eſt & mathematicoꝝ tabula in qua lineę numeri & figurę deduci ſolẽt. Perſi. Nec qui abaci numeros & ſecto in puluere metas. ſcit riſiſſe vafer. Apule. in Magia. Verum etiã abaco & puluiſculo deæ dediſſes. Mar. lib. Geo. Abacus nuncupatur res depingendis deſignãdiſq; oportuna formis. Sũt etiã abaci colũnarũ ornamẽta hoc eſt tabulæ quadrę q̃ ſupponũtur epiſtylis. λεγεται γαρ συ τοσ καμαξ. colũna trabs ꝓtica poſtea cũ επι. Vñ Vitr. li. iij. ſcribit abacũ debere eẽ longũ & latũ q̃ craſſa colũna eſt. huius diminutiuũ eſt abaculus

¶ Abaculus ſumit ꝑ calculo. Pli. li. xxxvij. veluti cũ calculi fiũt quos quidã abaculos appellant.

¶ Ab accidẽtibus q̃ accidẽtia ſcribit hoc ẽ cui datũ eſt vt occurrẽtia lr̃is mãdet. vt eſt apd Eſdrã.

¶ Abarimõ: ſcythię regio in quã ſylueſtres hoīes degũt auerſis poſt crura plãtis q̃ maximã hñt velocitatẽ paſſimq; cũ ferís vagãt. Auctor Pli. li. vij.

¶ Abalieno as. remoueo: abſtraho. Plau. in. Cur. nec ꝓhibere qd nec ꝓhibebit niſi mors aĩum meũ abs te abalienauerit: hinc abalienat⁹ dicit quẽ qs a ſe remouerit. alienat⁹ vero q̃ alienus factus eſt.

¶ Abana pe. cor. fluui⁹ damaſci in radicib⁹ libani exortus in ſciriacũ effunditur mare.

¶ Abanec pe. co. cingulũ ſacerdotale ſicut docet Hie. poly. Mira arte ex cocco purpura hyacithoq; cõtextum: ita vt flores atq; gẽmæ in eo viderẽtur

¶ Abbatim pe. cor. mõs excelſus diuidẽs terram amon & euphratis a terra ꝓmiſſionis contra hieri co iordanũ vſq; fluuiũ ꝓcedẽs radicẽ: inſignis eſt Moſis inclyti iudæorũ ducis morte

¶ Abba p geminũ bb. ſyra dictio ẽ latine dicit pr̃ Q đ apr̃us expoſuit in quo clamam⁹ abba pater.

¶ Abbas atis. ab abba ſimiliter pr̃ dicit Quo etiã nomĩe ſignificat ipſa abbatis dignitas: ſed in hoc diſputatio eſt inter doctiores linguarũ q̃ vnico b. ſcribi oporteat contra vulgi opinionem.

¶ Abbatiſſa ſoe. ab abbate. Hie. de mõ viuẽdi cũ a ſeitis iuſtitię deuiãt ſpamet ẽt abbatiſſa cognoſcs.

¶ Abbatia. æ. a recẽtioríb⁹ capitur tam pro abbatis dignitate q̃ pro loco in quo habitat abbas: ſed quoniã nimis male ſonat greços imitatus per th. ſcriberẽ ſemper abathia penultima longa.

¶ Abas ãtis. p vnũ b. nomẽ ẽ argiuoꝝ regis ꝓpũ Abãtes ppr̃ionũ inter achiuos ſicut Her. ſcribit.

¶ Abatos pe. co. latine dicit inacceſſibilis. Fit em̃ ab α priuatiua vt dixim⁹ & βαιρω in cui⁹ aoriſto eſt ſine augumeto more ionico. βην βησ βηοθερ βατοσ και αβατοσ eſt autẽ βαιρω verbũ anomalũ mꝛta ſignificãs vado: aſcẽdo: vnio deſcẽdo & pleraq; alia. Quo noĩe dicta ẽ inſula in extremis ęgygti palude mẽphitica poſita q; adillã ꝓpter limũ & papyroꝝ copiã difficillim⁹ ſit aditus vbi primũ nilus magno fragore deſcẽdit. dicẽte Luc. li. x Hinc abaton quã noſtra colit venerãda vetuſtas Terra potẽs. Hoc noĩe etiã vocat⁹ eſt locus vltra ægyptum & æthyopas.

¶ Abacti dicebãtur magiſtratus qui coacti deposuerant imperium.

¶ Abactores qui ſint quęre in dictione abigeus.

¶ Abaphus pe. co. latine dicit nõ tinct⁹. Sic dibapha dicũtur bis tincta. οτι αβερητικον μορτον και βαπτω το λουω και το χρωματιζω ο θερ βαπτιστης και βαπται ωερων αριθο φαρησ quare baptę ſacerdotes vel baptiſta nihil aliud ſignificat q̃ immerſores.

¶ Abauus pe. cor. dictus eſt pater ꝓaui q; nõ longe ſit abauo. Sic abauia mater proaui.

¶ Abdera pe. ꝓ. vrbs thracię. Democríti phĩ & ꝓtagorę ſophiſtę patria quã Diõedis ſoror cõdidit: & a ſe cognoĩauit: De hac Ouid. Aut te deuoueat certis abdera dieb⁹, hæc poſtea collapſa Clazomenea clazomenijs ex Aſia veniẽtib⁹ q̃ eã ī maiorẽ formã redegerũt: vocata ẽ: iuxta quã byſtoniũ ſtagnũ fuiſſe dr̃ in quo cuncta natantia demergũtur vnde nomẽ habet βυσταω neco demergo. hinc fit nomen patrium abderita.

¶ Abdico as. pe. co. expello quaſi lõge dico a moueo: vñ & abdicare filiũ dicim⁹ qđ ẽ bõis priuare & q̃ſi extra familiã abiſcere dũ pr̃ adhuc viuit. Ex hęredatio vero poſt mortẽ patrũ ꝓprie fieri dr̃. La. li. ij. q̃ facta cũ pr̃ recognouiſſ; abdicauit atq; expl'it filiũ. Et abdicare ẽ renũciar̃ qđ ptinet ad magiſtratũ. Li. li. iiij. Dictator bello ita geſto vt nõ tã fortunę defuiſſe videret felicitatẽ q̃ gl'ia maior in vrbẽ redijt magr̃atuq; ſe abdicauit. Itẽ Repudiare Ter. S; ex Glycerio natũ vt vidit puerulũ Chremes recuſat nuptias. genex abdicat. Itẽ negare. Pacu. in Atlãta regno expellũt: cõſanguineã eſſe abdicãt.

¶ Abdico is. pe. ꝓ. xi. tũ ſig̃t abnego deteſtorq;.

¶ Abdo is. didi. itũ ex ab & do. ſignificꝫ abſcõdo Li. li. ij. Abdito intra veſtẽ ferro ꝓticiſcit. Vir. ꝓ includo poſuit. ſꝫ pr̃ oĩpotẽs ſpelũcis abdidit atris.

¶ Abdo ĩdeclinabile nomẽ ꝓpr̃ ẽ: & apd nos ſeruus eius interp̃tatur. debet pronũciari ſic αΡΔω.

¶ Abdomẽ. pe. ꝓ. ſignificat pinguedinẽ q̃ ſpinæ adhęret: & in q̃ renes iacẽt Dictũ q; abditũ ſit. Iu. Mõtani quoq; vẽter adeſt abdomine tardus. Cor. cel. lib. iiij. Ipſa aũt ilia inter coxas & pubẽ in imo vẽtre poſita ſũt: a qb⁹ ac pube abdomẽ ſurſũ verſus ad p̃cordia puenit. Plau. in Cur. Pernã: abdomen: ſuis glãdiũ. Quidã abdomẽ intelligũt ſumẽ hoc eſt ſuillas cũ lacte ſuo mãmas a lacte iã fuga-

to & abdito ex vicino ſumpta occaſione cũ abdo
men interius ſit. Sumen vero exterius. Pli.lib.xi.
Huius & ſemen optimũ ſi modo fœtus non hauſe=
rit.eiectitię deterrimũ: Antiqui abdomen vocãt.
¶ Abduco is.pe.pd.ſignificat inde:ſeu extra du=
co. Sal. Reliquos Catilina per montes aſperos ma
gnis itineribus in agrũ Piſtoriẽſem abducit. Lac.
lib.iiij.pro violẽter ducere poſuit atq; abigere. Po
ſtremo capti:abductiq; Babylonẽ pœnas impieta
tis ſuę graui ſeruitio perpẽderũt. Sic Curtius cũ ait
armentũ omne abductũ. Interdũ abducere eſt a lo
co vel a pſona abſtrahere alienare. Qu.Metel. Me
interea nec domeſtic⁹ dolor: nec cuiuſq; iniuria ab
repub.abducet. Cic.lib.i. Tuſ.per tranſlationẽ di=
xit. Magni eſt ingenij reuocare mentem a ſenſibus
& cogitationẽ a cõſuetudine abducere. Interdum
ponitur pro ſimplici. Liu. Flauius ſupplementum
ab Roma abduxerat.
¶ Abeo is iui vel ii itũ.diſcedo. Li.li.i. Hæc locut⁹
ſublimis abiſt. Inde Abitus & abitio pro diſceſſu.
Teren.in heau. Propter eã hęc turba:atq; abitio ve
nit. Et abire dicitur qđ nos paulatim deſerit. Idem
in adelph. Menſes abierunt decem.i. effluxerunt.
Et abi dicimus quaſi hærenti:morantiq;. Idẽ. Vos
iſtæc intro auferte:abite. Quandoq; abire denotat
motum ad quẽ quod eſt ire: q̃uis & motum de quo
incluſum habeat. Hiero.lib.pri.ꝛ. Abiit ergo Da
uid & virí eius in ceilam.
¶ Abellinæ pe.pd.dictæ ſũt auellanæ ab abellino
campaniæ oppido vbi abundant.
¶ Aberceo es; ex ab & arceo ſignificat prohibeo.
Plau. Atq; eam abercet domo.
¶ Aberro as valde erro:longe digredior. Lac.lib.
iiij. A quo hi duo riui ſi aberrauerint:areſcant neceſ
ſe eſt. Cic.lib.v.Tuſc. Sed redeat vñ aberrauit ora
tio. Inde aberratio profugiũ. Idem Caſſio. Verũta
men aliam aberrationẽ a moleſtiis nõ habemus.
¶ Aberunco as.componitur ex duabus præpoſi=
tionibus:ſcilicet e cum rũco:& ab cũ erunco. Run
care vero eſt vellere. Nam proprie de herbis dicitur
cum euelluntur. Columel.libro.iij. Frequentem ta=
men exigunt ſarritionem & runcationẽ vt herbis
liberẽtur. Erunco ſimiliter. Idem de Medica. Cum
ſeueris eam: ſæpius irrigato, Paucos deinde poſt
dies vbi cœperit fructicare omnes alterios generis
herbas eruncato. Aberunco autẽ per tranſlationẽ.
Cicero de fi.bo. poſuit pro auerto depello. euerto.
Dij maluerũt meliora:atq; vtinã amentiã ab erun=
caſſent meã. Liuius lib.viij. Placuit ad aberuncan
dam deorũ iram victimas cædi.
¶ Abfore pe.cor.ſignificat abfuturum eſſe. Quæ
duo per b ſcribũtur:ne ſi per geminũ ff ſcriberẽtur
compoſita quis crederet ex ad:quę oppoſitũ ſigni
ficaret. Nã vt illa non futurũ dicunt cũ ad tempus
deneget:ſic iſta cum aduenturũ tempus deſignãt.
Oui. Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur affore tẽpus.
Licet Sta.lib.i.the.accipere videaẽ in ſignificatio=
ne pręſentis. Senſit manifeſto numine ductos affo
re quos nexis ambagibus augur Apollo. Sic ab=
forẽ pro abeſſem:afforem adeſſem. Virg. Atq; vti
nã rex ipſe noto cõpulſus eodẽ;afforet æneas. De
aliis a fore cõpoſitis. Vide in dictione forem.
¶ Abgrego as.pe.cor.ab grege duco vel ex pluri
bus gregibus partes ſubduco. Huic cõtrariũ eſt ag
grego qđ eſt addo.& quaſi in gregẽ duco. Diſgre=
go vero & ſegrego p diſiungo poni ſolent quibus
contrarium eſt congrego.
¶ Abhinc vna pars & cũ actõ ſignificat ante hac.
Teren.in And. Interea mulier quædã abhinc trien
nium ex andro cõmigrauit huic viciniæ. Sic dici=
mus. Abhinc decẽ annos.pro ante decẽ annos.
¶ Abhorreo es.rui.mõ cũ actõ modo cũ abl'to iũ
gitur. Liu.lib.iiij. Parũ abhorrens famã ampliatã
Suet.de Aug. Nam pumillos atq; diſtortos & oſs
gñis eiuſdẽ.vt ludibria naturæ. maliq; ominis ab
horruit. Lac.lib.iij. Nõ eſt ſapiẽtia ſi cœtũ hoiũm
abhorret. De abl'to abũde, reperiũtur exẽpla. Nec
mirũ ſi accuſatiuũ regit & ablatiuũ.q̃m ci⁹ ſimplex
horreo duplici ſignificatiõe fungitur.hoc eſt horri
dus ſum. Hiero. Horrebãt ſacco mẽbra deformia.
Et timeo. Virg.lib.iij. Geor. Nec varios horret ſtre
pitus. Et in altera abltõ. in altera cõſtruitur actõ.
hoc facit abhorreo cui⁹ ſignificatio duplex eſt.du
pliciq; caſu cõſtruitur. Cũ em̃ accuſatiuo iũgit̃ in ſi
mili fere ſignificatiõe ſumit̃ qua horreo. Tunc em̃
quaſi rẽ proximã audire vel aſpicere id pertimeſci=
mus execramurq;. Cũ vero abl'to. Tunc ꝓcul nos
eſſe ab eo.qđ nõ placet.vel qđ refugimus demon=
ſtramus.vt ſi dixero.hãc rem abhorreo.ſignificat
execror:& pati nequeo. Abhorreo ab hac re.i.alie=
nus factus ſum.vel procul eſſe volo. A multis em̃
procul eſſe volumus. vt a rebus venereis licet no=
ſtris ſenſibus plærunq; odioſæ non ſint.ſed animi
moderatione ab illis abeſſe ſtudemus. ne nobis of
ficiant. Forte decepit Lau. Vallã ab p̃poſitio q̃ ab
latiuũ exigere videt. Sed ſi hoc in plæriſq; verbis
fiat.nõ tamen in oĩbus ſicut in aboleo abluo & hu
iuſmodi quæ accuſatiuũ: non ablatiuũ poſtulant.
Amb.li.i.offi. hoc verbo vſus ẽ abſolute cũ inqt
Legimus officiũ dici a nobis poſſe. nec ratio ipſa
abhorret.i. aliena ẽ quãdo q̃dẽ ab afficiẽdo dictũ
putamus quaſi efficium.
¶ Abhorreſco valde timeo ſeu in horrorẽ habeo;
& quaſi videre non patior. Lactanti. de ira. Quem
terra contremeſcit:cœlumq; & mare:& latebræ tar
tareæ:& dęmones abhorreſcunt.
¶ Abies bietis.penultima correpta.arbor dicta q;
præ cęteris arboribus longe eat. Hanc quidam gal
licam vocant propter candorem. Hæc arbor pul=
cherrima in trabibus vt inquit Plinius libro deci=
moſexto. Præcipua autem dos eſt criſpantibus &
intorto quodam diſcurſu venarũ precioſis. Pon=
dus ſuſtinere in ędificiis valida eſt. Abies etiam in
tranſuerſum poſita renititur põderi:nec temere rũ
pitur priuſq; carie q̃ viribus deficit. Abies arborũ
altiſſima rectiſſimaq; eſt: cuius pars inferior eno=
dis eſt & ſappin⁹ vocatur:ſuperior nodoſa durior
q; eſt. & fuſternam vocant: quando præcipit Cato
prælum ex ſappino faciendũ intelligi vult ex abie
te enodi quæ pars a terra eſt. Huius diminutiuũ eſt
abiecula. græce dicit̃ ελατη forſan ab ελαω im
pello.produco.prolongo.
¶ Abiegnus a.um.quod eſt materiatum ex abiete
vt abiegnæ trabes.
¶ Abietarius faber lignarius negociator: ab abie
tibus & aliis lignorum generibus:vt apud Exo.
Faciant opera abietarij. Hi etiam materiarij dicun
tur a materie:cuius nomine ligna:quę ad ædifican
dum fulciendumq; neceſſaria ſunt intelligẽda eſſe
declarat iureconſultus.

¶ Abijcio.cis.penultima correpta:& per geminũ ij.quia mutatur a in i.quæ tamen in præterito conuertitur in e. Eſt autem abijcere a ſe longe iacere reijcere vilipendere. Lactant.libro.iiij. Docerentq; iuſtitiã:quam populus perfidus abiecerat. Vnde abiecti dicuntur viles:ac contempti.

¶ Abiecto.ctas.frequentatiuũ ſignificat frequenter abijcio.

¶ Abigo.gis.penultima correpta.ex ab & ago.ſignificat rem odioſam moleſtam damnoſamq; a loco fugo:vt abegi canes a cœnaculo: & aues a ſe gete. Quãdoq; abigere eſt abducere: & hoc ſiue vi ſeu dolo fiat. Liuius. Herculem in ea loca geryone interempto boues mira ſpecie abegiſſe. Refertur quandoq; ad homines:quandoq; ad res ſpirituales. Plautus. Abigam ego iam illum aduenientem ab ædibus. Leo Papa. Abigatur prope terre narum caligo rationum. Huic ſimile eſt amoueo ſed mitius. Plautus. Amoui a foribus maximam moleſtiam. Quandoq; ſignificat ſimpliciter ante pellere:vt fit cum boues ad paſcua mittũtur. Var. lib.ij. Itaq; greges ouiũ longe abiguntur ex Apulia in ſamniũ æſtiuatum.

¶ Abigeus & abactor vtrunq; ab abigo. Et eſt abactor quicũq; greges abducit. Nam abactores vocantur pecuariorum animalium fures latrũculiue. Abigei autem vt auctor eſt Vlpianus proprie dicuntur qui pecora de paſcuis:vel ex armentis ſubtrahunt:& quodammodo deprędantur: & abigendi ſtudium quaſi artem exercent: equos de armentis:vel oues de gregibus abducentes. Cæterum ſi quis ouem oberrantem. vel equos in ſolitudine relictos abduxerit:non eſt abigeus:ſed fur potius. Scribit & Claudius. Quãtitas diſcernit furem ab abigeo. Qui eñ vnam ſuem furripuerit vt fur coercebitur. Qui gregẽ vt abigeus.

¶ Abigeatus.tus.ipſe abigendi actus: ſiue crimẽ abactionis intelligitur.

¶ Abyla penultima producta poteſt tamẽ eſſe dichrona Stephanus Byzantius multa in libro de populis:& vrbibus: & Dionyſius libycus αλλη τοι ὠυματη μεν α ταυνωρεστιν ιβηρον γειτων ακεαριο ὠροσεσπερου ερλεοι ακρι ϛη λαων αλυβη κει ται μια τηϛλευ ὠεμερθε ταρτηϛοσοϛ χαριεσσα vbi multa Euſtathius ſcribit: & notandũ eſt alybã dici a græcis & non abylam niſi dicamus eſſe metatheſin:ſed ſit vt lubeat omnino per y pſilon ſcribi oportere clarum eſt:mõs eſt excelſus calpe q in Hiſpania eſt oppoſitus quos ambos Herculis colũnas dicunt.

¶ Ab integro. pe.cor. ſignificat denuo quaſi res perfecta rurſus incohetur.

¶ Abinteſtato aduerbium: ſignificat ſine teſtamento.

¶ Abiudico.as.penul.correpta: ſignificat rem de qua controuerſia eſt per iudicium aufero alienove Vnde ager abiudicatus a Liuio dictus quem Romani per iniquum iudicium interceperant eripuerantq;. Cicero in Ver.acti.ij. Nulla res cuiuſq; tam patria:atq; auita fuit:quæ non imperio iſtius abiudicaretur. Huic contrariũ eſt abiudico: quod eſt p ſententiã:& iudiciũ tribuo aſſignove:vt eſt illud & abiudicauit fieri petitionẽ eorum.

¶ Abiũgo.is.ſeparo. Virgilius lib.tertio Georg. It triſtis arator Mœrentem abiungens fraterna ce

de iuuencũ. Huic contrarium eſt adiungo.is.

¶ Adiugo. as. pe.cor. proprie a iugo alieno: ſed per tranſlationẽ ſignificat a re:cui dicatus ſum diſiũgo. Pac. Quæ res abſtabulis abiugat certũ eſt loqui. huic cõtrariũ eſt adiugo:qđ eſt iuxta iugo.qđ fit cũ duo boues ad vnũ iugũ iungũtur Plaut. per trãſlationẽ dixit. Mater eſt aĩa adiugat voluntatẽ Et Lact. de opi. At eñ prouiſum ẽ in ſingulis qui buſcunq; fingẽdis: quatenus & miniſterio mẽbrorum ad neceſſaria vitæ vterẽtur: & quatenus adiugatis corporibus & lata ſoboles vniuerſas generatim conſeruaret animantes.

¶ Abiuro.as.pe.pro.ſignificat rẽ mihi creditã iureiurãdo nego. Plau. in Cur. Egon a Lenone q cq̃ mancipio accipio:quibus fui nihil eſt niſi vna lingua:qui abiurauit ſi quid creditũ eſt. Et abiurare ẽ contra ius aliquid tenere. Virg.li.viij. Abſtracteq; boues abiuratæq; rapinæ.

¶ Abiurati dicũt q vinculo quodã amicitiæ aſtricti ſunt. Hi ab aliis deuoti appellãtur. Pli. in prologo. Scito conferentẽ me auctores deprehendiſſe ab abiuratiſſimis & proximis veteres trãſcriptos neq; nominatos.i.cõiunctiſſimis.

¶ Ablacto as.a lacte remoueo. Hiero. in li.pri. ☞. Non vadã donec ablactetur infans.

¶ Ablaqueo as.a laqueis expedio:ſed ĩ frequẽtiore vſu ſignificat: qđ vulgo dicitur diſcalcio:quod fit cum circum arbores fodimus terram:& radices ſuperiores recidimus:vt magis frutificent. Columella libro tertio. Vinea vetus neq; ablaqueanda eſt ne radices quas in ſummo habet: inareſcant: neq; aranda:ne radices abrumpantur. Palladius. Ianuario menſe locis tẽperatis:ablaqueandæ ſunt vites quod Itali excodicare appellant: id eſt circa vitis codicem dolabra terrã diligenter aperite:vt ſolis tẽporibus & imbribus prouocẽtur.

¶ Ablatiuus caſus quandoq; pro genitiuo ponitur. Virgilius. Illa ferax oleo eſt. Quãdoq; pro accuſatiuo:vt Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.

¶ Ablego as.penul. product. Inde aliquo mitto. Liu.lib.pri. Pueros venatum ablegauit. Dicitur & de animalibus. Columella lib.viij. Itaq; cum ablegabuntur in ea loca perducenda erunt quibus nullum impaſcitur pecus.

¶ Abligurio abligu ris penultima correpta liguriendo abſumo. Terẽ. in Eu. Itidem patria qui abligurierat bona.

¶ Ablepſia αβλεψια latine cæcitas & inconſyderãtia & habet accentum in penultima λεγεται και τυφλοτηϛ οτι αϛτερητικη εϛτι και βλεω ὠω το οραω

¶ Abluo.is. Vide in dictione lauo as.

¶ Abloco as.penult. corrept. Alijs affixo. Vide in dictione loco. Similiter abluo. Quære in ei⁹ ſimpliciluo.

¶ Abnego abnegas.penult.correp. maxime nego quod maxime profiteri debeo: vt fidem pietatem & huiuſmõi qđ vulgo renegare dicitur. Lact. libro quinto. Nec enim poterunt retinere pietatẽ qui cõmunem omniũ patrem deum tanq; prodigi atq; rebelles liberi abnegaſſent.

¶ Abnepos penultima correpta filius pronepotis quaſi ſeiunctus a nepote. Eſt enim inter ipſum & nepotem pronepos.

¶Abnormis ſine norma. Hora. libro Ser. Ruſticus abnormis ſapiens.

¶Abnuo abnuis. nui. nutum. ex ab & nuo. ſignificat capitis aliquid ſemel nego q̃uis & oculis: & manibus id fieri poſſit. Nuere enim apud veteres pro velle ponebatur. Vnde nutus: & numen. quod eſt dei nutus. Hoc eſt imperium: & poteſtas. Virgilius. Meo ſine numine venti audetis. Nutus vero ſignificat: quod fit oculis: vel capite: vel manibus Idem. Annuit & totum nutu tremefecit olympũ. Ponitur & pro volũtate: quæ ex huiuſmodi ſigno declinatur: ſiue affirmando: ſiue negando. Luius. Sub vmbra Scipionis ciuitatem dominam orbis terrarum latere nutus eius pro decretis patrũ: pro populi iuſſis eſſe. Plinius libro primo epiſtolarum docet nutum dici: quando annuimus: renutũ quãdo recuſamus. Sic enim ait. Nam ego quoq; ſimili nutu: ac renutu reſpondere voto tuo poſſum. Suetonius vero in Veſpa. nutũ accipit pro renutu cum ait. Adoleſcentulũ fragrantẽ vnguento cũ p impetrata præfectura gratias ageret nutu aſperna tus voce etiam grauiſſima increpuit. Malluiſſem allium oboluiſſes. Litteraſq; reuocauit. A nuo fit nuto nutas frequentatiuum: quod eſt ſæpe capite: huiuſmodi ſignum facio. Quandoq; etiam nutare ponitur pro moueri: & quaſi ruinam minari tractũ a motu capitis: quod inclinando affirmamus: concutiendo negare ſolemus. Vnde nutare ædificia dicimus: cum male ſolidata ruinã minitantur. Tranſfertur etiam ad animum: & pro titubare. id eſt dubitare ſumitur in quam partem vertendum ſit. Ab nuto penultima producta eſt ſæpe ſigno capitis vitinis quidpiam nego. Plautus in Captiu. Quid mihi abnutas? Contraria huic verbo abnuo ſunt nuo annuo pro aſſentior: & nutu aſſenſum præſto faueo. Innuo ſigno aliquo voluntatem meam oſtendo ſiue affirmem ſiue negem aliquid. Teren. Nihil niſi abiens mihi innuit. Renuo: refuto. Nonius inter nutare: nuere: & nictare hoc intereſſe ſcribit: q̃ nutare capitis ſit inclinando: aut in gyrum mouendo. Nuere narium: vel labiorum. Nictare oculorum patefaciendo eos: aut claudendo: vel vtrumq; vel alterũ. Plautus in Aſin. Nec illa vlli homini nutet nictat annuat. Hoc eſt nec capite ſignũ faciat: nec facienti aſſentiatur: nec oculis quic q̃ indicet.

¶Aboleo aboles. penultima correpta leui. vel lui etum vel itũ. ſignificat Caſſo tollo abrado deſtruo vt ne odor quidem eius relinquatur. Lact. lib. pri. Decretum eſt vt hi libri abolerentur.

¶Aboleſco. ad nihilum redigor. Columella libro quarto. Eademq; nec imbribus putreſcit: nec ſiccitatibus aboleſcit.

¶Abolla veſtis. ſenatoria quaſi a bulla: q vndiq; ſit bullata. Alij accipiunt abollam pro veſte duplici panno confecta: vt ſcholaſtica: & græce diploide quæ etiam quandoq; pro veſte militari ſumitur: vt eſt apud Iuuenalem. Noſcit cui dederat tyriam criſpinus abollam. Quãdoq; pro veſte cynici philoſophi. Nam græci milites & philoſophi palliati ſeu chlamydati incedebant. Vnde Martian⁹ de cynico philoſopho. Cærea quem nudi tegit vxor abolla grabati. q̃uis χλαμυσ χλαμυδοσ λεγεται απο του χλιαινειν τροπωθεν του ρεισμα θερμοτητα. Ita ſcribit Nicolaus actiacus & moſchopulus: & proprie chlaena dicitur. id eſt ſagum: ſupra veſtiſq; neq; chlamys ſignificat id genus indumenti. quod vulgus appellat zupponnem: nam græci non habebant nec in græcia etiam iſtis temporibus vtuntur: vt oſtendit Homerus vbiq; & ideo vide ne erres. ſed vtebantur vt ita dicam vno corecto vt videmus in Græcia.

¶Abominor penultima correpta ex ab & ominor de quo infra. Eſt autem abominari execrari faſtidire & quaſi pro malo omine habere. Plini⁹. Abominamur recedente aliquo ab epulis ſimul veri ſolũ: aut bibente conuiua menſam vel repoſitorium tollí in auſpicatiſſimum iudicatur. græce dicitur βλας λυττομαι.

¶Aborigines penultima correpta quaſi ſine origine dicti ſunt populi antiquiſſimi: qui tenuerunt agrum qui nunc populi Romani: quia vagi & ſine laribus erant: aut quaſi quod primi niſi ſint tanq̃ editi ſine patribus: aut q̃ ex varia gentium colluuione mixti erant. Hi poſtea aduentu Aeneæ phrygibus iuncti latini vno nomine appellati ſunt. Poſſunt tamen & aliarum vrbium aborigines dici primi cultores ac ſi ſint terra geniti homines à principio ibi cõmorantes. ελληνιστι προτεροτερεσσ καλεονται προτεροσ και γερραω λεγονται και εγχωριοι.

¶Aborior. eris. vel iris. abortiuum facio. Varro. Vinum quod ibi natum ſit in quodam locõ ſi prægnãs biberit fieri vt aboriatur. Gellius libro. xi. Nituntur vt fœtus quoq; ipſi in corpore ſuo concepti aboriantur. Hinc abortus aborta abortũ: & ab ortus tus. dictus q̃ non ſit tempeſtiue ortus. Plin. Extat in monumentis medicorum: & quibus talia conſectari cure fuit vno abortu duodecim puerperia. Nonius. Aborior etiam aborſum facit. quod tamen ab abordior magis eſt. & hanc inter abortũ & aborſum ſignat diſtantiam: q̃ aborſus ille dicendus ſit: qui eſt in primis menſibus cum conceptus exordium factum eſt. Abortus prope tempus pariendi. Tunc enim moritur. græce εκτιτρωσκω dicitur & inde εκτρωμα εκτρωματοσ abortiuus dicitur ab εξ και τιτρωσκω.

¶Abortiuus abortiua abortiuum. penultima producta quod abortum facere poteſt. Plinius. Oſcitatio quidem in enixu letalis eſt: ſicut ſternutaſſe a coitu abortiuum.

¶Abortiuum idem quod abortus. Hieronym⁹ ad Pãma. Dum crebris abortijs & experta fœcunditate cõcepta iam deſperat liberos: paſſa eſt aliquid de Rachelis exemplo.

¶Abortio abortionis idem quod abortiuũ. Gellius libro tertio. Cum abortio quibuſdam non partus videretur intempeſtiuitas. Per tranſlationem. Cicero pro Clue. poſuit. Sed hæc ſolutio legatorũ non merces abortionis appellanda ſit.

¶Abortio is. iui. itum. immaturũ fœtum edo. Columella libro octauo. Nec tamen ea ſola cauſa abortit: ſed etiam glans cum citra ſacietatem data eſt Eſt & abortiõr deponens.

¶Aborto abortas eſt eiuſdem ſignificationis cũ abortio. Nam ſignificat abortiuum facere. Iulius Firmicus libro ſexto matheſeos. Abortauit filios geminos.

¶Abrado abradis penultima producta de aliquo

quidꝑiam aufero. Columella libro tertio. Arida & vetera: quæ falce amputari non poſſunt acuta dolabra abradito.

¶ Ab re quaſi præter rem: præter rationem. Hoc eſt indecens præter propoſitum: ſine cauſa. Suetonius in Auguſto. Et quãdo ad hoc ventũ eſt: non ab re fuerit ſubtexere quæ ei priuſq̃ naſceretur in ipſo natali die deinceps euenerint: id eſt ꝓter propoſitum ſine ratione: ſiue inconueniens. Liuius. Hæc ſi omnis diuini humaniq; iuris memoria aboleuit noua peregrinaq; nam priſcis ac patrijs ꝓferendo haud ab re duxi verbis quoq; ipſis vt tradita nuncupataq; ſunt referre.

¶ Ab re tua ſignificat a negocijs tuis familiaribus ſeu contra cõmodum tuũ. Terentius in Heau. Tantum ne eſt ab re tua tibi aliena vt cures quæ nihil ad te attinent. Huic contrarium eſt ex re tua: qđ eſt ex vtilitate & cõmodo tuo: ſicut E republica ex vtilitate & commodo publico. Idem dicitur e re. hoc eſt ex vtilitate vt Digeſt. Si certum petatur. lege e re eſt. &c. Vbi miſere ſudat interpres: dubitans an legendum ſit here pro hereditet. &c.

¶ Abrenuncio abrenuncias ex ab & re: & nuncio ſignificat a me renunciando amoueo: renuo. Et tã datiuo q̃ accuſatiuo iungitur.

¶ Abripio abripis penultima correpta quaſi aufero eſt. Nam de ijs dicitur quę auferri poſſunt. vt veſtis liber: & huiuſcemodi. Aliquando abripere eſt vi abducere: vt virum: mulierem: iumenta. Terentius in Eunucho. Ex attica hanc abreptam. Cicero ad Quirites. Nec patiamini me a meis liberis abſtractum: a cõiuge abreptum: ab aris: focisq; innocentem proiectum vitam degere in exilio. Nam ab proprie rei ablationem denotat. Huic contrarium eſt arripio: quod ex ad & rapio componitur: quæ attractionem ſignificat. Vnde & pro accipio ponitur. Cicero in Catone. Non cani: non rugæ repente auctoritatem arripere poſſunt. ſed honeſte acta ſuperior ætas fructus capit auctoritatis extremos. Aliquando ſignificat vehementer ad me rapio: vt ſit cum celeri quadam animi corporiſq; vehementia ad nos trahimus. Liuius libro primo. Tum. Tarquinius neceſſitate: tum etiam & ætate cogente vltima audere multo: & ætate: & viribus validior medium Seruiũ arreptum: elatumq; e curia in inferiorem partem per gradus deiecit. Aliquando ſubito eleuo. Plautus in Curcu. Vix foras me arripui. Aliquando celeriter rapere inuadere. Virgilius. Hanc arripe velis.

¶ Abrogo abrogas. penultima correpta infirmo Seruius. Abrogatur legi cum prorſus tollitur lex derogatur cum pars ſuſtollitur. Cicero ad Herennium. Illa defenſio tenuis eſt: cum oſtenditur id factum eſſe quod ea lex ſanciat: cui legi abrogatum vel derogatum ſit. Dicimus autem abrogatur legi & abrogatur lex. Interdum abrogare eſt per rogationem auferre. Cui contrarium eſt arrogare. Liui⁹ libro tertio. Vt quicquid vi tribunitia arrogatum eſſet: id comitijs ibi abrogaretur. Interdum eſt ſimpliciter auferre. Cicero lib. pri. ad Heren. Nã & periculoſum eſt nequando plus minuſve dicamus: & ſuſpitionẽ affert auditori meditationis: & artificij. quę res fidẽ abrogat orationi. Abrogari quoq; vt ſcribit Gel. dicũtur qui cũ ſui iuris ſunt in alienã ſe ſepoteſtatẽ tradunt. eiuſq; rei ipſi auctores ſunt.

¶ Abrotanum penultima correpta herba calidæ virtutis. Horatius. Abrotanum ægro Non audet niſi qui didicit dare. ſed Aetius Amilin⁹ libro ſimplicium multa de abrotano & Galenus de ſimplici medicina & dioſcorides.

¶ Abrodietus cognomen fuit Vlyſſis pictoris nobiliſſimi quod latine ſignificat delicatum atq; elegãs. Talẽ autẽ ſe ipſe putauit. Herculẽq; lindi fecit aſſeuerans eum a ſe talẽ pictũ qualem ſæpe in quiete vidiſſet.

¶ Abrotonion nomẽ mulieris. ab ἁβροῦ τοῦ τρυφεροῦ quod eſt glabrum ſiue delicatum latine amplexibus apta dicitur. In quo vocabulo id lubet adnotare: quæ apud græcos in on exeunt apud nos in um exire: In um autem exeuntia omnia eſſe neutra præter mulierum propria quæ fœminina ſunt: vt glycerium. philotium. euſtotium & ſimilia. Licet ergo vtriq; ſexui conueniant: vt ſcortum & mancipium: & pluralia in a pro hominibus ponantur: vt ſeruitia pro ſeruis: miniſteria pro miniſtris: & licet flumen notent: vt rhenum. cruſtumiũ. aut fructuũ nomina pro arborum nominibus ponantur: vt poma apud tibullum: aut q̃uis animalia (quæ pauciſſima ſunt/ & aut maſculina/ aut fœminina/ aut communia) eſſe debent) ſignificent vt oſtrea: tamen quia in um exeunt aut ſingulariter per um terminentur: ſupradicta omnia cenſebuntur neutra.

¶ Abrumpo. incido. interrumpo. diſiſcio. auello. Virgilius libro tertio Georgicorum. Nec ſomnos abrumpit cura ſalubres. Vnde loca abrupta diuulſa: atq; ob id inuia dicuntur. Hieronymus libro primo Regum. Perrexit Saul ad inueſtigandum Dauid: etiam ſuper abruptiſſimas petras. quæ ſolis ibicibus peruiæ ſunt. Huius ſignificationis eſt prorumpo.

¶ Abs ſignificat id quod apud græcos ἀπό. Et vt in littera a tactum eſt gaudet præponi incipientibus ab q & t. Terẽtius. Abs quiuis homine beneficiũ accipere gaudeas. Sic diligor abs te dicim⁹.

¶ Abſcedo abſcedis penultima producta ex abs & cedo ſignificat recedo. A quo abſceſſus & abſceſſio: q̃ fere idẽ ſignificãt: cũ tamen acceſſus & acceſſio ſæpe differãt: nam acceſſus eſt aggreſſus: acceſſio inſtrumentũ & interdũ aggreſſio: de quibus alibi latius dicem⁹. Aliquãdo tamẽ abſceſſus dicitur cõcurſus mali humoris in aliquã partẽ corpis ex quo ſuppuratio fit quã græci vocãt apoſtema.

¶ Abſcido abſcidis penultima producta ex abs & cædo ſignificat inde ſeco. vt eſt illud. Et abſcidit auriculã eius dextram. Quod tamẽ media correpta quidam pronunciant: tanq̃ ab abſcindo ſit præteritum: cuius media interdum corripitur: vt Aenei. iij. Heſperium ſiculo latus abſcidit: aruaq; & vrbes. &c. Quinetiam frequẽtior eſt vſus verbi abſcindo q̃ abſcido: cum contra præcido frequentius q̃ præſcindo reperiatur.

¶ Abſcindo abſcindis. Inde ſcindo. Iuuen. Quid tamen expectant phrygio quos tempus erat iam More ſuperuacuam cultris abſcindere carnem?

¶ Abſcio abſcis. Abſcire ẽ de memoria exire. Deſcire autem vt ſuo loco dicemus eſt ab obedientia prioris ducis diſcedere.

¶ Abſcõdo abſcondis di. abſconditũ vel abſcõſum occulo. Vnde Abſconſum abditũ occultũ.

¶ Abſimilis. multum diſſimilis. Columella libro quarto. Materiam fructumq; : niſi q; duplicem nō abſimilem minor germanæ gerit. Frequens autem eſt huius vocabuli cum negatione vſus : vt haud aut non abſimilis : & cætera . Quæ locutio figurata eſt et fere per liptoten plus innuit cum minus dicat. vt hic Non abſimilē dixiſſe videt pro plane et multum ſimilem.

¶ Abſentio abſentis abſenſi abſenſum ſignificat diſſentio . nam qui minime conuenit abſentire, videtur.

¶ Abſynthium herba amara a qua populi quidam cognominati ſunt: qui iuxta pontum habitant : vbi mons eiuſdem nominis habetur . Ouidius libro quinto de triſtibus . Cana prius gelido deſint abſynthia ponto. Græce αβσυνθιον του αβσυρθοιυ vulgo dicunt medicum . vel aſſenzo hortorum eſt.

¶ Abſis abſidos ſiue græcorum Apſis : fornix : & curuatura proprie in curribus απο του απτειν i. tangendo licet multa ſignificet: quia rotę cū volumtur contingant terram. Sed in cœlo. Abſides. capiuntur pro circulis αψισ αψιδοσ pro macula retis: vt Homerus libro quinto Iliados. eſtq; curuatura rotæ. ſ. lignum ſupra rotas tenens ſchalas. Immo curuatura rotarum : in qua figuntur radiſ: vt libro ſecundo Heſiodus. αξονθ επτα πο δην μαλα τα ρ μυτοι αρμενοσ ουτω ει δεκεν οκ τα πο δην απο και σφυρα ρ κατα μοιο τρισ πιθαμον δαψιν ταμνειν δεκα δωρω αμαξη i. & axem ſeptem pedum: valde enim vtiq; tibi ſufficiens ſic: ſi aut octopedalem: etiam malleum abſcinderes trium palmorum aſpidem decem lignis compacto currui: ita ſunt de verbo ad verbum tradicta: ſed quoniam locus iſte heſiodi eſt dubius videamus interpretem. Manuel itaq; moſchopolus interpres ibi ſic ſcribit.

ει σ κατα σκευην δε α ψιδοσ τεμνε ξυλον τριων σ πιθαμων ερεκα αμαξησ δω δεκα δωρου ην α πο ησειν αμαξαν τουτεσ ιτον τροχον τησ αμαξησ δεκα δωρων την δια μεκρον εχοντα. Sed de neutris moſchus dicit quid eſt dicere hoc? intellige autem tu textum qui eſt clariſſimus ſic: trium ſpithamarum latitudine diametri in circunferentia rotę incide curunturam rotarū quia non ſunt graues bobus ad trahendum incide dico currui compacto de decem lignis .i. qui curr⁹ fit ex pluribus lignis. & decanus eſt numerus q eſt perfectus : nam δουρη dicitur lignum: ſed dorice ου vertitur in ω & dicitur δωρα lignum q̄uis ſit etiam genus menſuræ ſpithama eſt menſura a cuſpide pollicis ad extremitatem annularis digiti:

¶ Abſiſto abſiſtis a loco: ſiue inde diſcedo. Vergilius. Nec prius abſiſtit: q̄ ſeptem ingentia victor Corpora fundat humi. Huic cōtrarium eſt aſſiſto. Sed cum locus exprimitur abſcedo tantum ſignificat. Idem libro ſeptimo. Centum ærei claudunt vectes æternaq; ferri Robora : nec cuſtos abſiſtit limine Ianus. Quandoq; abſiſtere ponitur pro deſinere: abſtinere. Liuius libro nono. Legatos miſere ad conſulem Romanum vt receptis equitibus qui cauſa belli eſſent abſiſteret obſidione. Claud. Abſiſte rogari. In quorum vltimo exemplo non videtur ita verbi proprietas obſeruata : vt in ſuperioribus. Nam ſiſtere non eſt abſolute : ſtare : aut præſentem eſſe: ſed facere ſtare aut adeſſe. Vnde eſt illud poetę Annam chara mihi nutrix huc ſiſte ſororem. Quocirca abſiſtere non tam eſt deſinere vt in Claudiani exemplo: pro quo ſæpe deſiſtere vſurpatur: q̄ abſcedere: vt in Liuiano dicto.

¶ Abſoluo abſoluis: perficio: finio: Gellius libro ſecundo Septima fere hebdomade, i. nono & quadrageſimo die totus homo in vtero abſoluitur. Itē Abſoluere eſt parcere: & pretio reddito dimittere: liberare. Liuius libro ſecundo : Latæ deinde leges: quæ conſulem regni ſuſpitione abſoluerent. id eſt liberarent. Sed cum de peccato: ſiue de peccati pœna agitur : genitiuum regere poteſt. Cicero libro ſecundo ad Herennium. Cæcilius iudex abſoluit iniuriarum illum qui . L. Accium Poetam in ſcæna nominatim leſerat: Plinius libro xiiij . Inuenimus Egnati vxorem cum vinum bibiſſet e dolio interfectam fuiſſe a marito. Eumq; cædis a Romulo abſolutum. Item Euadere. Plautus in Amphytrione. Curauit vno vt fœtu fieret : vno vt labore abſoluat ęrumnas duas. Item. Expedire : vt apud eū dem in Cur. Sequere hac te abſoluam: qua aduenisti gratia . Et in Epi. Te abſoluam breui.

¶ Abſon⁹ abſona abſonum penultima correpta quod eſt parui ſoni: & fere ſine ſono: vel non recte ſonans. Liuius libro primo. Hæc ferme Romulo regnante domi: militiæq; geſta : quorum nihil abſonum fidei. Cicero proprie. Sed ſunt quidam aut lingua ita hæſitantes: aut ita voce abſoni.

¶ Abſono abſonas penultima correpta diſſono male ſono. Vide in ſono.

¶ Abſorbeo abſorbes abſorbui, abſorbitum : & abſorbo abſorbis abſorpſi ptum valde: ſiue in totum ſorbeo deuoro .

¶ Abſq; præpoſitio ſeparatiua eſt: vt abſq; pecunia difficile vitam traducas . Aliquando eſt aduerbium. Terentius in Hęcyra. O fortunatus ſum cæteris rebus abſq; vna hęc foret hanc matrem habens. Vbi potius leget abſq; vna hæc foret : q̄ hac foret: Nam ſenſus eſt abſq;. i. niſi hæc vna. ſ. res : videlicet coniunx ex alieno (vt tūc putabat) pariens eſſet. Et licet abſq; eſt ſeparatiua præpoſitio: ab tamen & abs paſſionem aut diſceſſionem notant: vt diligor abs te: diſcedo abs quolibet improbo. Cęterum ab abs & au nihil differre videntur præter q̄ in conſonantia : Nam vni verbo in diuerſis temporibus non mutata ſignificatione præpoſita per compoſitionem comperiuntur. Dicimus enim in præſenti et eius temporibus aufero : auferebam : auferam: aufer : auferrem. &c. In præterito autem & inde deductis abs: vt abſtuli : abſtuleram : abſtuliſſem . abſtulero : abſtuliſſe: porro in ſupino: & ab eo natis ab: vt ablatum: ablatu: ablatio. &c. Mirum autem eſt: q; q; particula quę cum aliis ſignificationem auget : ſiue affirmatiuam: vt atq; ſiue negatiuam: vt neq; cum abs poſita mutet: nam abſq; fere idem eſt : quod ſine . ſed de his ſatis eſt.

¶ Abſtemius: qui ſe a temeto .i. vino abſtinet: componitur ex abſtineo et temeto : Sed nota q; alite ſentio: q̄ latini in hac dictione: quoniam μεθη gręce dicitur ebrietas: Vnde per litterarum tranſpoſitionem addendo ton latini dixerunt themeton: ergo prima eſt longa. & cū th ſcribi oportet: quia fortaſſe aliquis interrogaret q̄re et q; in θημοσ cū απο

AB.

reiperai ἀπόθημοσ ſed eliſa o vertitur π tenuis in ſuã aſpiratam & dicitur ἀφθημοσ aphtemius non ergo temeton dicitur q̃ tentet mentem: neq; ſic ſcribi debet abſtemius: niſi ob eam regulã latinorum: q̃ græca parce in latinum detorqueãtur: poſtea in fœminino dicitur Abſthemia. Ouidius libro decimoquinto. Clitorio Quicunq; ſitim de fonte leuauit. Vina fugit: gaudetq; meris abſthemius vndis.

¶ Abſterreo abſterres ſignificat amoueo: repello prohibeo.

rum vna eſt in Emathia: alia in Mauritania.
¶ Aegæon nomen gigantis.
¶ Aegialeus Medeæ frater. Aegiale es. ſiue ægia-

lea.æ nomen proprium vxoris Diomedis.

¶ Aegialus latine dici põt littus. Quo noīe dicta eſt Achaia propter vrbes per ordinē poſitas.

¶ Aegeria nympha fuit quæ colebaī in aricino lucu:cũ qua Numa Pompilius & cõmubium & colloquiũ ſe habere ſimulauit ſuper cultum religionum quo armorũ & prædæ ſtudio flagrantẽ po. Rom. abſtraheret. Vnde Ouid. Aegeria eſt quæ præbet aquas dea grata camœnis Illa numę cõiunx conſiliumq; fuit.

¶ Aegis idis munimentũ pectoris æneum cũ gorgonis capite. Quod ſi a pectore nũinis ægis. Si in corpore hominis Lorica dicitur. Et a capra nomẽ deductum eſt: quia de corio eius fiebat. Et ideo Minerua habere Gorgon in capite dicit: quia prudentia ſua quaſi alios ſaxeos teddit.

¶ Aegiochus dictus eſt Iuppiter q; corio capellæ a maltheę vſus fuerit pro ſcuto quando cõtra Titanas dimicauit vt inquit Lact. lib. pri.

¶ Aegides penul. prod. patronymicũ eſt ab ægeo Theſei patre. Ouidius. Perfidus ægides ducẽtia fila ſecutus.

¶ Aegylos. eſt abſceſſus inter nares & angulũ maiorem oculorũ per quẽ pituita aſſidue diſtillat: & ſi negligatur ad oſſa vſq; dehiſcit in fiſtulã. Differt ab Aegylope:id quod Crithen hoc eſt Ordeũ vulgo ordeolum appellãt: & galenus Poſthiã Crithe abſceſſus eſt puſillus oblonguſq; ſub ipſum palpebræ torulũ. hoc eſt vt ait Celſus ſuper pilorũ locũ. Officit luminibus. Et quod vocatur ancylos. ſiue ancyloblepharos quo palpebræ coaleſcunt inter ſe:apeririq; nõ poteſt oculus. Cui non admodũ ab ſimilis eſt morbus qui encanthis vocatur: in ipſo angulo tuberculum quod palpebras parum dedu ci patitur. Sed & ſi membrorum articuli ſic hærent velut cõprenſi Ancylã & Ancyloſis vocatur.

¶ Aegina penul. pro. fuit Aſopi Bœotiæ regis filia a qua vrbs peloponeſo adiacens cõtra Atticã Aegina vocatur. Et a qua Aeacus eiuſq; poſteri genus; duxiſſe ferũtur. De hac Ouidius lib. vi. met. Aeacus Aeginã genitricis noīe dixit. Hinc Aeginenſes dicti ſunt.

¶ Aegyſthus Thyeſtis filius qui a capris nutritus fuiſſe perhibetur.

¶ Aegle nympha ſolis ex Neera filia latine ſplendor dicitur.

¶ Aegloga penul. cor. caprarũ ſeu rerum paſtoralium ſermo dicitur. Aegon eñ caprarũ logos ſermo dicit. At ecloga ſine diphth. electio vel explanatio elegantia dicitur vt inquit Ply. lib. iiij. epiſtolarũ. & Euſe. lib. iiij. eccl. hiſtorię contra Tortelliũ.

¶ Aegon nomẽ paſtoris & caprile ſignificat Quo etiã nomine promontoriũ lemni dictũ eſt.

¶ Aegocephalus penul. cor. vt Ariſt. lib. ij. de animalibus inquit auis eſt quę lyene omnino caret.

¶ Aegonomus penult. cor. caprarũ ductor qui & ępolus dicitur οτι αιξ αιγος και μεμω το βοσκο οθερ το μεμος του μεμεος imo loc⁹ aptus capris depaſcendis: id oſtendit propria deriuatio.

¶ Aegolethron: herba in põto alba: dicta a capris interimendis αιγα græci capram nominant ολε θριον pernicioſum exitiale.

¶ Aegoceros. otis vel ægoceron penult. cor. animal. alio nomine capricornus dicitur. Hiero. cõtra Ioui. Magna iniuria nuptiarum: vt inter ſcorpios

quidẽ & centauros & cancros & piſces: & ęgroceros. i. capricornos vxorem maritũq; conſtituerint λεγεται οτι τοκερα και αι Lu. Aegoceron cãcrumq; tenet.

¶ Aegos thraciæ fluuius. ad cuius oſtia claſſis athenienſiũ a Lyſandro capta fuit. Ply. li. ij. Idq; factũ interdiu in thraciæ parte ad ægos flumen: cuius loci Accolæ Aegopotamitæ nominãtur.

¶ Aegipanes ſunt nudi leues caprinos pedes habentes Veteres huiuſmodi monſtra pro ſemideis ſiue pro ſylueſtribus diis coluerunt: quẽadmodum Faunos ſyluanoſq;. Faunos ac Satyros nemorũ deos eſſe dicentes: panas agrorũ Syluanos ſyluarũ. Vide in dictione Satyri. Ouid. Sunt mihi ſemidei: ſunt ruſtica numina nymphę. Et fauni ſatyriq; & monticolæ ſyluani. Quos quoniã cœli nõdum dignamur honore. Põp. mella ſcribit vltra atlantẽ Mauritaniæ montẽ noctu perſæpe viſa lumina & crepitus cymbalorũ ac fiſtularũ cantus auditos: nec die repertũ quemq;. Idcirco pro cõſtanti habitum hos faunos eſſe ac ſatyros.

¶ Aeger. a. um. ab ago. is. per cõtrariũ: q; actione vacet liue q; qui morbo correptus eſt: grauius agitetur. Et dicimus hic eſt æger pedibus: & hic eſt pedibus ęgris. Val. max. in. v. dixit. Pulſu venarũ cõperit cuius morbi æger eſſet.

¶ Aegreo es. ęger ſum. a quo Aegreſco: qđ magis eſt in vſu. æger fio. Ply. lib. x. Corui ante ſolſtitiũ generant. Item ægreſcũt ſexagenis diebus ſiti maxime anteq; fici coquantur autumno.

¶ Aegre aduerbiũ: ſignificat moleſte dolẽter: iniquo aio. Ter. in Hecy. Sed reprimam me ne ægre quicq; ex me audiat. Itẽ ægre male difficulter. Vir. lib. iij. Geor. Ergo ęgre raſtris terras rimãtur. Col. lib. pri. Seruos quoq; qui ſecuturi patrẽfa. ſunt: nõ ægre pedibus ingredi. i. inuite vel difficulter.

¶ Aegroto. as. penul. prod. Infirmus ſum. a quo ęgrotatio quę ſic ab ęgritudine diſtinguitur vt docet Hiero. ſuper Ioel. q; ęgritudinẽ animi dicimus alioquin corporis nõ ægritudo ſed ægrotatio dicitur. Idem ad Iulianũ diaconũ. Q; q; ita me iugis tã corporis ægrotatio q; ad animę ægritudo cõſumpſerit vt morte iminente nec mei pene memor fuerim. Cic. Sed proprie vt ægrotatio in corpore: ſic ægritudo in animo nominatur. Vnde ipſe lib. iiij. Tuſ. diffinit quid ſit ægritudo. Stulta ęgritudo eſt qua efficiũtur: in malis opinatis animoſq; demittunt & cõtrahunt rationi nõ obtemperantes. Inuenitur tamẽ æger dici etiã de corpore: & ęgrotus de animo. Saluſt. Antonius pedibus æger qui pręlio adeſſe nequibat. Hor. in Ser. Quo me ęgrotare putes animi vitio. Ab ægroto fit coægroto. Hiero. Q; ſi ipſa languerit coęgrotandum eſt & nunq; ab eius lectulo cedendum.

¶ Aegrimonia penul. cor. idem eſt quod ęgritudo Pla. in Ru. Tantiſper dum abſcedat a me hæc ęgrimonia.

¶ Aegyptus regio in aphryca vel ſecundum aliquos aphrycæ proxima ab ægypto Danai fratre ſic appellata: prius ęgia dicta. Hæc teſte Plynio lib. v. ab oriẽte rubro mari: aſſyriæq; cõiungitur: ab occaſu Cyrenen & aphricæ reſiduũ habet a meridie vſq; in ætiopiam protenditur: a ſeptẽtrione habet mare ægyptiũ. Eius inſignes vrbes ſunt Thebæ Abedos Alexandria Babylon & Mẽphis. In hac

vt Plato inquit nũq̃ viſum eſt pluere: ſed nili inundatione fœcundatur. Eius figura triquętra eſt quã efficit nilus ita ſe diuidens. Ab ęgyptus fiunt adiectiua. Aegyptius a.um. & ægyptiacus a.um.

¶ Aegyptini penultima producta dicũtur æthiopes quia ægyptijs ſunt finitimi.

¶ Aelius & ælia nomina ſunt propria rom. carent aſpiratione.

¶ Aelia regio in Aſia inter Myſiam & Ioniã. Eſt & vrbs quędã calabriæ aqua ælianus a.um.

¶ Aelurus penult. prod. latine Catus & Felis dicitur. Ariſt. lib. de animalibus Aeluri & ichneumones tot numero pariũt quot canes. Aelianus ælio rum mas quidem libidinoſiſſimus eſt: fœmina aũt amantiſſima prolis fugit coitum cũ maribus quoniam ſemẽ mittunt calidiſſimũ: & quaſi ignem genitalia adurẽs. Hoc cernẽs mas cõmunem fœtum dilaniat. illa vero prolis deſyderio mares libidine ardentes adit rurſus. Gellius libro. xix. Aelurorũ quoq; oculi ad eaſdem vices lunæ maiores fiunt aut minores.

¶ Aemiliam gentem appellatã dicũt a Mamerco Pythagoræ phyloſophi filio cui propter vnicam humanitatẽ cognomen fuit ęmiles. Nam ęmiliam græci ſermonis lepiditatẽ vocãt. Hæc familia ęmiliana Romę honeſtiſſima fuit a qua æmilianus appellatus eſt Scipio africanus minor quaſi ęmilij filius qui per adoptionẽ inſertus fuit familiæ ſcipionum. Aemilia via ab Aemilio cõſule dicta eſt quæ a placentia ariminũ uſq; perducta eſt ęmiliana. ędificia erant extra Romã: de quibus Cornelius Tacitus plus infamiæ ad incendiũ habuit quia prædijs Tigilini æmilianis proruperat. Aemilia regio Italiæ quę & flaminea Romandiola etiã dicit. In qua ſunt vrbes Ariminũ: Cæſena: Saſſina: Rauenna: Fauẽtia: Immola: Forũliuij Bononia & Ferraria.

¶ Aemonia penult. cor. regio quę poſtea dicta eſt Theſſalia. ab Aemone Deucalionis filio pri⁹ Pyrrhea dicta a pyrrha Deucalionis vxore. Quidã tamen cum aſpiratione ſcribunt. Hæmonia.

¶ Aemulor penulti. cor. vt Apule. inquit ab amo deſcẽdit. vnde & primã vocalem accepit amare ſignificat inuidere per antiphraſin. Aemulari igitur inuidere eſt a contrario ſenſu vt in actibus apoſtolicis. Et patriarchæ ęmulantes Ioſeph vendiderũt in ægyptum. In Eſaia: Effraim nõ æmulabitur Iudam: & Iudas nõ pugnabit contra Ephraim. Aliquando æmulari ſignificat imitari. Vnde æmulus dicitur eiuſdẽ rei ſtudioſus & ſectator. Hoc eſt q̃ aliquem imitatur & ſequitur quod nõ niſi amore fieri poteſt. Cic. pro Marcel. Illo æmulo atq; incitatore ſtudiorũ meox atq; laborx. Differũt tñ ęmulatio & imitatio: q; imitatio ſimplex eſt & liuorẽ nõ admittit. æmulatio autẽ habet qdẽ imitãdi ſtudiũ: ſed cũ malitiæ operatione: licet hoc ſine vitio eſſe poſſit vt cũ meliorẽ videamus conamur nõ inuidia: ſed amore ipſius virtutis reddere nos pares aut ſuperiores. Vnde eſt illud. Stimulos dedit ęmula virtus Aliquando ęmulari eſt participẽ eſſe: vt Noli ęmulari in malignantibus.

¶ Aenaria inſula a ſtatione nauiũ ęneę dicta vt ait Plyni⁹. Hæc & Inari me dicitur pithecuſaq;. Nunc Iſchiade nomine oppidi coxendicis imaginẽ prę ferentis in monte.

¶ Aenna ciuitas ẽ in meditullio & ymbilico Siciliæ collocata quę cum ob prefecti ſæuitiã a Romanis deſciuiſſet. Qui ad concionẽ cõuocatos ennẽſes vltima internecione clam ſubmiſſis militibus. armatis deleuit.

¶ Aeneas penul. prod. nomen viri troiani a Virgilio celebrati dictus Aeneas vt quidam putant ab αἰρεω εις. quod eſt laudo. Nã αἰρος laus latine dicitur qui tamẽ procedere nõ poterũt in rei veritate ſic (nõ dico citemus totã græciam) ſed vel ſolũ verſiculũ Homeri adduxerimus quẽ volo legant. τῶ δε και ευειασ ομομεσσεται και τα λοιπα. Ab Aenea dicti ſunt æneadæ Troiani.

¶ Aenea vrbs in regiõe Creſſæa. Liu. in libro quadrageſimo. Proficiſcũtur a Theſſalionica Aeneã ad ſtatutũ ſacrificium.

¶ Aeni vt auctor eſt Ptolemæus: inſula eſt iuxta arabicum ſinum.

¶ Aenus gen⁹ vaſis. ab ære quod & Cacabus ſiue caldaria dicitur. Diuiditur quandoq; diph. per dihæreſim & tunc vt Ser. docet aſpiratio interponit vt apud Horatiũ: Sub noctẽ gelidam lignis calefactat ahenũ. Vir. Aut foliis vndã tepidi deſpumat aheni. Huius diminutiuũ eſt Aenulus.

¶ Aeneus ænea æneum penul. cor. idem eſt quod ęreus: & ſimiliter dihæreſim quandoq; patitur. Horatius in epiſtolis. Si recte facies hic mur⁹ aheneus eſto. Aliquãdo ponitur pro forti. Hora. Incluſam danaen turris ahenea.

¶ Aeneatores dicti ſunt tubicines ab ænea tuba. Amianus lib. xix. Cum ſupereſſet exiguũ noctis ęneatorũ clangore ductore vrbem vt mox caſurã terribili corona cinxerunt. Et lib. xxiiij. Aeneatorum accẽtu ſigno dato progrediendi ad pugnam ad arma concurſum eſt.

¶ Aenobarbus dictus eſt Domitius quoniam Caſtor & pollux cũ de victoria nunciarent Domitio: ipſeq; minime credens narrãtibus eſſet malas barbamq; manibus permulſerũt & ex fuſca in flauam cõuerterũt. Vnde a barba rutila æneiq; coloris ęno barbi dicti. Q d poſtea Domitiorũ cognomẽ fuit.

¶ Aenigma atis. obſcura allegoria vel quęſtio obſcura quæ difficile intelligit niſi aperiatur: vt illud in lib. Iudicũ. De comedente exiuit cibus: & de forti egreſſa eſt dulcedo. Ab αἰνιττω obſcure loquor innuo. Innuitur em̃ quiddã quod pluribus explicandum eſt. Hinc Aenigmatiſtes qui ęnigmata facit ſeu proponit. Hiero. cõtra Ioui. Sed quid ad noſtrũ αἰνιγματιστην ęnigmatiſtẽ cuius libros multo difficilius eſt noſſe q̃ vincere. Huius ſignificationis eſt Aenigmaticus.

¶ Aeolus penul. cor. Iouis filius. a quo Aeolia. & vẽtorũ rex appellat latine vari⁹ ſiue doloſus dicit.

¶ Aeolia regio duplex eſt. Vna in Aſia græcorum colonia media inter Myſiã & Ioniã. Alia ab Aeolijs ſeptem inſulis intra Siciliam & Italiam quarũ noia ſunt hęc Hiera, Strongile Didyme Eriphuſa Phœnicuſa & Enonymos. Stra. lib. vi. Plyn. lib. tertio. Solinus mella de Aeolijs quę alijs nominibus a noſtris vulcaniæ: epheſtiades a græcis nũcupantur. Dictæ æoliæ ab Aeolo Iouis filio. Dicitur etiã lipara a liparo Auſonis regis filio qui eã ante æolum rexit. Hinc Aeoliũ mare dictũ eſt q̃d Aſiatico littori adiacet ab Aeolijs pulſis olim colonis Nam antea myſium dicebatur.

¶ Aeon græce: Aeuum latine dicitur.

¶ Aepolus penultima correpta Capratius: Aepolium Caprarum grex.

¶ Aepy vrbs Neſtoris in mõtibus ſita. Nã Aepy ſublime denotat. Aepys altus.

Aequus a.um. planus ab aqua. q; æquã ſuperficiẽ habere videaꝫ ita vt imaginẽ tãq; ſpeculũ reddat. Per tranſlationẽ poniꝫ pro iuſto: qa nullã in partẽ inclinatur. Equus pro aſali nõ diphthongatur.

¶ Aeque aduerbiũ ſignificat iuſte. Seneca. Iudex qui parte inaudita altera aliquid ſtatuit etiã ſi ęque ſtatuerit: haud æquus fuit. Interdũ ſignificat tam vel tantũ vel ſimiliter: vt Tu es ęque bonus: ac doctus. Suet. in Cæſ. Nihil æque ac iudicis acerbitas profuit. Virg. lib. iij. Georg. Negant alios æque ſerpentibus agros dulcem ferre cibum.

¶ Aequo æquas explano. Plyn. Aequato deinde pauimento infunditur oleum. Et Aequare eſt cum æquitate diuidere. Virg. Operumq; laborẽ partib⁹ ęquabat iuſtis. Aliquando cõtinuare. Idem. Felix ſi protinus illum æquaſſet nocti ludũ. Huius cõpoſita. Adæquo. coæquo. & peræquo quę ſecundum præpoſitiones ſignificant.

¶ Aequamentũ æquatio eſt quod & libramentũ dicitur. Nam æquimentũ aliud ſignificat.

¶ Aequanimis penult. cor. qui eſt æqui animi: qui nec proſperis extolliꝫ: nec aduerſis frãgitur. Hinc æquanimitas q̃ eſt fauor & propitius anim⁹. Terẽ. in Adel. Facite æquanimitas veſtra poetæ ad ſcribendũ augeat induſtriã. Aequanimiter moderate: patienter: æquo animo.

¶ Aequitas: modo planiciẽ: modo iuſtitiã ſignificat cuius contrariũ eſt iniquitas.

¶ Aequæuus: coætaneus: ab æqualitate æui dicitꝫ.

¶ Aequalis: planus. Vnde æqualis cãpus. Quandoq; pro ſimili poniꝫ & exæquo. Ply. Cum & ipſe æqualem fortunã expertus fuiſſem. Quãdoq; pro coætaneo. Cicero in Cato. Nec cum æqualibus ſolum qui pauci admodũ reſtant. Differunt tamẽ ab inuicẽ q; ęquales ſunt eorũdẽ annorũ. Coętanei in eodẽ tempore ſed diuerſis annis & diſparibus: vt Cicero & Auguſtus fuerunt coætanei licet Cicero maior natu fuerit. ſed nõ æquales. Hinc æqualitas ſimilitudo paritas. Aequaliter ſimiliter pariter.

¶ Aequabilis idẽ qđ æqualis. Cic. Et vox reducitꝫ in ſonũ quendã æquabilẽ atq; conſtantẽ.

¶ Aequilaneum: ex toto dimidium ſignificat. dictum a lotione lanæ quæ dicitur æquilaneo redire cum dimidũ decidit ſordibus.

¶ Aequimanus penul. cor. qui vtraq; manu vtitur & ita leua operatur ſicut dextra.

¶ Aequilibriũ æquatio libræ quod & ęquamentũ & libramentũ dicitur Trutina cũ pro bilancis ſeu ſtatere lingua ſumitur. Gel. Nam cui membrũ ab alio ruptũ eſt ſi ipſe itidem rumpere per talionẽ velit quero an efficere poſſit rũpendi pariter membri æquilibriũ. In qua re primũ ea difficultas eſt inexplicabilis. Quin ſi membrũ inquit alter imprudẽs ruperit. Quod eñ per imprudentiã factum eſt retaliari per imprudentiam debet.

¶ Aequinoctiũ ex æqualitate noctium dicitur q; nunc dies & nox horarũ ſpacio æquales ſint. Duo ſunt autẽ æquinoctia: vernale. ſ. & autumnale. vernale fit quarto Idus Martias vel circa. viij. Calendas Aprilis & in octaua parte Arietis conficitur. autumnale decimooctauo Calẽdas Octobres ad vergiliarũ occaſum diebus. xl. quia annũ olim in duas tantũ partes diuidebãt hoc eſt in ęſtiuũ & hyemale ſolſtitiũ. Ab æquinoctiũ fit adiectiuũ æquinoctiale: vt tempus æquinoctiale.

¶ Aequidiale dictum ab antiquis qđ nũc dicimus æquinoctiale: qa nox diei poti⁹ q̃ dies nocti annumerari debet. Sic etiã ęquidiũ q; nũc ęquinoctiũ.

¶ Aequipolleo les. p duplex ll. parẽ poteſtatẽ habeo. Vnde æquipollentia æquiualentia.

¶ Aequiparo as. penul. correp. ſignificat compararo: ſiue æquo.

¶ Aequiualeo. es. penul. cor. quaſi æque poſſum.

¶ Aequiuocũ penul. cor. eſt quod græci dicũt homonymon: & a Martiano vocatur pluriuocũ: quã do pluribus rebus eadẽ eſt appellatio.

¶ Aequor: ab aquã nomen deductũ q; ęquã ſuperficiem habeat: cum nõ fluctuat. & proprie denotat ſuperficiẽ. Ambr. lib. Hexa. Et cum ſit altitudo diuerſa: indiſcreta tamen dorſi eius æqualitas. Vnde & æquor appellatũ arbitror q; ſuperficies ei⁹ ęqualis ſit qa aquę licet fluctuãtes velut mõtes eriganꝫ: ſedatis tñ ſurſũ tẽpeſtatibus adæquãtur. Hinc dicimus æquora cãpi & æquora põti. Cic. lib. ij. Acad. Ab æquo. i. plano vocabulũ accepiſſe confirmat: q; tam plane videtur q̃ mare æquũ. De cãpo Virg. lib. iij. Georg. At prius ignotũ ferro q̃ ſcindimus æquor. Idem: De mari æquora ponti. Nec ſolũ de mari ſed etiã de fluuio dicitur: vt apud eundẽ. Viridesq; ſecãt placido ęquore ſyluas. Accipitur tamẽ quãdoq; pro ipſo mari: vt Bis denis phrygiũ conſcendi nauibus æquor. Quãdoq; pro aere: Aſpice bis ſenos volitantes æquore cygnos. Ab æquor fit Aequoreus a.um.

¶ Aer proprie dicitur mediũ ſpaciũ inter cœlũ & terram. Eſt eñ inanitas plurimũ habẽs admiſtum raritatis q̃ cætera elemẽta. Virg. Lõga per inanes. Dictus aer ἀπὸ τοῦ ἀίρειν ab eo q; ferat terrã: vel q; feratur. Sed credo potius dici ἀήρ ὁτι ἀημί τὸ πνέω vnde producit vltimã. Luc. lib. pri. Aer & longi voluent titana labores: qui corripiũt ipſi vt derint: nec Claudian⁹ dicit lucid⁹ vmbroſo. miſcebitur aer aeruo: quia ſenſus eſſet cõtrarius & ſyllaba falſa: ſed dicit Axis. vel orbis. Hic autẽ aer partim ad terrenã: partim ad cœleſtem materiã pertinet. Nam ille ſubtilis vbi ventoſi ac procelloſi motus nõ poſſunt exiſtere ad cœleſtẽ pertinet partẽ: iſte vero turbulẽtior qui exhalationibus humidis corporeſcit terræ deputatur: quiq; ex ſe multas ſpecies reddit. Nam cõmotus ventos facit: vehementius cõcitatus ignem & tonitrua: cõtractus nubila: conſpiſſatus pluuiã: cõgelatis nubibus niuem: turbulentius cõgelantibus denſioribus nubibus grandinem: diſtentus ſerenũ efficit. Diſtatq; a terra: vt inquit poſſido. ſtadijs. xl. Aliquãdo aer dicitur vẽtus. ſpiritus. vel flatus modicus. Virg. Aera dimouit tenebroſum & diſtulit vmbras. Aliquãdo diciꝫ ſonus. Var. Anima vt concluſa in veſſica quando eſt arcte ligata ſi perculeris aera reddet.

¶ Aerius a.um. per i. vel Aereus per e. modo ſignificat altũ. vt acria turris. modo qđ conſtat ex aere vt corpus aerium. fulgor aerius.

¶ Aeripes penul. correp. celer quaſi aerios pedes habens. Quidã tamen compoſitũ nomen putant ab æs æris. Virg. ſynereſin fecit. Fixerit æripedem ceruam.

¶ Aerope penul.cor. Atrei vxor ex qua Thyestes duos filios ſuſcepit. Et nõ eſt diphthongus. Nam ſcribitur a græcis αεροπη. Ouid.lib.ij.de triſt. Si non Aeropẽ frater ſceleratus amaſſet Cõuerſos ſolis non legeremus equos.

¶ Aerumna απο του αιρω æro leuo tollo ꝓprie ærumnę dicũtur furcinulæ quib⁹ viatores ſarcinas ſuas religatas tabella interpoſita ferre cõſueuerint Quæ quoniã a Mario inſtitutæ: ſunt Muli mariani poſtea vocatæ. Hinc factũ eſt vt labores oneroſi ærũnæ dicãtur: vnde Herculis ærumna. Similiter ærũna dicitur miſeria.calamitas.infelicitas. Vnde ærumnoſum dicitur quod eſt laboribus ac miſeriis afflictum. Cice.lib.ij.de fi. Aerumnas. Maiores noſtri labores nõ fugiendos nominauerũt.

¶ Aes æris ſumitur pro omni metallo ſed ꝑſertim pro eo quod eſt coloris rubri deductũ nomen putant aliqui ab auri ſimilitudine. Alij a græco deriuant απο τα terra. Var.ab aſſe. Accipiturq; pro pecunijs qm̃ ęs fuit in pretio magnis aurũq; iacebat vt ait Lucre. Nũc (verſa vice) iacet æs: aurũ ſũmo ſucceſſit honore. Et primo ex ære pecunia ſignata. Ouidius de Faſt. Aera dabant olim melius nunc omẽ in auro eſt. Victaq; cõceſſit priſca moneta nouæ. Cato. Fundũ æribus ſuis emptum poſſidebãt. Seruius rex primus poſt vrbem cõditã ſignare æs cœpit: cuius in altera parte nota fuit Ianus gemi-nus ex altera roſtrum nauis. Nam quia Saturnum claſſe deuectum hoſpitio Ianus acceperat & ab illo peritiã ruris edoctus feram illam ac rudem ante fruges cognitas vitam in melius redegerat regni cõſociũ fecit: & quoniã naui fuerat aduectus in ſignãdo ære. ex vna quidẽ parte ſui capitis effigiem. ex altera nauis roſtrũ impreſſit: vt quantũ in eo eſſet Saturni memoriæ conſuleret ne accepti beneficij immemor eſſe videretur. Ponitur etiã quãdoq; pro tubis. quoniã ex ære fiunt. Virg. Aere ciere viros. Vnde æneatores tubicines dicũtur.

¶ Aereus a.um. quod ex ære eſt ſicut Aheneus.

¶ Aera æ. numeri nota eſt puta in moneta notabatur numerus quẽ valebat. Lucil. Hæc eſt ratio peruerſa. æra numeri eſt ſubducta improbe. Aſtrologi quoq; initiũ a quo ſupputationes incipiunt æram vocant. Dicta ęra ex eo q; omnis orbis æs reddere profeſſus eſt reipub. Aera etiã græca dictio eſt quę apud nos loliũ ſignificat vt inquit Dioſco. Hinc æreus.a.um. q; ex ære factum eſt. Dioſ. Panis vero cum melle & ærinea farina. i. loliacea.

¶ Aerarius a.um. qđ eſt æris ſiue ex ære. Plyn.lib. xxxiij. Laudationẽ eãdẽ in ęrarijs metallis & proximã in argentarijs fieri compertũ eſt. Inde.

¶ Aerarij tribuni a tribuẽdo ære. Nam vt Var. ſcribit. Tributa erat eis pecunia quã in litib⁹ redderẽt. Idq; quod attributũ dicebatur æs militare.

¶ Aerarij milites dicti ſunt ab ære q; ſtipendiũ facerent. æs em̃ ſtipẽ quoq; dicebãt. Vnde ſtipendiũ.

¶ Aerariũ. æris repoſitoriũ. hoc eſt nũmorũ ſimiliumq; rerũ pretioſarum atq; opum quę vtilitatem reipub. allaturę erant: ſic dictum q; æra in eo principaliter inferebantur.

¶ Aero as. ſignificat æs miſceo: ære adultero: ſiue ære orno. Vnde æratę fores apud Virg. Priſ. A metellorum quoq; nominib⁹ ſolent naſci verba vt ab auro. auro as. ab ære. Aero as. ¦ vnde auratus & æratus. Huius verbi compoſita ſunt. Obæro & ſubęro

Perſ. Nequa ſubęrato mendoſum tinniat auro.

¶ Aeroſus. a.um. ex quo æs fit. vt Lapis æroſus quẽ alio noĩe Cadmiã nũcupant. Et æroſa ab antiquis. Cyprus inſula dicebaſ q; in ea plurimũ æris naſcitur: vel q; primo ibi inuentũ ſit æs.

¶ Aerificium quod ex ęre factũ eſt. Var. Politę em̃ quaſi ærificio videbantur.

¶ Aere diruti milites vocabantur quibus propter ignominiã ſtipendium ſubtrahebatur.

¶ Aeruſcare veteres dixerũt pro pecunias vndiq; colligere.

¶ Aerugo penul. pro. idem qđ rubigo: & proprie in ære vel argento & virideſcit. Rubigo vero in ferro & ſegetibus de quo loco ſuo Ply.lib. xxiiij. Refert æra exterſa celeri⁹ rubiginẽ trahere q̃ neglecta niſi oleo perunganſ. Eruginis in medicina magn⁹ vſus: cui⁹ vis eſt eolyrijs oculorũ aptiſſima. Apd Hora. & Iuue. accipitur ærugo pro pecunia quæ ex ęre fit. Hic ęruginoſus a.um. Sen.lib.de breui. vitę Maiorẽ dierũ ptẽ in ęuoginoſis lamellis cõſumit.

¶ Aes noſtrũ dicitur qđ nobis alij debẽt. Aes alienũ qđ nos alijs debemus. Aes ſuũ quod alij ei de quo loquimur debent.

¶ Aes militare dicebatur quod tribunis ærarijs attributũ erat vt militibus redderetur. Plau. in Aul. Cedit miles æs petit.

¶ Aes ductile. quod facile ducitur attenuaturq; in lamĩas. Aes caldariũ qđ funditur tantum: & male leis fragile eſt.

¶ Aeſchines penul. prod. nomen propriũ oratoris græci demoſthenis æmuli. Fuere etiam alij ſeptem hoc nomine vocati.

¶ Aeſchylus pe.cor. nomen poetæ tragici. Hora. Poſt hunc perſonę pallæq; repertor honeſtę Aeſchilus & modicis inſtrauit pulpita tignis. Hic cũ eſſet caluus & in aprico forte quieſceret teſtudo ab aquila in altum delata cum decidiſſet: caput eius confregit interemitq;.

¶ Aeſculapius. nomẽ eſt Apollinis filij qui medicinã artẽ vel laude vel opere ampliauit. Ob eamq; rem in deorũ numerũ receptus ferſ. Cuius duo filij Podalyrius & Machaon bello troiano Agamẽnonẽ ſecuti nõ mediocrẽ opẽ cõmilitonib⁹ attulere.

¶ Aeſculus arbor glandifera cuius fructu cũ in prima ętate homines veſcerẽtur ab edo pro comedo deduci putatur: q̃uis edo primã breuem habeat quidã tamen ſine diphthongo ſcribunt ab eſca nomen trahentes: q; ante vſum frumenti hæc arbor mortalibus victum præbebat. Hinc Aeſculeus.a.um. Palla. Aſſeres quernę cum ęſculeis nõ miſceantur. Eſculum neutri generis & ſine diphthongo ciuitas in agro piceno.

¶ Aeſis ciuitas Vmbriæ ¦ a qua Aeſinates populi. Ply.li.xi. Caſeum inquit æſinatẽ ex vmbria. Ptol. quoq; hanc vrbẽ æſiam ab æſi fluuio nominat.

¶ Aeſopus. penul. prod. nomẽ fabulatoris clariſſimi. Inde Aeſopianus. Hiero. ¦ Iuxta Aeſopianã fabulam. Hic miſer vita: miſer morte: & miſer forma vñ Maxi. Planudius de ipo ita ſcribit αισωπος το μεν γενος εξ αμοριου της φρυγιας την δε τυχην γεγονε δουλος εγενετο χαμ εδεων ου μονον δουλος αλλα και δυσειδεστατα τα τωμεπαντου παν τοματνθρωπον ειχε και γαρ φοξος ην σιμος την ρινα σιμος τον τραχηλον προχειλος μελασοφερ και του ονοματος ετυχε ταυ

.Æ.

τοῦ τάφου αἰσωποσ τῶ αἰθίοπε.

¶ Aeſtimo as.penul.co.ſignificat apprecio taxo compoſitū ab æs & τιμη pretium quaſi ære taxo. Et cōſtruitur cū ablatiuo:vel genitiuo horū nomi num tanti:quanti: quantiuis:tantidē: quanticūq; magni:parui:pluris:minoris:maximi: plurimi:ni hili:& ſiqua huiuſmodi reperiātur licet etiā ablati= uis horum nominū ſine ſubſtātiuis iungi huic ver bo inueniant. Boe.in prolo.lib.topi. Ingratū qui dem ſi magna trebatij merita quibus ipſe vſus fue rit paruo æſtimare videretur cū nullam eis gratiā reſtituēdā putaret. Hier. in leui. Si ſtatim ab anno incipientis iubilei nouerit agrū quanto valere po= teſt:tanto æſtimabitur. Frequentius tamē cum ge nitiuis iūgitur. Cic.lib. Acad. Alia pluris eſſe æſti= manda.alia minoris. Liu. Vtrūq; caſum cōplexus eſt mancipia minora annis.xx.quę poſt proximū luſtrum decē millibus æris aut pluris veniſſent:ea quoq; decē tanto pluris q̄ quanti eſſent æſtimaren tur. Similē ſignificationē habent. Pendo facio cu ro eſt:intereſt & refert cū pretū iungitur: quia pro æſtimo:ſiue æſtimat ponūtur: vt parui facio nihili pendo & huiuſmodi. Inuenitur etiā æſtimo ſine ab latiuo vel genitiuo. Hiero.in Leui. Si pauper fuerit & æſtimationē reddere nō valebit:ſtabit coram ſa cerdote: & quantū ille æſtimauerit: tantum dabit. Sciendū quoq; in ſacris litteris vt Fulgentius do cet duobus modis æſtimatio poni ſolet. Nam qui aliquid certiſſime ſcit: & q putat aliquid eſſe quod nō eſt æſtimare dicit. Ad ęſtimationē incertę ſcien tię ſeu cognitionis pertinet quod dicitur Aeſtima bat ſe viſum videre. Nomine autē ęſtimationis cer tiſſima ſcientia ponitur in libro ſapientię. Scit prę terita:de futuris æſtimat. i.certiſſime ſcit. Et ap'us Aeſtimo q; nō ſunt cōdignæ paſſiones huius tem poris ad futurā gloriam.i.certe ſcio. Ab ęſtimo fit exiſtimo diphthongo in i longā cōuerſa quaſi ex æſtimatione ſtatuo atq; decerno. Prius eī̄ rem ęſti mamus.i.cōſyderamus deinde qualis ſit exiſtima mus.i.iudicamus. Terē. Nā ea res dedit exiſtiman di copiā quotidianæ vitæ cōſuetudinē. Quint. Ve lauit ei caput & ſuo cuiuſq; aīo dedit ęſtimandū.

¶ Aeſtimabile quod facile ęſtimari poteſt. Cuius contrarium eſt inæſtimabile.

¶ Aeſtas ſignificat tempus quod incipit ab æqui noctio vernali & finitur æquinoctio autūnali con ſtatq; ſenis menſibus:& totus annus in æſtatē hye memq; diuiditur. Particularius tamē ponitur pro quarta anni parte. Hoceſt pro tribus menſib⁹ qui incipiunt ſole cancrū ingrediente. Nam ſole ingre diente libram autūnus eſt:ingrediente capricornū hyems:ingredientē arietē ver.

¶ Aeſtiuus a.um.pe.p.qđ eſt æſtatis. Greg. Aeſti uū tempus qđ corpori meo valde cōtrariū eſt.

¶ Aeſtiua dicūtur loca vmbroſa nemoroſa in qui bus per ęſtatē vitatur ſolis ardor. Sta. Et vmbroſi patuere æſtiua lycæi. Quandoq; ponitur pro ipſis gregibus in æſtiuo cōmorantibus. Virgil. libro.iij. Georg. Nec ſingula morbi corpora corripiūt: ſed tota æſtiua repente. Quandoq; ęſtiua appellantur loca in quibus & armēta & greges & milites æſtate ſunt:ſicut hyberna vbi habitāt hyeme. Quādoq; vocātur quę æſtate fiunt. Plynius lib.xviij. Aeſti ua æſtate quę ante vergiliarum exortum ſeruntur: vt milium panicum.

¶ Aeſtiuo as.ſicut hiberno.& eſt æſtiuare propter æſtum euitandum alicubi morari. Plyn.lib.xij. In tra ſepem eam ęſtiuant paſtores opacam pariter & munitam vallo arboris.

¶ Aeſtus.us.calor & ſolis flagrantia. Virg.lib.iiij. Georg. Aeſtibus in mediis vmbroſam exquirere vallem. Ponitur interdū pro æſtiuo tempore. Idē. Propiuſq; ęſtus incendia voluūt. Inde per tranſla tionē.æſtus quandoq; dicitur deſyderiū:cupiditas libido:amor & huiuſmodi. Prętera æſtus vocatur impetus marinus vel cōmotio qđ feruore quodam id fieri videatur. nā eſt maris acceſſus vel receſſus .i.inquietudo. Sic etiā dicitur vis ventorū procel la vel fluct⁹. Plau.in Aſi. Quo magis te in altū ca peſſas:tā ęſtus te in portū referet. Lucre.li.iiij. Fri gus vt a pluuijs calor abſolet æſtus ab vndis.

¶ Aeſtuo. as. ferueo. flagro. Ambroſi. Pſalmi de torcularibus inſcribūtur:eo q; in his myſteria do= minicæ paſſionis ſpiritu ſancto feruēte ardentius æſtuarunt. Aliquādo æſtuare eſt fluctuare agitari. Aug.lib.viij.de ciui.dei. Omnes turbellas & tem= peſtates animi quib⁹ dęmones ęſtuare atq; fluctua re aſſerit nos vera religio deponere iubet. Huius cō poſitum eſt exæſtuo qđ eſt extra ęſtuo exeundo in cremento. Virg. Fundoq; exæſtuat imo. Iuſ. libro pri. Quę materia i illis locis paſſim e terra exęſtuat Hieron⁹. ad coitum ſemper exæſtuāt. Sue. Foſſas omnes quas nilus exæſtuat oblimatas longa vetu ſtate militario opere deterſit.

¶ Aeſtuoſus a.um. quod eſt calore plenum. Colu. lib.iiij. Cœlum neq; niuale vinea nec rurſus æſtuo ſum deſiderat.

¶ Aeſtuaria loca dicūtur per quę mare viciſſim tū accedit tum recedit: ſiue quæ marinis aquis referta ſunt ex inundationibus pelagi. Ply.lib.iij. Illyrici ora mille amplius inſulis frequētatur natura vado ſi maris æſtuarijs tenui alueo intercurſantibus cla re ante oſtia timaui calidorū cū æſtu maris creſcen tium iuxta iſtrorum agrum.

¶ Aetas gręcū eſt αἰων αἰωνος inde latine quum æui æuitas ætas per ſyncopā: ſed ætas plęrūq; ge neraliter dicitur: vt ætas ſenectutis: ętas iuuētutis. Sex eī̄ ſunt hominū ætatis gradus. Infantia:pue ritia:adoleſcētia:iuuentus:grauitas:atq; ſenectus: in his ſex ſpatijs philoſophi vitā deſcripſerūt hū manā quibus mutatur & currit & ad mortis termi= num peruenit. Var. quinq; gradus facit. In primo vſq; ad annū.xv. pueros dictos:q; ſint puri.i.im= puberes. Secundo ad trigeſimū annū adoleſcētes ab adoleſcēdo nominatos. In tertio qui erat vſq; ad quadraginta annos iuuenes appellatos: eo q; rempu. in re militari iuuare poſſent. In quarto autē gradu: vſq; ad ſexageſimū annū ſeniores nūcupa tos:q; tunc corpus ſeneſcere incipiat. Inde vſq; in finem vitæ vniuſcuiuſq; quintū gradum factū: in quo qui eſſent ſenes appellatos q; ea ætate corpus iam ſenio laboraret. Horum tamen ſinguli trifariā diuidūtur vt prima pars viridis ſit: deinde adulta poſtea pręceps. vnde Virg. Viridiſq; iuuenta. Aliſ aliter diuidunt ętates: Aetas vero mūdi. Prima ab Adam vſq; ad Noe. Secūda a Noe vſq; ad Abra= ham. Tertia ab Abrahā vſq; ad Dauid. Quarta a Dauid vſq; ad tranſmigrationē Iudæę in Babyſo niam. Quinta deinde vſq; ad aduentū ſaluatoris in carne. Sexta q̄ nūc agitur vſq; quo mundus iſte

finiatur. Interdum ætas accipitur pro anno. Virg. Vbi quarta acceſſerit ętas. Var. Aetatē vix decimā egreſſus. Interdū pro .xxx. annorū ſpatio. Ci. Tertiam iam ętatē hominū viuebat. Sic Plu. oſtendit ætatem eſſe ſpatiū. xxx. annorū ſecundū heraclitum. Interdū pro centū annis. Ouid. Annos vixi bis centū: nunc tertia viuitur ætas. Ponitur & pro quouis tempore humanæ vitæ longiſſimo. Dicitur q; ætas vt inqt Apul. per ſyncopā quaſi ęuitas ab æuū. Græci ętates τρεαϛ dicunt ætas mala dicta eſt ſenectus Plau. Conſitus ſum ſenectute onuſtum gero corpus vires reliquerūt vt ętas mala eſt mors mala eſt ergo. Econtrario bona ætas Iuuentus appellatur. Cice. Quod ſeipſis voluptatib⁹ bona ætas fruĩ libentius primū paruulis fruĩ rebus.

¶ Aetate aduerbiū ſignificat diu Plau. Aetate ambo ambobus ſint obnoxij. Idē. Aetate velim ſeruire libanū: vt cōueniam modo.

¶ Aetatula diminutiuū. i. ætas modica.

¶ Aeternus quaſi æuiternus: perpetuus a quo ſempiternus: quaſi ſemper æternus. Aeternitas perpetuitas. Differūt tamē æternū & ſempiternū q; ſempiternū dicūt deū eſſe qui ſemper fuit: eritq;. Aeternos homines qui principiū quidē habuerint & tamen animo ſunt immortales: atq; perpetui.

¶ Aeterno as. perpetuū facio. Varro. Litteriſq; ac laudibus æternare: Sunt tamē qui æternus & æterno aſpirent quādo ab ætherea deducant.

¶ Aeta nomen eſt montis in theſſalia.

¶ Aethalia inſula in liguſtico mari. Vide infra in dictione æthalia.

¶ Aetiologia cauſę redditio. Nam αιτια cauſa eſt & logia ratio. οτι αιτια και αιτιαομαι και απο του λεγω λογος ως απο του τρεχω τροχος.

¶ Aether ſummus eſt vbi ſtellę ſunt. Greçe αιθηρ ponitur ab aliquibus pro elemento ignis. Nam ſecundum Var. Cœlū diuiditur in æthera & aera. Terra in aquā & humū: e quibus ſummū eſſe æthera: ſecundum aera. tertiam aquā infimā terram eſſe ſcribit. Auguſt. lib. viij. de ciui. dei. Aether longe a terra alteq; ſuſpenſus: aer vero ætheri terræq; contiguus. Ouid. lib. i. me. Hæc ſuper impoſuit liquidū & grauitate carētē Aethera nec q; q; terrenæ fæcis habentē. ab αιθω ardeo. Anaxag. Aetheris nomine ignem ſignificauit q; ſupetiora igne plena ſunt Ariſt. Aethera cœlum dixit ex αει ſemper & θεω voluo curro quaſi perpetuā volubilitatē indicet. Nam lib. i. meteorologię ſic ſcribit. Corp⁹ em̄ cy. ſemper curreret ſimul diuinū quippiā ineſſe opinātes Aetherem nominari ſtatuerūt. Vnde Ouid. ad Cæſarē. Sic habites terras: vt te deſyderet æther. Alij accipiunt pro aere. Apul. Aqua tellus: æther ignis. Virg. Reſonatq; fragoribus ęther. Ab ęther fit Aethereus a. um. Idē. Aetherea quos lapſa plaga Iouis ales aperto Turbabat cœlo.

¶ Aethera æ. generis fœ. noiatiuus formatus ab accuſatiuo greco. ætherē vel æthera: ſicut lampas lampadē vel lampada. Hæc lāpada. Thorax thoracē vel thoraca: hęc thoraca. Et ponitur pro aere Vnde canimus. Quem terra pontus æthera colunt adorant prædicant.

¶ Aethra æ. ſplendor: ætheris & pro aere ponitur. Virg. lib. iij. Nam neq; erant aſtrorū ignes neq; lucidus ęthra Syderea polus. Hoc etiā nomine dicta eſt thelei mater. Alia fuit mater pithei de qua Oui. in epiſtola ariadnes.

¶ Aethruſci dicti ſunt: vt quidā putāt ab Aethria ciuitate quā Diomedes condidit. poſtea atria dicta: ſiue απο της αιθρας και ασκειν æthra & aſcein propter auguriorū peritiā quaſi de cœlo ſeruātes & exercētes æthera. Alij απο της αιθρας æthras quæ ſerenitatē ſignificat maxime q; ęthruria ab omni aeris caligine nebulaq; remota videatur. Seruiꝰ vero hetruriā dicit eſſe Italiæ prouinciā q; eius fines protenſi ſunt vſq; ad primā ripam tyberis Heteron em̄ alterū. ορος finis dicitur. Roma em̄ antea vnam tantū tyberis ripā tenebat. Vnde Iuue. imperij fines tyberinū virgo natauit. Liu. li. pri. Pax inter hetruſcos & latinos ita cōuenerat vt hetruſcis latiniſq; albula quē nunc tyberim vocāt finis eſſet. Sunt tamen qui ſine diphthongo & ſine aſpiratione ſcribant quoniā prima eius dictionis corripiatur. Mar. Quantū ſollicito fortuna parentis hetruſco.

¶ Aethiopia. vt auctor eſt Ambr. lib. de paradiſo vilis & abiecta latina interpretatione ſignificatur. ab æthiope Vulcani filio cui prę fuit ſic dicta vt ait Ply. Vel a græco αιθω cremo & ωψ ops aſpectus facies. Nam ſolis vicinitate torret. Eſt em̄ ibi iugis æſtus. Quicquid eius eſt ſub meridiano cardine eſt Circa vero occiduū montuoſa eſt: arenoſa in medio. Ad orientalem plagā deſerta. Cuius ſitus ab occiduo atlantes mōtes ad orientē vſq; in ægypti fines porrigitur. A meridie oceano. A ſeptētrione nilo flumine clauditur: plurimas habens gentes diuerſo vultu & mōſtruoſo ſpecie horribiles. Ferarū quoq; & ſerpentiū referta eſt multitudine. In ea em̄ rhinoceros cameleon: pardus: baſiliſc⁹: dracones ingentes. Quidā bifariā diuidunt æthiopiā & vnā quidē aſiæ alterā africæ aſſignant. Altera ad orientem vergit: altera eſt ſub ipſo meridie.

¶ Aethiops Vulcani filius: qui a ſe æthiopiam denominauit. Et æthiops dicitur qui ex ęthiopia eſt: qui & æthiopicus: & æthiopꝰ dicitur ſecundū Ser. nec nō & æthiopiſſa. Sunt qui æthiopes dictos putent a Cus filio Cham: Cus enim hebraica lingua æthiops interp̄tatur. Hi quondā ab indo flumine conſurgentes iuxta ęgyptū inter nilum & oceanū in meridie ſub ipſa ſolis vicinitate inſederunt: quorum tres ſunt populi heſperi garamantes & indi. Heſperi ſunt occidentes: garamātes tripolis: indi orientes.

¶ Aetna mons Sicilię perpetuo clarus incendio a poetis decantatus. In cuius aſcenſu eſt oppidum eiuſdem nominis quod montē aſcenſuros excipit atq; tranſmittit: multumq; diſtat; ab Enna ciuitate cum mons littori adiaceat catanēſi. Enna vero in medio inſulæ ſit cōſtituta. Quare autē Aetna flammas euomat. Trogus lib. iiij. explicat Sicilia terra eſt cauernoſa & fiſtuloſa. quo fit vt ventorū flatibus pateat. Vnde ignis concipitur intrinſecus ſulphur habetur & bitumen vbi ventus per ſpiramenta cauernatū incubuit diu luctatus cōcipit ignem. Sic ætnæ durat incendiū. Motus ergo ventorum cauſa incendij eſt. Ab ætna fit ætneus a. um.

¶ Aetolia græcię regio in tertio ſinu europę epiro arcananiæ & locris finitima græci αιτωλιαν dicūt: vnde debet ſcribi ſine h. dicta ab Aetolo Martis filio. Hinc ætolus a. um. penul. producta. Virg. libro. xi. Non erit auxilio nobis ætolus & arpi. Sic

militer Aetolicus: vt ager ætolicus.

¶ Aethon equus Phœbi dictus est: siue Hectoris fuere autē vt in fabulis fertur quattuor equi solis. phlegon. s. pyrois. heous: & æthon quibus significantur quattuor diei horę. Nam phlego inflāmo significat. Pyrois ardens: heous splendēs. æthon ardens vel splendidus.

¶ Aeuū græce αἰων proprie tēpus & ætas longa siue perpetua u. interiecta vt inquit Apul. Inde ęuitas & ęuiternus secundū Prisc. quod per syncopam ætas & æternus dicitur p senectute longæuitatecp. Hinc deducūtur coæuus æquæuus grandæuus longæuus & primæuus.

¶ Affabilis pe. cor. ex ad & fabilis: qui se facilē ad audiendum præbet hinc affabilitas.

¶ Affatim aduerbium prima non media acuta vt Quintil. lib. iiij. docet significat abunde large nō dicibiliter. Li. Affatim edi bibi lusi: Hier. Affatim diues est qui in christo pauper est. Et hæc ab Affaris deducūtur de quo in dictione faris.

¶ Affabre penul. cor. aduerbiū significat artificio se ficut in fabre sine artificio. Pacu. Barbariē pestē nostris nauibus obtulit noua figura factam commissam in fabre.

¶ Afficio is. pe. cor. ex ad & facio significat affectionē quandā siue dispositionē induco. Et ad animum & ad corpus siue in bonū siue in malum pertinet. vt hæc res afficit me gaudio. i. affert mihi vel inducit in me gaudium. Hęc res afficit me dolore. Affeci te letali vulnere. i. intuli tibi: vel induxi in te letale vulnus. Inuenitur quādocp absolute positum. vt Multa sunt quę afficiunt hominem. i. affectiones siue affectus inducunt. Cor. Cel. Pulmo totus afficitur. i. macerat/ læditur/ corrūpitur. Et afficior quasi animor. i. istius animi sum. Cice. in Læl. Vt eodē modo erga amicū affecti simus: quo erga nosipsos. Postea sequitur. vt quemadmodū in se quisq; sit: in amicum sit animatus.

¶ Affectus a. um. participiū cū absolute ponitur sumitur pro languēte. Proper. Iuppiter affectę tandē miserere puellæ. Liu. lib. v. Vires corporis affectæ Affecta ædificia & cætera hmōi dicūtur q̄ non ad finē ipsum sed proxime ad finem sunt deducta. Cice. Bellum affectū videmus. & vt vere dicam pene confectū. Idem significat profligatū.

¶ Affectus us. siue affectio est: vt lætitia cupiditas affectiones a Cice. affectus ab aliis appellātur. Et affectiones si rectę sunt, virtutes vocātur. si a recta ratione auersæ sunt: vitia fiunt & perturbationes. Cic. in rhe. diffinit. Affectio est quędā ex tempore aut ex negociorū euentu: aut administratione: aut hominū studio cōmutatio rerum. Aug. lib. ix. de ciui. dei. Quæ sunt sententiæ philosophorū de his animi motibus quos græci πάθη nostri autē quidam sicut Cice. affectiones vel affectus. Quidā vero de græco expressius passiones vocant. Poetę p desyderio accipiūt. Proper. & tibi ad affectū vires det Cæsar. & est honesta locutio. Res tibi dātur ad affectum. i. quemadmodū cupis. Iuuena. Si res ampla domi similisq; affectibus esset.

¶ Affecto as. significat cū affectu & anxie quæro. Vir. Vtrumq; affectat olympo. Cic. ad Heren. Non tam affectanda q̄ superiores. sed tamē adhibenda nōnunq̄. Hinc affectata oratio quæ nimis anxie & curiose quęsita est. & affectatio curiositas & nimia diligentia: Affectate curiose. Aliquando affectare est afficere. Plau. in bac. Tria flagitia aut dāna qui bus patrē & me teq; amicosq; ois affectas tuos. est etiā affector deponēs. Var. Affectatus est regnū.

¶ Affines: sunt viri & vxoris cognati dicti ab eo cp duæ cognationes quæ diuersæ inter se sunt: per nuptias copulantur: & altera ad alterius cognationis finem accedit ex ad & finis. Nomina eorū hæc sunt. Socer: socrus: gener: nurus: vitricus: nouerca: priuignus: priuigna. Gradus affinitatis. Et quidem viri pater vxorisq;: socer: mater eorū socrus appellat. Filij vxor Nurus: Filię vir: Gener. Vxoris liberis ex alia vxore natis: Nouerca dicit. Matris vir ex alio viro natis: Vitricus appellatur. Eorum vterq; natos aliūde priuignos priuignasq; vocāt. Viri frater est Leuir. Viri soror dicit Glos. Duorū fratrū vxores Lauitrices dicūtur. Potest etiam sic diffiniri. Socer est vxoris meę pater: ego illi⁹ fū gener. Socer magnus dicitur vxoris meæ auus: ego illius sum progener. Et retro. Pater meus vxoris meę socer. Hęc illi nurus. Et auus me⁹ socer magn⁹ est. illa illi pnurus. Itē prosocrus mihi vxoris meę auia est. ego illius sum pgener. Et retro. Mater mea vxoris meæ socrus est: illa huic nurus. Et auia mea socrus magna est. vxor mea illi pronurus est. Priuignus est vxoris meę filius ex alio viro nat⁹. Ego illius Vitricus. Et in contrarium vxor mea liberis quos ex alia vxore habeo nouerca dicitur. Liberi mei illi priuigni. Hos inter se quia affinitatis causa parentum liberorumq; loco habentur in matrimonio copulari nefas est.

¶ Affirmo proprie iuxta firmo: q̄uis plærūq; pro asseuero per iusto ponatur. Hinc affirmatio. quę est enūciatio alicuius de aliquo: vt Socrates est. Hieron. y. in ptolo. Salo. Nonnulli scriptorū veterum hunc esse iudæi philonis affirmant.

¶ Affligo is. pe. pro. Vide in dictione Fligo. Hui⁹ frequentatiuū est afflicto as. quod est sæpe affligo, vnde & illud Archytæ. O te infelicē q̄ te afflictarē nisi iratus essem. Cice. lib. iiij. Tusc. Afflictatio ægritudo cum vexatione corporis.

¶ Afflo as. ad aliquid spiro. Liu. Afflabat vis frigoris acrior. Vide latius in dictione Flo.

¶ Affluo: abūdo. vt Affluo diuitijs. Dicimus etiā diuitię affluūt mihi. Aliquādo affluere est vehemēter decurrere. Col. li. i. Nec ū a vertice torrēs imbribus cōceptus affluxerit: fundamenta cōuellat.

¶ Africa λεγεται δε οτι αμοριομεστι το ζεφυρικο και φρικη και φριττω οτι θερμοτητ μεγιστη αυτου ηλιου. sed penul. cor. regio sic dicta vt Ioseph. lib. antiqui. inquit ab Afro vno ex posteris Abrahę de Cethura qui dicitur duxisse aduersus libyam exercitū: & ibi deuictis hostibus consedisse. Incipit a finibus ægypti pergens iuxta meridiem per æthiopiā vsq; Atlantē montem. a septētrionali parte mediterraneo mari cōiuncta claudit̄. & in Gaditano freto finitur. Habet prouincias libyam cyrenēsem: pentapolim: byzantiū: carthaginem: numidiā. Sunt qui africā diuidant in maiorem & minorē. Et minorē ab occasu numidiā habere: ab ortu cyrenaicam a septētrione mediterraneo mari terminari. In eaq; olim fuisse carthaginē Vticā hipponē rhegiū & fluuiū bragadan. Maiorē vero esse quę a meridie incipit & vsq; ad occasum protenditur. Hinc Africus ca. cum. y. africus ventus

qui ab occidente flat contra vultutnum dictus ab Africa vbi primū incipit Africanus a. um. vt gēs africana. Et Afer idem quod Africanus.

¶ Africanæ absolute dicūtur pantheræ quæ & variæ quoniā id genus in ea regione creberrimū fuit. Plinius Senatusconsultū fuit ne liceret africanas in Italiam aduehere.

¶ Agamus penul. cor. latine dicitur sine viro: seu sine vxore. Gamos enim nuptiæ.

¶ Agathos penultima correpta: bonus latine dicitur: inde dicitur Agatha.

¶ Agalma atis. apud nos indicat simulachrum & laruam & statuam.

¶ Aganippe es. fons boœtiæ a cadmo mōstratus musis sacer: quasi valde ab equo formatus ἀγαν agan valde hippos equus. Qui fons potus dictus est prestare facundiā. Hinc aganippis idis denominatiuū: & Aganippeus. a. um. Ouid. libro. vi. fast. Dicite quę fontes aganippidas hippocrenes Grata meduseī signa tenetis equi. Proper. Par aganippeæ ludere docta lyræ.

¶ Agapetus penul. prod. nomen viri: & latine dicitur dilectus: ab agapao diligo.

¶ Agar nomen ancillæ Abrahæ: & interpretatur aduena. A qua Agareni populi qui nūc sarraceni a Sarra vxore Abrahæ.

¶ Agaricon pe. cor. fungus est in arboribꝰ nascēs colore cādido medicinę vim habēs. Nascitur circa bosphorū quis & in gallia etiā cisalpina inuenitur.

¶ Agaso pe. p. equorū vel asinorū doctor. Pli. li. xxxv. Pinxit & in vna tabula. quaq; maxime inclaruit agasonē cum equo. Liu. Acceptos ab Agasonibus equos cū rex ascensurus erat admouebāt Est & Agaso nomen propriū serui. Hora. Si patinam pede lapsus frangat Agaso.

¶ Agathyrsi populi scythis vicini vt inqt Hiero. Qui multū habent auri sine auaritia sine inuidia. Hos Pli. scribit habere capillos cæruleos. Vñ & picti dicūtur qm̄ versicoloribus vestibꝰ induūt. Vir. lib. iiij. Cretesq; dryopesq; fremūt: pictiq; agathyrsi. Dicti agathyrsi ab Agathyrso Herculis filio.

¶ Agathyrsum siue agathyrsa ciuitas. De qua Silius. Defuerant agathyrsa manus geminoq; lacone Tyndaris.

¶ Agenealogetos: latine sine nuptijs dicitur. immo vilis genere.

¶ Agenor penul. prod. nomen regis phœnicum: & Beli filij. Hic genuit Taygetam: & europā filias: filios vero Cilicem cadmū & phœnicem. Agenor etiā dictus fuit Anthenoris filius.

¶ Agelastus: latine mœstus & sine risu. Quo noīe dictus est crassus auus crassi in parthis interempti quē tradūt semel tantū in vita sua risisse. Quod factū est cū vidisset asinū carduos comedentē: dixisseq; ob id similē habent labra lactucā. Factū hoc dictūq; festiuissimū risus subsecutus est. quoniā a ἀστερητικη καὶ γελαω qθερικὰ καὶ ἀγελαστος.

¶ Agis vel agides lacedæmoniorum rex qui cum athenienſibus cruentissima bella gessit.

¶ Agylla vrbs tusciæ alias cerete vocata & Agyllina a noīe cōditoris: quē Virg. lib. viij. ex lydia venisse ostendit cū ait. Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto Vrbis agyllinæ sedes vbi lydia quōdā Gēs bello p̄clara iugis insedit etruscis.

¶ Ago is. gręcū est ἀγω. μ. ἀξω. egi actū multa significat. Nā agere est operari. Plau. in Amph. Dū hęc agūtur. Vir. lib. iij. Alpheū fama est huc elidis amnē occultas egisse vias. proprie tamē ad animū refertur. Vñ de rep. dicimus agere quia vt inqt Var. in hmōi re est cura animi. Quādoq; agere est inducere seu impellere. Lact. li. vi. Tres sunt affectus q̄ homines in oīa facinora precipites agant: ira: cupiditas: libido. Quādoq; audire. Terē. in An. Hocci ne agis an nō? i. audis vt exponit Do. Sic Plaut. Vos agite spectatores. Quandoq; ducere viuere. Teren. in An. Primū hæc pudice vitā parce ac duriter agebat: lana tela victū quæritās. Quādoq; dicere. Idem in Adel. Sed est ne hic ipsus de quo agebam? Quādoq; pronūciare. Cice. de opti. gene. dicendi. Diserti deformitate agēdi multi infantes putati sunt: vtiā nō sine causa Demosthenes tribuerit primas & secūdas & tertias partes actioni. Quā doq; cogitare. Virg. Id quidē ago & tacitus lycida mecū ipē voluto. Quādoq; effingere: vt Ago stultum. i. fingo siue rep̄sento me stultū. Vnde actores comœdiarū dicūtur qui diuersorū hominū gestus agūt in scęna. Quādoq; ire: vt nudus ago. Pōpo. mella. Exercēt bellādo animos corpora ad cōsuetudinē labor̄ maxime ad frigora nudi agūt anteq̄ puberes sint. Idē paulo post. Lino alij vestiunt aut lanis quas vt diximus syluæ ferūt harūdinū. Alij auiū ferarūq; pellibus pars nudi agunt: pars tantū obscęna velant. Val. Max. sic locutus est sed nō in eo sensu. Experiri volui an scires cōsul agere. i. fungi cōsulis officio. Idē Pub. Rutil. nō Publicanus in Sicilia egit sed opas publicanis dedit. Cū actō vero frequentius. Vnde dicimus Agit publicanū. Agit senatorē. Agit amicū pro eo qđ est facit officiū publicani senatoris & amici. Hora. Lætū agit cōuiuā. Et subauditur se. Quod Virg. posuit. Ecce gubernator sese palinurus agebat. Est quādo agere significat extendere porrigere: vt vera gloria dices agit atq; etiā porrigitur. Itē sursum ducere ab imo pectore. Vnde & pro morī vsurpatū est addendo animā. Seneca epist. xxvi. Quid egeris tūc apparebit cū animā ages. Itē agitare. Plaut. Aedepol eam agam verberibus. Virg. Prodigijs actis cœlestibus ossa piabūt. Itē tractare. Mar. Semper agis causas. Aliquādo cōstruitur cū prepositione. Cic. in Lel. Cū em̄ sæpe mecū ageres vt de amicitia aliquid scriberē. Et nō agit de pecunia sed de capite. Agis mecū tabellis obsignatis. dicit quando quispiā diuersa dicit ab ijs q̄ alias approbauit. Tūc em̄ solem̄ tabulas illius manu scriptas obsignatasq; proferre ad coarguendū quib̄ cōtinetur quid alio tēpore senserit. Quod est cōuincis me testimonio litterarū mearū. Itē succedere siue in bona cōditione esse: aut mala. Val. Max. Bene egissent athenienses cum Melciade: si eū post trecēta milia persarū. Maratone deuicta in exiliū protinus misissent. Frequētius p̄ impersonale vtimur hoc modo bene melius optime tecū agit. Male mecū actū est. & peius pessime q̄ cum illo. Cice. Cum illo vero quis nescit actum esse pręclare: mecum incōmodius. Sed cum dicimus actum est. Res acta est: semper in malam partē sumitur: vt actū est de republica. i. extincta est res mea tua illi̇ acta est. id est absumpta siue deperdita: siue elapsa est. Terent. in Heau. Vnam ei cœnam atq; eius comitibus dedi. Q̄ si iterum mihi sit danda actū siet. Idem. Acta hæc res est perij.

AG

Actū agere prouerbiū eſt qđ in ſumma rerū deſperatione ponitur.i.nihil agere. Idem in phor. Actū aiunt ne agas. Quod em̄ iure ſemel iudicatū fuerit reſcindi & iterū agi nō poteſt. Ponit interdū agere pro vertere. Virg. Ipſe ter adducta circū caput egit habena. pro vrgere perſequi. Idē. Paſtor agēs telis Pro Iurgari. Cice. Perinde ac ſi furti cū eo egiſſet. Pro. Regere. Virg. Tros tyrioſq; mihi nullo diſcrimine agetur. Pro antepellere. vt & potum paſtas age tyrie. Pro vehere producere. Varro. Non hos pactolus aureas vndas agens eriperet vnq̄ e miſeriis. Pro foras pellere fugare vt membris agit atra venena. Pro repēdere. & hoc dūtaxat verbis oſtendere id habuiſſe gratū. Nā grātias habere eſt in animo cū memorē accepti beneficij mentē animūq; habeo & inuicē gratificādi voluntatē. Referre eſt verbis ſed reddere gratias eſt facto vt ſi a me ſubleuatus aliquo beneficio viciſſimq; aliquo mō me ſubleuaueris: gratias rettuliſti reddidiſtiq;. Et licet Seneca nolit malas gratias referri poſſe: ſed reddi: Cic. tamē in Sal. ait. Nam q; iſta inuſitata rabie in vxorē & filiam meā inuaſiſti: quæ ſe facilius mulieres abſtinuerunt a viris: q̄ tu vir a viris: ſatis docte ac perite feciſti. Nō em̄ ſperaſti me mutuā tibi gratiam relaturū vt viciſſim tuos cōpellarē. Referre tamē hic verbo etiā dicitur nō ſolū facto. Referre igitur gratiā tam in malū q̄ in bonū dicitur: cū ſit facto beneficiū aut iniuriā acceptam compenſare. Rectiuſq; huic verbo gratiā q̄ gratias iūgimus: cū habere aut agere gratias nō gratiā dicamus. Liui. Satiatus tandem cōplexu filij. Renunciate inquit gratias regi me agere referre gratiā aliam nūc non poſſe. q̄ vt ſuadeam nō ante in aciem deſcendat q̄ in caſtra me rediſſe audierit. Cice. Cui pro me ſenatus gratias agendas putauit ego a me gratiā referendam nō putem. Reſpondere quoq; officijs eſt ſatisfacere gratiaſq; referre. Plan. Cic. Immortales tibi ago gratias: agamq; dum viuā. Nam relaturū me affirmare non poſſum. Tantis em̄ tuis officijs non videor mihi reſpondere poſſe. Preterea agere pertinet ad omnes actus humanos. Nā qui ſedet: qui ſtat: qui cogitat: qui iacet: qui moritur: aliquid agere dicitur: ita vt nullus q modo viuat eſſe vnq̄ poſſit ſine actione. Quippe viuere agere eſt: vnde & vitam agere dicimus. Componitur Ago cū ad: vt Adigo: cum ab. vt Abigo: cū am. vt Ambigo Con vt Cogo. Circū vt Circūago. quod eſt circūduco. De vt Dego. Ex vt Exigo. Per vt Perago. Pro: vt Prodigo. Re: vt Redigo. Sub: vt Subigo a quo fit Protubigo. Trans: vt Tranſigo. Sunt etiam qui putent caſtigo: mitigo: læuigo: litigo: & nego cōpoſita eſſe cū ago vt ſit caſtigo caſte ago: mitigo mitem ago: læuigo læue ago. i. planū: fuſtigo fuſte ago: litigo lite ago. Sed cū ſint primę conIugationis habeantq; quædam i productam non videtur ab ago cōpoſita. Ab ago ſunt actor: actio actus. a. um. & actus us.

¶ Agere reū eſt accuſare: pagere reū eſt cōdēnare.

¶ Agere forū eſt iura reddere & cauſas audire.

¶ Agere cum populo: eſt populū rogare vt ſuffragijs ſuis quid iubeat aut vetet.

¶ Age aduerbiū adhortātis ſingularē numerū deſyderat. Agite pluralē. Agedum vtrūq;. Quintil. Agedū ſi videtur extra portas proſpicite. Proper. Nos agedum. Dicimus & Agitedū ſed in plurali ſemper. Liuius lib. vij. Agitedū ite mecum.

¶ Agito as. pe. cor. crebro facio. Sal. Ita variæ p omnē exercitum lætitia mœror luctus atq; gaudia agitabātur. Et agitare ſtimulare cōpellere. quo pacto agi ſolēt equi cū eos calcarib⁹ vrgemus. Plau. Nā iam agitabo quadrupedē calcari. Itē Obſerua re. Vir. lib. ij. Geor. Ipſe dies agitat feſtos. Itē Perturbare moleſtare. Sal. rempu. agitauere honeſtis cū noībus alij ſicuti populi iura defenderēt. Plau. in Cur. Tum te igit morb⁹ agitat hepatarius. Item ſectari ſeu ſectādo interdū pulſare. Vir. lib. i. Geor. Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli vilibus aut onarat pomis. Itē inſectari qđ vernacula lingua dicimus dar la caza. Cic. lib. iij. offi. Sūt ne igit in ſidiæ tendere plagas etiā ſi excitaturus non ſis nec agitaturus. Ipſe em̄ feræ nullo inſequēte ſæpe incidunt. Itē exercitare. Lact. Niſi virtus agitetur proficimus parū. Item cōtinuo ducere ſeu facere. Sal. Iam tū vita hominū agitabat ſine cupiditate. Itē cruciare: vt apud eundem. Agitabatur magis: magiſq; in dies ferox animus inopia rei familiaris & conſciētia ſcelerū. Itē ſępe adminiſtrare. Sal. in pace vero beneficijs magis q̄ metu imperiū agitabāt Item ſæpe cōſyderare: cogitare: recogitareq;. Idē Sed ea quæ mente agitaui oēs iam antea audiſtis. Teren. in phor. Ego quoq; id quidem agitans me cū ſedulo inueni vt opinor remediū huic rei. Item Sollicitare. Saluſt. Minari interdum ferro niſi obnoxia foret. Poſtremo ferocius agitare q̄ ſolebat. Item ſæpe oſtendere. Idem. Ciceronē ad cœlū tollere veluti ſeruitute erepta gaudium & lætitiā agitabat. Huius compoſitū eſt exagito.

¶ Agea pe. pro. via in naui dicta q; in ea maximæ quęq; res agi ſoleant. Ennius. Multa foro ponens ageaq; longa repletur. Fori fororū dicūtur etiā.

¶ Agyia per y. ſequēte i. latina dicit via. Vnde fit Aegyiæus. Quo nomīe dictus eſt Apollo. quia in vijs publicis ſolebant ſacrificare Apollini.

¶ Agelas penultima correpta: nomē ſtatuarij generoli: & polycleti magiſtri.

¶ Ager ab ago is q; in eo aliquid agat: vel vt Do. inquit: q; in eo multa ſunt agenda. Quintil. autem lib. pri. ſcribit græcū eſſe. Nam αγρος latine rus dici poteſt. Significatq; ager quandoq; circūiectū territoriū alicuius vrbis ſeu prouinciæ. Saluſt. Reliquos Catilina per montes aſperos in agrū piſtorienſem abducit. Vnde dicimus ager campanus: ager brixianus. Et includit in ſe nemora ſaltus paſcua lacus flumina & omnia q̄ in territorio illo ſunt Quādoq; ſignificat partem quandā ipſius territorij vrbis q̄ priuatim ab aliquo poſſidetur: quā etiā poſſeſſionē dicere ſolemus: vt cum dicimus. Hic emit vnā pulchrā poſſeſſionē. Et eſſe videtur rus in quo & dom⁹ & omnia q̄ in agro ſunt generaliter cōtinētur. i. quæ p captu ipſius partis eſſe poſſunt. Et ſic agrum puto ſignificare rus. Vnde Terent. in Eun. Ex meo propinquo rure hoc capio cōmodi. Et ſequitur. Neq; agri: neq; vrbis odiū me vnq̄ percipit. Vbi ſatietas cœpit fieri: cōmuto locū. Idem in Heau. Agrum in his regionibus meliorem neq; pretij maioris nemo habet. Et paulo poſt. Talenta duodecim coegi: agrū hūc mercat⁹ ſum: hic me exerceo. Ex his innuitur ſub agri noīe & domū & oīa alia q̄ in agro continentur: cōprehendi. idemq; eſſe agrum rus & poſſeſſionē. Notandum tamen q;

nec rus nec ager villa est: sed villa in rure: siue agrō dicit esse. Quādoq; ager significat locū in rure quē colimus siue arando: siue conserendo: & singularē pluralemq; numerū habet. Columel. lib. i. Nā vbi sedulo colitur ager plærūq; cōpendiū nunq̄ nisi si cœli maior vis aut prædonis incessit detrimentū affert. Liu. lib. iiij. Pestilentē annū inopia frugū neglecto cultu agrorū vt plerūq; fit excepit. Interdū tamē ager dicit campus quia vt ait Var. primū ex agro plano fructus capiebāt. Est autē campus planities tertæ ampla & grādis. Locꝰ vero angustior area vocatur. Interdū dicitur fundus q̄ pecudū & pecuniæ videbatur esse fundamentū.

¶ Agellus diminutiuū significat paruum agrum. Teren. in adel. Agelli est hic sub vrbe paulū qđ locitas foris huic demus qui fruatur. Hinc fit aliud diminutiuū agellulus. Ambro. Qui fidei exercet mi litiam: ab omni vsu negociationis abstinere debet agelluli sui contentus fructibus.

¶ Agrarius ij. q agros possidet. Cic. in phil. Num rursus reprobos decoriabit? nū sollicitabit rursus agrarios? Agrarius a Liuio etiam dicitur suffragator legis agrariæ.

¶ Agrarius a. um. qđ ad agros ptinet: vt lex agraria. Li. lib. ij. Tū primū lex agraria promulgata est.

¶ Agripetæ penul. cor. qui petunt ex agrorū diuisione portionē quæ viritim dabatur.

¶ Agreste dicit qđ rusticū est & ad agros ptinet. Vñ Agreste vocamus qđ in agris nō in ortis nascitur. Virg. Cuncta tibi cererē pubes agrestis adoret. Idem. Dicendū & quæ sint duris agrestibus arma. Item agrestis dicitur qui sylvestrē vitam agit & feram. sicut apud græcos dicitur ferus. Vnde in compositione Onager dictus est asinus ferus.

¶ Agricola penultima correpta qui agri cultor est Idem agriculator dicitur.

¶ Agger eris. p duplex gg. mas. ge. significat proprie lapidum aut terræ coaceruationē q̄ facto vallo ꝓpius ponit. Impto proprie dicit cuiuslibet rei coacervatio vnde fossæ aut valles impleri possunt. Quin & muros & munimenta aggerem dici voluit Ser. Virg. Quin intrant portas atq; ipsis prælia miscēt aggeribus. Et agger dicitur media viæ eminentia ex aggeratis lapidibus strata. Idem. Qualis sæpe viæ deprensus in aggere serpens.

¶ Aggero as. pe. c. significat accumulo. Col. Oēs arbores fructiferę circū fossæ aggerare debēt. Am. Est em̄ dū augere opes aggerare pecunias: occupare terras possessionibꝰ cupiunꝰ: ꝓstare diuitijs iustitię formā exutimus. Hinc fiūt cōposita adaggero. Col. lib. vi. Deinde terrā circa arborē adaggerato vsq; ad ipm̄ insitū. Exaggero vehemēter aggero. & per trāslationē augmento extollove significat. Aug. li. iiij. de ci. dei. Quid si cōmemorare voluissē & exaggerare illa mala nō q̄ sibi iuicē hoīes faciūt sicut sunt vastationes euersionesq; bellantiū: sed q̄ ex ipsius mūdi elemētis terrenis accidūt rebus.

¶ Aggero is. pe. cor. ssi. stum. iuxta gero. Ambr. lib. pri. offic. Fouent ocium astutia & improbitate aggerunt diuitiarū aceruos: sed exoluent seram licet nequitiæ suæ pœnam.

¶ Agilis pe. cor. leuis dexter q̄ se facile agit: vel ꝓnus aut volūtariꝰ est ad agēdū. Hor. Oderūt hilarē tristes: tristēq; iocosi Sedatū celeres: agilē nauūq; remissi. Col. Symmachus malo inqt vniꝰ agilē in

q

dustriā q̄ decē hominū negligentē & tardā operā. Hinc agilitas dexteritas corpis celeritas. Col. li. i. Eiusdē agilitatis homo frugi melioꝰ q̄ nequā faciet

¶ Agina pe. pro. Est in qua inserit scapus trutinæ .i. in quo trutina agitur & vertitur ab agēdo dicta.

¶ Aginor penultima ꝓducta vilia negocior. Aginator qui paruo lucro mouetur.

¶ Agglutino as. penul. cor. ad aliquid glutino copulo. Plautus in Aul. Ita mihi ad malum malę res plane se agglutinant.

¶ Aggrauo as. p. c. valde onero: vel valde grauis sum. A quo aggrauasco qđ est valde grauis fio.

¶ Aggrego as. pe. cor. Vide in dictione abgrego.

¶ Aglyphos pe. cor. latine non sculptus. Nam a sine: τὸ γλύφω sculpo.

¶ Agnati pe. p. dicūtur q̄ per virilis sexus ꝓsonas cognatiōe cōiūcti sūt: quasi a patre cōgeniti. inqt Caius iurecon. veluti frater eodē patre natus filius fratris nepos ve ex eo. Inter agnatos & cognatos hoc interest q̄ in agnatis cōtinetur cognatio: in cognatis nō vtiq; agnatio: vtputa. Frater patris. i. patruus est agnatus & cognatus. Matris vero frater .i. auūculus cognatus est sed nō agnatus. Gentilitas vero & agnationē & cognationē complectitur. Agnatū etiā dicimus quicquid vltra debitū natū est. Vnde agnescentia & agnata mēbra appellātur quę abundāt. Ply. Membra animalibus agnata inutilia sunt sicut sextus homini sempet digitus.

¶ Agnomen penult. prod. dicitur ab Agnatione in qua quis natus est.

¶ Agnosco ex ad & nosco. sed d. euphoniæ cā mutatur in g. licet annomino p duplex nn. scribatur. Et agnoscere quidem dicitur de propinquis & sanguine cōiunctis: vt Virg. Agnoscitq; suos. lætusq; ad mœnia ducit. De hoc etiā in dictiōe cognosco ab ἐγνωω. μ. γνωσω.

¶ Agmē significat multidinē. Vir. Vocat agmina sæua sororū. Interdum ordinatā multitudinem vt est exercitus incedētis: vt Longū per valles pascitur agmen. Interdum impetū. vt apud eundem. Et leui fluit agmine tybris.

¶ Aggredior ad aliquē gradior. Et hoc quādoq; amice. Plau. in Asi. Etiā tu here hūc amoue abs te atq; me aggredere. Quādoq; hostiliter vt sit aggredi inuadere. Sal. Ex lateribus cæteros aggreditur. Iustinus. Quos ex improuiso aggressus facile fudit. Est em̄ aggredi gradatim ire & cū insidijs propriū gladiatorū qui gradatim eunt ad dimicandū. Fit etiā quādoq; aggressio verbis. Virg. Talibꝰ aggreditur Venerē saturnia dictis. Aliquādo aggredi ponitur ꝓ incipere. Lact. lib. v. Omnes tamē illud arguebāt q̄ illo potissimū tēpore id operis esset aggressus quo furebat odiosa crudelitas. Aliquando pro tētare. Sal. in Iug. Omnes asperitates superare natura etiā loci vincere aggredit. Sciendū est q̄ hęc verba. Aggredior. adorior. alloquor. & similia: ad ꝓpositiōe eis adiūcta cū actō solo elegātius ponūtur q̄ si simplicia eorū accusatiuo ad ꝓposita iungātur: vt aggredior hominē: nō gradior ad hominem. Dicimus etiā aggredior te dictis. quasi cū calliditate. Virg. Talibus aggreditur dictis.

¶ Agrigentum: vrbs Siciliæ. vnde Empedocles philosophus: & phalaris tyrānorū sæuissimus originem duxerunt. Hinc agrigentinus a. um. penultima producta. vt tyrannus agrigentinus.

¶ Agrippinēſis colonia dicta ē ab agrippina Neronis matre: q̄ vt vim ſuã externis quoq; nationibus oſtentaret in oppidũ Vbiorũ qui ſunt in Germania inferiore ī quo genita erat coloniã deduxit

¶ Agrippæ ſeu Aegrippæ ab ægro partu vt docet Gel. dicuntur quorũ in naſcendo nõ caput: ſed pedes primi extiterunt qui partus difficillimus & ęgerimus habetur ab ægritudine & pedibus appellati. Confixos autem pueros eſſe in vtero. Var. ſcribit capite infimo nixos: ſurſum pedibus elatis nõ vt hominis natura eſt: ſed vt arboris. Nam pedes cruraq; arboris appellant ramos: caput ſtirpẽ atq; radicem. Quando inquit contra naturã forte conuerſi in pedes brachiſq; plærunq; deductis retineri ſolent: ægrius tunc mulieres enituntur.

¶ Agrios: latine dicitur agreſtis: ferox immitis.

¶ Agnus. Vide infra in aſpirandis ἁγνος purus caſtus: inde Chriſtus agnus dei dicitur. eſt etiam arbuſcula qua viæ omnes ornabantur athenis in feſto palladis dicta autem ab α priuatiua & γεννάω genero quoniã inducit caſtitatem.

¶ Agogus pe. p. latine dicit̃ ductor: dux vię ἀγωγος ἀπο του ἀγειν πολλα σημαινει.

¶ Agolum penultima correpta: paſtoralis baculus quo pecudes aguntur.

¶ Agon locus certaminis Romę qui circus flaminius dicebat̃: & plęrunq; ponitur ꝓ ipſo certamine quandoq; etiã pro ſtudio. Eſt & Agon. Victimarij verbũ ꝓ agone. Oui. lib. i. faſt. Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros. ſemper agat ne rogat: nec niſi iuſſus agit. & Seneca lib. iij. controuerſiarũ Carnifex manũ tollat deinde reſpiciat ad patrẽ & dicat agon. Quod fieri ſolet victimis.

¶ Agonia pe. cor. orũ. & agonalia orũ vel iũ. Ludi q̄ fiebãt in honorẽ agonij dei ab α ſine & γωνια angulus: quia locus in quo hmõi ludi fiebant erat ſine angulo. Ouid. lib. i. faſ. & prius antiquus dicebat agonia ſermo. Sunt qui agonia dicta velint ſacrificia: q̄ fiebant in monte. quoniã agones montes vocitarent. Vnde mons Quirinalis agonus: & Collina porta Agonẽſis eſt appellata. ſed etiã ἀγωνια timor ſollicitudo concertatio vt Iſocrates in auagora & ἀγορια ſterilitas quædã perien.

¶ Agonia æ. pe. cor. hoſtia q̄ immolabatur. Anti qui em̃ agonias ab agẽdo oſtias vocabãt. Rurſus agonia accipit̃ ꝓ timore & ſollicitudine q̄ mentem vexat: vt in euangelio. Et factus in agonia prolixius orabat.

¶ Agonius dicebat̃ deus qui p̃ſideret rebus gerendis. Et agonius dies erat quo rex agoniã hoſtiam immolabat. Et agonius moleſtiã inferens dicitur.

¶ Agoniſma atis. certamẽ: vt de diuo Anaſtaſio legitur. Suũ agoniſma gratãter ſuſcepit. Proprie tamen palma ſeu prẽmiũ agoniſma dicitur.

¶ Agoniſta qui in agone contendit. Græce ἀγωνιστης dicitur certator pugil.

¶ Agoniſticus a. um. certatori⁹: q̄d ad agonẽ pertinet. Aug. in pſal. interp̃tatione. Agoniſtica iſta vana & ludicra nõ debet affectare chriſtianus.

¶ Agonotheta pe. cor. munerarius: quaſi agonis diſpoſitor ſeu p̃fectus. q ꝑmiũ certãtibus in quolibet ludorũ genere proponit: qualis Aeneas apud Virg. Cõponit̃ em̃ ſic ἀγωνα ἀγωνος certamẽ & τεθειστεθεντος poſitus diſpoſitor. Aug. Nõ audis athletã domini ab agonotheta ꝓperantẽ adiuto riũ pugnę. Hie. Iſte agonotheta nõ propterea nos pugnare voluit: vt nos poſſit benedicere.

¶ Agonizo pe. pro. neu. & Agonizor depo. ſignificat dimico contendo. Hie. in eccle. Agonizare ꝓ aĩa tua pro iuſtitia. Cyprian⁹ ad Moyſen. Omnis qui agonizatur in omnibus continens eſt.

¶ Agoranomus penultima correpta apud Plaut. ædilem ſignificat qui in Cap. ait. Euge edictiones ædilitias hic quidem habet: mirumq; adeo eſt niſi hunc fecerunt ſibi ætoli agoranomũ. Dictus agoranomus a foro rerum venaliũ cui regulam pręſcribit. ſed ſi græcam linguam audire volumus aliud ſignificat: quoniã ἀγορα καὶ ἀγορευω το φθεγγομαι καὶ ἀπο του μεμειγμενον quaſi qui foriũ haberet.

¶ Agoræus a noſtris nundinarius vilia emens ab agorazo emo. Hor. Dauniæ defende decus camœnæ Lenis agoræe. Agora em̃ forũ venaliũ dicitur q̄d etiã pro cõcione: pro pretio rei: pro re vendita: & pro foro iudiciali quandoq; ponitur.

¶ Agraphus pe. cor. latine nõ ſcriptus dicitur.

¶ Agyrini: ſiue Agyrinenſes dicti ſunt populi ab vrbe Agyrio: ſiue agurio

¶ Ahenus. a. um. idem quod æreus. Virg. Et luce coruſcus ahena.

¶ Aio ís ít. aiebam as. at. Ai aiſti ait. aimus aiſtis. Aug. Vos adiſcientes in malo aiſtis. Plau. in Aſi. Me vince vnũ ex omnibus atq; illã amare aiebas. Neuius. Vel ai vel nega. Cice. de fi. bo. Quaſi ego id curem q̄ ille aiat aut neget.

¶ Aius deus a Romanis dictus eſt ab eo q̄ aiebat Nã olim Romæ audita vox eſt ſilentio noctis clarior humana voce: quæ iuberet magiſtratibus nunciari gallos aduentare: & vt prouiderent ne Roma a gallis caperet̃: ex eo dictus eſt de⁹ Aius. i. loquẽs ſicut docet Cice. lib. ij de diui.

¶ Ala. qua aues volant. A cuius ſimilitudine ala etiã dicitur locus ille cõcauus ſubter brachiũ in homine quia in eo pili quaſi pẽnæ naſcũtur. Ply. lib. xi. Elephas tantũ ſub armis duas. ſ. mãmas. nec in pectore ſed citra i alis occultas. Hinc hircin⁹ odor ille cõcipitur. proprie tamen vocat̃ axilla: a qua fit ala. Cõtra Priſ. qui vult axillã per diminutionẽ fieri ab ala & maxillã a mala Ciceronis hęc ſũt verba Quin etiã verba ſæpe contrahũtur nõ vſus cauſa ſed auriũ. Quomõ autẽ veſter axilla ala factus eſt niſi fuga litterę vaſtioris: quã litterã etiã e maxillis & axillis: & vexillo & pauxillo cõſuetudo elegans latini ſermonis euellit. Sed hoc nomen quidã aſpirant. Dicit̃ & aſella: vt in ſacris litteris. Abſcondit piger manũ ſub aſella. Pręterea ala dicta eſt equitũ turma: q̄ pedites tegat alarũ vice. Nam in equitũ ordinibus circum legiones dextra ſiniſtraq; tanq̃ alæ auiũ corporibus locabãtur. Virg. lib. iiij. Dum trepidant alæ: ſaltuſq; indagine cingunt. Inde dicti ſunt equites alares vel alarij.

¶ Alarius a. um. quod eſt alæ equitũ turmæ. Vnde Alarij equites.

¶ Alatus a. um. ab ala auiũ quod habet alas. Allatus vero per duplex ll. apportatus.

¶ Alauda auis: q̃ olim Galerita vocabat̃. quia apicem habet. hoc eſt plumã elatã in capite ad ſimilitudinẽ galeri: ſiue galeę. Var. appellat galericũ & a grecis corydalus dicit̃. Poſtea gallico vocabulo. Alauda vocata eſt legio quędam apud Romanos

Galli eñ hoc noīe ſignificant galeā. Vnde mīlites q galeis vtūtur dicti ſūt alaudæ. Scribit Ply. li. xi. Alaudā auiculā appellatā quōdā galeritā gallico vocabulo etiā legioni nomē dediſſe. Ideoq; Cęſar cū ex gallijs legionē conſcriberet: alaudā appellauit. De qua legione. Cic. ad Atticū ſic ſcribit. Antonius cū legione alaudarū ad vrbem pergere: pecunias municipijs imperare. Militaria eñ vocabula traducta ſunt ab ipſis rebus: quæ ita nominātur proprie quarū rerū in acie ſtruenda ſui cuiuſq; vocabuli imagines oſtenduntur.

¶ Alabarches: latine ſalis p̄fectus: vt eſt apud Ioſephum in vltimo antiquitatis libro. Et fuit apud ægyptios & iudæos honoris appellatio.

¶ Alabandæ Ionię ciuitas Apollonio rhetore nobilitata. Hinc alabādas & alabādicus q̄ ſic abinuicē differūt: q̄ alabādicus ſiue alabandiacus nomē eſt poſſeſſiuū. Vñ alabandicos libellos p barbaris & ineptis græci capiūt. Alabādes cīues oppidi dicuntur. Vñ carbūculos p̄fectos alabādes quaſi municipes appellāt impolitos atq; rudes alabādicos.

¶ Alabaſtrū gen⁹ marmoris perlucidi & coloribꝰ diſtincti ex quo fiebant vaſa vnguentaria. Mar. Quot coſmi redolēt alabaſtra fociq; deorū. Dicit & alabaſtrus quoniā Ply. ſcribit ſeruādis vnguentis maxime idoneū naſci circa thebas ægyptias & damaſcū ſyriæ quo priſci Romani ſicut aliqui magnates nunc Romæ p̄eſtando per feneſtras lumine vtebātur. Similiter alabaſter dicitur. Cic. lib. ij. Acad. Quibus etiā alabaſter plenus vnguenti putreſcere videtur. Et lapis alabaſtrites penul. prod. Plyn. lib. xxxvi. Hunc aliqui lapidē alabaſtriten vocant quē cauāt ad vaſa vnguētaria. Hunc lapidē etiā vocāt onycen. Sunt etiā myrothetia & narthetia vnguētorū loculamēta: ſed vt puto tales dictiones improprie capiūtur a latinis: græca eñ lingua manifeſta eſt οτι αλαβαſτρει και λαμβανω in numero plurali τα αλαβαſτρα p̄prie pyxides vnguentoꝝ & vnctionū ſine anſulis Callimachus tñ in hymno palladis in genere maſ. poſuit. itaq; ab odoribus potius q̄ odores a lapide dicūtur.

¶ Alabia. græce αλαβια latine innocentia dicitur. Sed ē dictio in græco & in latino corrupta græce enim ſcribi debet. αβ λαβεια οτι βλαβη κα κουρια εστι απο του βλαπτειν & ideo latine debet dici ablabea penultima producta. quoniā ei diphthongus mutatur in e. longum: vt κυθερεια cytherea ωπηελοπεια penelopea.

¶ Alacer & Alacris pe. cor. dicit is qui ingētis eſt ſenſus hoc eſt qui viget ſenſibꝰ vniuerſis. vt inqt Aſcon. qđ eſt indiciū erecti animi atq; ſublimis: & cui ſenſus oīs in ſuo loco degit ſicut ecōtrario. Lacer dicitur amputatis in corpore mēbris hoc eſt auribus oculis manibus qđ & ad animū ſæpe trāſfertur. Illud quoq; intelligit aliud eſſe alacrē. aliud lætum. Do. alacer dicit nō lætus: neq; triſtis. Interdū ponitur p celeri & prōpto: quaſi ſit alis acer. Terē. Quid tu es triſtis? quid nō es alacris? Cic. lib. i. ad Herē. Si huic ſit remiſſū multos alacriores ad maleficia futura. Idē. Nam eū feras beſtias videamus alacres & erectas euadere vt alteri beſtiæ noceant: nō eſt incredibile putandū &c. Interdū pro læto & veluti in ſpem aliquā geſtienti. Hinc alacritas quę ſecundū Dona. proprie eſt mutatio quædā vultus geſtientis in ſpem aliquā: & media eſt inter lætitiā atq; triſtitiā. Interdū dicit voluntaria celeritas ſeu p̄ptitudo adorve. Liui. lib. iij. Poſtq̄ ingenti alacritate clamor eſt ſublatus qđ bene vertat geſturū ſe illis morē: poſteroq; die in aciem educturū affirmat Cic. lib. pri. Tuſ. In malum accepit. Vir igitur temperatus conſtans ſine metu: ſine ægritudine: ſine alacritate: nulla libidine vexatus.

¶ Alania regio eſt Scythiæ Europæ quę ad Mæotidas paludes pertingit.

¶ Alanus pe. p. Sythię fluui⁹: a quo Alani populi dicti ſunt iuxta quos ſunt Toxolani. Amian⁹ ſcribit alanos dici quos priſci maſagetas dixerūt. Hi carnibus veſcuntur & panē non manducāt. Mar. Nec te ſarmatico trāſit alanus equo. Iul. Capi. Alanos in parte Daciæ collocat.

¶ Alba nomē eſt duarum vrbiū: quarū vna eſt in latio: a qua Albani populi & Albanus mons: ſub quo Aſcanius ciuitatē hanc albam condidit: quæ vt Liuius ſcribit a ſitu porrectæ in dorſo vrbis longa alba vocata eſt. Vulgatior fama eſt ab omine porcæ ibidem inuentę dum a Troia cum patre profugo veniſſet. Altera eſt ad lacum Fulcinū: a qua albenſes dicūtur: q̄uis etiam albani quandoq; vocentur. Alba etiā ſacerdotis camiſia dicitur.

¶ Albana vrbs felicis Arabiæ ē ſicut docet Ptol.

¶ Albanus nomē eſt mōtis & laci nō procul ab vrbe: vnde vaticiniū fuit nunq̄ Romanos Veiū capturos ni primo ex albano lacu emitteretur aqua. Itē Alban⁹ nomē eſt duarū vrbiū: quarū vna ē in Macedonię mediterranea. Altera in maiori Armenia vbi diuus Bartholomęus fuit decoriatus. Hoc etiā nomīe dictus eſt fluuius Albanię. Albanus. a. um. qđ eſt ab alba latij vrbe. Vnde albani patres.

¶ Albania regio in oriēte a colore populi vocata eo q̄ albo crine naſcātur. Hæc ab oriente ſub mare Caſpiū ſurgēs p̄ orā oceani ſeptētrionalis vſq; ad Mæotidas paludes p̄ deſerta oſtēditur. In ea albania ciuitas & albanus fluuius. Apud hanc habētur canes ferociſſimi qui tauros & leones occidunt.

¶ Albia fluui⁹ Boemiæ orit in mōtib⁹ q Morauiā Boemiāq; diuidūt & magno aquarū auctu mediā ferme diuidit Boemiā in occidētē pri⁹ mox i septētrionē fluēs: vbi exit Boemiā per anguſtas fauces mōtiū in Saxoniā penetrat: & in oceanū voluitur.

¶ Albus a. um. a græco αλφι. qđ candorē ſignificat: Sabini alpū dicūt. Et color q opponit nigro Plau. in Mene. Dic mihi hoc qđ te rogo. album an atrū vinū potas? Interdū albus ponitur p pallido Vnde & exalbeſco palliđus fio. Interdū pro bono ſicut ecōtrario nigrū p malo. Perſi. Per me equidē ſint oia p̄tinus alba. Hor. Hic niger eſt: hūc tu Romane caueto. Iuue. Maneant qui nigrū in candida vertunt. Sed hæc per tranſlationem.

¶ Albū ſubſtātiuū: dicit qđ græci vocant λευκωμα tabula gypſata in qua iudices notari p̄torūq; iura ſcribi ſolebāt. Si quis vero albū cōrupiſſet puniebatur. quia p̄toris maieſtas cōtempta videbat. Paul. Si familia alicuius albū corruperit non ſimiliter hic edicitur vt in furto. Iudex inquit Seneca libro. iij. de beneficijs ex turba electorum quem cenſus in album & equeſtris hereditas miſit. Hoc & pyctatium quoq; dicit vt in Alexādro Cæſare. Lāpridius vulgo matrix appellata. Similiter ea tabula dicitur album in qua ſingulorū annorū acta litteris mandabātur a pōtifice maximo: proponebaturq;

domi eius vt poteſtas eſſet populo cognoſcendi. Hiq; nunc Annales maximi nominant: vt auctor eſt Cice. lib.ij.de Orat. Eſt & album Decurionũ & cytharœdorũ. Nã in digeſtis titulus de ẽ albo ſcribendo: vbi docet Vlpian⁹ quo ordine decuriones in albo ſcriptos eſſe oporteat.

¶ Albarium dicitur quod illinitur tectorio cũ paries pingendus nõ eſt quod fit ex calce.

¶ Albidus a. um. pe. cor. qđ aliquantulũ albũ: vt granũ extrinſecus albidũ: intus cãdenti ſiſe cõſpicitur. Aug. lib. xxi. de ciui. dei. pro albo poſuit. Lapides igne cãdente percocti & ipſi fiunt cãdidi. Et q̃uis ille magis rubeat: illi albido colore niteſcant cõgruit tamẽ illi luci qđ album eſt ſicut nigrũ tenebris. Hinc ſubalbidus parũ ſiue aliquantulũ albus. Ply. Ramos habet candidos folia ſubalbida.

¶ Albedo. Albitudo & albor pro cãdore accipiũtur. Plau. in Tri. Et itẽ alterũ ad iſtanc capitis albitudinem calliclem aiebat vocari.

¶ Albor aldedo. Hie. in Leui. Qđ ſi ſurſum fuerit in alborẽ cõuerſa ſacerdos eũ mundũ eſſe decernet Alborẽ etiã Apitius vocat qđ eſt albũ in ouo qđ Plynius albuginẽ appellat: Medici albumen.

¶ Albugo penul. prod. macula in oculo. Ply. lib. xxi. Qua alligata oculo albugines tolli dicuntur. Idem albuginem vocat album in ouo.

¶ Albumen penultima producta quod eſt in ouo album. Vitellus vero croceus.

¶ Albeo es. albus ſum: vt cãpi niuib⁹ albẽt. Hinc albeſco albus fio. Virg. lib. i. Georg. Sæpe etiã ſtellas vento impendente videbis p̃cipites cœlo labi noctiſq; p vmbras flãmarũ longos a tergo albeſcere tractus. Huius compoſitũ eſt exalbeſco.

¶ Albico as. pe. cor. aliquãtulum albus ſum. Ply. lib. xxij. Solidũ ſemẽ conijcit̃ in oculũ nec turbat: ſed in ſe caliginem contrahit: mutat colorem: ſed ex nigra albicare incipit: & tumeſcit. Similiter accipiũtur. Vellico: fodico: cãdico: nigrico: nutrico: q̃ formãt̃ ab eorũ verbis in ſco deſinẽtib⁹ diminutis litteris e. & s. Et mutata e in i. vt albeſco: albico: cãdeſco: cãdico. Deſcẽdũtq; ab actiuis & neutris: vt nutrio nutrico. vello vellico. fodio fodico. q̃ ſine dubio diminutiua ſunt. Nã fodico minus eſt q̃ fodio qđ nõ ſomniculoſe legẽtibus patebit. In ſignificatione verborũ in ſco. Priſc. interp̃tatus eſt albico dicẽs albico pro albeſco: & Horatij affert exemplum. Nec prata canis albicãt pruinis. Sũt q ea aparitiua nominẽt: qm̃ apparentiã ſignificẽt.

¶ Albo as. albũ facio. Cui⁹ paſſiuũ eſt albor albus fio. Vnde & dealbo & dealbor. qđ eſt multũ: ſiue a ſummo vſq; deorſum albũ facio. Curius Cic. Nec ſolere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Et illud. Lauabis me & ſuper niuẽ dealbabor.

¶ Albogalerus pileũ capitis quo flamines diales vtebãtur. Fiebant em̃ ex hoſtia alba Iouí cæſa.

¶ Alburn⁹: Lucanię mõs a cãdore verticis dictus.

¶ Alburnũ: adeps arboris. Ply. Humor & cortici arborũ eſt q ſanguis earũ intelligi debet. Eſt em̃ in toto corpe arborũ & reliquoꝝ aĩaliũ cutis ſanguis caro nerui venæ oſſa medullæ. Pro cute cortex: humor ſanguis p̃ximi pleriſq; adipes. Hí vocantur a colore alburnũ. Hinc exalburno as. qđ eſt alburnũ detraho. Idẽ. E reliquis arborib⁹ ſicciſſima lotos: deinde robur exalburnatũ cui nigricans color.

¶ Albunea: fons iuxta Tibur. Virg. libro. vi. Luſq; ſubacta conſulit albunea nemorum quæ maxima ſacro Fonte ſonat.

¶ Albegmina: partes extorum quæ dijs immolabantur a candore eorum dicta.

¶ Albula pe. cor. fluui⁹ ab albo colore aquę q poſt ea Tyberis a Tyberino Syluio albanorũ rege ibi extincto dict⁹ eſt. Liui. Pax ita cõuenerat: vt hetruſcis latiniſq; fluuius albula quẽ nunc Tyberim vocant: finis eſſet. Itẽ albula dicta eſt aqua quædã in agro Tiburtino q̃ vt Stra. teſtatur vulneribns; medetur. Mar. Canaq; ſulphureis albula fumat aquis Dicitur & albulæ pluraliter. Idẽ. Quod ſiccæ redolet palus lacunæ crudarũ nebulæ qđ albularũ.

¶ Albion iſula britanię dicta ab albis rupib⁹ quas mare abluit. Poſtea anglia dicta. Vide in anglia.

¶ Albis fluuius qui in duo ſpatia germaniã diſterminat: vt teſtatur Stra. lib. pri. De hoc Luc. lib. ij. Fũdat ab extremo flauos aquilone ſueuos Albis: & indomitum rheni caput.

¶ Albinga: oppidum ligurũ colonia ad mare deducta. cuius incolæ ligures iungauni vocãtur. Ex hoc loco ad monœci pontum ſtadia ſunt. lxx. Dicitur & albigaunũ.

¶ Albeus per diminutionẽ albeolus cum accentu in antepe. tabula luſoria. Cice. de fi. bo. Aut albeolum poſcere: aut quærere quempiã ludum. Ply. M. Meſalla cõſul pridie Calendas Octobres diem natalis ſui egit tranſtulit albeum cũ teſſeris luſoriũ e gemmis duabus latum pedes tres.

¶ Alcæus cum diphth. nomen poetæ lyrici mityleneí. Hic magnificus breuis diligens & plurimum Homero ſimilis.

¶ Alces is. ſeu Alces æ. græcorũ more animal eſt e gallia tranſalpina inuẽtu rarum. olfactu e longin quo venarorẽ ſentiens: ſtatimq; in ſpecus & latibula ſe condens media inter camelum & ceruũ ſimilitudine. Sed mares ex his in ſuperciliſ habent cornua. De his animalib⁹ Cæſar lib. vi. & Iulianus capitolinus mentionẽ faciunt.

¶ Alceſte es. ſiue alceſtis alceſtidis. fuit Perilai filia: Admeti Phereorum regis cõiunx quæ maritũ tanto amore dilexit: vt pro eo perire non recuſaue rit. Cum em̃ maritus ægrotaret oraculo nũciatum eſt ei poſſe adhuc viuere ſi foret aliquis ex affinitate vel amicitia qui pro eo ſponte mortẽ ſubiret. Cęteris id abnuẽtibus: ſola vxor promiſit. Iuue. Spectant ſubeuntẽ fata mariti Alceſten. Hiero. Alceſtim fabulæ ferunt pro admeto ſponte defunctam ſed multa eſſent dicenda: ſed vide tragœdiã euripidis alceſtin quæ impreſſa eſt.

¶ Alcyone pe. cor. duæ fuiſſe legũtur. Altera Ceycis vxor quę viſo cadauere mariti in littus eiecto ſe deiecit in mare ſuſſuq; Amphytrites in aues cõuerſi fuerunt ambo. Altera fuit Eueni fluminis filia q̃ poſtea Marpeſa dicta eſt.

¶ Alcedines ſunt quædam aues dictæ quaſi algedines: q; frigidis tẽporibus im mari pariant. Plautus. Nam hercule tu periſti niſi illam mihi tam tranquillam facis q̃ mare eſt olim cum alcedo pullos educit ſuos. Dicta eſt e græcis: Alcyone. es. vel Alcyon. is. Ambro. libro Hexa. Alcyone eſt auis maritima quæ in littoribus fœtus ſuos edere ſolet. ita vt in arenis oua deponat medio fere hyemis. nã id tẽporis fouẽdis habet deputatũ partub⁹ quã do maxime inſurgit mare littoribuſq; vehemẽtior

fluctus illiditur: quo magis repentinæ placiditatis ſolennitate auis huius eluceret gratia. Namq; vbi vndoſum fuerit mare: poſitis ouis ſubito miteſcit: & omnes cadunt ventorũ procellæ flatuſq; aurarũ quieſcũt: ac placidũ vẽtis ſtat mare: donec oua fouet alcyone ſua: ſeptem dies fœtus ſunt: quibus decurſis educit pullos. Illico alios ſeptem adiũ gĩt dies quibus enutriat partus ſuos donec incipiant adoleſcere. Tantam autem gratiã minuſcula auis diuinit⁹ indultã habet: vt hos quattuordecim dies nautici præſumptæ ſerenitatis obſeruent: quos & alcyonidas vocãt quibus nullos motus procello ſæ tempeſtatis horreſcant. Ferunt hanc auem paulo maiorem paſſere: pennis purpureis candidis admixtis: collo gracili & procero: raro viſam. Ariſt. lib. viij. de animalibus Alcyonũ duplex gen⁹ eſſe ſcribit: alterũ vocale harũdinibus inſidens: alterũ mutum ampliori corpore. Ab Alcyone fit alcyonius a. um. vt Alcyonij dies. Fitq; a græco als qđ mare ſignificat licet aſpiretur.

¶ Alcamenes pe. cor. nomẽ ſculptoris proprĩ q ſicuti. Ply. li. xxxiij. ſcribit Phidię diſcipulus fuit.

¶ Alcman: e lydia Sardenſis poeta lyricus filius Damãtis claruit. xxvij. olympiade cũ apud lydos regnaret Ardis pater Aliatæ. Et cũ nimio amore puellam quandã deperiret amatorios cantus primus inuenit. Fertur Phthiriaſi morbo interiiſſe. quoniã φθειρω οθεν φθειρ φθειροσ και φθειριασ ὁ ιδ. i. pediculus quoniã ex putrefactione humoꝝ in poris carnis oriantur.

¶ Alcinous pe. cor. nomẽ iuſtiſſimi phæacũ regis a poetis laudati cuius ædes fuerũt magnificentiſſime extructæ & viridaria bifera erant. Vnde Papi. Quid referã alcinoi referã pomaria voſcq; q nunq̃ vacui prodiſtis in æthera rami. Dicitur etiam alcinus in odyſſeia multa Homerus quę nota ſunt.

¶ Alcides penult. prod. Hercules græca ſignificatione a virtute appellatur. Nam αλκη alce virtus robur fortitudo dicitur.

¶ Alcibiades pe. cor. nomẽ atheniẽſis imperatoris ſummi: q genere & forma p̃cipuus omnibus rebus aptus fuit. Diues p̃terea: affabilis patiens & omni deniq; virtute p̃ditus. Et qđ mirũ eſt vitijs etiã plenißimus fuit. Eius vitã Plutar. luculenter ſcripſit. Proditũ eſt q; in illũ vniuerſa ciuitas atheniẽſium oculos: in illũ ſuſpenſa ora cõuerterant & quaſi de cœlo miſſum cõtuentes admirabãtur. Fuit hic ex primatibus qui cũ eſſet procliuis ad luxũ & ad cetera voluptates ad bonã diſciplinã traductus eſt a Socrate. Nã diſcendi ſtudio & ſapiẽtiæ amore pellectus extẽplo cunctis amatoribus adulatoribuſq; repulſis ad ſocraticã diſciplinã aĩum vertit nuſq̃ recedens a latere philoſophi ſapientiſſimi.

¶ Alcmena penul. pro. nomẽ propriũ fuit matris Herculis. de qua qui velit multa intelligere legat την ασπιδα του ησιοδου ηοιη ωρο λιπουσα δομουσ και ωατριδα γαιαν ηλυθεν εσ θηβασ μεταρηι ον αμφιτρυωνα αλκμηνην θυγατηρ λαοσσο ου ηλεκτρυωνοσ.

¶ Alea ludus tabulæ ab alea quodã milite in ocio troiano. Horat. in epiſt. Quẽ damnoſa Venus quẽ præceps alea nudat. Et cũ alea dicat omnis ludus in varietate fortunæ cõſiſtens: Vnde Mar. de nucibus. Alea parua nuces: & nõ damnoſa videtur. ſæpe tamẽ pueris abſtulit illa nates. Factũ eſt vt non ſolũ pro fortuna ſed etiã p̃ periculo periculiq; dubitatione ſumatur: & ille dicatur aleã iacere: qui ſe periculo fortunæq; cõmittit. Liu. In dubiã imperij ſeruitiſq; aleã imus. Eſt & alea nomẽ vrbis ab aleo conditore. Papi. in ſyluis. Aut aleæ lucis vidit tegęa ſacerdos. Plut. In vita Cæſaris αρεμμιφθω κυβοσ id eſt iactus ſit taxillus.

¶ Aleator & Aleo onis: q ſępe alea ludit. Catu. Niſi impudicus & vorax & aleo. Nũc aleator dicitur.

¶ Aleatoriũ apud Sidoniũ ſumitur pro ludo aleæ Ait emñ. Atq; illic aleatoriũ laſſis conſumpto ſphęriſterio faciat. Suet. vocat aleatoriũ forum.

¶ Alecto vna eſt ex furijs infernalibus: & latine inceſſans interp̃tatur ab a priuatiua & λητω deſino: quia cupiditas nunq̃ ſatiatur.

¶ Alectorius lapis q in ventriculo galli inuenitur gallus enim græce αλεκτωρ dicitur.

¶ Ales quælibet auis ab alis gerendis. ſicut volucris omne volatile. & tã maſ. q̃ fœ. ge. proferẽ. Vir. Nãq; volans ſuluus Iouis ales in æthra. Ponitur quãdoq; pro veloci: vt alite planta: In gtõ plurali alitũ & alituũ ſecundũ Priſ. Virg. xi. lib. Alituũ pecudũq; gen⁹ ſopor altus habebat. Auis eſt q̃ parit oua & pennis eſt prędita præter veſpertilionẽ.

¶ Alecula diminutiuũ ab alec. Colu. lib. ix. Datur cãmarus & riualis alecula: vel ſi qua ſunt incremẽti parui fluuiorũ animalia.

¶ Alec. Vide infra in dictione halec.

¶ Alemani p. p. ppri inhĩtãtes iuxta lemanũ lacũ

¶ Alexãdria vrbs ęgypti nõ longe a nili oſtio vt Solinus ait ab Alexãdro Macedone: vnde illi nomen condita. Vrbs fertiliſſima quã Dinocrates architect⁹ cõmeattus ẽ mirabili ingenio quindecim millium paſſuũ laxitate ad effigiem macedonicæ chlamydis orbe gyrato lacinioſam anguloſo dextra leuaq; procurſu. Mareotis lac⁹ ad meridianã vrbis partem curipo canopico oſtio mittitur. Habuit olim ſcholas omniũ diſciplinarũ liberalium. Fuitq; ob cõmoditatem maximũ totius orbis emporium. Sunt & aliæ Alexandrię. Vna in Scythia ſup Tanaim. Alia in Aſia & alię alibi ſcđm Ptol.

¶ Aleopetra inſula in Mæotide.

¶ Alexicacon. remediũ qđ fit ad depellẽda mala. Sic Hercules dictus fuit Alexicacos ab eo q; defenſor eſſet hominũ: hoc & Amuletũ dicitur.

¶ Alga herba quæ naſcitur in aquis marinis dicta a mari ab algore aquæ: ſiue q; pedes alliget: quia craſſa eſt foliis ex parte ſupernatãtibus. Virg. lib. viij. Lateriq; illiſa refunditur alga.

¶ Algor oris. Algus us. & Alg⁹ gi. dolor triſtitia p tranſlationẽ ponit pro frigore. Plau. in Aul. In opiã: luctũ: mœrorẽ: paupertatẽ: algũ: famẽ. ¦Luc. lib. iij. Sollicite euolitant morbis algoq; fameq;. Plau. in Ru. Vel ſuda vl̃ peri algu. vel etiã ęgrota.

¶ Algeo es. alſi vel alxi. ſum. a græco αλεω οθεμ το αλγοσ αλγεοσ doleo patior: vt ſit frigus dolor quidã membrorũ rigore cõtractus. Ponitur tamen algere pro frigidũ eſſe. Aug. lib. xxi. de ciui. dei. in æſtibus diei ſic alget: vt bibi nõ poſſit.

¶ Algidus penul. cor. mons ab vrbe. xij. paſſuum millibus diſtans ab aſſiduo frigore ſic dictus ¦Hor. Q uęq; auentinũ tenet algidumq;. Et ab hoc quoq; ſylua algida dicta eſt huic monti ſubiacens. In cuius ingreſſu Regillus lacus eſt.

¶ Algedon latine cruciatus.

¶ Alius ā. ud. genitiuo alius penult. prod. vel alij æ. ij. datiuo alio æ. o. Cic. Si res totę alię rei neceſſe eſt ſimiliter ſit. Et idē eſt quod diuerſus: vt alia eſt facies eius a facie mea. Accedit quandoq; ad vim cōparationis. Quint. At quanto alius fuit ille infeliciſſimus iuuenis affectus. Quo modo autē differat ab alter. Vide in dictione alter.

¶ Alias res agis. i. nō intendis ad id qđ dicitur: vt nulla ſit in eis attentio aut nugatorias res agis.

¶ Alias aduerbiū: ſignificat alio in loco: vel aliter vel alio tempore: vel aliquando. Plyn. lib. xxxiiij Alias fragile & eroſum rotarumq; vſibus & clauis maxime fugiendū. Gellius. Neq; id tamen ſemper eſſe fini dixiſſet: ſed alias ocyus fieri: alias ſerius/id eſt aliquando.

¶ Alienus. a. um. quandoq; alienatus dicitur. Sal. Poſtq̄ alienū ſe videt. Quandoq; diuerſus: diſſimilis: diſpar: diſſonus. Idē. Neq; ſolū illis aliena mēs erat. Quādoq; nō cōſcius: vt apud eundē. Ille eos in domū Decij Bruti perducit q; foro propinqua erat: neq; aliena cōſilij. propter Semproniā.

¶ Alieno as. alienū vel aduerſariū facio: ſeu a propoſito remoueo: repulſando. Plaut. Me alienabis nunq̄ quin noſter ſim. i. a propoſito remouebis. Saluſt. Neq; falſa ſuſpitione alienatum eſſe ſentiebam. i. repulſum. Teren. Ita nos alienauit. i. aduerſarios fecit. Paul. Iurecō. Alienationis verbo vſucapionē contineri putat. Vix eſt enim vt nō videatur alienare quod patitur vſucapi. Eum quoq; alienare dicimus qui nō vtendo amiſit ſeruitutes. Huius verbi compoſitū eſt: abalieno quod eſt abinuicem ſeparo. Cice. in arte veteri. Si auditoris ſtudiū defatigatio abalienabit.

¶ Alienigenus. a. um. penul. cor. nomen compoſitū a genere & ſignificat quod eſt externū: vel alieni generis: vel inter alienos genitum. Vale. lib. pri. Adiſci noſtris duo eiuſdem generis alienigena exempla non abſurde poſſunt.

¶ Alienigena. com. ge. vel ſecundū Probū oīs generis ſumitur in eodē ſignificato cū alienigenus.

¶ Aliter aduerbiū. fit ab alis huius alis pro alius ſicut declinabāt antiqui & ſignificat cōtrario modo Virg. Diis aliter viſum. Teren. in prol. And. Verū aliter euenire multo intelligit. i. contra.

¶ Alibi alio loco. Aliubi pro alicubi. Nā dicimus ſolem totū aliubi: aliubi dimidiū hoībus adimi.

¶ Aliunde: ex alio loco.

¶ Alioquin & alioqui vtroq; modo dicitur: & habet penult. pro. ſignificatq; alio modo: vel q; ſi nō vel præter hoc: vel etiā. Plyn. Hos tibi dedicaui libellos. Nā nec ingenij ſunt capaces quod alioquin nobis perq̄ mediocre erat.

¶ Aliorſum: verſus alium locum in aliā partem. Terent. in Eu. Vereor ne illud grauius tulerit: neue aliorſum atq; ego feci acceperit.

¶ Aliquis: quaſi alius quis: & habet vim pluralem q̄uis ſingulariter dicatur. Nō em̄ eſt aliquis niſi de multis. Vnde & apud veteres vario genere numeroq; proferebat. Terē. Aperite aliquis actutū oſtiū Idē eſt quod quiſq̄ quiſpiā & vllus. Et.

¶ Aliquo ad aliquē locum. Aliqua per aliquem locum. Alicūde ex aliquo loco. Aliquorſum verſus aliquem locum.

¶ Aliquotiens ſeu vt quibuſdā videt. Aliquoties ſine n. ſignificat aliquot vicibus: ſiue aliquādo.

¶ Aliquot tantū pluraliter declinatur. & ſecundū Do. ſignificat idem qđ nec multi: nec pauci.

¶ Aliquātus a. um. ponitur p aliquot. Ambr. Factum eſt autē vt per aliquātos annos ad cōſtantiā hoc factū ab ijs qui viderant narraretur. Hiero. ad pāma. Cū aliquanti ex vrbe veniētes in eadē lectitarent quæ ſero me excepiſſe referebant.

¶ Aliquātulus diminutiuū: & quātitatē ſignificat Aug. li. i. de ciui. dei. Illi aūt infirmiores q terrenis his bonis q̄uis ea non preponerēt chriſto aliquantula tamen cupiditate cohærebant.

¶ Aliquantū modo nomen eſt: vt aliquantū ociſ quaſi aliqua quantitas. Modo aduerbium: vt tues aliquantum ocioſus.

¶ Aliquātiſper aduerbiū: ſignificat aliquāto tpe.

¶ Aliquando cū accentu in antepe. ſed tēporibus noſtris non ſeruatur etiā a doctiſſimis viris neq; in Virgilio vel Ouidio aut Luca. vel alijs poetis antiquis inuenitur in uſu illam corripi poſitura: habet tria tēpora preſens prēteritū & futurū: & ſignificat aliquo tēpore: ſicut & quādoq;. Ponitur & pro tandem. Cice. Valerio. Aliquando nos reuiſas.

¶ Aliquatenus. penul. cor. ſignificat vſq; ad aliquā partem ſiue ex aliqua parte aut aliqua ratione. Quint. Verum hoc aliquatenus temporū mutatio eſt conditione. Aug. lib. xiij. de ciuita. dei. Corpus eſt mortale: quoniā a vita quā habet deſeri poteſt: nec per ſeipſum aliquatenus viuit.

¶ Aliquid ſubſtantiuū eſt vt aliquid vtile. Aliqđ adiectiuū: vt aliquod templum.

¶ Alica pen. cor. potio: dicta q; corpus alat. Hæc fit ex zea quæ a noſtris ſpelta dicitur. Tundit granum eius in pila lignea: vel lapidis duricia conteritur excuſſis inde tunicis conciditur medulla. Hinc alicarij qui eam conficiūt venduntve.

¶ Alicaſtrum etiā videtur dici ea forma ab alica deriuari: ſicut ſiliquaſtrum a ſiliqua.

¶ Alipedes penult. correpta. Equi veloces quaſi alas in pedibus habentes.

¶ Aliptes vnctor. Et is erat cui⁹ curę tradebātur ij qui in ſacris certaminibus pugnarēt. Dictus απο του αλειφοιμ. i. vngendo αλειφω. vngo. Aliphe vnctio ſiue pingue dicitur tamē græce dicitur αλειφαρ αλειφατος και αλειμμα Mar. Nec capit immeritas ſordib⁹ vnctor opes. Dicitur etiā aliptes qui vulnera curat. At medicus q; mala valentibus & in lecto iacētibus medetur Clinicus appellatur. Item aliptes fuit fons apud Epheſum.

¶ Allia ge. fœ nomē fluuij qui e cruſtuminis montibus prælto defluēs alueo Tyberino amni miſcetur. xi. ab vrbe lapide vbi magna ſtrage Romani a gallis profligati ſunt. Hinc Allienſis dies dictus eſt tanq̄ infauſtus. Huius nominis prima ſemper producit. Syl. Maior &: horrificis ſeſe extulit allia ripis. Ouidi⁹. Hæc erat in faſtis cui dat grauis allia nomen. Luc. Et damnata diu Romanis allia faſtis Sic Virgilius lib. vij. Quoſq; ſecans infauſtum in terluit allia nomen. vbi Seruius dicit aliud. l. eſſe in terpoſitum. Nam q; Luc. lib. vij. dicat. Non iſtas habuit pugnæ pharſalia partes quas aliæ clades. non de flumine allia intelligendū eſt cum ibi oſtendat omnes clades quas Romani ſuperiorib⁹ temporibus paſſi ſunt nō eſſe cū pharſalica clade comparandas: quæ alias ſuperauit. Alię igitur cum ibi prima correpta ſit: eſt ab alius a. aliud.

¶ Alliũ genus holeris quod comeditur: quod nomen quidã ab olendo: quidã ab halando deriuant. De hoc infra cũ ab halando aſpirari debeat. Similiter & haleatũ græce dicitur σκοροδον & σκοροδιον purgamẽta allij. Eſt & hoc nomine vrbs inter Pyrgum & Oſtiam.

¶ Alliatũ: ab allio pulmẽtarii: & intinctus genus eſt. Plautus. Sine alliato fungi fortunas meas. Aſcen. Ego ſic intelligo, ſine .i. permitte, mihi alliato .i. allio nutrito aut illito. &c.

¶ Alo is lui. alitũ. Vnde alitus vel altus ſignificat nutrio alimentis ſuſtẽto. Sal. in Iug. Et omnẽ ętatem arpini altus. In rebus tamen incorporeis Alere frequentius pro creſcere ponit. Quintil. Sed alere facundia vires augere eloquẽtię. Verg. Hos ſucceſſus alit .i. augeſcere facit. Et licet altũ vel alitũ ſupinum faciat: tamẽ vt docet Diom. melius dicit alitus q̃ altus vitandę ambiguitatis gratia.

¶ Alimentũ quod datur ad vitæ ſuſtentationem. Scribunt Iurecõſulti alimẽtis legatis cibaria & veſtitus & habitatio debebitur: quia ſine his alí corpus non poteſt.

¶ Alimentarius, a.um. quod ad alimentum pertinet: vt lex alimẽtaria: quæ prouidebat vt filij alerent parentes.

¶ Alimonia. pe. cor. idẽ quod alimentum.

¶ Alma. ſancta ſiue pulchra vel alens ab alendo dicta.

¶ Altilis: & in plurali altilia. pe. cor. quicqd domi vel in villis vel in viuariis ſaginantur: ſiue ſit auis ſiue quadrupes: ſiue piſcis ab alendo quaſi altilis. Et nõ ſolũ pro pingui: ſed etiã pro opulento ponit. Plau. in Ciſ. Prohibet diuitijs maximis dote altili atq; opima.

¶ Alumnus dicitur filius vel diſcipulus: qui ab aliquo velut a patre alitur: ſiue victu ſiue moribus ſiue doctrina. Cice. Dolobellę. Mihi vero glorioſũ te iuuenẽ cõſulem florere laudibus: quaſi alumnũ diſciplinę meæ. Idem in ver. Italia aũt alumnum ſuum ſeruitutis extremo ſummoq; ſupplicio fixũ videret. Seruí. pro educato & educatore ponit ab alendo deductũ. Aug lib. vij. ciui. dei. Iouẽ alumnum cognominauerũt: q̃ omnia aleret. Sic Ply. li. iij. in actiua ſignificatiõe dixit de Italia. Terra omnium terrarũ alumna eadẽ & parens numine deum electa. Cur. lib. vij. Oro quę ſoq; ne humanarũ rerum terminos adeuntem alumnũ cõmilitonemq; veſtrum ne dicã regẽ deſeratis. Fallitur ergo Valla ſuper alumni ſignificatione.

¶ Aluus. locus corporis ex quo ſordes defluũt q̃ in eum cibi quibus alimur e ventre delabant. Sal. Inſimulans ſibi aluũ purgari. Proprie venter fœminæ ab alendo dicta. Venter eſt qui videtur. Interdũ dicitur vas cauatũ: vbi quid reponitur. Et eſt tã maſ. q̃ fœ. gñis. Cuius dimi. eſt aluulus.

¶ Aluini dicti ſunt: qui aluo langueſcũt. Ply. lib. xxi. Vinea punica aluinis impoſita, multum prodeſſe dicitur.

¶ Aloe aloes grecũ eſt & ſignificat herbã amariſſimi ſucci. Iuuen. Plus aloes q̃ mellis habet. græce. ἀλοη.

¶ Aloeus nomen gygantis. cuius filii martem dicũtur vulneraſſe: a quo patronymicum aloides.

¶ Alopecia morbꝰ in capite humano & barba ex vitio humorũ qui fit cũ profluuio capillorũ dicta a vulpe quã græci ἀλωπηκα ὁπο του ἀλωναι id eſt a capiendo: quoniam difficilis ſit captu: cum animal ſit aſtutiſſimũ: q̃ ea crebro id genus morbi patiatur. Plyn. Lingua herba eſt: quę circa fontes naſcitur: cuius radix combuſta & trita alopecias emendat.

¶ Allabor, pen. pro. Iuxta fluo: ſiue iuxta nauigo. Cla. Siculis allabit oris. Hic allapſus. us. Aug. li. x. con. Vbi per diem fuero multitudo allapſa blãditur mihi.

¶ Allegoria cum accentu in pe. dicit alieniloquiũ vel potiꝰ inuerſio: vt aliud verbis: aliud ſenſu oſtẽdat. Ver. Claudite iã riuos pueri ſat prata biberũt. Hoc eſt deſinite iam plura canere: quia ſatis audiuimus. Eius ſpecies ſunt ſeptẽ. Ironia. Antiphraſis. Aenigma: Charientiſmos. Parœmia. Sarcaſmos: Eſteiſmos. Sed ita dicitur: quoniam ἀλλοσ ἀλλη ἀλλα και ἀγορευομαι. Id eſt aliud dicimus & aliud intelligimus.

¶ Allego, gis pe. cor. adſcribo annoto: quaſi iuxta lego. Vñ apd Iu. Capitolinũ ſcribit. M. Antonium philoſophũ multos ex amicis in ſenatu allegiſſe cũ ædilitijs ac prętorijs dignitatibus. Liuius libro decimo. Cęterũ quia de plębe allegebãtur: eãdem ęgre paſſi patres. Hinc Allecti dicebantur qui propter inopiam ex equeſtri ordine in ſenatorum numerũ aſſumpti fuerant. Nam patres dicebantur qui erant patricij generis. Conſcripti qui ſenatui ſunt ſcriptis annotati. Allectus vero ab allicio idẽ eſt quod attractus.

¶ Allego as. pen. produ. ad hoc mitto. Plautus in caſſi. Quin ea ipſa me allegauit: qui iſtam accerſerem. Et allegare eſt adducere. Ply. Tum multa allegauit: quę ad rem propoſitã pertinere minime videbantur. Item. Deputare: Conſtituere. Committere. Plau. in Caſſi. Filius autem armigerũ allegauit ſuum: qui ſibi eam vxorem poſcat.

¶ Allelu ya: duę dictiones ſunt: quibus ſignificatur, Laudate dominũ. Allelu enim (vt Auguſtinꝰ ait) imperatiui modi eſt: & ſignificat laudate. Ya vero vniuerſalem: vel vniuerſaliter. ſ. deum. Hier. Ya apud hebręos vnũ eſt de decẽ noibus: & in illo pſalmo. vbi legimus. Laudate dominũ quoniam bonus eſt pſalmus: in hebręo eſt allelu ya. ſunt duę partes hebraicę.

¶ Allicio cis penultima correpta allexi allectũ ex ad & lacio ſignificat attraho. Inuenitur & alliceo allices allicui: in eadem ſignificatioce. Piſo libro hiſtoriarum primo. Auius vnius prępmio multos allicuit animos. Sæpius tamen in tertia coniugatione: q̃ in ſecunda vtimur. In infinitiuo autem difficulter dignoſcitur cuius magis ſit coniugatiõis quale eſt illud Ciceronis libro primo Tuſculanarũ Fieri autem poteſt: vt recte quis ſentiat: & id quod ſentit polite eloqui non poſſit: ſed mandare quẽq; ſuas cogitationes: qui eas nec diſponere: nec accurate illuſtrare poſſit: nec delectatione aliqua allicere lectorẽ hominis eſt abutentis intemperanter: & ocio & litteris.

¶ Allecto tas. frequentatiuum per blãdicias attraho. Col. Lib. iij. Ad aquam duci oportet ſibiloq; allectari: quo libentius bibant.

¶ Alliciſacio is. eiuſdem ſignificationis eſt: a quo Allicefio. Sueto. in Vitel. Pronus vero ad cuiuſq; & quacũq; de cauſa necem atq; ſupplicium. Nobi-

les viros condiſcipulos ęquales ſuos omnibus blã
dicijs tantũnum ad ſocietatẽ imperij allicefactos
vario genere fraudis occidit.
¶ Alleuo as. pe. cor. in altũ tollo vel de imo & vbi
quid iacet atq; proiectũ eſt ſurſum leuo. Quintil.
Vidi multos: quorũ ſuperciliа ad ſingulos vocis
conatus alleuarentẽ. Inde per tranſlationẽ ad quã
litatẽ fortunę: vt idẽ. Nõ petit vt afflictũ alleuetis
niſi & probauerit ſe infœliciorẽ. Eiuſdẽ ſignificati
onis eſt ſubleuo. Sue. Dũq; ſurgit inter manus ſub
lauantiũ extinctus eſt.
¶ Alleuio as. pondus aufero diminuove.
¶ Amurca:ſordes olei: quę prędũt. Nam quę ſe quuntur fęces vocanꝛ. Hoc nomen per.c.ſcribiꝛ: ſed proferꝛ per.g. vt ſit in Caius & Cneus. Hinc ex amurcatus:quod eſt ſordibus purgatus. Amurca cõtra culices & limaces vim habet maximam.

¶ Amuſſis p duplex ſſ.fabroꝝ & lapicidaꝝ regula:qua ad dirigẽda ligna ſaxaq; vtunꝛ. Sed late ꝓ omni ordine ponitur. Vnde amuſſim aduerbium & ab eo cõpoſita adamuſſim & examuſſim.i.recte caſtigate regulariter. Gel.li.i.ad hæc ſcripta oĩa antigora tã curioſe expectabat aut virtutes pẽſitabat aut vitia rimabaꝛ vt iudiciũ eſſe factũ adamuſſim diceres. Examuſſim examinate ad regulã. Plau.in Am. Si vera hæc loquitur examuſſim eſt optima. Hinc emuſſicata dicunꝛ: quę adamuſſim facta ſũt.

¶ Amyclę pluraliter nom̃ eſt vrbis laconię Tindari regia in qua nati ſunt Caſtor & pollux. Alia ẽ in Italia inter Tarracinam & Fundos in paludibus a Laconibus condita: vt inquit Seruius. Hinc amycleus.a.um. Amyclei cũ pythagoricam ſectam ſequerentur vt abſtinerẽt cędę animaliũ: nec vicinæ plaudis ſerpentes interimerent ab illis deleti ſunt. Sed cũ philoſopho nunciatus eſſet aduẽtus hoſtiũ poſtea cautũ eſt ne quis amplius nũciaret. Inde ex improuiſo captę ſunt amiclę. Hinc prouerbiũ. Lo qui volo.nã ſcio amyclas tacẽdo periſſe.

¶ Amydon pe.cor. ciuitas Pęonię: de qua auxilia miſſa fuerũt troianis. Iu. Eſt hic amydone relicta.

¶ Amygdala lę.pe.cor. nux greca: græcaq; eſt dictio q̃ & Thaſia dicit. Hiero. in lib. numerorũ. Qui foliis dilatatis in amygdalas deformati ſunt. amygdalũ etiã neu. gñe dicit pro fructu. Palla. Græci aſſerunt naſci amygdala ſcripta ſi aperta teſta nucleum ſanum tollas & in eo quodlibet ſcribas:& iterum luto: & porcino ſtercore inuolutum reponas. Amygdalus pro arbore: Col.li.iij. Amygdalus ſi parum ferax erit perforatã arborem lapidẽ adigito. Hiero. in Eccle. Amygdalus florebit impingua bitur locuſta. Hinc amygdalinus.na.nũ.pen.cor. Sere: Ferꝛ amygdalinę ſuccus nucis eſſe bibẽdus.

¶ Amyris genus arboris ẽ: vt inquit Hie. quod latini putantes myrrham dictum vnguenta interp̃tati ſunt. De cuius arboris notitia hoc ſolũ ad nos peruenire potuit quia odorem ſolum habeat ſuauẽ nullum tamen afferat fructum.

¶ Amylũ pe.cor. latine ſine mola factum: Vulgo amydũ dr̃: Nam α priuatiua particula eſt. μυλοσ mola: quaſi ſine mola. Fit ex triticeo lacte expreſſo cũ triticũ per aliquot dies in aqua purgatũ eſt.

¶ Amythaon Melampodis pater fuit: q̃ inter medicos prędarus habit⁹ eſt: Similiter & Chiron.

¶ Amyſtis (vt aiũt) potio quędam eſt apud Thracas. Alij volunt eſſe ſpeciem poculi: eo q̃ neceſſe ſit vno ductu potionem haurire. Horati. lib.i. car. Baſſum threicia vitat amyſtide. Forſan ab α priuatiua & μιγνυμι miſceri:& ſic per i latinum in principio eſſet ſcribendum.

¶ An aduerbiũ interrogãdi & ꝓ nũ qd ponit. Cic. An vero romulus ille aut paſtores ãt cõuenas cõgregaſſe: aut ſabinorũ cõnubia cõiunxiſſe: ãt finitimorũ repſſiſſe eloquẽtia videꝛ. Sed aliqñ trãſit ĩ vim cõiunctiõis: cũ ſermo dubitatiu⁹ ẽ. Et tũc fere ſubiũctiuo iũgit: vt neſcio an viuat pr̃: dubito an viuat pater. Dubito an vera loq̃ris. Sed qñ ſermo opinionis eſt: ꝓ indicatiuũ potius loquimur: vt opinor q; pater aut mortuus eſt: aut grauiter ægrotat.

¶ Anna per duplex.nn: Interiectio ẽ deꝑcãtis: & nomẽ mulieris ꝓpriũ: qđ interp̃taꝛ gratia eius.

¶ Ana per ſimplex n. dictio greca eſt: & apud nos modo ſurſum modo reſignificat. ανα.

¶ Anabaſius. αναβασιοσ. aſcenſorius. Hieronymus contra Rufinum. Iccirco ne cereales & Anabaſij tui per diuerſas prouincias cucurrerũt: vt laudes meas legerent.

¶ Anabathra: pulpita gradꝰ ſuperiores ſcanſiles: aut inſtrumenta ſcabellorũ aut ſubſellia. Dicta anabatra: ab αναβενω: quod eſt ſurſum aſcendo. Iuuena. Et quę conducto pendent anabathra tigillo. αναβαθρα. ſcala vel pulpitum.

¶ Anabolagium: ſeu anaboladium græco vocabulo dicit: eo q; de inferioribus ad ſuperiora eleuetur pectoriq; iungaꝛ. Vnde & pro amictorio ponit quo humeri operiuntur. quod Sindonem vocant. αναβαλλομαι. veſte reijctior.

¶ Anaetis. idis. nomẽ deę cuiuſdã: quę a lydis colebatur: quę a Strabone anaitis dicitur. Erat & anaitis quędam armeniæ regio. Plyn. lib. v. Fluit Euphrates derſenem primum mox anaeitiam regiones armeniæ a capadocia diſcludens.

¶ Anaximenes philoſophus fuit emyſtrati filius Anaximãdri diſcipul⁹ ſucceſſorq; qui eo die obiit quo Sardis capta fuit.

¶ Anauros fluuius theſſaliæ: quaſi abſq; aura dictus. Luc.li.vi. Quiq; nec humẽtes nebulas nec rore madentẽ: Aera nec tenuẽ vẽtos aſpirat anauros De hoc fluuio vel potius torrẽte apollonius poeta in argonauticis li.iij. plura ſcribit etiã in nono verſu a principio: ex Pelio monte Theſſalię fluit.

¶ Anacephaleosis pe. p. Breuis recapitulatio in qua repetitio rerũ summatim fit. Hieron. contra Ioui. Rursum in iudicum volumine quasi viuens resurgẽsq; describitur: & sub anacephaleosi opera illius prędicant. Grece αναακεφαλεωσισ.

¶ Anacharsis philosophus ex scytharum genere sapiẽtię admirande: vt scribit Ci. li. v. Tus. Apud sordidissimos scythas sapiens. Floruit Solonis tẽporibus: cuius imaginibus inscriptum est lingua ventre pudẽdis abstinendum esse. Plynius tradit Anacharsim inuenisse rotam figuli: cuius circuitu vasa formant. Sed si vt inquit Sene. apud Homerum longe antiquior inueniatur figuli rota non video quomodo anacharsis esse auctor huius rei potuit. Ibat nudis pedib⁹ dormiebat in terra & famẽ pro pulmẽto habebat. Hic leges araneis telis q̃ simillimas esse dicebat.

¶ Anaciterium: lectulus: vulgo Mataracius sup quo quiescimus interdiu qualia celebrantur florentiæ tuscanica. Et apud Lampridiũ in heliogabalo accubita: ab aliis Sibadia dicuntur. αναα και κλινω και κλινη λεχοσ.

¶ Anadiplosis. pen. produc. dici potest reduplicatio ex ανα: quæ in cõpositione significat re & διπλωσισ a verbo διπλοω duplico. Duplicatio Est enim congeminatio dictionis in vltima parte præcedentis versus & prima sequentis. Ver. Certẽt & cygnis vlulę sit tityr⁹ Orpheus. Orpheus in lyluis inter delphinas arion.

¶ Anachorita penul. prod. eremita. Anachoresis eremus. vnde monachi anachoritę eremum incolẽtes. quoniam χωροσ locus dicitur: cum ανα verbum αναχωρεω secedo.

¶ Anacreon nomẽ viri propriũ poetę lyrici a quo metra anacreontica dicta sunt. Teus patria fuit a Teo ioniæ ciuitate. Ex qua etiam Hechateus historicus: amauit puerum nomine batillũ visenda pulchritutidine spectabilem de quo Hor. Non aliter samio dicunt arsisse batillo Anacreonta teũ. Periit acino vuæ passę strangulatus.

¶ Anęmos. pe. p. latine exãguis dr. nã αιμα sanguis a grecis dicitur & a particula est priuatiua. in ferit autem n ne collidant inter se vocales.

¶ Anemos vero pe. cor. ventus est ανεμοσ.

¶ Anaglypha pe. pro. nomẽ habẽt ab aspritate vt Triglypha cęlaturis inęqualibus eminẽtibusq; ob id quia non sunt leuia: seu aspera & plębeia voce Relcuia dicunt ana enim super γλυφω sculpo. anaglyptes sculptor/anaglyptices ars sculpendi. Plyn. Nunc anaglypta in asperitatẽq; incisa circũlata auro. Hinc anaglypticus. ica. icum. Sidonius anaglyptico metallo.

¶ Anagnostes latine lector dicitur. Nã αναγνωσκω lego. Anagnosis recognitio lectio.

¶ Anagoge. ges. pen. prod. latine recessus dicitur subtilis siue excelsa: aut superior intelligentia ab ανα και αγωθεν αναγωγη ductio.

¶ Analecta purgamẽta cœnarũ & quisquiliæ ciborum: quas sub mensa cadẽtes vt asportare possint scoparij verrẽtes pauimentũ colligunt. Mar. In pretio scopas testatur palma fuisse. Octa sed scopis nunc analecta dabunt.

¶ Analesia dicta ẽ eo q; sanas partes capitis sensu priuet: Fit vel nascitur ex negligẽtia stomachi: aut ex nimio cibo: aut ex luxuria: aut potus frigidos vel nimiũ cogitãdo bibẽdo vel ex indigestiõe ciborũ

¶ Analogos: latine proportionalis similis. Analogia pen. p. proprietas pportio siue conuenientia similitudo. Ci. Quod analogiã stoici nos appellemus conuenientiam si placet. Quint. libro. i. institutionũ: analogia præcipue quã pxime ex græco transferentes in latinum pportionem vocauerũt. Hęc est eius vis vt id quod dubium est ad aliquid simile de quo non quęritur referat. vt incerta certis probet: vt si quęratur funis masculini an fœminini generis sit ex eius diminutiuo cognoscitur: quia funiculus generis masculini est.

¶ Anapęstus pes ex duabus syllabis breuibus & tertia longa. Componitur ex ανα re & παιω ferio co q; repcutiat dactylũ sono recíproco. A grecis antidactylus quasi dactylo cõtrarius. Cice. lib. .ij. Tu. Non adlubẽt Sparthis vlla sine anapęstis pedibus exhortatio.

¶ Anaphe pen. cor. Insula spõte in mari enata: vt scribit Ply. li. z. Ammianus quoq; Emersurum in quit Delos & Hiera & Anaphe & Rhodus. Dicta Anaphe ab argonautis quia tempestate laborantibus & intermestri Luna ex insperato comparuisset.

¶ Anapolegetos latine inexcusabilis.

¶ Anaphora pen. cor. Figura: quã nos relationẽ seu repetitionem dicere possumus: a greco enim. re. & phora latio Anaphoricos relatiuus anaphoro refero. Hęc fit cum eadem dictio bis sæpiusve per principia versuum repetitur: vt apud Ver. Nate meę vires mea magna potentia solus: Nate patris summi qui tela typhoea temnis. Hanc quidã Epanaphoram vocant. Amphorę etiã scansiones seu ascẽsiones signorũ vocantur: ab oriente circum actu mũdi quotidiano factæ.

¶ Anathema. matis. pen. p. seiunctio quędam dicitur & alienatio: vt est apud apostolum ad Romanos. Optabam ego ipe anathema esse a Christo p fratribus meis. Rursus anathema dicitur ab ανα και τιθημι αναθημα. oblatio sacrificium.

¶ Anathematizo zas. deuoueo: detestor

¶ Anapis. pe pro. Sicilię fluuius leuiter decurrens

¶ Anarchus sine principe vel principio. Am. lib. He. Dedit ergo principium mũdo dedit etiam creaturæ infirmitatem: ne anarchon: id est principio carentem crederemus.

¶ Anastrophe pẽultima cor. Inuersio vel reuersio dicitur. Est enim vt docet Diomedes duorum verborum ordo præposterus. vt Italiam contra: pro contra Italiam.

¶ Anas fœminini generis. Mart. Tota tibi ponatur anas sed pectore tãtum. Et ceruice sapit cętera redde coco. Dicta anas ab assiduitate natãdi. ex anatum genere quędam germanię dicuntur q; plus cæteris nutriãt. Huius diminutiuum protulit Plautus in Asi. Dic igitur me anaticulam columbam: vel catellum. Cice. vero lib. z. de fin. masculino genere dixit: Serpe anguiculos: volare merulas: natare anaticulos: cornibus vti videmus boues. Hic Anatinus. na. num. pen. pro. Plau in Ru. Vt fortunati sunt fabri ferrarij: qui apud carbones assidẽt: semper calent: vtinam fortuna anatina nunc vterer: vt cum exissem ex aqua: arerem tamen. Est & anas nomen fluuij in Hispania. Et Anatem mordum dixerunt: quo vetulæ laborant.

¶ Anatarius tia.riũ: quod ex anate ẽ: vt anatariæ plumę. Siue quod ad anates pertinet: vt anataria aquila quę anates venatur. Anatarius anatarii: q̃ anates custodit pascitue.

¶ Anatomias vel anatomia. Græci dissectiones dicũt: Inde anatomia fieri dicitur cum humanum corpus dissecaẽ vt venę nerui & cętera à medicis cõspici possint ab ανα & τεμνω incido: inde etiam ενστομη.

¶ Anaxarchus nomẽ propriũ philosophi abderi tę sectatorisq; Democriti. Hic habuit inimicum Nicocreontem cypri tyrannum a quo comprensus: coniectusq; in pilum ptisanę siue mortarium saxeum: quod greci ολμον vocant. Ibiq; ferreis malleis contusus adeo toleranter pertulit aspertimos illos cruciat⁹: vt verbũ illud memorabile cõduplicauerit: Tunde tũde Anaxarchi follẽ anaxarchũ eñ nõ tũdis. Ad vltimũ ãputationẽ linguę minitãte tyrãno ptin⁹ dẽtib⁹ abscissam & cõmãducatã linguam in os eius ira patulum conspuisse dicitur.

¶ Anaxagoras pe.cor. Clazomeni⁹ philosoph⁹ fuit in phisicis pręcellẽs. Hic nõ mõ generis gloria & diuitijs verũ animi quoq; magnitudine clarissimus fuit quippe qui totũ patrimoniũ suis spõte reliquit. Et cũ ab eis negligẽtię insimularet. Quid ergo inquit nõne vos ista curatis? Mox abscedẽs ad speculandũ rerũ naturã se cõtulit studio doctrinarũ flagrãs rei & priuatæ & publicę oñino negligẽs & incuriosus adeo vt cuidã se ita cõpellanti. Nulla ne tibi patrię cura est? Dixit. Mihi vero patrię cura & quidẽ summa est digitũ in cœlũ intendens. Hic cũ post diutinã peregrinationẽ in patriã reuenisset possessionesq; desertas vidisset. Non essem inquit ego saluus nisi istę periissent: qui pluris faciẽs cultu tam ingenij q̃ prędiorũ famigeratus fuit inter philosophos. Lampsaci perijt.

¶ Anaxilides nomẽ philosophi: de quo Hier.cõ. Ioui: scribit q; is li.z. philosophię ferat peritionem matrẽ Platonis phantasmate Apollinis oppressã & sapientię principem non aliter arbitretur nisi de partu virginis editum.

¶ Anaxus fluuius qui fluit per feltrensem agrum.

¶ Anceśa dicta sunt ab antiqs vasa: quę cęlata vocamus q; circũcædendo talia fiant: ipsumq; cælare verbũ ab eadẽ causa dictũ est d.cũ.l.permutata.

¶ Anceps a caput cõpositũ est: cũ genitiuũ in tis faciat: sicut alia cõposita biceps.itis.triceps quatriceps multiceps & pręceps. Nam quę in pis exeunt a capiendi significatione veniũt: vt princeps: mãceps: municeps & huiusmodi. Dictus est ergo anceps quasi dubij capitis. Est eñ ãceps duplex. Lucil. Nemo hos ancipites ferro efferri cardines. Interdũ anceps dicit quod ex vtraq; parte acutũ est. Idẽ. Vecte atq; ancipiti ferro effringam cardines. Interdũ ponit p ãbiguo. Ver. Anceps pugna diu.

¶ Anchiale ciuitas de qua Stra. Post zephiriũ inquit anchiale supra mare Sardanapali op⁹. Ex hac vrbe fuit athenodor⁹ qui nõ a sardanapali: sed ab anchiale Iapeti filia conditã vult Cydni matre a quo nomen vicino flumini.

¶ Anchises nomẽ ꝓpriũ patris æneę & capis filij

¶ Ancillæ dictæ sunt ab anco Martio: q; is bello magnũ fœminarũ numerũ ceperit siue q; antiq ancular dicebãt ministrare. Ex quo dij quoq; ac deę feruntur coli quibus nomia sunt anculi & anculæ.

¶ Ancillula diminutiuum est.

¶ Ancillor.aris. ministro vel dedico me ad ministraudũ ac seruiẽdũ more ancillarũ q̃ suis ministrãt ac seruiũt heris. Cice. in Sal. Non eñ vni priuatim ancillatus sum: sed q̃tum quisq; reip. studuit tantũ mihi fuit aut amicus: aut aduersarius.

¶ Ancile per simplex l.& pe.p. Scutũ breue nõ rotundũ: sed ita ex vtroq; latere erat recisum vt null⁹ angelus videri posset: & summũ: infimumq; eius latus medio pateret. Dictũ ab am & cæsum: quasi ancisum. Vel ab αγκων q̃ est cubit⁹: vel ab ακης remediũ: quoniã pestilentię remediũ fuit. Ferũ numę põpilij tẽpestate de cœlo descẽdisse vnãq; editam vocem omniũ potẽtissimã fore ciuitatẽ q̃ diu id in ea mansisset. Itaq; facta sunt eiusdem generis plura quibus id miscere ne internosci cœleste posset. De hoc Ouid.li.iiij.fast. Ecce leui scutũ versatũ leuiter aura Decidit: a populo clamor ad astra venit. Et li.v. Atq; ancile vocant quod ab oñi parte recisum ẽ: Quaq; oculis spectes angulus oĩs abest Liui.li.i. Alios itẽ duodecim martij gradiuo legit. tunicęq; pictę insigne dedit: & super tunicam ęneũ pectori tegmen cœlestiaq; arma quę ancilia appellantur ferre ac per vrbẽ ire canẽtes carmina cũ tripudijs solẽniq; saltatu iussit. Hor.li.iij.car. Hoc anciliũ declinauit magis auctoritate sua fretus: q̃ regula declinãdi Anciliorũ nois & togę. Iuue. vero adiectiuum posuit cũ dixit clypeis ancilibus.

¶ Anculi & anculę dij deęq; ancillarũ putabantur.

¶ Ancus qui aduncũ brachiũ habet: & exporrigi non põt. Vñ quartus Roma. rex Numę ex filia nepos sic cognominat⁹ ẽ a cubito quẽ ĩcuruũ hẽbat.

¶ Ancona seu ancon more greco cubit⁹ vel curu⁹ dr Quo noie dicta ẽ vrbis piceni sup adriatico mari posita. Solinus Anconẽ quis ignorat a Siculis cõditam? Ply.lib.iiij. A siculis ancon colonia promõtorio chimerico appellata ẽ in ipso flectentis se orę cubito. Et ancones nõ solũ in hoĩb⁹ sed & ĩ partibus: & promontorijs conflexa in cubitos: aut confracta in humeros dicũtur vt auctor est Victru. Nam de humeris. Papi. Consedit virideq; humeros. Sunt & in mõtibus articuli. Ply. in calce opis.

¶ Anchora pe.cor. dens ferreus quasi anca curua manus. dicta q; per hominis manus scopulos cõprẽdat. Anchorã primi Tyrrheni inuenisse ferunt Hoc nomẽ Ser. asserit. cõtra regulã recipe aspirationẽ. Tñ ego aperte video eẽ nõ latinã dictionẽ sed græcam αρχυρα απο του αγκυλου και ρεω: sed q; latine cũ ch scribat: ratio est: quoniam. κ. tenuis vertitur in χ fuam aspiratam.

¶ Anchorarius a.um: quod ad anchoram ptinet vt funes anchorarij. Hircus. Storias aũt ex funib⁹ anchorarijs tres fecerunt.

¶ Anchorarius qui curam anchorę habet vt eam vel demittat: vel leuet.

¶ Ancyra nomẽ duarũ vrbiũ quarũ altera ẽ phrygię altera galatię. Hic synod⁹ ancyritana ĩ iure põtificio sæpe nominat. Dicta ancyra ab anchoris nauium captarum a Mitridate: quas Ptolemæus ægyptij rex suppetias gallogræcis miserat.

¶ Andrago.pen.pro. mulier animũ virilẽ hñs απο του ανδρος και αγειρ. ab homine agẽdo.

¶ Andron spatiũ inter duos parietes: in qđ pluuia descẽdit. Ply. Tam alti abditiq; secreti illa ratio est q; interiacẽs andron parietẽ cubiculi hortiq; di

ſtinguit. Quidam accipiũt pro loco in domo anguſtiori: in quo viri plurimũ verſant̃: vt gynæciũ in quo mulieres. Eſt etiã hoc nomine ſicut ſcribit Ptolemęus oppidum inferioris regionis nili.

¶ Andros inſula vicina Samo cũ oppido eiuſdẽ nominis: quę aſię adiacet ex oppoſito ad epheſum De qua Oui. li. xiij. met. Et totidẽ natis andros fraterna petita eſt. Hęc primo dicta fuit Cauros: poſt ea Antandros. Hinc andrius andria andriũ.

¶ Andricus pe. cor. Cicilię mons: vt inquit Stra. Quo etiã noĩe dictũ eſt flumen apud Ply. libro. v.

¶ Andronitis. pe. pro. locus in domo vbi ſoli viri habitãt: ſicut Gyneconitis vbi ſolę mulieres. Vi truu. li. vi. Andronites dicũtur q; in his viri ſine interpellationibus mulierũ verſantur: qm̃ ανηρ ανδρος και ανδρος virũ denotat vñ androgynus.

¶ Androgynos. pe. cor. q; vir ẽ & fœmina Hermaphroditus: απο του ανδρος και γυνη. i. ab homine & fœmina. Aug. lib. xvi. ciuita. dei. androgyni quos etiã hermaphroditos nũcupãt q̃uis admodũ rari ſint in quib⁹ ſic vterq; ſexus apparet: vt ex quo potius debeãt accipere nomẽ incertum ſit.

¶ Androgynę ſũt populi in aphrica: vt li. vii. Ply. ſcribit vtriuſq; naturę inter ſe vicib⁹ coeũtes. Dextera mamma his virilis: leua muliebris.

¶ Andrachne herba eſt quę portulaca dicitur.

¶ Andegauia regio gallię turonibus ac bituricẽſibus finitima Oceanoq; proxima.

¶ Androdus nomẽ ꝓpriũ filij codri atheniẽſiũ regis q; epheſum cõdidit: & Ionũ regiã ibi cõſtituit.

¶ Andromon nom̃ ẽ eius q; colophonẽ ędificauit

¶ Andromache pe. pro. Hectoris troiani vxor: q̃ a virili pugna nomẽ ſortita eſt. Nã viri pugna interpretat. ανδροσμαχη: quaſi viris depugnãs Fuit em̃ virili aio ſepta & q̃dã veluti virago.

¶ Andromede pe. cor. Cephei & Caſſiopes filia a perſeo amata: & in vxorẽ ducta. Quę Mineruę bñficio inter aſtra collocata dicit̃ propter perſei virtutẽ q; eã Cęto propoſitã a periculo liberarat. Oritur in parte piſciũ duodecima.

¶ Anethũ cũ h genus herbę boni odoris.

¶ Anfractus ab origine duplici fluxũ habet: hoc eſt ab ambitu & frãgẽdo. Am. Tenaces ſermonis accepti ipſos eſſe anfractus auriũ ipe vſus nos docet. Siqdẽ vel in cõcauis montiũ: vel in receſſu rupiũ vel in anfractu fluminũ vox audit̃ dulcior & reſponſa ſuauia referẽs echo reſultat.

¶ Angelus latine nũcius. Nam officij nomen eſt nõ naturę. Semper enim ſpiritus ſunt: ſed cum mittuntur vocantur angeli.

¶ Anger genus ſerpẽtis qui cruciator & ſpatarius dicitur: eſt & nomen fluuij in Illyrico.

¶ Angor corporis vel animi cruciatus. Sic anxietas & anxietudo. Ci. li. z. de rep. Quartaq; anxietudo prona ad luctũ & mœrens ſemp ſe ipa ſolicitãs.

¶ Ango gis. xi. anctũ. facere debuit ſicut plango At Dio. Anxus ꝑteritũ ab angor dixit nõ anxius qđ nomẽ ẽ. Ideo anxũ ab ago ſupinũ eẽ cõuenit: qđ tñ mĩme legi. Eſt aũt ãgere cruciare/ſiffocare/ꝑmere/vexare. Et ad aĩm & ad corpus: & ad vtrunq; promiſcue pertinet. Ad aĩm Gel. Milo pręſtabilis hõ ſapientiæ quonã vſq; debuerit contra legem: contraq; ius ꝓ amico progredi eaq; res in fine quo q; vitę ipſo aĩm anxit. Ad corpus. Co. libro. viij. Cauendũ eſt vt teneriot ſeparet̃ a validiorib⁹ quia robuſtus angit ĩbecillũ. Advtrũq; promiſcue Gel. Dũ pyrrhus rex intra Italiã eſſet & vnã atq; alterã pugnã aſpere pugnauiſſet: fatiſq; angerent̃. Ro. & pleraq; Italia ad regem deſciuiſſet. Plau. Pro abſumo poſuit in Aul. Tũ ãxiſſe aquã ſi quis petet. Tñ grecum eſt απχω. ideſt ſuffoco.

¶ Angina pe. ꝑ. genus morbi acutiſſimi quo fauces anguñt ac ſtrãgulanť: q & tonſillę dr. Impitũ vulg⁹ medicorũ Squinãtiã vocat: cũ hippocrates & Galen⁹ ſynanchẽ appellitarũt. Ply. Tõſillas ſe iũgit ab angina. Dicta angina q; angat. Plau. Vel lẽ me in angina verti: vt huic aniculę fauces ꝓccuparẽ. Macer: Subuenit anginę melli vinoq; iugatę Feſt. Anginã vinariã hre dicunt: q vino ſuffocãt.

¶ Angiportus & angiportũ vtroq; mõ dr/quẽ alij dicũt eẽ viã ſine exitu: alij vicũ ãguſtũ & flexuoſũ in modũ anguis. Var. li. i. de lin. lati. Q đ exitũ non habet ac puiũ nõ ẽ angiportũ & id ãguſtũ ab angẽdo & portu. Alij q; inter port⁹ ſit anguſt⁹ loc⁹ hoc eſt inter domos quas vel port⁹ vel inſulas veteres dixerũt. Alij arctas vias: quas greci. στενοπους appellãt. Feſt. Angiport⁹ ẽ iter cõpẽdiariũ in oppido q̃ſi anguſtus adiportũ aditus. Nã q̃ ſũt latiores fereq; militares ꝓtorię cõſulares plateę noiant̃: vt inqt Vict. Ful. Angiportũ a portu dictũ ẽ: portus vero cõcluſ⁹ & munit⁹ loc⁹ ẽ quẽadmodũ & ſtatio: ab iportãdis exportãdiſq; mercib⁹ nomẽ hñs Ter. ĩ adel. Id qdẽ angiportũ nõ ẽ puiũ. Et ĩ phor. Sed hinc cõcedã in angiportũ hunc deſertum.

¶ Anguſtus a. um. ſtrictus: a quo anguſto. as. qđ eſt ſtringo. Vnde & coanguſto: vt apud euangel. Et coanguſtabunt te vndiq;.

¶ Anguſtia: ſtrictitudo quę tã ad animũ q̃ ad corpus pertinet. Ambroſ. Et inter anguſtias animi & corporis anhelo cruciabatur ſpiritu.

¶ Angilę pp̃li in aphrica ad garamãtas. Ferũt eorũ fœminas nocte qua nubũt omniũ ſtupro patere/in reliquum pudicas eſſe.

¶ Angulus pe. cor. locus eſt: quẽ duo parietes iũgunt. Dictus q; ibi anguſtus ſit locus.

¶ Anglia: quę Britãnia ab eruditis dicit̃: Inſula inſignis in oceano: quę vndiq; a circũfuſo mari complexa ẽ nuſq̃ iũcta cõtinẽti ſed ab oñi orbe nro diuiſa: q̃ quondã ab albis rupibus: quas mare abluit Albion dicebat̃. Hanc primũ Troes incoluerũt: q Troia diſiecta fugerunt exciſam patriã: palladiſq; oraculo claſſe in hãc inſulã migrauerũt: atq; gygãtes tũc inſulã tenẽtes multis victos p̃liis expugnauerũt. Hãc poſtmodũ lõgo tẽporũ tractu Saxões q; ſunt illuſtres alemãnię populi oppreſſere: agroſq; & opes inter legatos/ſaxonũ regina Angela diuiſit. Atq; vt linguę pariter & gẽtis memoria in deuicta inſula ſempiternũ foret: ab Angela: cui⁹ ductu victa eſt: Angliã tellurẽ illã vocauit. Q̃ q̃ plærisq; angliã veluti noſtri orbis angulũ p̃dicẽt dictã Situs ipſius ẽ vt cõtra aſpectũ gallię & hiſpanię ſita ſit. Eius ãbitus quadragecies octies & ſeptuagĩta quinq; milib⁹ paſſuũ cõſtat. De hac inſula vide in Britonũ hiſtoria: et in dictiõe Britãnia.

¶ Anguis tã fœ. q̃ maſ. gñis ꝓ ſerpẽte in aquis degente. Val. lib. i. L. Sylla cõſul ſociali bello cum in agro Nolano ante prætoriũ immolaret ſubito ab vna parte arę prolapſam anguẽ ꝓſpexit. Frequẽtius tñ maſ. gñe profertur. Vnde & anguiculus diminutiuũ facit: vt apud Cic. Serpere anguiculos. An

guis quando ſenuerit perdit aſpectū. Et ſi voluerit redire ad iuuentutem ieiunat. xl. diebus vt laxetur pellis eius: & ſic anguſtū foramē inquirit vt dū nitit exire inde pellē ſenectutis dimittat.

¶ Anguimanus vocati ſunt elephāti quia proboſcis quā manū diximus vocari ad oēm partē verti tur. Lucre. li. v. Anguimanus belli docuerūt vulnera pœni Sufferre & magnas martis turbare cater

¶ Anguifer: qui a grecis dicit̄ οφιουχοσ: (uas.

¶ Anguille piſciū ſolę exanimes nō fluitāt. Nō ouo nō coitu eas ꝓcreari ſcribit. Ar. Dictę ā guillę ꝙ ſpecie anguē repſentent. Var. Ex parte a ſimilibus aliqua rebus ſunt tranſlata: vt anguilla & lingula.

¶ Anhelo as. pe. p. exam & halo. m. in n. mutata ſigni. anxie halo. Vñ & ꝑ dēter cupio ꝑ trāſlatio nē poni cōſueuit. Au. Ibat ſpirās & anhelās cędes

¶ Anhelitus us. pe: cor. ipſe ſpūs anxie actus.

¶ Anhelus a. um. pe. pro. Ver. Et ſenibus medicā tur anhelis. Amb. Anhelo cruciabat̄ ſpiritu.

¶ Anhelator: qui id vitiꝫ patit̄. Ply. li. xxtj. Anhelatorib⁹: & in tuſſi vetuſta cū porro ex aceto datur

¶ Animus & aīa in hoc drīt: ꝙ aīa ſit vitę. In homine aūt quattuor aīas eſſe cōſtat. Vitalem. ſ. quæ & in vermib⁹ eſt: q tātū mouent̄. Sēſualē vt in brutis aīalibus in q bus eſt ſenſus & timoris & gaudiꝫ Intellectualē: q̄ eſt in homībus tantū q & cogitare & iudicare poſſunt. Et quę infra oēs eſt phyſicā: hoc eſt naturalē vt ea quę eſt in arboribus & herbis: quę et ſi nō mouent̄ vitā tamē habent cum naſcantur creſcāt & pereant. Animus cōſiliꝫ licet hęc a poetis plerūq; abuſiue vſurpētur. Aug. Animus eſt ſubſtātia quędā rōnis particeps regēdo corpori accōmodata. Ci. li. i. Tuſ. ſic diſſerit. Animū aūt alii aīam etiā fere noſtri declarāt nominari. Nā & agere animā: & efflare aīam dicimus. Et aīos & bene animatos & ex animi ſentētia. Ipſe aūt aīus ab aīa eſt dictus. Sciēdū tñ eſt ꝙ aīus ꝑ anima plerunq; ſumitur: vt apud eundem in Cato. Quiſi in hoc erro ꝙ animos immortales credā: libenter erro. Et iterū. Sic mihi perſuaſi. ſic ſentio cum tanta celeritate animorū. &c. Eius contrarium eſt inanimis: q aīa caret. Similiter exanimus ſiue exanimis. Semianimus qui ſemiuiuus eſt. Sumit̄ pro ingenio ſiue intellectu. Sal. Omnis homines patres ſi Con. q de rebus dubiꝫs cōſultāt ab oīni odio/amicicia/ira atq; miſericordia vacuos eſſe decet: haud facile animus verū prouidet: vbi illa officiūt: neq; quiſq̄ omnium libidini ſimul & vtili paruit. Vbi em̄ intēderis ingeniū valet. Si libido poſſidet: ea dominatur animus nil valet. Aliqñ ꝑ voluntate ſiue affectu & delectatione vt apud eundē. Ita ſemp imperiū ad optimū quēq; animⁱ bono tranſfert̄. Plau. in epi. Captiuam adoleſcentulam de præda mercatus eſt. Quid ego ex te audio? hoc quod fabulor Cur eam emerit? Animi cauſa, Quot ille animos habet. Var. lib. iiij. de re ruſ. Dic illud alterū genus ornithonis: qui animi cauſa cōſtitutus a te ſub caſino ferī. Hinc fit vnanimis q vnius ē animi. i. voluntatis. Quādoq; ꝑ ſpiritu ſiue flatu ac vēto. Lac. li. de opi. Alij ſanguinē aīam eē dixerūt: alij ignē: alij ventum: vñ anima vel animus nomen accepit ꝙ græce ventus ανεμοσ dicit̄. Cic. li. i. Tuſc. Si aīa aīus eſt: fortaſſe diſſipabit̄. i. vētus. Et iterū. Si ue illi animi ſint animales. i. ſpirituales. Terenti. in Adel. Animū recipe. i. ſpiritū ſiue flatum recupera

ſeu quieſce. Nonnunq̄ pro ira. Vñ illud. Pone animos & pulſus abi. Sed rectius de aīa dī. Ply. Ergo & hęc animi aſperitas ſiue potius animæ dulciore ſucco mitigat̄. Interdū pro memoria. Ver. Omnia fert ętas animū quoq;. Sępe etiā pro fortitudine. Vnde aīoſus magnanimus & puſillanimus. De aīa vero & a qua animatur corpus & a qua animus eſſe dicitur. Sal. At nobis eſt domi inopia: foris ęs alienum: mala res: ſpes multo aſperior: deniq; q d reliqui habemus præter miſeram animā. Iuue. I nunc & ventis aīam cōmitte dolato Cōfiſus ligno: digitis a morte remotis Quattuor: aut ſeptē ſi ſit latiſſima theda. Similiter aīa ponit̄ ꝑ mente. i. pro aīo Macro. Tūc enim anima liberalē & nulla corporis cōtagione impedita. Aliqñ ponit̄ ꝑ vēto ſiue ſpū aut flatu & oris odore. Verg. Quantū ignes aīæq; valent. Hor. Impellūt aīę littora Thracię. Plau. in Aſi. Dic amabo an fœtet aīa vxoris tuæ? Vergil. Aīas & olentia medi Ora fouēt illo. Græci animā ψυχην vocant q̄ſi αναψυχη: q̄ reſpirando refrigeret. Cā em̄ corporis viuēdi ē reſpirādi & refrigerandi vim exhibēs: vel quaſi φυσικην. q̄ ſcilicet phyſim. i. naturam. Auctor Plutarc. in cratillo. Origē. in li. peri archon. Teren. Hoc vbi audiui ad fores ſuſpēſo gradu placido ire perrexi. Acceſſi aſtiti. aīam cōpreſſi: aurē admoui. Plaut. Ne quid emittat animę dormiens. Et aīa capit̄ pro ira. Pla. Aīam cōprime. Hinc aīoſus & aīatus pro iracūdo Sumit̄ & ꝑ aqua. Idē. Ni ego illi puteo ſi occepſo animā oēm inter traxero. Varro poſuit animā pro ſomno. Et phrygias audire aīas. Ver. ꝑ ipſo hoſe Ite ait egregias animas quæ ſanguine nobis hāc patriam perpetere ſuo.

¶ Animula diminutiuū ab aīa. Ser. Sul. In vnius mulierculę animula iactura facta eſt.

¶ Aīal ab aīa ē: & eſt ſubſtātia animata ſenſibilis.

¶ Animalis & hoc animale q d eſt ex aīali ſiue q d habet aīam. Vñ veteres aīales deos dixerūt qui de aīalibus eſſent facti. vt penates. Et aīalis dī ſpiritualis. Ci. lib. Tuſ. Siue illi animi ſint aīales. Huius contrariū eſt exanimalis: qui nō eſt animal: vel ꝙ ſine anima eſt. Plau. in Bac. Nam neq; bellona mihi vnq̄ neq; mars creduit ni illū exanimalem faxo niue exhęredem fecero vitæ ſuæ. Hinc animalitas peo ipſa animalis eſſentia.

¶ Animās generis fœ. & aliquando neutri. Ci. de natu. Animātiū aliæ coriis tectę: alię villis veſtitę Et ſignificat q d habet aīam ſicut quādo eſt adiectiuū. Ci. lib. iiij. ad heren. Sed inuētio ſimiliū facilis erit ſi quis res ſibi oēs animātes & inanimātes mutas & eloquētes. Dicūtur inter ſe animātia & animalia. Nam animātia ſuperiorē tenēt locū & animalia ſub ſe habent atq; cōplectunt̄ tanq̄ genus ſpeciem Sūt em̄ quędā quę aīam habēt nec ſunt aīalia: ſed animātia ſicuti ſatis & arbuſtis animā alentē ineſſe tradūt: quā philoſophi recētiores vegetatiuā appellant: itaq; viuere & mori illa dicimus: nec aīalia tamen ſed animantia nūcupantur. Vt docet Sene. lib. viij. epiſtolarū moraliū. Interdū tñ aīantia dicūtur animalia. Vnde dicimus Animantiū tria eſſe genera. Terrenum volatile & aquatile.

¶ Animoſus habēs in ſe vehemētiā animi: ſiue q eſt elati ſpūs. Oui. Pyrrhus achilleides aīoſus imagine patris. Ci. in Cato. Ex quo fit vt aīoſior ętiā ſenectus ſit q̄ adoleſcentia. Et aīoſus dicitur iracū

dus. Ver. Quos aĩ oſt eurl aſſidue frãgũtq; ferũtq;: Et ea pars aĩę in qua ire ſedes eſt: vocať animoſa.
¶ Animulus dimi. Plau. Mi animule mi olympio
¶ Animo as. fortẽ reddo: delibero & quaſi aĩm in duco: ſiue animũ incito. Et ſic ab animus deſcendit. Clau. li. iij. Qualis peſtiferas aĩare ad prelia taxos Totua Megera ruit. Hieron. ad Euſto. Sic ordinata: ſic rõni cõformia mandata ſororibus præferas vt etiã deprauatę ſupbię mẽtes aienť ad obediẽtię ſemitas. Macro. Animati ſunt ergo veteres ad faciẽdam diſcretionẽ. Aliqñ aĩare ẽ aĩam inducere & viuificare. Tũcq; ab aĩa ſiue ab aĩo cum pro anima capiť fit. Lact. li. i. Id incõueniẽs eſt deo: q verus pater ẽ: per quẽ ſumus. & cuius toti ſumus a quo fingimur/aĩamur: & illuminamur. Col. lib. ix. Diebus q̃bus animanť oua: & in ſpẽm volucrũ cõformanť. Inde fit aĩatus & inaĩatus. Ci. lib. ij. offi. partim inqt ſunt inaĩata vt aurũ & argentũ. Participiũ tñ pñtis tp̃is animãs ſicut paulo añ dictũ eſt ſignificat qđ habet aĩam: vt apud eundẽ. li. i. offi. Pricipio gñi aĩantiũ oñi a natura tributũ eſt vt ſe vitã corpuſq; tueať. Huius verbi cõpoſitũ & cõtrariũ eſt exanimo quod eſt anima priuo.
¶ Animatus etiã ab aĩo fit: ſicut a tunica tunicat⁹ A galea galeatus: cũ aĩus ſumiť p volũtate. Ci. D. Bru. Ita parat⁹ ſeu aĩatus eẽ debes: vt nihil facias niſi iuſſus. i. eã volũtatẽ hre debes. Aliquãdo aĩatus dicitur iratus. Idẽ. Ego vero nihil ita animato homine miſerius dicerem.
¶ Animaduerto. i. aĩm illuc verto: hoc ẽ ſens⁹ in illud qđ fit intẽdo: cogito: intueor: cõſydero. Hie. in li. iiij. ꝛc. Aĩaduertite quot occaſiões q̃rat. Plau. Aĩaduerte hoies ſubalbidũ. Ci. li. i. de di. Expecta nutrix aĩaduertit dormientem circũplicatũ ſerpentis amplexu. Alıqñ aĩaduertere ſignif. punire: oppugnare verberare: irã exercere: ſed cũ actõ mediãte in: vt aĩaduerſum in quoſdã inquit Sueto. Inde aĩaduerſiões dicte & animaduerſi ipſi puniti. Paul. Corpora aĩaduerſorũ q̃buſlibet pereũtibus ad ſepulturã dãda. Plau. Is cũ in herũ aĩaduertiſſet gratuitus. i. irã cõuertiſſet. Ter. in An. aliter poſuit. Ea primũ aĩaduertẽda iniuria eſt. i. caſtigãda & vindicanda. Hinc aĩaduerſio qđ mõ cõſyderationẽ: mõ punitionẽ ſignificat. Et aĩaduerſor punitor. Apu. Exponã breuiter quod animaduerſor meus fecit.
¶ Ania: Romana mulier: quæ cũ eã propinquus moneret: vt alteri viro nuberet. Eſſe eñ ei & ætatẽ integrã & facie bonã. Nequaq̃ hoc faciã inquit. Si eñ virũ bonũ inuenero vt ante habui: nolo timere ne perdam. Si malũ quid neceſſe eſt poſt bonũ peſſimum ſuſtinere?
¶ Anio. anienis. pe. pro. nom̃ fluuiſ in agro tyburtino q e ſublimi in vallẽ ſubiectã p̃ceps ferť. Hor. Et p̃ceps anio & tyburti lucus. Hic anienus a. um. Prop. Siue aniena tuos tĩxerit vnda pedes, Anieni nomẽ indidit Anius rex etruſcorũ q inſequens Cethegũ filiæ raptorẽ: cũ eũ aſſeq nõ poſſet in fluuiũ inſiliſt: ibiq; extinctus: vt anio vocareť effecit.
¶ Annitor pe. pro. cõtra|nitor opitulor. Sal. Poſtea Piſo in citeriorẽ hiſpaniã q̃ſtor ꝓpr̃etor miſſus eſt annitẽte Craſſo q eũ infeſtũ ĩimicũ. Cn. Põpeio nouerat. Et anniti ẽ valde ſiue intẽti⁹niti: & conari incũbere ad aliquid agendũ. Ci. in Lęl. Sic natura ſolitariũ nihil amat: ſempq; ad aliud tanq̃ adminiculũ annitiť: qđ in amiciſſimo quoq; dulciſſimũ ẽ.
¶ Annaſcor iuxta naſcor. Gel. Dẽtes quoq; & in ſeptẽ primis mẽſibus: & ſeptenos ex vtraq; parte gigni & cadere ãnis ſeptimis & gemios annaſci annis fere & bis ſeptenis. Hic agnat⁹ & agnatio in quibus ſubtrahitur n quę pro d ponereť: & ponit g.
¶ Annoto as. pe. coriuxta ſiue ad aliquid noto: intitulo: ſigno. Lact. li. v. Et auſus eſt libros ſuos nefarios ac dei hoſtes annotare.
¶ Ann⁹ a circuitu tẽporis cũ veteres am pro circũ ponãt. & nare fluere. Ser. abanulo dici exiſtimat: q̃ in ſe redeat: quaſi anulus. Verg. Atq; in ſe ſua p veſtigia voluitur annus: ſed tũc Vergilius περιφραστικως expreſſit εγκυκλιον. Nam menſibus in ſe incurrẽtibus voluitur. Sol eñ per duodecim zodiaci ſigna excurrens annũ cõficit: vnde apud ęgyptios ante inuentas litteras dracone picto ſuã mordentem caudam qui in ſe recurreret indicabať. Alij ab annouatione deriuant ab ανα & νεοω. Renouo quia ſemper renouatur. alij a gręco ενιαυτος. Vñ apud nos dicimus triennium illi τριετηρον. Eſt aũt triplex annus lunaris. xxx. dies habens. Solſtitialis qui duodecim continet menſes. Qui dicitur ſolis anfractus cum peractis. cccl xv. diebus & quadrante ad eadem ſyderum loca redit. Qui etiã annus vertens dicitur. Et magnus annus: quem eſſe voluerũt omnib⁹ planetis in eundẽ locũ recurrẽtibus. Et hoc fit ſecundum Ciceronis hortenſium poſt annos duodecies mille noningentos quinquaginta quattuor ſolſtitiales.
¶ Annales dicuntur res geſtę quæ de anno in annum in hiſtorias redíguntur: noſtriq; tẽporis eſſe poſſunt. Vñ Ver. Et vacet ãnales nr̃orũ audire laborũ. Hiſtoria res geſtas narrat & ab ętatis nr̃ę memoria remotas. Ci. li. ij. de ora. Etat. n. hiſtoria nil aliud niſi ãnaliũ cõfectio. Gel. ſic habet. Recte annales hiſtorias appellaueris. Sed nõ cõtinuo quicquid hiſtoria fuerit annales appellare poſſis. Sunt enim vtręq; rerum geſtarum narratio. Earũ tamen proprie rerum ſit hiſtoria quibus gerẽdis interfuit is qui narret. Annales vero cum res geſtę plurium annorũ ſeruato cuiuſq; anni ordine memoriæ traduntur. Cum autem nõ per annos ſed per dies ſingulos res geſtę ſcribuntur: diarium vocatur.
¶ Annalis & hoc annale qđ ad annos p̃tinet. Vñ legẽ annalẽ dixerũt quę p̃ſcribebat legitimã ad petẽdũ magiſtratũ ętatẽ. Ci. li. de legibus Ciuitatem annali lege ſeruãto. Dicit & tẽpus annale quod eſt anni. Var. Et quoniã tẽpora duorũ generum ſunt vnum annale quod ſol circuitu ſuo finit. Alterum mẽſtruum quod luna circũiens cõpræhẽdit.
¶ Annarius. a. um. idẽ quod annalis: vt lex annaria ab antiquis dicebať qua finiunť anni magiſtratus capiẽdi: vt inquit Feſtus.
¶ Annilis & hoc annile. pe. pro. dicit quaſi ſenilis & ętate grandi. Col. lib. i. Parẽtem oĩm terrã: ſicut muliebrẽ ſexũ ętate annili iã cõfectam pro generãdis eſſe fœtib⁹ inhabilẽ. Anilis vero per ſimplex n ab anu vetula fit.
¶ Annicularis & hoc ãnicularе: idẽ eſt quod annilis. Aug. Delirare tibi videor auare cũ hæc loquor annicularia tibi videntur hęc verba.
¶ Anniculus a. um. qđ eſt vnius anni: vt annicula puer: annicula puella: ãniculũ iumẽtũ. Nec de animalibus tãtũ: ſed etiã de inanimatis: vt annicula vinũ. Ply. li. xiii. Ergo plãtaria inſtituũt: anni

culaſq; tranſferũt & iterũ bimas. De pueris tñ magis dicitur p diminutiuũ: vt bimulus puer: quia intra hos annos adhuc paruus eſt.

¶ Annuus.a.um.qđ vnius anni ſpatio cõtinetur ſicut diurnus qđ diei.annuũ quoq; dicimus qđ fit ſingulis annis. Ver: Atq; annua magnę Sacra refer Cereri. Annua abſolute dicũtur alimenta in ſingulos annos. Iuue. Sunt quę tortoribus annua p̃ſtent. Vlp. Si cui annuũ fuerit legatũ relictum ſine adiectione ſummę id videri relictũ. Sue. de Tyberio. Peculio cõceſſo a patre prębitiſq; annuis: fraudauit per ſpeciem publici iuris.

¶ Anniuerſarius a.um. quod ſingulis vertentib⁹ annis fieri ſolet.

¶ Annuatim aduerbium ab anno. Plynius libro ſecũdo. Hiero. teſte: qui tradit ſingula millia talentũ annuatim thuris pẽſitaſſe arabes regib⁹ pſarũ.

¶ Anniuerſarius a.um. quod ſingulis annis ſtatutis temporibus reuertit̃: ſicuti ſacra anniuerſaria. Scribit Val. q̃ antipater Sidonius poeta omnib⁹ annis vno die natali tãtum corripiebat̃ febre. Sue. de Aug. Quaſdam & anniuerſarias: ac certo tempore recurrentes experiebatur.

¶ Anniuerſalis & hoc anniuerſale: anni circulus.

¶ Annoſus a.um: qđ ẽ vetuſtũ. q̃ſi mltos ãnos.

¶ Anno as. annũ ago. a quo fit cõpoſitum perenno quod ſignificat annum perficio.

¶ Annona nę.pe.pro. ab anno inclinari videtur & eſt prouẽtus frugũ vni⁹ anni quaſi alimonia nõ frumẽti ſolũ: ſed etiã aliarũ rerũ. Col. li. ix. Vel lactis annona permittit. Abuſiue tñ pro ipſo victu capitur. Ci. li. iij. de diui. Putarã annonã in macello cariorẽ fore. Annonã etiã veteres mẽſtruã vel annuã mercedẽ ac ſtipẽdiũ noiarũt. Vege. de re mili. Torques aureus ſolidę virtutis p̃miũ fuit quẽ q me ruiſſet p̃ter laudẽ duplas conſeq̃bat̃ ãnonas. Hinc annonaria ꝓuiſio: & annonarię leges dictę ſunt.

¶ Anus.us: gñis fœ. & prima cor. vetula dr̃. ab anorũ multitudine vocata: cũ antiq cõſonantẽ nõ geminarẽt. Vel ab α & ρους ſenſus: vel intellectus: ab ροεω intelligo: inde ρους & per ſynęreſin νους q̃ iam ſit ſine ſenſu. Hinc fit anilis & hoc anile qđ eſt anus vel quod ad anum pertinet.

¶ Anicula dim. ꝓ vetula. Dr̃ & ãcilla vt docet Var.

¶ Anus ni. gñis maſ. & prima ꝓ. pars poſteriore rẽda. Quo noie dictus eſt & fluuius quidam.

¶ Annulus per duplex.nn. paruus annus dicitur per ſimplex aliud ſignificat ſ. paruas nates & ornamentum digitorum.

¶ Anulus. ꝓ digitorũ ornamẽto a circuitu vocat⁹ eſt ſiue a rotũditate q̃ſi an⁹. greci a digitis dactylõ appellauerũt a nr̃is dr̃ etiã digiti. Plaut. in pe. Atq; vt opinor digitos in manib⁹ nõ hñt. qd iã q a incẽdũt cũ anulatis aurib⁹. Apud nos priſci vngulũ & vnguinũ vocabãt. poſtea & nr̃i. & greci ſymbolũ dixere. Nam ſymbolus nota eſt & ſignũ & annuli militiæ notæ erant. Cõdulum quoq; & condalium veteres anulũ nũcupauere. Plau. in Tri. Inthermopolio cõdaliũ es oblitus. Et paulopoſt. Inter eos ne hoies condaliũ te redipiſci poſtulas? Mos fuit veterũ gerere anulũ in digito ſiniſtræ manus qui eſt minimo ꝓximus. Cã eſt quonã vt Macro. ſcribit inſectis humanis corporibus repertum eſt nervum quendam tenuiſſimum: ab eo digito ad cor hois peruenire. Et ideo viſum veteribus vt ille digitus anulo tanq̃ corona circũdaretur.

¶ Anellus diminutiuum. ab Anulo. Horatius in Ser. Sæpe notatus Cum tribus anellis modo leua priſcus inani. Cicero cuius imaginem non modo in tabulis noſtri familiares: ſed etiam in poculis & in anellis habebant.

¶ Anularis ad anulum pertinens. Anulatus anulis plenus.

¶ Anomalũ pe. cor. dicitur inęquale: quia diſſimile eſt: ab α ſine ρομος lex: quaſi extra regulã. anomalum etiã dicit̃ aſperũ: variũ. Anomalia inęqualitas: & gręcum eſt. ανωμαλοσ.

¶ Anonymum. penultima correpta. ſine nomine & obſcurum. Legimus autẽ populos eſſe in aphrica athlãtes dictos: qui ſunt anonymi: hoc eſt ſine ꝓpriis nominibus qui in vniuerſum: athlantes tantum vocitantur: ſic ſemper per ypſilon in pen. ρομα vertitur: vt hieronymus.

¶ Anophytus pe. cor. latine dicit̃ deſup natus. ab ανω και Φυω οθεν το Φυτον.

¶ Anodyna vocantur quę leuationẽ doloris ſomnum accerſendo moliunt̃. ab α priuatiua & ωδιν dolor pariendi: ſed interponitur. μ. ne collidantur vocales. vt reeo: redeo.

¶ Annibal nomẽ viri carthaginẽſis in re militari p̃ſtãtiſſimi: q cũ minor. xxv. ãnis eẽt Impator electus Hiſpaniã bello ſubegit: Alpes tranſiuit: quæ inuiæ videbant̃. Romanorũ duces tribus pręliis vicit. Romanoſq; maxima clade apud cãnas affecit: Grece tamẽ dicitur ανειβας ανειβου.

¶ Anquirere circũquęrere eſt.

¶ Anquina pe. pro. funis nauis: quo ad malũ antẽna cõſtringitur. De qua Cinna. Atq; anquina regat ſtabilem fortiſſima curſu.

¶ Anquiro machus pe. cor. genus nauigij dictus: q⁹ celeritate ſui anchoris & inſtrumẽtis reliquis nauium vehendi ſit aptus.

¶ Anſa vaſis auris vtrinq; prominens: qua. ſ. manibus teneri ſolet. Verg. Et grauis attrita pẽdebat cantharus anſa. Ponitur quandoq; pro fibula: ſeu fixula quę calceis inſuitur. Tibul. Anſaq; compreſſos alligat arta pedes.

¶ Anſula diminutiuum ab anſa: quo vſus eſt Augu. libro octauo con. pro anulo: quo fiũt cathenæ licet per trãſlationẽ: Ex voluntate (inquit) peruerſa facta eſt libido. Et dũ ſeruit̃ libidini facta eſt conſuetudo. Et dum cõſuetudini nõ reſiſtit̃: facta eſt neceſſitas: quibus quaſi anſulis quibuſdam ſibimet innexis: vnde cathenam appellauit tenebat me obſtrictum dura ſeruitute.

¶ Anſanctus dicitur omni ex parte ſanctus.

¶ Anſer: ocha ab anatando: auis eſt quæ nocturnas excubias celebrat. Vigilias enim ſuas cantus aſſiduitate teſtatur. Hinc anſerinus. na. num. Ply. Tubera & quęcũq; emolliri opus ſit efficaciſſime anſerino adipe curantur.

¶ Antandros phrygiæ vrbs ad meridiem poſita quã habitauere leleges finitimi cilicibus aborigines olim cũ habitarẽt acarnaniã a duce lelege leleges appellati ſunt. Et ab eius nepote Teleboo Teleboi. Hi migrauerũt in Aſiam & dicti fuere Cares Sed de hoc latius in dictiõe leleges. De hac Vergi. Claſſemq; ſub ipſa antadro. Antãdrũ vero ſaxum magis q̃ inſula inter Tenedũ & Chiũ: qua Aegeus ſinus panditur a dextra nauigantibus.

¶ Antacites pe. cor. amnis asiæ. a quo pisces antacæi salsamentũ nobile. Importãtur antacæi & ex borysthene vt inquit Herodotus.

¶ Ante: modo aduerbiũ: modo præpositio est. aduerbiũ quando nulli deseruit casui: & significat antea. Virg. Ante leues ergo pascẽtur in æthere cerui. Hoc eñ accidit multis prępositionibus. Nec mirũ quando aduerbijs etiã quibusdã liceat vim præpositionis assumere: vt pridie calẽdas. pridie nonas. Itaq; apud. circum. ante. post. & reliquæ tũc prępositiones iure appellantur: quãdo casibus adiunctæ trãsitionẽ facere ostendũtur quod est propriũ ipsarum. Quãdo vero sine casibus sunt aduerbia. Sed cum est p̃positio seperari & componi solet. Separata quãdoq; persona: quandoq; locũ: quãdoq; tempus denotat: vt ante ora parentũ: ante templũ: ante duos annos. Composita plærunq; significat: & cõponitur cũ dictione incipiente a c. vt antecapio e. vt anteeo. f. vt antefero. g. vt antegradior. l. vt antelucanus. p. vt antepono. s. vt anteſto. Ab ante fiunt deriuatiua. Antica: antiquus: antes: antenna & huiusmodi.

¶ Anti p̃positio greca quę in cõpositione plerũq; contradicit: & aliquãdo significat re. & aliquando pro. Extra compositionẽ construitur apud eos cũ genitiuo. Et tunc apud nos significat pro.

¶ Anterius. antehac. & ab hoc tempore. Fit enim ab ante. sicut a post posterius. & a sub subteri⁹ quo vsus est Boetius. Sidoni⁹ ad Domitiũ. Quę nã potissimũ anterius e aulib⁹ nostris culina fumaret

¶ Ante alios: sup alios: plus alijs: prius alijs: vel præter alios.

¶ Anteambulo as. Vide in dictione ambulo.

¶ Antarcticus. penu. cor. quartus circulus cœli eo q; contrarius sit circulo quẽ arcticon nominamus. A nostris dicitur polus meridionalis.

¶ Antæ. arum. tantum pluraliter. ostiorũ latera dicuntur a quibus antipagmenta.

¶ Antea aduerbiũ eiusdẽ significationis cũ ante componitur ex ante & ea vt ostẽdit Prisc. q̃uis tantum tempus denotet.

¶ Anteeo. is. tam datiuo q̃ accusatiuo iungitur. & significat ante vado. prącello. Plau. in Am. Virtus omnibus rebus anteit. Sal. in Iug. Et cum omnis gloria anteiret: omnibus tamen charus erat.

¶ Antæos apud nos idem est quod cõtrarius propriũ nomẽ gigantis terræ filij magno ac procæro corpore in libya apud lixũ oppidũ a flumine mauritanię eiusdem nominis ita vocatũ. qui locus Antæi regia dicitur: robore ac fortitudine nemini cedentis. Quotiens membra labore defecta essent tactu terrę recreabãtur quẽ Hercules palæstra pectori astrictum expirare coegit.

¶ Antariũ. bellum quod ante vrbem geritur.

¶ Antecapio is. pręuenio anticipo. Salust. consul optimũ factu ratus nocte quæ instabat antecapere ne quid spatio nouaretur.

¶ Antecedo pe. prod. p̃cedo anteuado & construitur tam cum accusatiuo q̃ cum datiuo. Decius Brutus Ciceroni: Bíduo me Antonius anteceſſit itinere multo maiora fugiens q̃ ego sequẽs. Cic. pro archia celeriter antecellere omnib⁹ ingenijs cõtigit.

¶ Antecello. idem est quod pręcello. Cic. pro Cornelio. Qui eloquentia cæteris antecellis.

¶ Antecœnium. cibus qui ante cœnam sumitur. Vulgo merenda.

¶ Antefero. penul. cor. antepono. Cic. Cecinnæ. Cum vel iniquissimã pacẽ iustissimo bello antefe-rem. Ambr. Fuit sapientiæ deo credere nec filij gratiam anteferre auctoris præcepto.

¶ Antefixa dicũtur quæ ex opere figulino: sub tectis affiguntur sub stillicidio.

¶ Antegradior. anteuado. Cice. Quicquid est qđ deceat id apparet cum antegressa est honestas.

¶ Antegerio: veteres pro valde & pro statim vtebantur. quasi anteq̃ res gereretur.

¶ Antehac nõ modo significat ante hoc vt Ter. in And. Nam quod antehac fecit nihil ad me attinet. i. ante hoc tempus siue hactenus vel vsq; modo sed etiã ante illud tempus. sicut posthac nõ tantum post hoc verũ etiá post illud tempus. Sal. Sic erat accensa libidine vt sæpius peteret viros q̃ peteretur: sed ea spe antehac fidẽ perdiderat.

¶ Antilena. qua pectus iumẽti cingitur sicut posti lena quę sub cauda ponitur.

¶ Anteloquor prius loquor a quo antiloquiũ primus indicendo locus. siue prior locutio. Macrob. Hic assensi oẽs p̃textato anteloquiũ detulerũt.

¶ Anteluco. as. siue antelucor penul. prod. significat ante lucem vigilo.

¶ Antelucanus a. um. qđ est ante lucẽ. Cic. M. Catoni. Ex antelucano tempore vsq; ad horã diei decimã magna multitudine hostiũ occisa. Idem contra Catil. Quorũ omnis industria vitæ & vigilãdi labor in antelucanis cœnis exprimitur.

¶ Antelucani venti qui aut ex fluminib⁹ aut ex alio quo sinu feruntur.

¶ Antica. Vide in dictione postica.

¶ Annticatones dicti sunt duo libri quos Cæsar contra Catonẽ scripsit. Suet. Reliquit & de analogia duos libros: & anticatones totidem. nomẽ est compositũ ex græco & latino. Nam vt Quintil. inquit. Ex peregrino & nostro componũtur dictiones vt epitogium & anticato.

¶ Antemalo⁊. hyphen est. i. subunio: qa sub vno accentu duæ dictiones proferũtur. Est eñ vnitas quasi cõpositio. Nã significat p̃teritorũ malorũ.

¶ Antemon. pe. p. velũ qđ põt facilius obliquari quo nautæ in sũmo tẽpestatis discrimine vtũtur.

¶ Antemnę. cum m. ante n. vrbs ante amnẽ dicta q̃ eam amnis præterfluat. de qua Virg. lib. vij. Antemnæq; tegmina tuta cauant capitum.

¶ Antenna. per duplex nn. lignũ pertransuersum in malo positũ in quo velũ alligatur. a circũ tenendo dicta. Ply. lib. pri. Non antennas solum verum ipsa nauigia contorta frangens.

¶ Ante oculos min⁹ est q̃ corã. Nã corã proximitatem significat. ante oculos põt etiã longe intelligi. Teren. in Eu. Quæ mihi ante oculos coram.

¶ Antæ: lapides sũt qui vtrũq; latus ostij muniũt alio noie parastadæ auctore Victruuio.

¶ Antes nomen ab ante deductũ. quo significantur eminentes lapides: siue vltimæ colũnæ quadratæ quibus sustinetur fabrica. Hinc dicti vidẽtur antiani magistratus in vrbibus qui semestrem magistratum exercent qui velut antes colũnæ totius vrbis onere incũbente eam sustinẽt. ad quã etymologiam etiã extremos ordines vinearũ possum⁹ trahere qui antestãt. Virg. lib. ij. Georg. Iam canit extremos effœtus vinitor antes. Alij macerias acci-

piunt quibus vineta claudũtur quæ fiunt de ſiccis lapidibus.ſic dictæ a lapidibus eminẽtioribus qui interponũtur ad maceriam ſuſtentandã.

¶ Antepono.is.prẽfero. Cice.in Læl. Vt amicitiã omnibus rebus anteponatis.

¶ Anteſignanus:ſignorũ hoc eſt vexillorum propugnator ſiue defenſor.Nã ſignũ pro vexillo ponitur.Liu.lib.iiij. Signa nũc reſiſtentia deſerũtur ab anteſignanis: nũc ĩter ſuos manipulos recipiũtur. Signifer eſt qui vexillum defert. Ideo Liui.ibi nõ ſolũ de anteſignanis ſed ſignifero ita loquitur. Ita primo ſtatim prẽlio cum dictator equitatũ immiſſo anteſignanos oſtium turbaſſet legionũ: inde ſignum inferri ꝑpe iuſſit: ſigniferũq; ex ſuis vnũ cunctantem occidit.

¶ Anteſto.as.cũ datiuo cõſtruit. Gel.lib.ix. Qui & viribus & magnitudine & adoleſcentia ſimulq; virtute cæteris anteſtabat.i.antecellebat. Sed hoc ꝑ tranſlationẽ.Nam proprie ſignificat ſicut ſonat Vnde antiſtes & antiſtitor.

¶ Antiſtes itis.ex ante & ſto.tã fœ.q̃ maſc.ge.qui in aliqua re excellit: vt ſi dicamus Cicero eloquentiæ antiſtes quaſi ante ſtãs princeps. Val.max.lib. pri. Ne deæ vetuſtis ritibus perita deeſſet antiſtes. Li.lib.i. Poticij ab Euãdro edocti antiſtites ſacri.

¶ Antiſtitor pe.cor.quaſi anteſtator. Col. lib.iiij. Neq; em̃ ſingulis totidẽ antiſtitores poſſit dare q̃ obſeruẽt quiq; ꝑcipiant ne acerbę vuę demetãtur.

¶ Anteſtor aris.ante iudicem ſtatuo.

¶ Antepagmẽta ſunt valuarũ ornamenta q̃ ante valuas appingãt.i.affligãt: vl q̃ appingãt antis.

¶ Antexpectatũ tota vna dictio aduerbiũ & ſignificãt anteq̃ expectaretur eius aduẽtus. Virg. li.iiij. Geo. Antexpectatũ poſitis ſtat in agmine caſtris.

¶ Anteuenio prẽuenio. Saluſt.in Iug. Ac per tramites occultos exercitũ metelli anteuenit. Plau.in Tri.datiuo iunxit pro coram venio:tempori huic hodie anteueni.

¶ Anteuerto prẽcedo ꝑuenio anticipo. Ci.in Lęl. Id ipſum cum tecũ agere conarer. Fannius anteuortit.i.præfatus eſt. Ambro.ad Simplicianũ. Ita mens boni ſpeculatrix cõſiliorũ ſuorũ eſt: priuſq; examinat quid decorũ atq; honeſtũ. Iniquitas vero opere cogitationẽ anteuertit.

¶ Anteurbanus a.um.qđ eſt vrbi propinquũ. Vnde anteurbana prędia dicũtur vrbi propinqua.

¶ Anticipo as.penul.cor.ante capio prẽuenio. vt eſt illud Strictior ęoos ꝑcẽſſerat aura iugales Aeſtiuum ſuadens anticipare diem.

¶ Antiæ ſunt muliebres capilli in frõte demiſſi q̃ ante faciem ſiti ſint.

¶ Ara quaſi anſa vt Varroni placet dicta eſt. Vaſa enim erant quæ tripodes dicebantur: q̃ eſſet neceſſarium a ſacrificantibus teneri. anſis autem teneri vaſa ſolere manifeſtum eſt. Quoniam ergo qui immolabant nõ modo deos voce p̃cabantur: ſed etiã manibus aras apprendebant. primo anſæ dictæ. deinde cõmutatione litterarum aræ vocari cœptę. Hinc Virg. Talibus orantem dictis araſq; tenentem. Sunt qui aras ab ardendo deriuent q̃ in his victimæ adolerẽtur. Alij ab αρασομαι verbo græco quod eſt oro. Et αρα oratio dicitur. q̃ in ſacrificando oretur. Et habet primã produ. Eſt etiã ara ciuitas arabiæ regia: nec non & inſula arabiæ adiacens vt ſcribit Ptolo. Hara. vero cum. h. habet primam cor. & ſignificat porcorum ſeu autũ ſtabulũ. Ouid. Tertius immũdæ cura fidelis harę. Quidam etiã aiunt haram ſignificare auem quandã augurale. Vnde deducãtur hariolus. hariolor. haruſpex haruſpicium. haruſpicina & haringa.

¶ Arachoſia: regio maioris aſiæ: in qua alexãdria & arachotus ciuitates.

¶ Arabia regio inter Iudæam & Aegyptũ. ab arabo Apollinis ex Babylone filio. Solinus arabiam interpretatur ſacram. Eſt autẽ triplex arabia ſecundum Plyn. lib. ij. Vna felix. Altera petrea. Alia deſerta. Quidam arabiam panchaiã & ſabæorũ gentem eandem eſſe exiſtimant in qua thus naſcitur. Virg. Solis eſt thurea virga ſabæis. Idem. Totaq; thuriferis panchaia pinguis arenis. In ea mons ſyna qui & Oreb in quo Moyſes legẽ accepit. In ea Phœnix auis naſcitur & ſardonix gemma. Ab arabia fiunt adiectiua arabs arabius arabus arabicus pro eo quod eſt ex arabia. Virg. li. vij. Hyrcaniſve arabiſve parant. Propert. Nec ſi qua arrabio lucet bombyce puella. Et alibi. Et domus in tectis tetremit arrabiæ: vbi videtur q̃ debeat ſcribi per gemi num. rr.

¶ Arabarches: arabũ princeps: vel ex primis arabiæ ſicut libyarches libyæ princeps. Iuuena. Atq; triũphales inter quas auſus habere Neſcio quis titulos ægyptius atq; arabarches.

¶ Arachne nomẽ mulieris lydæ quæ de lanificio auſa eſt cũ pallade certare: ſed victrix dea arachnẽ percuſſam radio in araneã cõmutauit. Hoc a poetis fictũ eſt: conſtat eñ auctore Ply. Arachnen linũ & rætia inueniſſe cuius filius cloſter fuſos in lanificio inuenit. Hoc etiã nomine (vt ſcribit Liuius) dicta eſt ciuitas theſſaliæ. cur autẽ dicatur & quid ſit magnis rationibus nixiq; rerũ proprietatibus accommodauerũt denominationes non autẽ ad placitũ. Vnde Sudas ita ſcribit αραχνει ορ μιμα και μιτοσ ολεπτοτατοσ και αραχνη θη λυκωστη. υφασμα αραχνησ δε αρσενικωστο ξωνφιον. παρα το αραια ιχρη εχειν.

¶ Araneus maſ. genere animal. Aranea fœ. rætia quæ araneus facit. Catulus. Furis quo neq; ſeruus eſt: neq; arca: nec cimex: neq; araneus: neq; ignis. Ouid. lib. iiij. metamor. Stamina non ſummo quę pendet aranea tigno. Reperitur quandoq; tamen aranea ꝑ animali. Virg. lib. v. Geor. Laxos in foribus ſuſpendet aranea caſſes. Et Oui. lib. vi. met. Stamen & antiquas exercet aranea telas. hic & aragne vel arachne dicitur. ab ἀραω qđ eſt compono apto cõgruo vel vt ſupra. multa ſunt autẽ arcanorũ genera omneſq; græco vocabulo ſed apud latinos vſitato phalangia dicũtur. Vnũ eſt genus formicæ ſimile ſed multo maius ruffo capite reliqua corporis nigra albis guttis reſperſum viuit maxime circa furnos & molas. Secundũ phalangij genus lupum vocãt. Tertiũ lanuginoſum capite magno quo diſſecto inueniũtur duo vermiculi q̃ conceptũ impedire dicuntur alligati mulieribus in pelle ceruina ante ſolis ortũ. ꝓpterea atoti⁹ dicit. Græci ἀτοκιον ϖαρα το τικτω τεξομαι ετερον vocant omne medicamentũ quod ſterilitatem inducit. Alia ſunt etiã araneorũ genera de quibus apud Sipontinum abunde tractatur.

¶ Araneolus cum accentu in antepenul. diminutiuũ eſt ab araneus. Virg. de culice. Atq; vt araneoli tenuem formauimus orſum.

¶ Araris penul. cor. & per apocopen. Arar. fluui⁹ galliæ narbonenſis per fines heduorũ & ſequanorum in rhodanũ fluens. Luc. lib. vi. Rhodanumq; fluentem præcipitauit arar.

¶ Ararus. penul. cor. ſcytharum fluuius.

¶ Araxis armeniæ fluuius. Luc. li. vij. Armeniũq; bibit Romanus araxem. hic ab eodem mõte quo Euphrates deſcendit: qui plane mons a Strabone abon ſeue abam. a Plynio agam vocatur. Armeniam & atropatiam diſterminat.

¶ Araxũ vt inqt Ply. ꝓmontoriũ eſt pelopõneſi.

¶ Aracynthus: mons ætoliæ mineruæ ſacer: vt teſtis eſt Plyn. vel vt Martianus acarnaniæ.

¶ Aratrum. penul. prod. dictũ ab eo q̃ eruat terrã. Sed & græci ἀροτρον dicunt.

¶ Arabis ſiue arbis fluuius eſſe videt q̃ apud Ply. lib. ij. Sarbis ſcribitur qui ab arianis mõtibus perdrangas & gedroſios in oceanũ defluit.

¶ Arbea ciuitas iudææ ſic dicta. quia ibi tres patriarchæ ſepulti fuere & quartus Adam.

¶ Arbiter pe. cor. Iudex nõ a lege ſed ab iis qui liti gãt electus qui totius rei habet poteſtatẽ: dictus ab arbitrãdo. i. exiſtimando. Eius officiũ eſt exiſtimare nõ prout iuris ſit: ſed ꝓut ipſe equũ eſſe exiſtimet. Iudex vero ex officio dictus eſt. Aliquãdo arbiter dicitur ſpeculator. Plau. in Aul. Hinc ego & huc & illuc potero quid agãt arbitrarier. Et in geñ. Accidit autẽ vt Ioſeph operis quidpiam abſq; arbitris faceret. Dicit & arbitra. Ambr. lib. i. offi. Conſciẽtia q̃ innocentiũ & flagitioſorũ merita diſcernit vera atq; incorrupta pœnarũ præmiorũq; arbitra.

¶ Arbitriũ ſentẽtia eſt q̃ ab arbitro ſtatuitur. Interdum dicitur poteſtas arbitro data. Vnde arbitriũ ſuſcepiſſe dicit q̃ vim iudicis ſuſcepit. Interdũ opinio: vt omnia pro meo arbitrio facio. i. vt mihi videtur: & vt opinor faciendũ. Quidã arbitramentũ pro arbitrio vſurpant hoc eſt pro arbitri ſentẽtia.

¶ Arbitrariũ dicitur cum adhuc res apud arbitrũ agitur: vel cũ in poteſtate arbitri ſeu iudicis eſt pro arbitrio: id eſt pro opinione ſua iudicare. Vnde arbitraria pœna dicitur quæ non lege ſtatuta eſt ſed iudicis arbitrio relicta.

¶ Arbitror penultima correpta: exiſtimo.

¶ Arbor & arbos in noiatiuo a robore vt quidam putant. Cuius appellatione continẽtur vites arundines & huiuſmodi. Sed cũ planta adeo tenera eſt: vt herba potius videatur arboris loco haberi non debet. Diminutiuũ ab arbos eſt arbuſcula.

¶ Arboreus. a. um. quod eſt arboris. Virg. lib. pri. Georg. Arborei fœtus alibi.

¶ Arborator. nomẽ verbale ab arboro as. & ſignificat eũ qui arbores putat q & frõdator dicit. Ply. lib. xviij. Frondẽ medio die arborator ne cædito.

¶ Arboreſcere. arborem fieri: vel in arborẽ creſcere. Ply. lib. xix. Tradũt auctores in arabia maluas ſeptimo menſe arboreſcere.

¶ Arbutus p. cor. arbor folio citro ſimili. Virg. Et q̃ vos rara viridis tegit arbutus vmbra. Arbutum vero pomũ rubrum ſyluarum quod Plynius orodon vocat q̃ aſperitate ſua plura edi non poſſint. Virg. lib. ij. Georg. Dant arbuta ſyluæ. Alio nomine dicitur vnedo & a græcis comarus tam pro arbore q̃ pro fructu.

¶ Arbuſta. arbores in quib⁹ extendũtur vites vel arbores vitibus maritatæ atq; vitiferæ q̃ in ordinẽ dirigũtur. Docent Ply. & Col. quo modo arbuſtũ ſit faciendũ. Vnde vitis arbuſtiua & vimen arbuſtiuũ quod ex huiuſmodi arboribus eſt collectũ. Rurſus arbuſtũ locus eſt in quo arbores ſunt ad fructũ conſitæ. ſicut ſalictum in quo ſunt ſalices. Hoc & arboretum aliqui vocant vt inquit Gellius.

¶ Arbuſtiuũ genus vitiũ quod arboribus applicatur & in ſublime procedit. Palladius. Locũ quẽ arbuſtiuis vitibus deſtinabis implere.

¶ Arbuſto. as. agrum arboribus conſero ad mandas vites. Plyn. Tranſpadana Italia præter ſupradicta cornu populo tilia acere orno carpino arbuſtat agros.

¶ Arceo es. cui. citum. ſecundũ analogiã compoſitorum facere debuit: quoniã coerceo coercitum: exerceo exercitum. ſed arcitum in vſu nõ eſt. ſicut nec arcitus nec arciturus. Et nihilo minus pro mẽbro artus: & arctus adiectiuũ pro ſtrictus a quo formatum eſſe cõuenit arcto. as. aut certe arcto tanq̃ frequentatiuũ ab arctũ quaſi ſupino verbi arceo: vt arctũ vel arcitũ fecerit licet neutrũ eorũ reperiatur. Nã arceo pro ſtringo in vſu eſt: vt apud Virg. Teneras arcebant vincula palmas. Ita vt non mirum ſit: ſi arctum eius ſupinũ fuerit arcitum vero facere debere eius cõpoſita declarant. Interdum etiã arcere continere eſt. Vnde coercere continere dicimus & arcus in ædificijs q̃ ſe ipſe contineat. Interdum procul ſiue de longe vetare ne accedãt qui veniũt. Vnde arx dicta eſt q̃ procul a ſe hoſtes remoueat. tranſfertur etiã ad incorporea. Cic. in parad. Quæ vis eſt quæ magis arceat homines ab improbitate q̃ ſi ſenſerint nullũ in delictis eſſe diſcrimen. Differũt aũt inter ſe. Arcere. Prohibere. Inhibere. Abigere & Vetare. Nam arcere procul pulſare eſt vel obſiſtere ne aduerſarius nocere ꝓpe queat. Liu. lib. primo. Ad arcendam vim aduenarũ armati ex vrbe atq; agris concurrunt. Prohibere eſt de loco vel de re aliqua detrudere vel amouere dicto ſiue facto ne quis obtineat qđ vult. Inhibere eſt aliquid

cõcessum vel promissum reuocare: vel inceptũ ve
tare ne ꝓgrediatur. Abigere de loco fugare vel pe=
cora & huiusmodi abducere. Vetare ꝑcipere vel mi
nari: vel facto ꝓhibere ne quid fec⁹ dicatur aut fiat
q̃ ipse vult. Et generale est significatione verborũ
ꝑdictorũ. Ponitur tamẽ quãdoq; arcere ꝓ fugare.
Col. lib. i. Sic emunita sola & latera hominũ reorũ
ꝓhibent curculionẽ. qd genus exitij cũ incidit mul
ti opinãtur arceri posse. Sciendũ est ꝙ arceo vltra
accusatiuũ nõ solũ ablatiuũ cũ ꝑpositione sed etiã
sine ꝑpositione requirit metri vel ornat⁹ causa. Li.
lib. i. Ceteros metus nõ curia modo sed etiã foro ar
cebat. Et in eodem. Inde ad leuã versi quia dextra
tyberis arcebat cum magna trepidatione agrestiũ
populabãtur. Hui⁹ verbi cõposita sunt aberceo co
erceo exerceo & perarceo de quibus locis suis.

¶ Arcesso. is. ab arceo nascit & accuso siue ad ac=
cusandũ eo significat. Et em accusare aliũ: est a ma
licijs eũ arcere. Et hoc modo construit cũ gtõ & ali
quãdo cũ ablt̃o. Ci. li. i. ad Herẽ. Arcessit cepio ma
iestatis. Idẽ lib. ij. offi. Atq; etiã hoc ꝑceptũ officij
diligẽter retinẽdũ est ne quẽ vnq̃ innocẽtẽ iudicio
capitis arcessas. Est & accesso ꝓ aduoco: siue aduo
candũ eo. Ab arcio. d. in. r. mutata. Antiqui em̃ te=
ste Pris. d. litterã mutabant in. r. nos in. c. Interdũ
arcessere est ꝑoccupare: vel ante tẽpus distrahere.
Cice. Quãdo arcessentur quo genere vecturæ.

¶ Arca dicta est vt inquit Varro: ꝙ ab ea clausa ar
ceantur fures.

¶ Arcula diminut. parua arca. a quo arcella. sed in
frequentiore vsu est arcula. Cice. lib. ij. offi. Prẽmit
tebatq; de stipatoribus suis qui scrutarẽtur arculas
muliebres & ne quod in vestimentis telum occulta
retur exquirerẽt. Est & arcula auis quæ in auspicijs
aliquid fieri vetabat.

¶ Arcanũ. dicitur secretũ absconsum. Ab arca in
qua quæ clausa sunt tuta manent. Potest & ab arce
dici quæ tutissima pars vrbis est.

¶ Arcæra. ab arca deducitur. & significat plaustrũ
tectũ vndiq; ex tabulis quasi arca quædã magna
vestimẽtis instrata vt inquit Asco. Quo vehiculi
genere senes & ægroti cubantes vectabantur.

¶ Arcesilas. pen. cor. nomen philosophi propriũ
qui ex pythana æolica ciuitate ortus relicto genita
li solo sardis perrexit mox athenas ꝓfectus in aca
demiã se ad cratorẽ contulit quẽ platonicã philo
sophiam omnino cõmutasse nouamq; quandã cõ
stituisse ferunt. cauillator vocabatur qui cũ nihil se
scire diceret nec alios scire quicq̃ patiebatur: oẽs
turbans sophismatibus. Obijt cum merũ immodi
ce hausisset de hoc Pers. Nõ ego curo Esse qd arce
silas ærũ nosiq; solones.

¶ Archarius præfectus & moderator dicitur. Pau.
ad Rom. Salutat vos Erastus archarius ciuitatis.

¶ Archos. latine princeps dicitur a quo fiunt mul
ta cõposita. vt patriarcha princeps patrum.

¶ Arche nobis principiũ a quo ἀρχω ipero p̃sus

¶ Archias nomẽ poetæ. quo latine significat prin
cipatus de quo extat Ciceronis oratio. Alter fuit
Tarẽtinus philosophus pythagoricus floruit Pla
tonis tempore. Alius Mitylenæus musicus. Alius
de agricultura scripsit. Alius epigrãmatũ scriptor.
Alius de agricultura librum edidit.

¶ Archiatri dñr medicoꝝ principes. q & ptomedici

¶ Archigenes pe. cor. princeps generationis dici
tur. Est & nomẽ celeberrimi medici. Sed pro græcu
lis vel similibus poni cõsueuit qui se præ omnibus
sui generis sciolos ostendunt.

¶ Archigrãmatei dicti sũt scribarũ principes. Vñ
scribit Pluta. Eumenẽ cardianũ fuisse archigrãma
tea Alexandri magni. Vulgo cancellarij vocãtur.

¶ Archimedes pe. ꝑ. nomẽ ꝓpriũ viri Syracusij q
geometricæ ac machinalis syderalisq; sciẽtię cõsul
tissimus fuit & celeberrimus testimonio. Liuij. Ply
nij & Plutarchi. Hic veluti de⁹ terrenus mœchani=
co attificio sphæram vitreã fecit in qua mira con=
uersione dissimili motus circulorum visebãtur. De
qua sic scribit Claud. Iura poli rerũq; fidẽ: legemq;
deorũ Ecce syracusi⁹ trãstulit arte senex Percurrit
propriũ mẽtitus signifer annũ. Et simulata nouo
cynthia mẽse redit. Marcellus in expugnatione sy
racusarũ interdixit ne archimedes vnus violaret.
Verũ cum syracusæ caperẽtur & ipse animo ac ocu
lis in terra defixis formas geometricas describe=
ret. ab ignaro milite quis esset interfectus est.

¶ Archilochus. pe. cor. nomẽ poetę lacedęmonij.
floruit Romæ regnante Tullo hostilio in quo vt
Quin. inqt sũma vis elocutiõis fuit. De quo Hor.
Archilochum ꝓprio rabies armauit iambo. Alius
fuit archilochus Nestoris filius qui patrẽ in expe=
ditione troiana secutus a Memnone interfectus est
Alius fuit siculus qui Aricią vrbem condidit.

¶ Archetypus pe. cor. adiectiuũ dicitur exempla=
ris ex ἀρχη quæ est principalis & τυπος figura
quasi ex principali & naturali figura trahatur. Nã
est quodcunq; ita primũ fabricatũ est vt exemplar
reliquis sit. Plyn. ad Antoniũ. Vt em̃ pictoris pul
chram absolutamq; raro nisi in peius effingũt: ita
ego ab hoc archetypo labor & decido. Aug. lib.
xv. de ciui. dei. Hinc primo exemplo & vt græci ap
pellant archetypo quædam sui generis imago re=
spondit. Sunt qui exponant archetypos pro anti
quis ab eo ꝙ archæos antiquus dicit. & typos for=
ma. Mart. Si tanq̃ tabulas scyphosq; paule oñes
archetypos habes amicos. Nec refert ꝙ secũdam
syllabã Archæus producat & eandem archetypus
corripiat: cum in plętisq; aliis idem soleat inuenirt
vt in geometria & acheronte.

¶ Archelaus philosophus atheniẽsis seu milesius
qui patrẽ habuit Apollodorũ & fuit auditor succes
sorq; Anaxagoræ a quo Socrates philosophiam
audiuit. Hic physicã philosophiã ex ionia athenas
inuexit. Estq; physicus appellat⁹ ꝙ in eo defecerit
philosophia naturalis socrate æthicẽ introducẽte:
q̃q̃ ne hic quidẽ ethicæ rudis fuit: q de legib⁹ de ho
nesto & de æquo philosophatus est. Fuit & alter ar
chelaus Antenoris troiani filius quẽ Homerus scri
bit rei militaris peritissimũ fuisse. Ali⁹ fuit geogra
phus qui terrã omnẽ ab Alexandro peragratã de=
scripsit. Alius de rerũ naturis carmĩe scripsit. Ali⁹
oratoriam docuit.

¶ Archeptolemus. filius Iphiti auriga Hectoris e
nipeo interfecto a Diomede interfectus.

¶ Archimãdritæ pe. ꝑ. dicũtur ꝑpositi cõsecranęq;
turbæ haud longe dissimiles cũ episcopali dignita
te ꝙ principes mãdrę & agminis sint. Mandræ em̃
veterinorũ & animãtiũ brutorũ agmẽ dicit. Mar.
Nec datur obstantes mulorũ scandere mandras.

¶ Architectus & architector nomina cõposita ex
archos princeps & τεκτων faber principalis: fa=

ber fabricandi artem habens vel qui ſtructuris ędificiorũ præeſt. Vnde Victruuis de architectura conſtruendis. fabri autem qui didit.i.de ædificijs aliquid manu faciunt in ædificijs alteri iunguntur ingenio alteri opera valent. Cicero Var. Si quis adhibere volet nõ modo vt architectos: vetũetiam vt fabros ad ædificandam rempublicã.

¶ Architector.aris.cõpono. Idem lib. ij. de fi. an q ita claſſi das vt optime poſſit architectari voluptates.

¶ Architectura ædificandi ſcientia.

¶ Architriclinus.penult.prod. qui principalis eſt in aula diſcumbentiũ. Compoſitum nomen ex ἀρχη & τρεισ & κλινη quæ lectos ſignificat. Nam in aula tres toros in tribus aulę dimenſionibus collocabãt vbi cõuiuantes diſcumbere conſueuerũt. Iuuena. Tertia ne vacuo ceſſaret culcitra lecto. Architriclini erat curare vt edulium varios fercula ſeriatim & in tempore cõuiuis exhiberentur vt recte omnia diſpoſita eſſent.

¶ Archimagirus. pen.prod. princeps & magiſter coquorũ qui coquinę præeſt. μαγειροσ em̃ latine coquus. Iuuena. Pariter librarius archimagiri.

¶ Archytas.penul.prod. Tarẽtinus philoſophus pythagoricus fuere & alij hoc nomine vocati.

¶ Archiuũ.penult.prod. armariũ librorum.

¶ Archidamus: nomẽ viri Spartiani. Hic roganti bus ſocijs quantum pecuniarũ foret ſatis ad bellum pelopõneſiacũ ſcienter reſpondit. Bellum ordinata non quærit.

¶ Archippus nomẽ philoſophi q thebis ſcholas habuit. vt ſcribit Hiero. & pythagorę auditor fuit.

¶ Archemolus penul.cor. Rhœti regis Marubiorum in Italia filius. De quo Virg. Et rhœti de gente vetuſta Archemolum thalamũ auſum inceſtare nouercæ.

¶ Archemorus.penul.cor. Lucurgi Thracum Regis filius qui a ſerpente occiſus fuit. vt apud Sta. lib. The. ſic dictus q futurũ apud thebas regibus oſtenderit exitium. Hic Hypſiphilen nutricẽ habuit: quę cum ſitientibus qui ad thebaicam expeditionem proficiſcebãtur langiam fontẽ oſtenderet: Archemorũ puerum ſuper viridi herba depoſuit qui a ſerpente vulneratus perijt. Vnde fons ille Archemorus vocitatus eſt: & annuus agon in pueri illius memoriam celebrari cœptus.

¶ Arcadia: peloponeſi regio & achaię pars a mari vndiq; remota. Ab Archade Iouis filio ex Caliſtone Lycaonis Arcadię Regis ſic appellata. Hęc vt Euſta. docet aliquãdo dicta eſt pelaſgia a pelaſgo rege magno & ſapiẽte viro qui vitę cultioris auctor eis fuit: & victum ex ſtirpibus herbarum arborumq; frondibus tranſtulit ad glandẽ: maximeq; phagineã. Aliquando etiã Lychaonia. Aliquãdo Gigantida. & aliquando Parrhaſia. Arcas autem cum pelaſgos in deditionẽ redegiſſet: eorum regionem arcadiam nominauit. Scribit Ply. Hanc totã mõtuoſam in qua ſunt aſini cęteris maiores ac prę ſtantiores. In ea Erymanthus fluuius lernęa palus & lapis Aſbeſtos inextinguibilis.

¶ Arcas arcadis. nomen Iouis filij & adiectiuũ ab Arcadia: vt populi arcades.

¶ Arcadicus.dica.dicum. quod eſt ex Arcadia: vt arcadici mores.

¶ Archander. Danai ſocer nomen proprium.

¶ Arctos latine vrſa: quę quia in modum plauſtri vertitur noſtri eam ſeptentrionẽ dixerunt. Et inde arctous ſeptẽtrionalis & borealis. Et Arcticus polus.i. borealis: de quo Cice. lib. ij. de natura deorũ. Hunc circum Arctoæ duæ feruntur nunq occidentes. Ex his altera qdẽ apd Graios Cynoſura vocatur altera elyce. Nã elyce maior eſt vrſa quæ & Caliſto vocata fuit. Cynoſura vero minor arctos. Vnde Ouid. lib. iiij. Faſ. Eſſe duas arctos quarum Cynoſura petat Sydoniſs: elycen graia carina notet. Artos vero ſine c. panis dicitur.

¶ Arctophylax.penult.correpta. arctoæ ſiue vrſę phylax.i. cuſtos. Cic. Arctophylax vulgo qui dicitur eſſe bootes. Hic plauſtrum vehit. Ideo ruſtici ſeptentrionem dicunt. Is fuit arcas Iouis filius ex caliſto. Effigiatur. xiiij. ſtellis.

¶ Arcturus.penul.pro. ſtella in ſigno bootæ poſt ſeptẽtrionem: cuius ortus & occaſus tempeſtates facit. & dicitur vrſæ cauda. Oritur a canicula fere poſt diem quinquageſimũ.

¶ Arctous ab arcto idem eſt quod ſeptentrionalis & arcticus: ſimiliter ſeptentrionalis.

¶ Arctus.a.um. ſtrictus. vt arcta eſt via quæ ducit ad vitam: ab arceo fit. Columel. li. iij. In tribulum fictile vel cornu arcte inſerito.

¶ Arcto.as. frequentatiuũ eſt ab arceo.

¶ Arcus ab arceo p contineo fornix ædificij eſt q ſe ipſe cõtineat q̃uis ab opere erigendo in altitudinẽ quidã dici velint. Cice. Iam em̃ atriolũ & arcus duos abſoluerat. & arcus iris cœleſtis & tam ſecundæ q̃ quartæ declin. in vtraq; ſignificatione. Cice. de natura deorũ. Cur aũt arci ſpecies non in deorũ numero reponatur. Hier. in Ezech. Vidi velut aſpectũ arcus cũ fuerit in nubẽ in die pluuiæ. Enni⁹ geſce. protulit. Formatur aũt hoc modo arcus cœleſtis. Dum enim ſol in nubibus rareſcentibus ex aduerſo refulſerit: radioſq; ſuos directa linea humori nubilo trãſfundens impreſſerit: fit repercuſſio ſplẽdoris eius in nubibus ex quibus fulgor emicãs arcus ſpeciẽ format. Sicut em̃ impreſſa cæra anulo imaginẽ exprimit: ſic nubes ecõtrario ex rotũdita te ſolis figurã ſumẽtes orbem efficiũt. & arcus effigiem fingũt. Apparet aũt hoc modo ſemp: ſed cũ rareſcunt nubila cœli. Nã rurſus cũ coeunt in ſe nubes atq; denſantur cõfeſtim arcus forma reſoluit. In nubiũ em̃ denſitate arcus imperfecto gyro complectitur. Deniq; ſine ſole & nubib⁹ nunq apparet arcus. Quadricolor autẽ eſt quia ex omnib⁹ elemẽtis in ſe rapit ſpecies. De cœlo em̃ trahit igneũ colorem. de aquis purpureũ. de aere album. de terris colligit nigrum. Arcus vero quo ſagittæ iaciũtur tantũ quartæ declinationis eſt ab arceo cum ſignificat a long: eveto q; miſſis ſagittis non ſinat hoſtem accedere. Quod nomen etiam per q. apud antiquos ſcribebat Arquus. Vnde arquites arcu præliantes qui & ſagittarij dicuntur. Et arquatus. Græce autem το τοξον. latine dicitur arcus. Inde argyrotoxos apollo argenteũ arcum gerens. & hippotoxatæ equeſtres ſagittarij.

¶ Arcuatus ta.tum. in modum arcus curuatus. ab arcuo arcuas. Plynius libro. xxix. Illam autẽ quæ arcuatur græci ſepam vocant. Liuius libro primo. Adid ſacrarium flamines bigis curru arcuato vehi iuſſiſti. Hieronym⁹ in prologo Ioſue. Vnde ceſſet arcuato vulnere contra nos inſurgere ſcorpius.

Hinc arcuatim aduerbium more arcus.
¶ Arcatus.ab arcus arci quasi in modum arci factus. Ouidius libro. xi. Meta. Iris & arcato cœlum curuamine signans.
¶ Arquatus ab arquus: & is dicit cui color & oculi virent a colore.s. arqui cœlestis: quem morbum quidã appellant demoniacũ: quidã aquariũ quidã auriginem: quidam regiũ: quidam ictericum.
¶ Arculus diminutiuũ ab arcus.a quo fit aliud diminutiuũ arcellus: & arculus dictus est deus qui tutelam gereret arcarum. Item arculus dicebatur circulus qui capiti imponebatur ad sustinenda commodius vasa quæ ad sacra publica capite portabãtur apud Athenienses.
¶ Arculata circuli qui e farina in sacrificijs fiebãt.
¶ Arcirma. genus modici plaustri quo homo gestari solet.
¶ Ardeo. es. si. sum. qđ & ardo is dicit significat concremor. Virg. Namq; volans liquidis in nubibus arsit harundo. Et in euangelio. In ignem mittent & ardet. Per translationẽ ardere ponitur pro ardenter seu impatiẽter amare. Et sic modo cũ accusatiuo: modo cũ ablatiuo cõstruitur. Vir. Corydon ardebat alexim. Hora. Non aliter samio dicunt arsisse batillo Anacreonta teum. Interdũ pro festinare. Vnde ardẽs pro festinãte ingenioso acutoq; ponitur. q; instar ignis oĩa penetret. sicut ecõtrario segnis dicitur tardus quasi sine igne. Virg. Instant ardentes tyrij. Interdũ pro fulgorẽ emittere. Idem tyrioq; ardebat murice læna. Vnde & ardens ꝓ candido a candore flammæ. Idem ardentesq; auertit equos. Interdũ pro dolore irasci vt apud eundem lib. x. Proxima quæq; metit gladio latũq; ꝓ agmẽ
Ardens limitẽ agit ferro te turne superbum
Cæde noua quærens. Interdum pro consumi. Cice. Quoniam nimio viuendi te desyderio ardebã. Interdũ pro optare. Plyn. Ardeo te videre. Virg. Patriæq; mori pro mœnibus ardent. Huius composita sunt exardeo inardeo & perardeo: in quib⁹ præpositio auget vim significationis.
¶ Ardesco.is.ardens fio. Grego. Sed ad hęc audita inardescit animus: iamq; illic cupit assistere vbi se sperat sine fine gaudere.
¶ Ardelio: homo inquietus. & huc atq; illuc semper volitans saliens & omnibus negocijs sese immiscens.
¶ Arduus.a.um. altus & difficilis. Ouidi⁹. Ardua prima via est.
¶ Ardea.auis quædam quasi ardua. quoniã volando alta petit. A græcis dicitur ερωδιος. Vir. Atq; altam supra volat ardea nubẽ. Huius diminutiuũ est ardeola. Est & ardea nomen vrbis in latio a feruore regionis sic dicta. quę. xviij. miliaria ab vrbe est posita. Mar. Ardea solstitio pestanaq; tura pestantur Quiq; cleoneo sydere feruet ager.
¶ Ardeates populi sũt ardeæ incolæ. habet pe. ꝓ.
¶ Area ꝓprie dicitur locus purus in vrbe sine ædificio: quem græci plateam dicunt. Dicta area q; ardore solis sit facta arida & non possit quicq; generare. quidam ab ara deducunt: q; sicut hæc ara pura est. ita areæ in vrbe siue in domo loca pura sunt. i. sine ædificio. Vel q; sicut aræ flammis. ita areæ e solis ardore torrẽtur. Valla. campus est planities ampla & grandis. ideoq; spatioseq; plateæ areæve campi nomen accipiunt. Vnde Romæ campus martius. Nam locus huiusmodi vocatur area. Suet. tamen in Cæsa. posuit aream pro loco puro accõmodato foro extruendo cum inquit. Forum de manubijs incoauit cuius area super sestertiũ millies constitit. Item area dicitur solidum terrenũ planities glabra. id est locus purgatus coæquatusq; & cylindro consolidatus plateis amplitudine similis: vbi frumenta arescunt & teruntur. De qua Virgilius libro primo Georg. Area tum primum ingenti est æquanda cylindro. Columella lib. iij. Area quoq; si terrena erit: vt sit ad trituram satis habilis primũ raditur. Et Area est per diminutionem areola sub acta est terra ꝓbe atq; sata seu serenda: quales sunt in hortis in quibus quadrata quædam & bene sub acta atq; coæquata spatia in q̃ mox semina iaciantur. Columel. Areæ sic informandæ sunt vt facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis perueniant. Columella libro sexto. Crebro putrem terram duos alte digitos insternemus & modice rigabim⁹ stramẽtisq; areas cooperiemus. Ex huiusmodi areis locatis magni prouẽtus capiebantur. Cice. in Para. Etenim si isti callidi rerum æstimatores prata & areas quasdã magni ęstimant q; eius generi quasi nocere: nihil potest. &c. Item area vocatur morbus in capite cum capillorum profluuio Item Area siue Aria media producta insula est in ponto versus colchos marti sacrata.
¶ Areola cũ accẽtu in antepenultima dimínutiuũ ab area. Columel. lib. vi. Cum terram bene subegeris areolas facito. Hiero. in Can. Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ a pigmentarijs.
¶ Areator: qui aream purgat & in ea frumentũ triturat. Columella libro secũdo. Atq; hoc supremũ areatoris emolumentum percipiendorum seminũ quæ terræ crediderat.
¶ Aridus arida aridum penultima correpta siccũ quod naturalem humorẽ amisit. Ambrosius. Arida terra dicta est non solum ad genus sed etiam ad speciem terrarum refertur: vt sit vtilis sicca habilis & apta culturis. Arida autem expressio naturæ est. Terra appellatio quædam simplex negocij. Interdum Aridum ponitur pro puro & lucido. Plautus in Rud. Argento arido. Interdum pro horrifico acuto cũ de sono loquimur: quia ea q̃ arida sunt cum frangi cœperint nimiũ atq; horrificum sonũ edunt. Virgilius libro primo Georgicorum. Et aridus altis montibus audiri fragor. Huius diminutiuum est aridulus.
¶ Aridítas: q̃ & aritudo dicitur pro siccitate. Var. Frigus calore atq; humore aridítudinẽ miscet.
¶ Areo ares arui aridus sum. Plautus in Rud. Vtinam fortuna nũc anatina vterer: vt cũ exissem ex aqua arerẽ tamen. Quidam hoc verbum ab ara deducunt: in qua quę dijs immolabantur torreri solebant. Alij vero ab ara: sed per contrariũ sensum. απο του αρδειμ. qđ significat irrigare q; aridum minime sit irrigatum. Huius cõposita sunt adareo Exareo Inareo Obareo Perareo & Subareo.
¶ Aresco. aridus fio. Cicero libro secundo ad Herennium. Nihil lachryma citius arescit. Adaresco probe aresco sicut Exaresco. Cato de re Rustica. Vestimenta ne tineæ tangant amurcam decoquito ad dimidium: & vngito fundum arcæ & extrinsecus & pedes & angulos: vbi ea adaruerit vestimenta cõdito. Inaresco intus siue penitus aresco. Co-

lumella libro primo. Deinde cū prædictū tectoriū maruit.i aridum intus penituſve factum eſt. Obareſco circum ſiue omnino areſco. Lactā. libro de opificio. Acies.i.membrana illa perlucens quam ſiccari & obareſcere nō oportet: niſi humore terſa pure niteat obſoleſcit. Perareſco valde areſco.

¶ Arefacio:aridum facio. Cuius paſſiuū eſt arefio pro exiccor.

¶ Arelate:ciuitas eſt in mediterraneo narbonēſis galliæ a Plynio dicta colonia Sextanorū quoniā ex ſexta legione coloni deducti ſunt.

¶ Ares græce αρηϛ quattuor ſignificat. Ferrum interdum bellum. Aliquando vulnus: ſæpius vero Martem. Quo nomine & nos & ferrū & bellum: & vulnus ſignificam⁹. Ab αρηϛ Aries quaſi martialis ſicut a marte martius. nam etiā mathematici dicūt martis eſſe domū arietem & ſcorpionem vt etiam ob cōuenientiā influxus dicatur aries a marte a græcis tamen deducendo.

¶ Arete græce αρετη latine virtus. Vnde philaretus propriū nomen: & ſignificat amatorem virtutis. Eſt etiam arete nomē mulieris vxoris alcynoi regis phæacum.

¶ Areopagos:penultima cotrepta. Martis vicus: nā αρεοϛ Martis ϖαγοϛ vicus. Nam vicus erat Athenis a templo Martis ſic cognominatus vbi primū iudicium capitis actum fuiſſe dixit Plynius libro. vij. Et inde.

¶ Areopagitę illi dicebātur:qui in templo Martis iudicabant quod iudicium exquiſitiſſimū habebatur. Nam cū Mars qui græce dicitur αρηϛ homici dij crimine reus fieret iudicantibus duodecim dijs in eo pago ſex ſententijs abſolutus eſt. vt Stephanus Byzantius docet: & multi alij græci verū quid ageretur in areopago Iulius quidē pollux lib. viij. ſcribit de magiſtratibus athenienſiū & eorū locis: Areopagitarū magiſtrat⁹ erat iudicare de cæde: & de ſtatu reipub. prouidere vnde ait οι δε εννεα αρχοντες οι καθ εκαϛον ενιαυτον μετα το δουναι τας ευθυνας εις τοις αρεοπαγιταις ϖροσετιθεντο υπαιθρι οι δε ελικαζοντο του φορου: ſed multa eſſent dicenda: quæ Pauſanias ſcribit de græcia illuſtrata & alij.

¶ Arethous rex fuit in arna vrbe bœotiæ.

¶ Aretalogus. penultima correpta Porphirione teſte: garrulus & loquax dicitur in oſtētatione virtutis vnde nomen deducitur αρετη eſt græce virtus: & logos ſermo ſiue verbum: ſententia: ratio: proſa: cura: ſtudium: & multa alia. Suetoni⁹ in Auguſto. Frequentius aretalogos & feſtos & ſolēnes nōnunq̄ tantum iocularitatem celebrat. Iuuena. Vt mendax aretalogus. Aretalogus etiam dicitur qui fingendis mendacijs auditores mouet arte verborum. Sed tunc eſſet contra Porphyrionē. non enim ab αρετηϛ: ſed ab αρεσκω placeo. ſed αρεϛοϛ: id eſt placidus & logos ſermo quaſi aretalogos vir placidi ſermonis blādus: multa delectatione affabilis. mitis & dulcis.

¶ Arethuſa penult. producta virgo venatrix Dianæ comes ab Alpheo amata in fontē Sicilię apud Syracuſas conuerſa eſt. Virgil. Et tandem poſitis velox arethuſa ſagittis. Vnde & Syracuſæ arethuſides dictæ ſunt: ab arethuſa fonte forma patronymica fœminina. Ouidius lib. iiij. Faſt. Vtq̄ ſyracuſas arethuſides abſtulit armis Claudi⁹. Fuit & Arethuſius fons Smyrnæ. Tertius in chalcidia. Quartus in Itaca. Eſt & Arethuſa locus ſyriæ munitus iuxta emeſam ſexdecim milibus paſſuū a qua arethuſij vt inquit Strabo.

¶ Aretiū ciuitas Thuſciæ a grecis condita eo tempore quo populus Iſrael ſub iudicibus regebatur.

¶ Aretiſſa lacus maioris armeniæ de quo Plynius libro ſexto. Tygris influit in lacū aretiſſam omnia illata pondera ſuſtinentē. Solinus vocat eum arethuſam Strabo Arſenem.

¶ Arena tenuiſſimus puluis aridus. Ideoq̄ ab ariditate deductum nomen quidam exiſtimant. Caret enim omni humore & ſucco vnde & plurimum aquæ ebibit. Et ita ſine aſpiratiōe ſcribi debet. Nec quemq̄ mouere debet q̄ arena habeat primam breuem areo vero productam cum deriuatiua nō ſemper primitiuorum naturam ſeruent. Alij ab hæredo: q̄ ſibi inuicem propter tenuitatem cohæreāt: vel q̄ cum calce parietibus inhæreat ſicut in fabricis videmus. Et ſic cum h. ſcribunt. Eius vero tres ſunt ſpecies ſcilicet foſſitia fluuiatica & marina. Inter quas groſſior ſabulum nuncupatur. Quandoq̄ tamen Arena ponitur pro loco in quo pugnabant gladiatores. Sueton. in Auguſt. Quodam autem muneris die parthorum obſides tunc primum miſſos per arenam mediam ad ſpectaculum induxit. Hinc arenarij dicti ſunt gladiatores qui in arena depugnant. Quandoq̄ forum arena dicitur: quia illic ſic depugnāt actores cauſarum vt in arena gladiatores degladiabantur. Seneca. Hoc ita habitū eſt ſcholam quaſi ludum eſſe forum arenam. Hinc Plynius Arenam ſuam appellat centumuiros quoniam in iudicio centuūirali certabat frequenter teſtis oratorijs. Hoc nomen licet pluralem numerum non habeat. Virgilius tamē dixit. Q̄ multę zephyro turbantur arenæ.

¶ Arenaceus.a.um. quod ex arena eſt.

¶ Arenarius.a.um. quod ad arenā pertinet. vt Iupiter arenarius.

¶ Arenoſus.a.um. qđ arena abundat. Ply. Littus nō arenoſum: ſed alga & fluuiorū ſordibus plenū.

¶ Arenatus.a.um. quod ex calce & arena factum. ſicut marmoratū quod ex marmore. Plyn. In græcia tectorijs etiā arenatū quod ducturi ſunt prius in mortario ligneis vectibus ſubigunt.

¶ Arenula dimi. ab arena: q̄ eſt tenuiſſima. Ply. li. xxx. Arenulæ q̄ inueniūtur in cornibus cochleatū cauis dentiū inditæ ſtatim liberant dolore.

¶ Arguo.arguis.gui.gutum. Imputo ſiue accuſo & genitiuo ſæpius q̄ ablatiuo conſtruitur. Curtius. Orſinem modo auaritiæ interdū & defectionis arguebat. Cic. lib. ij. ad Herenniū. Vt ſi quiſq̄ furti arguat dicat eum eſſe hominē improbū auarum fraudulentum. Similiter quando ſignificat reprendo cum ratione & argumentis: vt in Gene. Certe mendacij nos arguere nō poterit. Plau. in Am. Et eccū video qui me miſerā arguit ſtupri dedecoris: Si vero id quo quis arguitur nō exprimitur accuſatiuū tantū habet. Lact. lib. iij. Tui ergo te libri arguūt. Proprie tamē arguere, eſt oſtēdere. Vir. Degeneres animos timor arguit. Huius compoſita ſunt Coarguo & redarguo. Sal. Lentulū diſſimulantē coarguūt ſermonibus quos ille habere ſolitus erat. Sciendum eſt q̄ licet Arguo argutū ſupinū faciat: ex quo argut⁹ ptcipiū tamē futuri tēporis eſt Arguiē iiij

turus. Salu.lib.iij.histo. Quos aduersum multi ex bythinia volentes occurrere falsum filiũ arguiturũ Nam vt docet Pris. Quædam sunt verba in vtum supinũ formantia quorum participia futuri terminãt in iturus & verbalia in itio: vt argutũ arguiturus. Tuitum tuiturus. Sputũ spuiturus spuitio. Plutum pluiturus pluitio.

¶ Argutus a.um. pticipiũ. Plau. in pseu. Argutus malox facinorũ. Quãdoqꝫ vero est nomẽ modo p malitioso & falso qui cũ lepore quodã quę cupit dicit facit ve: quasi arguens acute & inuestigans. Modo pro canoro resonantiqꝫ vt arguta hirundo. Et arguti hoies q̃ multũ & celeriter loquũtur ab argo naue: q̃ a celeritate dicta est. ἀπροσ em̃ velox dicit. Virg. Argutos interstrepere anser holores. Modo pro exili breui & quasi acuto. Idẽ lib.iij. Ge. Argutumqꝫ caput: breuis aluus: obesaqꝫ terga.

¶ Argutia æ. dicitur acute & malitiose dictũ vel factũ. Plau. in Mus. Exi a culina sis foras mastygia: qui mihi inter patinas exhibes argutias.

¶ Argutor pe.p. deponẽs ab argutus fit: & significat procaciter ploquor. Neuius. Quãdo ad ludos venit alij cum tacerẽt totũ diem argutatur quasi cicada. Est & argutari subsilere. Tit. Terra hæc est noua qua tu solitus argutari pedibus cretam dum compescis vestimentaqꝫ leuas: reperitur & arguto in eadem significatione.

¶ Argutulus dimi. cõtemptui deriuatũ & nõ blandiendi causa vt homũculus & homulus.

¶ Argumentũ vt a Quintil. diffinit est ratio probatione præstans qua colligitur aliud per aliud: & quæ quod est dubium per id quod dubiũ non est: confirmat. Sumitur interdum etiam pro materia. Cic. Quoniã nullum scribendi argumentũ mihi relictum est. Interdũ pro cõiectura. Interdũ pro veri simili probatione: vt sunt argumenta comœdiarũ Interdum pro summa versibus exposita.

¶ Argumentatio est explicatio & enarratio argumenti. Accipitur & pro eo quod mente cõponitur. Amb. Cognito q̃ Helisęus esset qui consilijs & argumentationibus eius obuiaret.

¶ Argumẽtor: rationib⁹ nitor ad aliqd p̃bandũ.

¶ Argemmissa vel argemuissa. Insula ad continẽtem troadis prope argenicũ promontoriũ locata: Iuxta quem locum alcibiades extinctus est.

¶ Argenos latine dicitur albus splẽdidus. Festus Argenũ argentum per candidum. ἀσπρον.

¶ Argetos significat velocem & candidum splendidum & strenuum.

¶ Argus nomen propriũ regis argiuorum. Hic filius apis fuit. Ex cuius nomine argi argiui appellati sunt. Quo regnante cœpit vti frugibus græcia & habere segetes in agricultura delatis aliunde seminibus. Et post obitum deus haberi cœpit templo & sacrificijs honoratus. Fuit & alius Argus: qui a Poetis oculis plenus fingitur: custodisse Iunonis imperio Inachi filiam eius deę pellicẽ in bouis speciem cõuersam. Qui postea a Mercurio interfectus fuit. Vnde & argiphontes cognominatus est: q̃ argum peremerit. Vnde cœtũ stellarũ luce distinctũ Argus dicitur. Et argus vocatus fuit Nauis archi tectus a quo Argonautæ. Est & argus adiectiuum pro argiuis: vt est apud Plautũ: Natus amphitrio argis ex argo patre.

¶ Argo gen. fœ. nauis quã Iason duxit ab Argo

architecto. De quo Flaccus Ad Charũ tritonia deuolat argũ molliri. Hunc puppẽ iubet & demittere ferro robora. Seu ab argon qđ est velox: vt inquit Diod. Inde arguti vt sentit Probus dicti sunt: qui multũ & celeriter loquũtur. Alij autumãt argo nominatã esse ab argiuis hoc est græcis. Quod sentire videtur. Cice. lib. pri. Tus. cũ ait. Et eas angustias per quas penetrauit ea q̃ est nominata argo quia argiui in ea delecti viri vecti petebant pellem inauratam arietis. Inde argonautæ dicti sunt.

¶ Argos in sing. ge. ne. In plurali mas. vt hi argi. Hor. Aptum ducit equis argos ditesqꝫ mycenas. Vir. lib. x. Herculis anthorẽ comitẽ q̃ missus ab argis. Est aũt ciuitas nõ longe ab athenis peloponnesi caput: & oĩbus ciuitatib⁹ græciæ antecellebat Cuius rex primus phoroneus fuit. Dicta argos ab Argo rege: vt scribit Aug. li. xviij. de ci. dei. Hinc argiui græci dicti sunt: & argolic⁹ sinus. & argolici duces. & argolica regio. Alia est ciuitas argos thessalię qđ pelasgicon dicũt. Alia in achaia nõ longe a mycenis. quę & hippion vocat. Et in Acarnania amphilochicũ. Est & argos quædã græciæ ps. Oĩs quoqꝫ littoralis ora dicebat argos. Et ante danaũ argiadæ. hoc ẽ argiui. Argos quoqꝫ græce dicit tardus. Hinc iocus in endecasyllabo. Mar. Nõ nautas puto vos: sed argonautas. Vbi allusio est ad famigeratos nautas & intelligi tamẽ vult pigros & lentos nautas. Et argos nauis signum cœleste oritur Pridie Idus Martij.

¶ Argis aduerbialiter in loco. Ply. lib. xvi. Argis etiã olea durare dicitur.

¶ Argeus a.um. idem q̃d argiuus. Hor. li. iiij. Car. Tibur argeo positũ colono. ab argos vrbe. Et argeus mons est ab vna parte Cappadociã cingẽs.

¶ Arget teste Var. dicebãtur scirpeæ effigies q̃ per virgines vestales iaciebantur singulis annis in tyberim p pontẽ subliciũ. Argei etiã dicebãtur loca sacra Romæ Argeorũ. Varro. Reliqua vrbis loca olim discreta vt argeorũ sacraria argeos dictos a principibus: q cũ Hercule argiuo Romã venerũt.

¶ Argia pe. pro. nomen Adastri regis Argiuorũ filiæ quę cõuersa fuit in fontẽ sui nominis.

¶ Argię pluralis numeri tm̃ oppidũ est Laconiæ.

¶ Argolic⁹ a.um. idẽ q̃d argiu⁹: vt regio argolica

¶ Argonautæ dicti sunt heroes illi q cũ Iasone in Colchos p̃fecti sunt ex quib⁹ p̃cipue fuere Castor & pollux. Telamon Orpheus Hercules & Hilas puer sic cognominati a naue quã innauigauerũt: qui fuerũt supra quinquaginta vt Orpheus libro primo & Apollonius in catalogo heroum.

¶ Argiletũ ab argo dictũ q̃ is eo venerit: ibiqꝫ sepultus sit. Nã argolus siue argus dux argeorũ apd Euandrũ hospitatus est. Cũ in suspitionẽ regni veniret clam noctu ab arcadib⁹ est interfectus: vt volunt inscio Euandro. Cui Euander tumulũ fecit: & loco nomen posuit a leto. i. morte argoli: siue argi: Argiletũ. Var. scribit Argylletũ etiã dict ab argylla. i. creta cuius copia illic erat. Erat autẽ argyletũ locus in vrbe prope pallatiũ vbi tabernę bibliopolarum erant: quæ argiletanæ dicebãtur. Mar. Argiletanas mauis habitare tabernas.

¶ Argylla: terra cretosa & candida qua figuli vtũtur ad vasa facienda. Iuuena. Argyllam atqꝫ rotã citius properate.

¶ Argema morb⁹ oculoꝝ cũ vlc⁹ circulũ oculi in

feſtat: quẽ greci Irim dicũt. Latine albugo vocat: & leucoma etiã grẽce a candore. Videt eſſe idem ſe ac quod leucomata. i. albugines a candore.

¶ Argyrippa: ciuitas in apulia. quam Diomedes edificauit a qua argyrippini dicuntur.

¶ Argyrion latine argentum a quo argyrocopus argentarius αργυροσ και κοπτω.

¶ Argyrologus: quæſtor quærens argentũ απο του λεγειν.

¶ Argyrondes ætoliæ fluuius propter argenteum aquę candorem.

¶ Argyraſpidas dicimus eos: qui argentata ſcuta ferũt. Vñ ſicut refert Lamp. Alexãder Imperator Romanus non ſolum fecit argyraſpidas: ſed & chryſaſpidas: ita ab aureis clypeis nominatos. αρσπισ.

¶ Argyrotoxos argenteũ arcũ gerens: quo noſe dictus eſt Apollo. το τοξον.

¶ Argentũ primo ſignatũ eſt anno vrbis quingẽteſimo octogeſimo quinto. Quin. Fabio conſule: quinq; annis ante bellũ punicũ primũ. Nota argẽti bigę & quadrigę. Inde bigati & quadrigati nũmi appellati ſunt. Aureus vero nũmus ſexageſimo ſecundo anno poſt argenteum percuſſus eſt: in quo primo conſulũ deinde Imperatorum capita imprimi cœperũt & ab his ſępe nomina accepere. Argẽtum candidum eſt: vnde & a græcis argyros dicit. In puteis reperitur excoqui non poteſt: niſi cũ plũbo nigro: aut cũ vena plumbi: quę iuxta argenti venas plærunq; reperitur Gallenam vocant. Aliqñ argentũ ponitur pro ſupellectili argentea puta ſcyphis cochlęaribus aliiſq; quę ad menſam ornandã exhibentur. Plau/Tu eſto lectiſterniator: tu argentum eluito.

¶ Argentarius vulgo campſor: ſiue menſarius a græcis colybiſta & trapezita dicit. Vnde Plaut. in Cur. Trapezitam & argentarium pro eodem accipit. Sed iureconſultus. ff. de edendo oſtendit argẽtarios maiores menſarios: & quorũ officiũ atq; miniſterium publicam habet cauſam. Hiq; rationes conficiunt. Auctor eſt Seneca argentarios pręeſſe publicis actionibus.

¶ Argeſtes vẽtus occidẽtalis frigid⁹. de quo Ply. li. z. Ab occaſu equnoctiali fauonius. ab occaſu ſolſtitiali Corus: zephyron & argeſten vocant.

¶ Ariadne nomen propriũ eius: quam deſertam a theſeo bacchus raptiſſe dictus eſt a poetis.

¶ Aricia vrbs in Italia abeſt ab vrbe ad decimum lapidẽ quã ędificauit Hippolytus theſei filius: & a nomine cõiugis aricią appellauit. Iuxta hãc vrbẽ erat nemus: quod aricinum dicebatur: in quo egeria nympha erat: cũ qua loqui ſolitũ ferũt Numam Roma. regẽ. Erat & aricinus lacus: quod ſpeculũ Dianę vocabat: in quo nũc quoq; inſu'ę cũ proceris arboribus mobiles conſpiciuntur.

¶ Aries etis. pe. cor. qui inter oues integer eſt: & tenetur ad generandã ſobolẽ. Veruex vero cui inuerſi: vel adepti ſunt teſticuli: Ab ara dictus aries: q; aris imponi ad ſacrificia ſoleret. A cuius ſimilitudine bellica machina appellatur. Materia ac tabulatis teſtudo contexitur: quę ne flammis exuri poſſit corio ſiue cilicio veſtitur. Intrinſecus recipit trabẽ quæ ſi adunco prefigitur ferro: falx vocatur: ab eo q; incuruata eſt: vt ex muris lapides extrahat. Si vero caput ipſius ferro tegitur Aries appellatur: ſiſtat arietini capitis fieri ſoleret: vel q; habet durriſſimam frontẽ qua ſubruat muros vel q; more arietum retrocedit: vt vehementius feriat. Teſtudo autem a ſimilitudine naturę teſtudinis vocabulũ ſumpſit: quia ſicut illa modo reducit caput: modo profert: ita huiuſmodi machina interdũ reducit trabem: interdum effert: vt vehementius feriat. Eſt & Aries cœleſte ſignũ primũ in zodiaco. Aries etiã marinus piſcis ſiue marina belua eſt candore tantum cornibus aſſimilatis græce κριοσ dicitur: ſed rem mirificam tradit Aelianus diſcipul⁹ pauſanię lib. vij. Λεγουσι Δαραβεσοτι αραα παρ αυτοισ πολλαι αι γεται ανωμουσι κησ μαλλουηνωτου Χιλιου

¶ Arietinus na. nũ: pe. pro. quod ẽ ex ariete. Ply. Arietinum iecur ad id vtile eſt.

¶ Arieto as. pe. cor. percutio. Tractũ ab arietũ ſimilitudine cuius firmiſſimum caput & ſolidiſſima cornua faciunt: vt magno impetu quicquid obiectis percutiant.

¶ Arihel quidã putãt eẽ areopolim ab Idolo martis quod illic ſitum eſt. Interpretat autẽ Leonem dei: hieruſalem figuraliter ſignificans.

¶ Arion citharœdus optimus ex leſbo inſula. De quo Herodotus ſcribit q; cũ a nautis coactus eſſet ſe e naui in pelag⁹ demergere a delphine excep⁹ ab eoq; in laconiã deportatus fuerit anteq; nautæ illuc applicuiſſent.

¶ Ariminum ciuitas Italiæ a flumine propinquo eiuſdẽ nois ſic dicta. Hęc quondã Vmbrorũ colonia fuit: ſicut & Rauenna: verum vtraq; Rom. accepit inquilinos. Habet autem hęc ciuitas portum ædificata anno ante Chriſti exortũ. cclxx. Ptolemęo lagi filio ægyptijs imperante. Pub. Sempronio & Apio claudio conſulibus. Ad quam viſendam compoſitis ſiciliæ rebus Sempronius nauigauit. Eam Octauianus ampliauit: & a liburnis dirutam Diocletianus repoſuit: fuſiſq; liburnis arcũ triumphalem in ea extruxit.

¶ Arimphei ſunt populi afię ſeptẽtrionalis ppe ripheos montes: habent pro domibus nemora: pro alimentis baccas: & tam fœminę q; mares comas tondent.

¶ Arimaſpi populi ſcythię Europæ verſus Aquilonis exortũ: vt lib. vii. refert Plynius: qui vnicũ in media fronte habent oculum: & cum gryphis continue pręliantur.

¶ Ariſtippus nomẽ philoſophi cyrenaici & apud nos dicit optimus equus. Hic dicere ſolebat q; lautior victus nullo erat impedimẽto ad bene viuendũ. Hic Socraticus auditor fuit: primus ſocraticorũ mercede philoſophat⁹ eſt: habuit ingenium ad oĩa pro tẽpore loco & perſona ſimulãda oĩno prõptũ. Et ob hoc Dionyſio præter oẽs erat charus. Et vt pręſentibus voluptatibus libenter fruebatur ita & abſentes facile contemnebat. Hic cũ e patria in grẽciam philoſophandi cauſa proficiſceret iuſſit ſeruos aurũ proijcere vt expeditiores ad iter capeſſendũ eſſent. Sũmum bonũ poſuit in leui motu ad ſenſum emananti. idęſt in voluptate corporis ſenſus titillante. Qui ab eo fluxerunt: & in dogmate permanſerũt ab hominis patria Cyrenaici ſunt appellati. Tradũt Platonem dixiſſe ſoli Ariſtippo & chlamydẽ & pannũ ferre datũ eſt. Hora. Oñis ariſtippũ decuit ſtatus & color & res. Fuit &

alter aristippus huius nepos ex filia Metrodidactꝰ dictus quasi a matre doctus. Hic in nauigio a tempestate deprensus timuit & expalluit. Et interrogatus quare philosophus timeret cū ipse cōtra nihil timeret: festiuiter respondit nō eandē sibi & illi causam esse quontiā is nō esset magnopere solicitus ꝓ anima nequissimi nebulonis ipsum autem pro aristippi anima timere.

¶ Aristrocratia optimatium principatus vbi optimates rempubli. tractant. ἀριστοσ καὶ κρατοσ υπο κρατειμ.

¶ Aristoclides pe.cor. Orcomeni tyrānus q stymphalidem virginem adamauit. Vide in dictione Stymphalus.

¶ Aristoteles pen.cor. nomen philosophi peripateticorū principis: a quo Aristoteleus & aristotelicus adiectiua.

¶ Aristoxenus pe.pro. nomē ꝓprium musici.

¶ Aristomenes pen.cor. nomen messenij viri: qui iustissimꝰ vt scribit Hie. victis lacedęmonijs & quodam tēpore nocturna sacra celebrantibus. quæ vocabant tacynthina rapuit de choris ludentiū virgines. xij. & tota nocte gradu concito fugiens excessit de finibus sparthanorū. Cūq; eas comites eius vellent violare monuit q̄tū potuit ne hoc facerent & ad extremū quosdā nō parcētes interfecit. Cęteris metu coercitis redemptę postea a cognatis puellę cū aristomenē viderēt cædis reū fieri tā diu ad patriā nō sūt reuersæ q̄diu iudicū aduolutę genibꝰ defensorē pudicicię suę cernerent absolutum.

¶ Aristo philosophus cognomēto serpticus: qđ latine quęstor & consyderator dicitur. Semper em̄ in quęrendo cōsyderandoq; fuit. Vide in dictione Pyrrho.

¶ Aristides pen.pro. princeps athenienſis cui cognomen fuit iustus: alter fuit pictor insignis.

¶ Aristophanes pe.cor. nom̄ ꝓpriū phi: & comici valde maledici: cuius nomīe comœdię sūt ipressę.

¶ Aristobolus nomē ꝓprium Iudęorū regis.

¶ Aristophorū pe.cor. vas quo prandiū defertur. Latine discus. ἀριστοφορ em̄ prādiū dī φορω porto

¶ Arista ab ariditate dicit q̄ sit oīno arida. Est em̄ prima pars quæ primo arescit: vel quia seges cum arescit secatur. Et ꝓprie aristę quasi tela spicæ frumenti sunt siue spinæ: siue aculei quibus a morsu auiū minorū illa tueantur. Cice. in Cato. Fūdit frugem spicę ordine structam & cōtra auiū minorum morsus munitur vallo aristarum. Ponitur tamen quandoq; arista pro frumento. Vergi. Chaoniam pingui glandem mutauit arista.

¶ Arithmus latine numerus. In de arithmetica.

¶ Arithmetica numeralis sciētia quę tractat de numeris & supputandi ratione. Hęc inter disciplinas mathematicas prima esse dicitur: quoniam ipsa vt sit nulla alia indiget disciplina. Musica autē & geometrica & astronomia istius auxilio egent.

¶ Armus humerus. Ver. lib. iij. Geor. Dēsa iuba & dextro iactata recumbit in armo. Differt tamen armus ab humero: Nam humeri proprie eorum sunt qui recti in cœlū spectant. Vnde soli homini humeros esse dicimus. Verg. Os humerosq; deo similis. Armi vero sunt brutorū: q̄uis de hominibus quādoq; dicantur.

¶ Armigatus ta.tū. qđ est ad armum ligatū. Hier. li. z. ꝓ. Et dauid ꝓcutiebat in organis armigatus.

¶ Arma ab armis dicunt. i. humeris depēdētia inquit Festus. vt scutū gladius & ea: quibus ꝓliamur tela. Ser. docet arma esse quę armos tegūt. Var. ab arcēdo arma dicta existimat q̄ his arceam⁹ hostes vt fustes lapides & hmōi. Sed re vera nō solū hoc noīe bellica: sed etiā oīm fere artiū instrumēta intelliguntur. Sic etiam Pollux οπλα ruralia prosequitur. q̄uis Vergili. largius pollicitus tñ defecisse videatur. Sūt em̄ martis arma instrumēta oīa: quibꝰ in bello vtimur. Vñ fraudes & cōsilia arma dicunt. Ver. Et quærere cōscius arma. Arma rusticorū: rastra: ligones: & hmōi. Idē. Dicendū & quę sint durisagrestibus arma. Arma coquinaria: lebes: patella: tripos: olla. Plau. Q̄ eleganter instructū coquinarijs armis. Arma studiosorū: stylus. pugillares: libri. Ply. Cuius arma erant nō venabulū & lancea sed stylus & pugillares. Nautarū quoq; & pistorū instrumēta arma dicunt. Ver. li. v. Colligere arma iubet: validisq; incūbere remis. Et lib. i. Cerealiaq; arma Expediūt. Q̄ñq; arma accipiūt pro bello: sicut toga pro pace: vt Cedāt arma togæ. Q̄ñq; dicuntur insignia quale nōnulli intelligūt illud Ver. Armaq; fixit Troia. Cōsueuerūt em̄ antiqui suspēdere arma in postib⁹ tēplorū. Est aūr hoc nomē arma pluraliter tātū declinatū q̄m̄ vniuocū sit & plures res significet quarū singulę habēt sua nomina vt gladi⁹: scutū & huiusmodi. Vel ne ab armo artu corporis obliqui eius casus proferri censeātur.

¶ Beneiudico. cẽseo. opinor. existimo. ad me ipsũ referuntur. rectumq; consiliũ ostendunt & econtrario. Male iudico.

¶ Bene cogito vel male cogito refertur ad alterũ significantq; beneficiũ aut perniciẽ. Ply. Hoc tuo studio bene de te cogitantẽ liberaliorẽ reddes. Cic. Carthaginem diu male cogitantẽ non prius timere desinam q̃ excisam cognouero.

¶ Bene vertere. est in vtilitatẽ vertere. sicut Male vertere est in perniciem.

¶ Bene volo tibi. amo te. Hinc Beniuolus & beniuolentia quę est inclinatio animi eum desyderio benefaciendi.

¶ Benedico. laudo bene loquor Teren. in phor. Benedictis si certasset: audisset bene. Et cõstruitur cũ datiuo. sicut Maledico quãdo est vna dictio. hinc Benedic⁹ penultima correpta: qui benedicit & laudat. a quo aduerbium Benedice. Plaut. Cum illicibas me ad te blande ac benedice.

¶ Benefacio. nõ indicantis sed gratias agẽtis est. Teren. in Eu. Benefacis merito te amo.

¶ Beneficus: liberalis: qui beneficiũ præstat. & cõparatiuũ habet & superlatiuũ. Aliquando etiã suũ vt beneficẽtior beneficẽtissimus & beneficentissimus: vt Mar. Cato de Ptolemæo rege optimo & beneficentissimo. Hinc beneficentia: liberalitas.

¶ Beneficiarius qui beneficiũ accepit. Vñ & a veteribus beneficiarij dicti sũt illi quos impator suo beneficio ꝓmouisset in militia. Cæsar. lib. i. Pet. vero nõ deserit sese armat familiã cũ hac p̃toria cohorte certamẽ barbaricq; equitib⁹ paucis bñficiarijs suis

¶ Benignus a bonus deducitur & proprie qui bonis & dignis largitur. Ex bono & gignendo cõposita dictio. Vnde benignã terram dicimus fructus abunde reddentẽ. Ply. de ægypto. Nulla est benignior tellus: nullus ager feracior. Ter. in Hecy. Benigne p̃beatur. hoc em est gratius nõ solũ prębere: sed etiã large. Dona. Benignitas est in quãtitate rerum. aut in facilitate præstantis. Nam plærũq; in-

grata dona ſunt in qbus benignitas nō apparet.
¶Benna bēnæ lingua gallica: genus vehiculi. Vn de Combēnones in eadem benna ſedentes.
¶Beneuentū Campaniæ vrbs cum eo colonia de duceretur boni ominis gratia vocari cœptū. nam antea maleuentū vocabatur. Hæc vrbs a Diome de condita fertur. apud quā. xxx. milia ſamnitū cæ ſa fuerunt. Sulpitio & Petilio conſulibus.
¶Beo. as. conſolor: & beatum glorioſumq; facio. Plau. in Tru. Hoc me beat ſaltem quoniā perduel lis vicit & domū compos laudis reuenit. Hinc bea tus. beatior beatiſſimus.
¶Berecyntus: nomen montis eſt: & nomen oppi di in quo Cybele mater deum priſcorū ritu coleba tur. Vnde berecyntia dicta eſt.
¶Beronice vel berenice es. pe. p. regina ægypti ſo ror Ptolemæi & Cleopatræ: a qua beronice vrbs in maiori ſyrte creditur appellata. Fuit & alia beroni ce Herodis Agrippæ Iudæorum regis filia de qua Iuue. Deinde adamas notiſſimus & beronices.
¶Beryllus cū y græca lapis pallidus tranſparens. ex quo pocula fiebant, gene. maſ. & fœmi. Priſ. in perihegeſi. berylli gēmas glauci nitidūq; adaman ta. Gignit in India ſimilis ſmaragdo ſed eū pallo re ſemperq; berylli ſexangula figura artificū inge niis politūtur qm̄ hebeſcūt niſi color repercuſſu an gulos excitet Orpheus in libro de gēmis de beryl lo nil meminit: ſed Euſta. multa in enarratiōe Dio nyſij libyci: q ait μικαι χρυσολο φερειν χαριεσ ερον αλλουρησ βηρυλλου γλαυκηλιθου.
¶Berytus. cū y pe. p. vrbs eſt Syriæ antiochiæ.
¶Berſabe. vrbs in terra Iuda quæ etiā puteus iura menti vocata eſt. quia cū ibi habitaret Abrahā cū Abimelech datis ſeptē ouibus in fœdus mutuo iu rauerūt. Hæc terminus fuit terræ promiſſionis poſ ſeſſæ: a populo iudæorū poſtq̄ reuerſus eſt ex ægy pto. & tenditur vſq; ad Dan ſpatio in longū. clx. milium. ſicut ſcribit Hierony. ad Dardanū.
¶Bes is. vncię octo ab aſſe. ex eo q; bis triēs fit. q̄ uis dura cōpoſitio. Ser. Duos triētes beſſem voca bis. Antiqui Des dicebant dempto triēte i. octo.
¶Beſſi populi thracū. de quib⁹ Ouid. lib. iiij. triſ. Viuere q̄ miſerum eſt inter beſſoſq; getaſq;.
¶Beſtia: bælua. Vlp. Beſtias accipere debem⁹ ma gis ex feritate: q̄ ex aīalis genere quę proprie mor ſu vel vnguibus ſæuiūt: vt pardi leones tygrides a vaſtādo. Hinc beſtialis & hoc beſtiale. Amb. Ip ſum videt beſtialis naturæ poteſtati eſſe ſubiectū.
¶Beſtiarij dicebātur qui cū beſtijs depugnare dā nati erāt. Hinc a Sen. ludus beſtiariorū nūcupatur quo beſtiarij depugnabāt. Tertulia. Iupiter eſt Ro mæ quē ſudis ſuis ſanguine proluūt beſtiariorū.
¶Beſſyga penultima correpta. Emporiū in India vbi & Amnis Beſſygas. Vnde beſſygitæ populi q humana carne veſcuntur.
¶Beta: lfa græca pxima primę in b. a latinis tranſ fertur. Aliquādo in u. vt bition vitia. Eſt etiā hoc noīe herba. q̄ & bleta dicitur & betatius & betatiū.
¶Beto. is, vado quaſi bene ito. Var. Mulierē. q; pa rere ea non poterat foras betere iuſſit.
¶Bethania: villa ſecundo miliario ab Hieruſalem in latere montis oliueti.
¶Bethel: vrbs Samarię quā Iebuſei condiderunt quæ prius vocabatur luza.
¶Bethleem: nomē ciuitatis Dauid quę alio vocabulo dicitur Euphrata. nūc viculus eſſe dicitur qui ab Ioppe. xlvi. milib⁹ diſtat. In hac ciuitate ortus atq; cōſumat⁹ eſt Dauid. Ibi etiā domin⁹ noſter ex ſpiritu ſancto genit⁹ nat⁹ eſt. Ibi Rachel occubuit: vbi & ſepulchrū Ieſſe patris Dauid oſtenditur. Eſt autē hic locus in tribu Iuda. ſexto ab Hieruſalē mi liario poſitus cōtra meridiem in itinere quo pergi tur hebron. Quando autē Iacob ibi pecora ſua pa uit loco, Bethleem nomen impoſuit quod domus panis interp̄tatur propter eum panē qui ibi de cœ lo deſcendit. Hinc Bethleemitæ penul. prod. dicti ſunt qui eius incolæ ſunt.
¶Bethſamis penult. correpta nomen vrbis Gali leæ vbi domin⁹ perhibet multa ſigna feciſſe aqua bethſamitæ populi.
¶Bethſaida: piſcina in Hieruſalē quæ vocabatur probatica. Et a nobis dici poteſt domus pecudum ſiue pecualis quia oſtias in ea quondā ſacerdotes lauabant. Eſt & nomen ciuitatis Galileæ: aqua Pe trus & Philippus ortum habuere.
¶Bethſura: & bethſuræ tantū pluraliter pe. p. Hie. lib. ij. mac. Et bethſuræ qđ erat Iudęorū munitum preſidiū: caſtra admouebat. Idē in eodē. Iterū rerū ſermonē habuit cum his qui erant bethſuris. Et in terpretatur domus muri vel domus acerba.
¶Bethphage penul. prod. ſyrum nomen quod in terpretatur domus oris: vel maxilla.
¶Bethys. fluuius Hiſpanię vlteriorīs a quo bethy ca Hiſpaniæ regio dicta eſt quę ab accolis Tuderta na vocatur. incolæ Tudertani & Turduli dicūtur: Ea nūc granata dicitur a grano q̄đ greci coccū vo cant. nam in bethyca fere tota copioſum coccum gignit. Accipitur etiā pro Hiſpania: q; bethys eā diuidat. Hic fluuius occidit in occeano occidētali dict⁹ bethys παρατο βαθυσαισιη qđ eſt pro fundum: In quo lanas pulchro colore tingi oſten dit Mar. cū ait: Bethys oliui fera crinē redemite co ronā. Aurea qui nitidis vellera tingis aquis: ſed ta men quotquot græcos viderim ſcribūt per ai diph. in prima: vt Stephan⁹ bizātius noſter & Euſtathi⁹ in cōmentarijs Dionyſij ſed mihi viſus ſum ſequi aliam opinionem.
¶Bifores: pe. cor. quę habent duas ianuas.
¶Bifidus. a. um. pe. cor. qđ in duas ptes fiſſum eſt
¶Betula penult. cor. genus arboris eximij candoris. Ex qua fieri ſolēt circuli vaſis vinarijs idonei.
¶Betulus Hiſpaniæ fluuius eſt: cuius aqua ad ferri temperamenta fertur aptiſſima.
¶Bianor nomē viri qui & Ochnus dictus eſt fili⁹ Mantus fatidicæ & Thuſci flu. qui Mantuā a noīe matris dixit. Fuit & alius Troianus princeps.
¶Bias antis. nomē philoſophi priēnenſis qui fuit vn⁹ ex ſeptē græcię ſapiētib⁹. Hic Laertio teſte vir fuit tot⁹ regi⁹ & ciuiū ſuorū princeps: quos diu ad uerſis piculis tutat⁹ eſt. Sed tandē capta patria cū fugientibus cunctis onuſtis ſarcinolis precioſarū rerū ſuarū & ipſe interrogareť cur ex bonis ſuis ſo lus nihil ſecū ferret: reſpōdit omnia bona mea me cum porto. Sudas βιαντοσ ωριηνεωσ δικηου τοσ εισ τωμεπτα σοφωμλεγεται γαρ εισ τασ δικασ δειγοτα τοσ τεγουναικειπειμε ω. αγα θω μεν τοι τη τωγ λογωγ ισχυι εχρητο.
¶Bibo is. bibi. itū. potū haurio. Et ea oīa dicūtur bibere: quę hauſtus habēt. Virg. lib. etiā his iunxit quæ non habent hauſtum, Haſta ſub exertam do

nec perlata papillam hæſit: virgineumq; alte bibit acta cruorẽ. Huius compoſita ſunt Adbibo quod ſignificat iuxta ſeuetiã bibo. Teren. in Heau. Is pater mihi vbi adbibit plus paulo ſua quæ narrat facinora. Cõbibo ſimul bibo. Plau. in Cur. Foribus dat aquã combibant. Vnde & Combibones dicuntur. Cic. Pæto. In his controuerſijs quas habeo cũ tuis cõbibonibus epicureis optima opera vti eius ſoleo. Ebibo extrabibo exhaurio. Plaut. in Am. Factum illud eſt vt ego illic vini hyrneã ebiberim meri. Præbibo ante bibo. Nec venena iam metuã inquit Hier. cum antidotũ præbibero. Per tranſlationem ebibere ponitur pro cõſumere. Idem in eadem. Non ego cum vino ſimul ebibi imperiũ tuũ. Imbibo inſumo: intus concipio. Cice. in Ver. An nunq̃ iſte bonã de ſe ſpem habuiſſet niſi de nobis opinionẽ imbibiſſet. Aug. Vt poeta optimus maximus teneris ebibitus annis non facile memoria aboleretur. Perbibo multũ bibo. Lactan. lib. ij. Infecti ſunt eñ perſuaſione ac penitus eorũ mentes ſuccum ſtultitiæ perbiberũt. Subbibo parũ bibo. Sue. in Nero. Si paulũ ſubbibiſſet aliquid ſe ſuffert tinniturũ greco ſermone promiſit: Et hec omnia habent pe. cor. Inuenitur etiã paſſiuũ huiꝰ verbi bibo in tertia pſona. Iuue. Sed nulla aconita bibũt.

¶ Bibax & biboſus: qui eſt bibendi auidus vel nimius potator. Laberius. Non mammoſa nõ anno ſa non biboſa non procax.

¶ Bibulus a.um. pe. cor. qđ facile ſorbet. Virg. ad Meſſalam. Inuerſo bibulũ reſtinguẽs lumẽ oliuo: quia lumẽ bibit oleũ. i. ardẽdo cõſumit. Vnde & Bibulorũ cognomẽ dictũ eſt: & bibula papyrꝰ: q̃ ſorbet atramentũ. Luc. Conficit bibula mẽphitis cartha papyrus. Hinc fit meribibulus de quo alibi.

¶ Bibaculus nomẽ fuit poetæ: quẽ Hier. in chronicis Cremonẽ natũ ſcribit paulo minorẽ Cicerone.

¶ Bibile. quod facile bibi poteſt.

¶ Biblos. latine papyrus iuncus liber biblion libellus Hinc deducuntur.

¶ Bibliographus. librarius bibliacus libroſus βιβλιογραφω.

¶ Bibliopola penul. prod. qui libros vendit. Mar. Non habeo ſed habet bibliopola triphon. Componitur autẽ ex βιβλιον quod eſt liber: & πωλω vendo per ω in prima.

¶ Bibliotheca pe. p. tam librorũ per ſe magnꝰ numerus q̃ locus vbi libri ſunt appellat. vt lib. xxxij. digeſtorũ ſcribit Vlpia. Auſo. Emptis q; libris tibi bibliotheca referta eſt. Nã biblos liber eſt: & theca repoſitoriũ a latinis libraria dicit. Gel. Forte in libraria ego &. L. Paulus poeta vir memoria noſtra doctiſſimus cõſederamꝰ. Eſt & bibliotheca titulus ſiue inſcriptio: qua Diodorus hiſtoriã ſuã nominauit. A gtæcis inflectitur bibliotheceꝛ. Ply. Apud græcos deſit nugari Diodorus & bibliotheces hiſtoriã ſuã inſcripſit. Bibliothecæ vt inquit Victru. ad orientem ſpectare debent. Vſus enim librorum matutinũ expoſtulat lumen.

¶ Bis aduerbium ſignificat id quod græci dicunt Δις: & multa habet compoſita vt que ſequũtur.

¶ Biceps. quod habet duo capita. Bicorpus quod habet duo corpora.

¶ Bidentes quidã intelligũt oues aut beſtias q̃ per ætatẽ duos dentes altiores habẽt. Nã higyntus dicit. Que bidens oſtia oportet dentes habeat octo ſed ex his duos cæteris altiores per quos appareat ex minore ætate in maiorẽ tranſcẽdiſſe. Alij oſtias bimas. i. duos annos habentes qđ in cõmentarijs ad ius pontificiũ pertinẽtibus legatur bidẽtes primo dictas d. littera ex ſuperfluo interiecta ſicut in redeo ad hiatũ duarũ vocaliũ precauẽtes. Ergo bidentes primo dicte ſunt quaſi biẽnes & longo vſu loquendi corrupta eſt vox ex biẽnibus & bidentibus dicta. Et bidens inſtrumentũ ruſticum. Iuue. Viue bidentis amans & culti vilicus horti.

¶ Bidẽtal locus vbi mõs erat apd priſcos cũ aliqđ ędificiũ e cœlo fulminabat: ſacerdos aduocabatur q̃ eo in loco ouẽ immolatã cõburebat: ibiq; eius reliquias ſepeliebat: ab oue bidẽte ibi immolata. Hor. An triſte bidẽtal mouerit inceſtus certe fuerit. Non. Bidental dici vult: q; binæ pecudes mactentur.

¶ Biduũ: ſpatiũ duorũ dierum. A quo biduanus a. um. vt biduanę inducię. biduo continẽti ſignificat duobus diebus cõtinentibus. Sue. in Cali. Per hũc pontẽ: vltro citro cõmeauit biduo continenti.

¶ Bienniũ ſpatium duorum annorum.

¶ Bifariã trifariã aduerbia ſunt q̃bus ſignificatur: qđ binis vel tribus modis: vel qđ in duas vel tres partes fari põt. Sic multifariam: omnifariã: plurifariam ſignificãt multorũ generũ: ois generis ſiue in multas in oẽs & in plures ptes: ſiue qđ multis: oſbꝰ & pluribus modis fari põt. Dicimus etiã bifarie trifarie multifarie &c. a bifarius a.um. Sue. Gladiatoria mũera plurifaria ac multiplicia exhibuit. Apul. Omnifario ſermone depinxit.

¶ Bigamus penul. cor. qui duas vxores duxit. A quo bigamia γαμος eñ nuptię dicuntur.

¶ Bigemmis vitis que habet duas gemmas. Col. lib. vi. Pro materijs longioribꝰ pollices quaternũ aut quinũ gẽmarũ relinquũtur pro cuſtodibus aũt bigẽmes reſeces efficiunt in ea.

¶ Bigæ per ſyncopã dictæ ſunt quaſi biiugæ. Currus duobus equis vecti q; duorũ equorũ iugo agãtur: equi vero biiugi biiugeſve dicũtur. Sic quadrigæ a quattuor q; a quattuor equorum iugo & equi quadriiugi. Auguſt. lib. xviij. de ciui. dei. Iunctos duos equos bigas vocamus. Apud veteres tamẽ bigam & trigam & quadrigã inuenimus. Sueto. in Tibe. Vix vnius bigæ adiectione honorari paſſus eſt. Papin in The. Roriferũ gelida tenuauerat aera biga. Ply. In ſummo mauſoleo eſt quadriga marmorea quam fecit pythis. Bigas primũ iunxerunt phrygij: Quadrigas erichthonius.

¶ Bigenera aialia ex diuerſo genere nata vt Leopardus ex leone & panthera.

¶ Bihæres dicit q̃ duas hæreditates cõſecutus eſt.

¶ Bilanx cis. quod duas habet lances.

¶ Bilibris duarum librarum.

¶ Bilinguis q̃ duas habet linguas: hoc eſt: qui mõ vnũ: modo aliud loquit: vel qui aliud dicit & aliud retinet. Et quãdoq; accipitur p fallaci. Hoc vitium ad mentẽ referendo & qui diffuſe varia loquitur.

¶ Bimeſtris duos menſes habẽs: aut duos annos a luna cõputatos. Hor. lib. Car. Et porco bimeſtri Cum famulis operũ ſolutis. Sic trimeſtris quadrimeſtris quinq; meſtris. Plyniꝰ. Caſtrari agnos niſi quinq; meſtres prematurũ exiſtimant.

¶ Bimus trimus quadrimꝰ quimus. Vñ bimatꝰ trimatus quadrimatus quimatus p ſpatio duorũ triũ q̃ttuor aut quinq; annorũ. Pli. Vita fœminis quin-

decim annis lōgiſſima: matrīb⁹ viginti robur in qui matu. Sue. in Aug. Quadrimus patrē amiſit.

¶ Bimulus penult. correpta qui in bimatu eſt hoc eſt qui domos annos ætatis habet.

¶ Bina q̄uis Seruius doceat de iſs tantū dici quæ ſunt pluralis numeri: duo quę ſunt ſingularis vt dicamus binas litteras: duas epiſtolas: Inuenitur tamen bina iungi cū iſs quæ ſingulariter declinātur. Cic. Matio. Reliquæ ſunt venationes binæ p dies quinq; magnificę. Idem. Binos tabellarios inquit Ply. lib. xij. Ergo in vtraq; gente laudaui genera terrenū & factitium. Eſt aūt binus a. um. idē quod duo. Siſen. Ad binū miliū numero ſaucijs vtrinq; factis. Inde fit Combino as. penul. prod.

¶ Binomius dicitur qui geminū habet nomen: vt Iulius Cæſar. Numa Pompilius.

¶ Biothanatos græca dictio ex βια violentia θα̃τος mors. id eſt violēter mortuus: vt eſt qui ferro vel alia vi interficitur & nō ſua. i. naturali morte moritur: quæ naturaliter cōtingit. Et mors ipſa biothanata dicitur q̄ per vim infertur. De qua intelexit Virg. cum dixit. Nam quia nec fato merita nec morte peribat Sed miſera ante diem. Ambr. de duo Prothaſio. Miſer vel tu viuere ſtude & noli biothanatos fieri ſicut & frater Geruaſi⁹. Hinc biothanati viri & biothanatæ fœminæ: qui violenta morte pereūt & biothanata mors. Scribit Lampri. prædictū fuiſſe Heliogabalo ipſum biothanatū futurum: hoc eſt q; violēta morte erat moriturus. Idē. Si luna inqt applicuerit ſe Saturno deficiēs lumine faciet matres biothanatas interire. Seruius ait: Biothanatarū animas nō recepi in originē ſuā.

¶ Biocreſta: id eſt vitæ vtilia.

¶ Bipaliū. inſtrumentū ad fodiendum. Var. Si locus humectus ſit ibi cacumina populorū ſerunda: & arundinetū. Id prius bipalio vorrito ibi oculos arundinis pedes ternos aliū ab alio ſeri aptam eſſe vtriq; eandem fere culturam.

¶ Bipara. penul. cor. quæ bis peperit.

¶ Bipatens. pe. cor. quod ex vtraq; parte aperitur.

¶ Bipertior in duas partes diuido a quo bipertitū & aduerbium bipertito.

¶ Bipes. qđ habet duos pedes. A quo bipedalis: & Bipedanus a. um. Columel. Frumentis autē ſat erit ſi æque bona ſuberit bipedana humus. Bipedaneus a. um. Columel. lib. v. Cēſuiſſem fieri ſcrobes adiecto dodrante ſuper altitudinē bipedaneam.

¶ Bipēnis a pēna deriuat. Ideo fœmi. Virg. vero loco adiectiui vſus eſt lib. xi. Ferro ſonat alta bipēni Fraxinus. Proprie ſignificat qđ eſt duarū pēnarū. Ply. lib. xi. Nullis eorū pēnæ reuiuiſcūt auulſæ nullū cui aculeus in aluo bipēnæ eſt: q buſdā pēnarū tutelæ cruſta ſupuenit ī ſcarabeis quorū tenuior fragiliorq; pēna: his negatus aculeus. Per tranſlationē ſignificat quicquid vtrāq; partē acutam habet. Vnde & pro ſecuri ſæpenumero ponitur.

¶ Biremes. naues quę habent duorū remorū ordines: quas cōſtat Erythræos primos feciſſe. Triremes Amocles corinthius. Quadriremes carthaginenſes. Onerariam hippius tyrius inuenit.

¶ Birotum genus vehiculi duas rotas habentis.

¶ Biſſextus. quaſi bis ſextus quia duobus diebus continuo ſe exto dicimus calendas martias: duos videlicet dies pro vno cōputātes. Vnde qui eſt natus biſſexto Calendas nihil refert vt inquit Celſus vtrum priore an poſteriore die natus ſit: cum illud biduū pro vno tantum die habeatur. Eſt autē biſſextus per quattuor annos vnus dies adiect⁹. Creſcit em̄ p ſingulos annos quarta pars aſſis. At vbi quarto anno aſſem compleuerit biſſextum vnū facit. Nam Caius Cæſar ne quadrans deeſſet ſtatuit vt quarto quoq; anno ſacerdotes diem vnū intercalarent idq; biſſextum vocauerunt.

¶ Biſulcus qui vngulas nō ſolidas habet ſed ſciſſas. Item. Quicquid in duas acies ſciſſum eſt biſulcum dicitur. Ply. lib. x. Solidipedes & biſulci ſues omni cibatu & radicibus alūtur. & diſulcus porcus cum in ceruice ſetas diuidit.

¶ Biuiū qđ duas vias habet: ſicut triuiū quadriuiū

¶ Biuittas pe. p. Vidua q; duas vittas habuit: altera cōiugalē: cęlibē alterā. Var. Ad Biuittatē venio

¶ Bilbilis oppidū Hiſpaniæ: a quo Martia. poeta originē duxit ſic dictū a bibili propinquo fluuio.

¶ Biblo is. factum eſt a ſimilitudine ſoni qui fit in vaſe. Neuius. Biblit amphora.

¶ Biblia vxor Duilli Romani qui primus Romę nauali certamine triumphauit: tantæ pudicitię fuit vt illo quoq; ſæculo p exemplo fuerit quo impudicitia monſtrum erat non vitium.

¶ Bilis atra melancholia dicitur. Et eſt humor qui in folliculo fellis eſt: & pro ſui conditione hominē tranſmutat. Et hæc inſaniā facit. Plau. in Am. Delirat vxor atra bili percita eſt. Hæc ſanatur albo veratro quod dicit Helleborus. Eſt etiā bilis citrina vitellina rubēs & praſina. Eſt & bilis quā greci cholera dicunt. Neuius bilem mihi nuper excitauit. Quoniā autem animus quandoq; corporis inclinatione ſequitur ad mores tracundiāq; & indignationem tranſfertur. Ply. lib. xi. Hinc & in mores crimen bilis nomine adeo magnū eſt in hac parte vitus cum ſe fundit in animū & hominem.

¶ Bilioſus qui bile laborat. Cor. Aut liuidū aut biliоſum. Idem. Sputū etiā biliоſum aut purulentū.

¶ Bilutes veteres dixerūt beſtijs ſiſes q̄ ſi bęlutos.

¶ Biſaltæ populi ſcythici de quibus Virgil. lib. iij. Georg. Biſaltæ quo more ſolent acerq; gelonus. Cum fugit in rhodopen aut in deſerta getarum.

¶ Bion boryſtenites philoſoh⁹ fuit & ſophiſta callidus: qui philoſophiā vario oſonis flore veſtiuit. Fuere & alij biones nouē vt teſtat Laertius. Fertur hic dixiſſe ad eū qui fundos ſuos ingluuie voraverat: Terra amphiaraū abſorbuit: ſed terrā tu.

¶ Biſon tis. aīal deforme prolixitate iubarū & reli quo corpe ſ; ferū cerui figura media frōte inter aures vnū cornu hñs. Mar. Illi ceſſit atrox bubal⁹ at

¶ Biſtonis pe. cor. ciuitas & ſtagnū in (q; biſonthracia abderæ vrbi ppinquū: a quo thracia biſtonia dicta eſt. Vnde biſtonius a. um. & Biſtonicus a. um. qđ thracem ſignificat ſicut ab Ionia Ionius & Ionicus. Ouid. Feſſaq; biſtonia membra lauabis aqua. Similiter Biſton. Vnde thraces teſte Solino biſtones dicūtur. Idem. Tuta tamē bello biſtonis ora fuit. Sunt qui velint & ſtagnū & prouinciā a biſtone Rege nomen accepiſſe.

¶ Bithyas cū y græca gentē in thracia eſſe cōmorāt quorū auctor bithys fuit Martis & Setæ ſororis Rhœſi filius. Bitias vero ſine h & i latino fuit vnus ex carthaginenſium principibus.

¶ Bithia Pharaonis filia: quæ Moſen adoptauit.

¶ Bithynia regio minoris Aſiæ: aduerſa thracię &

proxima troadi: q̄ vt Solin⁹ ſcribit & Ser. Primū bebrycia: poſtea mygdonia: deinde a bithyno bithynia dicta fuit. Hęc etiā auctore Euſebio pontus eſt dicta. In bithynia libyſſa ē vbi Annibal ſepultus eſt. Sunt q̄ ſcribāt Thynos populos tranſiſſe ex Europa a quibus bithyni dicuntur & bithynia. Claud. Thyni thraces arant: q̄ nūc bythinia fertur Hinc Bithynus a.um.pe.pro. & bithynicus a.um. Iuue. Q̄z q̄ & Cappadoces faciant: equiteſq̄ bithyni. Mar. Iam te rem factā bithynice credis habere. Ex bithynia fuerunt viri in diſciplinis memorabiles Zenocrates philoſophus & Dionyſi⁹ dialecticus & hipparchus & theodoſius & filij eius mathematici: & Cleophanes orator ex Mirlea & Aſclepiades medicus pruſienſis & Dion.

¶ Bithyniū ciuitas in bithynia a quo bithyniatæ & bithynienſes populi dicti ſunt.

¶ Bitumen pe.pro. genus cretæ quod ſi quādo accenditur extingui nō poteſt & de natura ſulphuris eſt. Dicit̄ fieri ex fulmine. Vnde iuxta babyloniam quia frequentia cadunt fulmina hac re lacus abundat adeo vt inde fabricaſſe muros ſemyramis dicatur. Hoc & Aſphaltus dicitur.

¶ Bitumino as. bitumine linio. Ambr. lib. Hexa. Fac tibi arcam ex lignis quadratis nidos facies in arca & bituminabis eam intus & foris bitumine.

¶ Blatta. vermis q̄ aluearia lædit: a βλαπτω noceo. Col. lib. x. appellat lucifugas blattas. Mar. tamen poſuit p verme libros & veſtes rodente vt in hendecaſyllabo. Cōſtrictas niſi das mihi libellos admittā tineas: truceſq̄ blattas. Hor. in Ser. Vnde Octoginta annos natus: cui ſtragula veſtis. Blatarū ac tinearū epulæ putreſcat in arca. Blatta etiā ponitur p purpura. Sidonius in panegyrico. Pontus caſtoria blattā tyrus æra corinthus. Blattā recentiores ſcriptores vermiculū bombycem intelle xerunt cuius textu veſtes ſerice conficerētur. Vnde blattea veſtis & blatteū paludamentū apud Lāpri diū Capitolinūq̄ pro ſerica & p̄cioſa: vel vt Paul. Egi. pro purpura: q̄m iudicū cōchiliū vulgo blatta dicitur. Sic Caſſiodo. in epiſtolis p purpureo cepit. Chamæleon inquiēs modo praſina modo cyanea modo blattea varietate ſe cōmutat. Eutropi⁹ ſcribit. Neronē ſolitū piſcari ræte blatteis funibus annexo. Cum ab Oroſio dicatur purpureis: a quo colore blatta frumentū q̄d rubidum ſit ſementi ac cōmodatius in purpuram declinans.

¶ Blatteus a.um. accipit̄ pro purpureo. Caſſio. in epiſt. de Chamæleōte. Colores ſuos multifaria qualitate cōmutat: mō Veneta: mō blattea: mō praſina mō cyanea. Eutropius. Nero inuſitata luxuria fuit vt q̄ exēplo Caligulæ frigidis & calidis lauaret̄ vnguentis hamis aureis argēteiſq̄ piſcaretur: q̄ blatteis funibus extrahebātur. Quos Suet. & Oroſius interpretātur purpureos. Ille piſcatus inq̄t eſt rete aurato purpura coccoq̄ funibus nexis. Oroſius luxuriæ inq̄t tā effrenatæ fuit Nero vt retibus aureis piſcaretur: q̄ purpureis funibus extrahebātur.

¶ Blax: ſtolidus: mollis: delicatus: laſciuus: q̄ neſcit res diſcernere: & qui ſe inaniter iactat.

¶ Blapſigonia pe.cor. quaſi detrimentū ἀπο τοῦ βλαπτω noceo & γονος fœtus cū apes morbo ignauia aut infœcūditate naturali fœtū nō pagūt

¶ Blatio.is. & blatero as. veteres dicebāt p̄ incondite & inaniter loqui: vt ſunt qui extra propoſitū loquūtur: vel verba immoderata emittūt. Gel. lib. pri. Fauorinū ego audiui dicere versus iſtos Euripidis nō de his tantū factos accipi debere q̄ impia atq̄ illicita dicerēt ſed vel maxime de hominibus quoq̄ poſſe dici ſtulta & immodica blatterātibus: quorū lingua tā prodiga infreniſq̄ ſit vt fluat ſemper & æſtuet colluuione verborū tetcrrima. Et paulo poſt. Neq̄ min⁹ inſigniter veteres quoq̄ noſtri hoc genus hoſtes in verba proiectos locutulcios & blaterones & linguaces dixerūt. Plau. in Am. Qui malū intelligere quiſq̄ potis eſt: ita nugas blatis, Idē. Vbi tu es: q̄ blateratiſti iam vicinis omnibus me meæ filiæ daturū dotē. Sunt aūt factitia verba a Camelorū voce tracta: qui cū vocē edūt blatterare dicūtur. Quidam tamē a græco deducunt apud quos βλαξ dicit̄ qui ſe inaniter iactat & blatia iactatio. Quapropter c. litterā addentes blacteronē & blacterare exiſtimāt ſcribendū. Ouid. de Philopdux. Blatterat hinc aries & pia balat ouis. Hor. in Ser. ſine c & prima correpta. Audit cū magno blateras clamore furiſq̄.

¶ Blæſus q̄ in ſermone tardus eſt a blatero fit. Vel qui in pronūciatione aliquā excludit litterā. Sunt em̄ multi qui non poſſunt proferre quaſdā litteras. Quidā pro paralytico accipiūt. Vnde Iuue. pro tibubante poſuit. & blæſis atq̄ mero titubātibus.

¶ Blandiri eſt blāditias dicere: adulari: aſſentari: & ptinet ad oēs ſenſus: & nōnunq̄ ad aīm. Quintil. Blandiar pauliſper calamitatib⁹ meis. Huius cōpoſitum eſt Eblandior. Col. lib. ix. Sed ne hæc tamē aliena eſt agricolæ captātis vndiq̄ voluptates ac quirere quibus ſolicitudines ruris eblandiātur.

¶ Blandicia.æ. & blādiciæ.arū. adulatio populares blanditias. Plau. in bac. Vtſcus merus veſtra eſt blāditia.

¶ Blādicus pe.cor. qui blāditur: a quo blādiculus: & blādicellus dimi. Vnde blādicella verba legim⁹.

¶ Blandidicus. qui blande loquitur. Plaut. Nunc mihi blādidicus es: heri in tergo meo tris facile corios contriuiſti bubulos.

¶ Blaſphemo as. pe.pro. greçū eſt: & ſignificat ex ecro: maledico: & verbis calumniā infero: ac dignitati honoriq̄ alterius derogo. Blaſphemia male dicentia & græcum eſt βλασφημος.

¶ Bleni populi aphricani ſine capitib⁹ habētes in pectore vultum vt lib. pri. auctor eſt Pomponius.

¶ Blittus duplicato tt ſcribitur. Sudas βλιττος ειδος βοτανης. Herba ſatiua beta iners: ac ſine ſapore. Vnde blitteus a.um. q̄d eſt inutile ac nulli⁹ precij. Plau. Blittea meretrix a greco dicitur q̄d eſt blax ſtupidus. Dicitur & blittus p herba. Palla. liiij. Blitus ſeritur ſolo qualecunq̄ ſed culto.

¶ Boa & boua vtroq̄ modo dicit̄ ſerpētis genus: vel q̄ primo bubuli lactis ſucco alat̄: vel q̄ inſtar bouis turgeat: ſeu a voce bouis. Vaſtat aūt oēs regiones in quib⁹ habitat. In cui⁹ vtero tpe Claudij impatoris integer infans iuuentus eſt cū eſſet occiſa. Eſt etiā boua morbi genus cū corpa papularū multitudine rubēt ad ſimilitudinē eorū qui boa ſerpēte icti turgeſcūt. Vel a ſimo bubulo cui⁹ litu maxime tollit̄. Ply. Ebuli folia cōtrita & e veteri vino impoſita boam ſanant. i. rubentes papulas.

¶ Boalia. q̄ & bupetię dicūt̄ ludi boū grā inſtituti.

¶ Boo as. mugio: clamo: a βοαω. Vel a boū mugitibus. Plau. in Am. Tela frangunt: boat cœlum fremitu virum. Hinc Reboo as.

¶ Boariũ fo⁊ Romę dicebaſ q⁹ ibi boues vẽderẽt

¶ Bœbeis idis. ſiue bœbis lacus in theſſalia. Luc. lib. vij. Ire per oſſæã rapidus bœbeida. Val. Flac. Perderet & pingui miſeros in bœbide crines.

¶ Boemia regio myſiæ europæ vltra danubiũ ſita Cui⁹ metropolis eſt Praga inſignis ciuitas. Dicta boemia a Boemo principe: opulentiſſima eſt arboribus fœcunda: fluminibus irrigua. Hanc nõnulli germaniæ partem eſſe dixerunt.

¶ Bœotia nõ boetia vt Hermolaus vna cum Politiano ſentit: qui ſe vidiſſe Antonini itineris vetuſtum codicẽ aſſerit in quo ita ſcriptũ erat. Bœotiæ aulis in qua greci aduerſus troianos cõſpirauerũt. ſed & ratio exigit græca apud quos βοιωτια nec aliter. Eſt autẽ regio Europæ a boue quẽ Cadmus Agenoris filius thebarũ conditor ĩmolauit anteq̃ vrbem conderet. Ouid. Mœnia fac condas bœotiaq; illa vocato. Diod. tamẽ eam dicit appellatã a boeto quẽ Neptunus genuit ex Arne filia Aeoli. In ea Thebæ ciuitas quam Amphion muris ornauit & mons citheron.

¶ Boctus vt inquit Stra. Hiſpanię fluuius ex eiſdẽ naſcens locis ex quibus Anas & Tagus.

¶ Bogud oppidum in Aphrica & regis nomen in genere maſculino.

¶ Bdellium genus gummi odoratum: quod arbor in bactriana regione producit.

¶ Boiæ gen⁹ vinculorũ tã ligneorũ q̃ ferreorũ ſeu torquis dãnatorũ quod quaſi iugum in boue ſit.

¶ Bolis idis. dici poteſt iaculum παρατο βαλλω ad cuius ſimilitudinẽ faces quædam igneæ bolides vocãtur. Ply. lib. ij. Duo genera earũ lampades vocãt: plane faces alterum bolidas quale Mutinenſibus malum viſum eſt: diſtant q⁹ faces veſtigia longa faciunt priore ardente parte: bolis vero perpetua ardens longiorẽ trahit limitem.

¶ Bolus cuiuſq; rei fruſtum. Vnde bolum terræ gleba dicimus: bolum argenti maſſam argenteam. Bolos vero a græcis iactus eſſe dicitur.

¶ Boij populi fuerunt galliæ ciſalpinę inter padũ: & Trebiam ſiti.

¶ Boletus genus fungi.

¶ Bombus. ſonus tubarum raucus nec valde acutus. tractus ab ipſo ſonitu ſicut mugitus boũ. Perſius. Torua mimalloneis implerunt cornua bõbis Sic bõbeo apud græcos ſignificat ſono. Et bombus ſonus quem faciunt apes.

¶ Bombitatio. ſonus apum.

¶ Bombyx per y. vermis qui primo veruca eſt: & apud Indiã æthiopiã & ſeres in aranearũ morem tenuiſſima fila ducit ad veſtẽ faciendã. Primũ bõbylius deinde Næcydalus: demũ bombyx appellatus. De hoc Ariſt. & Ply. fere idem tradũt in ſex menſibus bõbyces telas araneorũ modo detexũt ad veſtem luxumq; fœminarũ quę bombycina appellantur. prima eas in filum retorquere rurſuſq; texere inuenit mulier Pãphile Platis filia. Ambr. de bombyce lib. Hex. Bombyx vermis indicus ex cuius textura bombycinũ conficitur. Fertur hic cor niger vermis cõuerti. Vide ſupra Bambilius. Rurſus bombix frutex bombacij eſt.

¶ Bombycin⁹ & bombycinũ. pe. cor. pro veſte ex ſerico cõfecta: ſeu pro pãniculo rubedine infecto & mulierum genas tingente. Iuue. Delicias & panniculus bombycinus vrit. Mar. Fœmineũ lucet ſic per bombycina. qui etiã bombyx dicitur. Proper. Nec ſi qua arrabio lucet bombyce puella.

¶ Bomolochus pe. cor. dictus eſt apud grecos qui facilis atq; idem humilis omnia lucri gratia perfert iocando cauillandoq;. Et apud nos ſcurra appellatur: qui vt ſumptuoſioribus cœnis interſit nullo ſe ſcurrulitatis genere continet. Sed propri⁹ puer: qui altari inſidiatur vt furetur cãdelas βωμοσ και λοχαω εγθερ βωμο λοχοσ.

¶ Bonaſus fera eſt: q̃ vt ſcribit Ar. in mõte meſapo qui pæonię ac medię limes eſt: inueniẽ: & a pæonibus monapon vocatur. At Solinus circa lydiã phrygiamq; haberi hoc animal tradit.

¶ Bonũ dicit qđ opponit malo. Et bonũ eſt quicquid eſt. Vñ vidit deus cũcta q̃ fecerat & erãt valde bona. Quãobrem apud logicos bonũ cũ ente conuerti dicit. Quod em̃ eſt id quoq; bonũ eſſe neceſſe eſt. Bonũ etiã dicitur quod honeſta pariter & vtilia cõplectit: vt bonũ animi: bonũ corpis: bonũ fortunæ. Vnde bona dicũtur rerũ ſubiecta q⁹ ſint vtilia. Paul. Iurecõ. Bona vocari affirmat q̃ deducto ære alieno ſuperſunt. De his Vlp. ſic ſcribit. Bonorum poſſeſſionẽ ita recte diffiniemus. Ius perſequẽdi retinendiq; patrimonij ſiue rei: quæ cuiuſq; cum moritur fuit. Bona autẽ vt plærũq; ſolemus dicere ita accipienda ſunt vniuerſitatis cuiuſq; ſucceſſionem: qua ſuccedit in ius mortui: ſuſcipiturq; rei⁹ rei cõmodũ & incõmodũ. Nam ſiue ſoluẽdo ſunt bona ſiue nõ: ſiue damnũ habẽt ſiue lucrũ: ſiue in coporibus ſunt: ſiue in actionibus: in hoc loco ꝓprie bona appellabũtur. Et bonũ dicit qđ exequit officium ſuũ. Hinc ſi virũ bonũ dicimus intelligimus probum. Si bonũ militẽ fortem. Si bonũ imperatorem prudentẽ. Si bonũ grãmaticum litteratum. Si bonũ oratorẽ facũdum. Si bonũ iudicẽ iuſtum Sic ecõtrario malũ generale nomen & turpia ſimul ac detrimẽtoſa complectens. Vnde malum virum dicimus flagitioſum: malũ militẽ imbellẽ: & ſic de reliquis. Aliquando bonũ ſumitur ꝓ bonitate. Nã cũ dicimus de æquo & bono nõ de ſummo iure ſed de bona æquitate loquimur. Aliquãdo ꝓ magno. Saluſt. Bona pars militũ inde diſceſſerat. Aliquando pro nõ vili: quia vt Dona. ait Boni non ſunt viles. Vnde & ſuperlatiuus gradus optimates facit. Nã bonus melior optimus. Teren. in Phor. Illam ciuem eſſe atticam bonã bonis prognatã. Aliquãdo pro vtili: vt bonũ eſt pecuniæ parcere. Itẽ pro ocio & quiete: ſicut malũ pro labore. Sene. Delicatus homo & bono ſemper aſſuetus. Item pro miti & fauente. Sta. Tu corda parũper Huc aduerte libens: atq; has bonus accipe voces. Itẽ ꝓ pulchro. Ter. Et forma fortaſſe bona. Aug. lib. xv. de ciui. dei. Cõſueto ſcripturæ eſt etiã ſpecioſos corpe bonos vocare. Vñ in Geñ. Videntes angeli dei filias hoĩm quia bonæ ſunt: ſumpſerũt ſibi vxores. Itẽ pro apto & idoneo. Vir. Et bona bello cornus. Itẽ pro docto. Hora. Quandoq; bonus dormitat Homerus. Præterea bonus dicit humanus beniuolus tranquillus: liberalis ſimplex apertus comis facilis ſuauis tractabilis indulgens & huiuſmodi.

¶ Bona dea quã veteres faunã ſiue fatuã ſiue ſentã dixere. Hanc Varro ſcripſit tantæ pudicitiæ fuiſſe vt nemo illam dum vixit pręter virũ mas viderit, nec nomẽ ei⁹ audierit propter qđ illi in operto mulieres ſacrificabant & bonã deam appellabant.

¶Boni consulat hoc est bene statuat in bonã partem(vt aiunt)accipiat.
¶Bona caduca:facultas:quę hæredem nõ habet: vel quæ non habet firmitatem. Et bona caduca dicuntur res damnatorũ.
¶Bona venia dicimus:quod est sine ira:sine discordia. Teren.in Phor. Adolescens primũ abs te bona venia peto.
¶Bonæ fidei possessor esse videt qui rem possidet nõ suã quã tamẽ suã esse putat:& eũ q vẽdidit ius vẽdendi habuisse puta ꝓcuratorẽ aut tutorẽ fuisse. Contra vero malę fidei possessorẽ esse dicimus qui nec rem suã possidet & eam scit suã non esse.
¶Bonitas capit pro virtute siue honestate atq; iustitia. Cic.lib.offi. Cumeñ fidẽ aliqui bonitatẽq; laudant. Huic cõtraria est a malo malitia. Sene. In hoc sũma bonitas in illo extrema malitia. Frequẽtius tamen bonitas pro benignitate & quadam in genij simplicitate ponitur. Ply. Bonitas ac simplicitas vxoris. Malitia econtrario pro versutia. Vnde malitiosum callidũ ac versutum dicimus. Cice. Virtutis contraria est vitiositas sic eñ malo q̃ malitiã appellare quã græci κακιαν appellant. Nam malitia certi cuiusdam vitij nomen est: vitiositas omniũ. Est & alia bonitas non ex industria sed ex natura prouenies. Cice. Quæ & bonitate naturæ multiꝫ assequũtur. i. excellentia & dote naturę. Huic similiter cõtraria malitia est. Ply. Quod modo cœli:modo terræ malitia facit.
¶Bootes otis. vel bootes otæ. vel bootus oti. a boue deductũ nomen:latine bubulcus cœleste sydus quod arctophylax vocatur: & more bubulci plaustrũ sequi videtur. Ouid. Arctophylax formã terga sequẽtis habet. Iuuena. Frigida circunagũt pigri sarraca bootæ. Habet quattuor stellas in dextra mãnu:quæ non occidunt.
¶Boo boas & boo bois. vtroq; modo dicit a boum mugitu dici videntur. Var. Exeunt citi strepũt bount. Hinc reboo.as.
¶Boreas ventus aquilo qui ab hyperboreis montibus flat. Vnde & frigidus. De hoc in dictiõe aquilo. Dictus boreas απο του βοαμ και ρεω. quoniã vt violenti flatus est ita etiam sonori.
¶Borysthenes penultima correpta fluuiꝰ scythiæ secundũ Istrũ omniũ maximis cuius aquę ad potandũ sunt suauissimæ & magnos pisces alunt nulla habentes ossa. Inde populi scythici boristhenidæ dicuntur. Proper. Gloria ad hibernos lata boristhenidas. Stephanus. Est etiã boristhenes oppidum. Martianus. Nec procul fluuius lacus oppidũ sub vno cuncta nomine. Borysthenes quoq; Insula eiusdem nominis esse fertur in ponto.
¶Bos generis cõmunis datiuũ & ablatiuũ plurales bobus per syncopam facit: & more veterũ bubus. Col. li. ii. Nihil dubiũ quin equis melius q̃ bubus res cõficiat. Hinc fiũt adiectiua bouinus.a.um Cuius diminu. est bouillus. Bucerus ra.rum.& Boarius. a.um. Vnde forũ boariũ vbi vendebãtur boues. Deduciturq; bos a græco quod est βους hoc autẽ απο του βοσκω quod est pasco: q; homines pascat laboribus suis. Inde latini iuuencos dixere q; non pascerent sed homines iuuarent.
¶Bouilia dicũtur loca in quibus boues morantur sicut ouilia in quibus oues. Columel. lib. ij. Domitis armentis duplicia bouilia sint hiberna atq; æsti-

ua. Eadem etiam bubilia dicuntur.
¶Bouillæ arũ. oppidulũ fuit in latio haud procul ab vrbe Roma via quę ariciam ducebat: vt inquit Asco. Nam ad bouillas interfectus est Clodius aricia rediens. Dictum bouillę quasi bouis hillæ q; eo vulnerata bos sua trahens intestina deuenerit.
¶Bouillus.a.um. idẽ est qđ bouinus: licet sit dimi. Ply. Bouillæ carnis iure facile curatur.
¶Bouinor aris. pe.pro. cõuitior: & quasi in aliquẽ mugio. Vnde bouinatores dicti sunt: quos nũc derisores dicimus: & bouinatio cõuicium. Lucil. Hic strigosus bouinator q; ore improbus duro.
¶Bostar locus vbi boues stare consueuerunt.
¶Bosporus pe.cor. a bouis meabili trãsitu dictus est ꝓpter angustias freti vt Ply. Solinusq; docent quasi bouis transitus. Duo sunt aũt bospori: alter iuxta byzantiũ qui thracius dicitur ostiũ põti per qđ in propontidẽ influit pontus. Hunc bosporum Vale. Flaccus scribit dictũ a traiectu Iouis in vaccam deformati. Sic eñ li. iiij. arganauticon. Alter in introitu męotidos paludis & per quẽ palus męotica in pontũ defluit. De quo Oui. Bosporus & tanais superat scythięq; paludes. Hic etiã Cimmeriꝰ bosporus dicit a cimmerijs populis q eiꝰ partẽ frigidissimã incolunt. Vnde q terras frigoribus occupatas habitãt cimerij appellãtur. de hoc tractat in dictione ꝓpontis. Inter bosporũ thracium & cimerium vt Martianus scribit: interpatent milia quingenta Bosporus thracius teste Pomponio: stadijs quinq; Europã ab Asia disterminat. In bosporo cimerio erat Bosporus ciuitas bosporopolis dicta βους και πορευομαι το ερχομαι.
¶Ascen. Tortellius Bosphorus scribit a Φορο.
¶Bosra nõ est altera ciuitas vt multi putãt: sed idumęa iuxta illud. Quis est iste qui venit de edon tinctus vestibus de bosra.
¶Botrys ys. dici potest racemus integer vuæ qui & botryon. Græci enim βοτρυας παρατο βωτο πατω ait Moscopolus & βοτρυογας vocãt Vsurpat idem vocabulum Hierony. pro racemis.
¶Botyllus diminutiuũ. paruus botrus.
¶Brabeuthæ a græcis dicũtur iudices spectaculorũ qui victoribꝰ in certamine exhibẽt pręmiũ & coronas. Qui vero p̃fectus est certaminis agonotheta dicitur. Græci auctore Philostrato ludis olympicis decem iudices præficere solebãt. Sue. de Nero. Nec aliter certamina gymnica græcia tota spectauerat. q̃ brabeutharũ more in stadio humi assidens Sudas. βραβευτης διοικητης κριτης οριζης και βραβευοντικως αμοιβη.
¶Braccæ a quibusdã accipiũtur vestes fluxæ intõ sęq; ac varij coloris quibꝰ vtebãtur frigidioris plagæ gẽtes vt inqt Diod. lib. vi. Et a quibꝰ braccata gallia vocata est: qm̃ galli vestes ferunt intonsas: & varij coloris. Braccis vsos fuisse Scythas docet Ouid. scribens. Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis. Et Pomp. Mella. Braccati sunt inqt totũ corpus sarmatę & nisi qua vidẽt etiã ora vestiti. Sue. in Cæsa. Idem in curia galli braccas deposuerunt latũ clauũ sumpserũt. Cor. Tacitus lib. xviij. sic ait. Ornatũ cecinnæ municipia & coloniæ in superbiã trahebãt q; versicolori sagulo braccas barbarũ tegmen indutus togatos alloqueretur. Hier. tamẽ ad Fabiolã de veste sacerdotali ꝓ fœminalibus accipit q̃bus pudibũda velãt sicuti vulgariter

appellari ſolēt: ſcribēſq; ipſarū braccarū formā & quos vſus in tegendo corpore braccæ pręſtent exponit his verbis. Diſcamus primum cōmunes ſacerdotum veſtes atq; pōtificū lineis fœminalibus quæ vſq; ad genua & poplites veniunt: verecūda celant: & ſuperior pars ſub vmbilico vehemēter aſtringit: vt ſi quando expediti mactāt victimas tauros & arietes trahūt: portantq; onera & quæ in officio miniſtranda ſunt etiam ſi lapſi fuerint. & femora reuelauerint nō pateat quod opertū ē. Inde & gradus altaris phibentur fieri ne inferior populus aſcēdētiū verecūda cōſpiciat: vocaſq; lingua hebręa hoc gñs veſtimēti machinaſſe greçe περι σκελη a nīs fœminalia vel fœmoralia brachę vſq; ad genua ptingētes: a chaldæis Saraballa. Sic Amb. libro. i. offic. Sacerdotes inquit veteri more bracchas accipiebant: ſicut ad moyſen dictū eſt a domino. Et facies illi braccas lineas vt regatur turpitudo pudoris a lumbis vſq; ad fœmora erūt. Vocant etiā alijs nominib⁹. Nā ſubligaria ſeu ſubligacula: campeſtria: ſuccintoria & Perizomata.

¶ Brachiū greçū eſt βραχιων βραχιωνος. Aliqñ brachiū totū mēbrū cū manu cōpręndit. Verg. li. v. Et euinctis attollit brachia palmis. Aliquando vocat ab humero ad cubitū: ideſt pars ſuperior quæ armus dicitur. Nam armos humeros cū brachijs. ſed non econtrario dicimus. A cubito vero vſq; ad vertebram manus: lacertus nūcupat. Ouidius li. i. me. Laudat digitoſq; manuſq; Brachiaq; & nudos media plus parte lacertos. Dicitur tamē brachiū de mari: de mōtib⁹ & de arborib⁹. In brachijs magna vis cōſiſtit. Vnde apud antiquos ornari brachia armillis cōſueuerūt acſi ipſa victoriā peperiſſent. Et in ſacris litteris brachium pro potētia vſurpatum eſt ac fortitudine.

¶ Brachialia brachiorū ornamēta & tegumēta: ſicuti Ventralia ventris. Frontalia frontis. Tibialia tibiarum: & alia huiuſmodi. Ply. li. xxviij. Lais & ſalpe canū rabioſorum morſus & tertianas quarta naſq; febres aiunt leniri menſtruo in lana arietis nigri argento brachiali incluſo.

¶ Brachioniſter eris. dici poteſt armilla.

¶ Brachiatus. ta. tum. quod eſt ad brachiorū modum factū: & ad vites p̄cipue pertinet. Collu. li. vi. Alii capitatas vineas: alij brachiatas magis probant quibus cordi eſt in brachia vitē cōponere.

¶ Brachylogia breuiloquium pe y chy.

¶ Brachycatalecton breuis terminatio verſus: cui deſunt in fine ſyllabæ. Nā in eo vt perfectus ſit deeſt integer pes. Et dī metrū brachycatalecticum

¶ Bracmanę gymnoſophiſtę & philoſophi apud Indos fuerūt. vt Hiero. lib. ij. con. Iouī. Quorum princeps Iarcas nominabatur eo tempore quo Apollonius thyaneus diſcēdi viſendiq; ſtudio ad illos ſe contulerat.

¶ Bractea & lamina inqt Laurētius Valla ſic differūt q̄ lamina craſſior eſt ex qua armamētatura cōficit: & qua incenſa olim homines torquebantur. Et poteſt eſſe ferrea ærea: & argentea electrea auri chalcea plumbea: aurea lignea cornea: ſiue ex alia materia. Ply. li. xvi. Vrorū cornibus barbari ſeptētrionales potant: & mox apud nos in laminas ſecta trāſlucēt. Bractea tenuis magis eſt: & ſua ſpōte plicabilis. quę crepitat: Vergili. lib. vi. Ilice ſic leni crepitabat bractea vento. Bracteis inaurari ſimulachra ſolebāt: ſed vnguibus pleruncq; auferebant. Mar. An magis aſtuti deraſa eſt cute miniſter bractea. Et ſeruus qui bracteā deraſerat apud Sueto. damnatus eſt. Hiero. tamen ad Fabiolam oſtēdit bracteam & laminam idem eſſe cū inquit Auri lamine ideſt bracteę mira tenuitate tōduntur εξ βραχειν. i. ex reſonando.

¶ Bracteola cū accentu in antepe. dim. ideſt folicula auri. alijve metalli.

¶ Bractearius q̄ bracteas facit. Cuius ars bractearia & bracteatum quod bracteis tegitur.

¶ Branchiæ dicuntur in piſcibus ſecundū ceruicē folliū more hiantes partes quibus anhelitū reddere ac per vices recipere exiſtimant. Ply. li. ix. Branchię nō ſunt balenis nec delphinis. Hęc duo genera fiſtulis ſpirant: quę ad pulmonem pertinent: balenis a fronte: delphinis a dorſo.

¶ Braſſica quaſi pręſeca a pręſecando pe. cor. Vulgo caulis dicit quaſi paſſica inqt Var. Vel a pręſecando quia ex eius ſcabo minutatim p̄ſecatur. Var. Ex ſemine braſſicæ vetere ſato naſci aiunt rapa & contra ex raporum braſſicam. Cato braſſicarum tria facit genera. Vnā extēſis foliis caule magno: alteram criſpo filio quam apianam vocat: & Selinada. Tertiam minutis caulibus.

¶ Brāchos morbi gñs cū catharro guttur & arteria corripit ob id & arteriū qñq; id vitiū appellāt.

¶ Brauiū pręmiū ſignificat: quod nomē quidā dicunt habere pen. prod. quoniā apud græcos per ei diph. ſcribatur βραβειον greçe.

¶ Breue dī quod opponitur longo. A quo breuiter & breui aduerbia. Ci. Apio. Faciendū mihi putaui vt tuis litteris breui reſponderem. Sciendū eſt breuē & breue maſc. & neu. genere latine dici in eo ſignificato quo vulgus vſurpat breuē apoſtolicū nominādo. Lamprid. Milites ſuos ſic vbiq; ſciuit vt in cubiculo haberet breues & numerū & tempora militantiū. Flauius Vopiſcus in Aureliano. Breue nominum conſcripſit.

¶ Brephotrophia latine paruulorū hoſpitalia: quibus infantes expoſititij alunt: βρεφοσ greço vocabulo infans nominatur τροφη educatio. De q̄ bus ī decretis. xxxiij. q. viij. βρεφοσ και τρεφο.

¶ Breuiariū cōpendiū ſūmariū. Ply. li. xviij. Verū vt pariter oñis culturę breuiariū peragatur.

¶ Briareus cœli & terrę filius. Briaros lati. fortis.

¶ Britānia per duplex nn Inſula: quę nūc Anglia dicit: & a Britone rege Britānia dicta cū prius Albion diceretur. ab albis mōtibus: qui ad eam nauigantibus primo apparent. Hæc ab ortu Germanico oceano ab occaſu Hibernico alluit ab omni cōtinente diuiſa: vt Ptole. li. ij. refert. Porrigit in longum octingentis millibus paſſuū. In ea Gargates lapis qui ardet in aqua & oleo reſtringitur. Ibi Lōdinum oppidum nunc londra copia negociatorū celebre. Inter Septentrionem & occidentē vt celebres geographi tradunt duę ſitę ſunt inſulę: Britānia & Hybernia paulo minor Britania: vltra quas ſunt quadraginta inſulę. Orcades appellatę modicis ſpatijs inter ſe diſtinctę. Apud Britannos longiſſimus dies. xvij. horarū deprenditur. & æſtate lucidę ſunt noctes: auctore Plynio.

¶ Britannus: Britannicus: & Brito eiuſdem ſignificationis ſunt. Vergilius. Et penitus toto diuiſos orbe Britānos. Iuuenal. Quantum delphinis baſe

na britãnica maior. Idem. Qua nec terribiles cimbri Britones vnq̃.

¶ Britẽneũ: deambulatoriũ marmorarium.

¶ Bryſſo ãs. foras exprimo. Vnde bryſſeus dictus eſt bacchus. Et briſſam vuam tunc dicimus cũ pedibus ad exprimendũ vinum calcatur.

¶ Bryſſea vrbs Aonię a qua bacchus bryſeus cognominatus eſt: q̃ ibi coleretur. Quidam tamen bacchũ bryſeũ dici putãt ab antiquo verbo βρυω quod eſt ſcaturio. quoniam ex aluearibus mella: vel ex vuis muſta exprimere primus docuit. Alij byrſeũ potius q̃ bryſeũ volunt cognominatum a byrſa pelle: quam in bello induebat. Nam apud Diodor. libr. v. Bacchum in prœliſs pardalorum pellibus vſum cõſtat. Byrſa autem corium ac tergus ſignificat.

¶ Btomius bacchi cognomẽ ατι βρομοσ εστι βρουτη του πυροσ ηι ερευθη cõſumo. Nam vino moderate ſumpto humores repelluntur: Vel dicitur a bronte tonitru: eo q̃ natus ſit cum tonitru eius genitrice peremptа.

¶ Bronci (vt inquit Nonius) dicuntur qui producto ore & dẽtibus prominentibus ſunt. Lucil. in ſatyra. Broncus nonne lanius dente eminulo. Hic eſt Rhinoceros. Var. de re ruſ. z. de canibus non brũcos: ſed brochos vocat. Duobus (inquit) dẽtibus dextra & ſiniſtra paulo eminus ſuperioribus directis potius q̃ brochis Hinc brochitas Plyn. li. xi. Senectus in equis & cæteris veterinis intelligitur dẽtium brochitate ſuperciliorum canitie.

¶ Broncocœla: tumor magnus & rotundus in cervice inter cutẽ: & aſperã arteriam: qua modo caro hebes: modo humor aliquis includitur: interdum etiam minutis oſſibus pili immixti.

¶ Brucus a βρουχοσ græce: quoniã βρωσχω cõedo: rodo: genus vermis volucris diuerſum a locuſtarum genere: ſed nõ diſſimile herbas erodens ſine alis tamen.

¶ Bruma dicit q̃ diu diminuit dies quę finit octauo Calendas Ianuar. quo fit in capricorno hyemale ſolſtitiũ: & ponit quandoq; pro menſe decẽbri: quandoq; pro hyeme. Ver. li. z. Ge. Frigida ſub terra tumidũ quem bruma tegebat.

¶ Brunduſiũ ciuitas quæ a Ply. ponit in tertia Italiæ regione a græcis cognita portu nobilis ex quo tranſitus eſt in græciam ſic dicta q̃ meſapiorũ lingua brũduſium cerui caput dicat. Sic. n. eſt ciuitas cum portu capiti ceruino perſimilis cum cornua: & caput & linguã habere videat. Græci βρεντεσιον vocãt. Ex hac Pacuuius poeta ortũ habuit.

¶ Bruta dicuntur ſine ſenſu ſtolida & tarda. Brutũ aũt a terra deductum eſt cui epitethon bruta: quaſi obruta. Horatius libro carminũ. Quo bruta tellus & vaga flumina.

¶ Brutij Italiæ populi vltimi Sicilię verſus lucanis vicini dicti quaſi bruti: & obſcœni ſint. Fuerũt autem brutij ſerui & paſtores lucanorũ qui inde aufugere & furtim in regione conſederunt vbi cõſentia eſt: quę fuit eorum metropolis. Quam regionẽ prius Auſones habitauerunt. Hi multo poſt tempore & ab Annibale & a Romanis propter eorum perfidiam pene deleti fuere ſine dignitate ſine honore ad ſeruilia opera ſemper coacti. Hęc regio vt auctor eſt Stra. li. vi. Oenotria quondã dicta fuit. Supra Coſentiã eſt pandoſia: vbi molooſſorũ Rex

Alexander trucidatus eſt. Eſt et Rhegyum ciuitas olim potentiſſima.

¶ Bua puerorũ infantiũ potio ẽ: Cato. Cũ cibũ ac potionem papas & buas vocent & matrem mãmã & patrem tatam.

¶ Bubalus pe. cor. generis cõmunis ſicut Chamelus. Vnde fœta chamelus & fœta bubalus dicitur. Animal eſt ſimile boui: vel ſylueſtris bos colore niger: quod eſt magna velocitate & magnitudine exhercinia ſylua mittitur. vt inquit Plyni. lib. xiij. Hinc bubalinus a. um.

¶ Bubulus a. um. pe. cor. a boue fit idẽ eſt quod bouinus. Vnde lac bubulũ: ex quo nomen eſt butyro. Imperiti bubulum inclinari putant a bubalo. Ply. Stomachum exulceratũ lactis aſinini & bubuli potus reficit. Col. li. vij. Defricare bubula vrina conuenit. Idem ſignificat bouillus.

¶ Bubile pe. pro. locus vbi boues morant. Plaut. in Perſa. Metuo vt poſſim in bubile reiicere ne vagent. Col. lib. z. Lata bubilia eſſe oportebit pedes decem: vel minime nouem. Hoc idẽ dicit bouile.

¶ Bubſequa pe. cor. bubulc⁹: q̃ oues ſequit. Sido. Ad Eutropiũ Si relinquare inter bubſequas ruſti canos ſubulcoſq; truncãtes tunc eſt tibi ſumma vo forum beatitudo.

¶ Bubulcus. qui bobus arat: ſiue qui boues fundi aratortos paſcit. Hinc.

¶ Bubulcito as. pe. co. bubulci officiũ facio. Plaut. Decet me amare & te bubulcitare. Aliq̃n bubulcus adiectiuũ eſt a boue ſicut bouillus. Ply. Bouillę carnis iure facile curatur. Idẽ. Stomachũ exulceratũ lactis aſinini & bubulci potus reficit.

¶ Bubetię ludi: quos veteres a bobus pecoreq; appellarunt: qui & boalia boum gratia inſtituti.

¶ Bubecij qui ludos celebrabant.

¶ Bubaſtis ciuitas ęgyptij; vbi cõuentus quotannis agebat in honorẽ dianę. Hinc bubaſtites præfectuta. Aegyptus em̃ diuidebat in præfecturas oppidorũ: quas nomos vocant. Bubaſtis etiã dea quę colitur in ægypto: quæ (vt ait Herodot⁹) apd̃ græcos Diana eſt.

¶ Bubona boũ dea: ſicut pomona pomorum: & Mellona mellis dea eſt.

¶ Bubo onis. generis maſculini & fœ. ſecundum Priſ. a bouis quoq; mugitu auis ferals debilis ad volandũ in cauernis cõmorans. Oui. li. viij. meta. Ignauus bubo dirum mortalib⁹ omen. Ver. li. iiij. Solaq; culmib⁹ ferali carmine bubo. Bubones etiã abſceſſ⁹ ſunt circa inguen maxie: a quo & nomẽ vitio: nã & inguina ipſa græci bubones vocãt: vulgo quoq; noſtri collectiões & inflãmationes eius partis. Inguinarias appellant.

¶ Bubino as. pen. pro. mẽſtruo mulierũ ſanguine inquinor. Cui⁹ cõpoſitũ eſt imbubino. Lucil. Hęc inquit imbubinat: at cõtra te imbulbitat. Nam imbulbitare eſt pueri ſtercore fœdare. Tractũ a fimo: quod βιλβητοσ græci vocant.

¶ Bucca eſt os. i ipſa cõcauitas interior intra malas faciei a mẽto ad oculos quæ ſpiritu a pulmone reuocato & oppreſſis labijs retento inflatur non ora labiorũ. Hora. lib. i. Ser. Quid cauſę merito quibuſdam Iuppiter ambas Irat⁹ buccas inflet? Plau. in tru. p maxillis exterioribus poſuit. Quæ iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habes. Ideſt vtrũq; latus oris. Et ſonus ille qui ex inflatione buccarum

erumpitur factitio nomine ſclopus dicitur. Perſi. Nec ſclopo tumidas intendis rũpere buccas. Hie. ad Paulinũ. Vnde accidit vt omiſſa cõpoſitione verborũ & ſctibentiũ ſollicitudine dictẽ qcquid in buccã venerit. Quandoq; tamen bucca accipit pro ipo ore. Vnde illud prouerbialiter dictũ. Quic qd in buccã venit. Et bucca tuba dicitur. Iuue. Et phrygia veſtitur bucca tiara. Hinc buccina.

¶ Buccina pe. cor. dimi. a bucca p tuba ſiue p cornu. Hieron. ad Darda. Bucca vocat tuba apud hebreos: deinde per diminutionẽ buccina dr. Secundum aliquos paſtoralis & cornu recuruo efficitur. Col. li. vij. Ad quẽ ſaturę pabulo libenter recurrũt cũ paſtorali ſigno quaſi receptui canitur. Nam id quoq; ſemper crepuſculo fieri debet ad ſonũ buccinę pecus ſi quod in ſyluis ſubſtiterit ſepta repetere cõſueſcat. Apud Varronẽ videtur eſſe inſtrumentum quod inflari poſſit apud quod inquit Orphea vocari iuſſit: qui cũ eo veniſſet ſtola & citharacantare eſſet iuſſus buccinam inflauit vbi tantũ circũfluxerit mox ceruorum aprorũ & cæteratum quadrupedũ multitudo: vt non minus formoſum mihi ſit viſum ſpectaculũ q̃ in circo maximo ędilium ſine aphricanis beſtiis cũ fiũt venatiões: Tuba ex ære vel argẽto quę in bellis & ſolẽnitatibus cõcrepat. Var. de ſuibus loquens. Subulcus debet cõſuefacere omnia vt faciant ad buccinam.

¶ Buccino as. buccina cano: vt Buccinate in neomenia tuba. Vñ buccinator a vocis ſimilitudine t & icãtu: & pro laudatore tranſferri ſolet. Ci. Tiron. Quare q; polliceris te buccinatorem fore.

¶ Buccinũ ſonus buccinę: quod & hic buccinus dicit. Ply. li. ix. Non tamẽ vſq; pelagi libras quinq; genos nũmos excedere & buccini centenos ſciant qui iſta mercantur in ſolo.

¶ Buccina nomẽ oppidi in Sicilia vt meminit Dionyſius: quo nomine etiã dicta eſt inſula Pontiani pontificis exilio & morte clari.

¶ Buccea & bucca fit pro ore & ſignificat fruſtulũ alicuius rei eſui aptę: quantũ. ſ. bucca cõmode capit. Vulgo bolus dicit. Aug. Cæſar ad Tiberium. Ne Iudęus quidẽ mi tiberi tam diligenter ſabbatis id ieiunũ ſeruat: q̃ ego hodie ſeruaui qui in balneo demum poſt horã primã noctis duas bucceas mã ducaui priuſq̃ vngi inciperẽ. Mat. buccas dixit p bucceas vel buccellas.

¶ Buccella dimi. a buccea. Hier. in prouer. Melior eſt buccella ſicca cum gaudio: q̃ domus plena victimis cum iurgio.

¶ Buccellatũ panis caſtrẽſis & frumẽtacei genus: de quo ſpartia. ſcripſit. Poſcẽniũ Imperatorẽ prohibuiſſe piſtores exercitũ ſequi: ac iuſſiſſe milites omnes buccellato in locis pacatis accepto eſſe cõtentos. Ammianus ſic ſcribit. Viginti dierum frumentũ ex eo qđ erat in ſedibus conſumendum ad vſus diuturnitatẽ excoctũ buccellatũ vt vulgo appellant humeris impoſuit libentiũ militum.

¶ Buccones: qui tumidioribus ſunt buccis. Plau. in Bac. Stulti ſtolidi futuri fũgi bardi blemui. buccones: ſolus ego omnes anteo ſtultitia.

¶ Bucculentus qui magnam habet buccam. Plau. in Merca. Ego dicam tibi canum varum ventroſum bucculentum.

¶ Bucea per ſimplax c folliculus grani fabę interior qui albus eſt.

¶ Bucerus a. um. pe. cor. a boue. Vñ bucerũ pecus quod de bobus dicitur. Et bucerię boum armenta παρα το βους και κερας: quaſi armenta: vel boues cornuti. Ouid. met. Armẽtaq; bucera pauit.

¶ Bucẽtes tabanus a pungendis bobus κεντειν pungere ſignificat. Bucentrũ ſtimulus. Greci βουκεντρον dicunt.

¶ Bucephalus pe. cor. quaſi bouis caput. Quo nomine dictus eſt equus Alexãdri ab aſpectu toruo: ſeu ab inſigni taurini capitis armo ipreſſi. Ex cui⁹ nomine vrbem bucephalon Indiæ ſepulchro circundedit. Eſt & portus qui ab aliis bucephala: ab aliis bucephalas: ab aliis bucephalon.

¶ Bucula per duplex cc dimi. a bucca: q̃ oris pars eſt. i. puſilla bucca. Apu. li. vi. de aſi. Tũc Iuppiter perpreſſa cupidinis buccula: manuq; ad os ſuum relata cõſauiauit. Vñ & qñq; ponit pro parte caſſidis per quã mittit ſpiritus quę buccam tegit. Nam caſſis caput: buccula vero barbatas partes armat vel in qua defigunt criſtæ in ſummo galeę conoq; buccę paruę habeat ſimilitudinẽ. Iuue. Lorica & fracta de caſſide buccula pendens. Vñ in cõm. Cæſaris legit. Buccarũ tegmen.

¶ Bucula per ſimplex c dimi. eſt a boue. Ply. Eidẽ morbo buculę iecur cõtritũ prodeſt. Ver. li. i. Geo. Aut bucula cœlum ſuſpiciens patulis captauit naribus auras.

¶ Buculus bos iuuẽculus. Col. li. vij. Cum deinde buculos comprenderis perducito ad ſtabulum & ad ſtipites religato.

¶ Bucardia lapillus bubulo cordi ſimilis in babylone tantum naſcens.

¶ Bucentautus cõpoſita dictio a bu: quod magnũ quiddã ſignat: & cẽtaurus. i. magna nauis centauro inſignita. Veteres em̃ ſolebãt magnis rebus bu ſyllabã pręponere a magnitudine. ſ. bouis.

¶ Bucolica oꝝ. a cuſtodia boũ dicta ſunt. i. απο των βουκολων. qui dicunt armẽtarii q; precipua ſint animalia apud ruſticos boues.

¶ Bugloſſa ſiue bugloſſus: ſatiua & ſylueſtris eſt. Satiua quã boraginẽ vocãt: latini ab aſpitate linguam bouis nominant: q; folia aſpera ad modum linguę bouis habeat. optimę virtutis. Ferũt hanc herbam in vinũ dejectã animi voluptates augere & ob id Euphraſinũ vocari: quaſi ſit herba lætificans. Eſt & hoc nomine piſcis qui alio nomine putatur ſolea dici. Aꝝ. Cartilaginea ſunt bos paſtinaca torpedo: ſq̃tina: rana: bugloſſa: piſtta: Pſeuſippus. Germana in qt genera ſunt piſtta: Bugloſſus: tenia: dorion.

¶ Bufo rana terreſtris nimię magnitudinis. Verg. Iuuentuſq; cauis bufo.

¶ Bupodes pe. cor. magnos pedes. Bupodas magnos pueros dicunt.

¶ Bulbito as. puerili ſtercore fœdo. Vide in dictione bubino.

¶ Bugones a grecis dictę ſunt apes: quoniã ex boue putrefacto naſci phibeant. auc. Var. de re ruſti.

¶ Bulbus Diaſcorides βουλβος ρωμαιοι αλλιον μαργεστεμοι δε αλλιουμ μαρινουμ φυλλα εχει καυλον ομοια κρινω.

Genus cępe nõ abſimile aſcalonię venerem impendio excitat. Mar. Cũ ſit anus cõiunx: cum ſint tibi mortua mẽbra: Nil aliud bulbis q̃ ſatur eſſe potes. Col. li. xi. Quęq; viros acuũt: armãtq; puellas: Iã

megaris veniant genitalia semina bulbi. Generaliter vero apud idoneos auctores bulbi sunt radices rotundę tunicatę quales sunt Croci narcissi colocasię squillę: & harundinũ. Palladi. Nũc & lilios bulbos ponemus: vel lilia ante habita sariemus summa diligentia ne oculos circa radices nascentes & minores bulbos sauciemus qui a matre subtracti atq; in alios digesti ordines noua lilieta formabũt. Item violarum plantę & croci bulbi seren di sunt. Varro & apicius ita scribunt. Aqua decoquant bulbos: q̃ veneris vsum quærũt. Bulbi aũt megarici quos Cato celebrat dicti sunt q̃ megaris ciuitate grecię venirent. Sed bulborũ nobilissima est scilla. Col. li. v. Bulbus tripedaneis interuacantibus spatijs obrut⁹ ãno celeri⁹ maturã pticã p̃bet

¶ Bulla aurea insigne erat triũphantiũ quã in triũpho præ se gerebant inclusis intra eam remediis: quę crederẽt aduersus inuidiam valẽtissima. Hinc deductus mos vt prætexta: quæ magistratuũ erat & bulla in vsum puerorũ nobiliũ vsurparẽt ad omẽ & vota cõciliãdę virtutis ci similis cui primis in annis munera ista cesserũt. Erat hęc bulla rotunda vt Macro. ingt in cordis figurã formata: quã ante pectus annectebant a collo: vt bullã inspicientes ita demũ se hoies esse cogitarẽt: si corde præstarent Romani deposita adolescentia eam exuebant. Libertinorũ vero filij lorũ in collo p̃ bullę decore gestabant. Asco. Bulla suspẽdit in collo infantibus in genuis solet aurea: libertinis scortea quasi cõmuniẽs pectus puerile. A cuius rei specie plutarcho auctore in pble. dicta ẽ bulla tumor q̃dam excrescẽs tam in aqua cũ bullit: q̃ in vrina cũ spumã facit: & repẽte euanescit. Cornutus. Ebulire p̃prie dicitur expirare: metaphora sumpta a bullis: quæ in aqua fiũt: & cadẽtibus guttis rũpunt̃. Ex quo etiã p̃uerbio aliter apud Var. dr̃ hõ bulla ẽ: qa. s. similis bullę vita hois sit fluxa & momento caduca. Plaut. in Asi. Accepit bullã p̃ capite clauorũ Iussisti in splẽdorẽ dari bullas has foribus nr̃is? Nã clauorũ capita more bullę quasi turgẽtia formata sunt & splẽdent ad fores decorandas. Sic Ci. tradit Verrẽ bullas aureas ex valuis tẽpli magnificẽtissimis abstulisse. Bullę etiã dicunt̃ ornamẽta q̃bus cingula decorantur. Calphur. in Buc. Alternat vitreas latera lis cingula bullas.

¶ Bullula dim. pua bulla. Cel. li. z. de vrina. Aut si quasdã inquit maculas repræsentat: vt si bullulas excitat.

¶ Bullo as. bullas facere significat: hoc ẽ tumorẽ illũ excrescẽtẽ: q̃ spiritu in aqua vel vrina excitat̃. Cato de re. ru. Vinũ greceũ sic facito. Mustiq̃. xx. in ahenũ aut plũbũ infũdito ignẽ subdito vbi bullabit vinũ ignẽ subducito. Ply. li. xviij. Itẽ maris ipius trãquilli⁹ sonit⁹ spumę aut aq̃ bullãtes. Idẽ. Magna signa sunt vrinę bullantis & crassę.

¶ Bullatus a. um. bulla insignitus vestis bullata in qua erat bulla. Et bullatus tumidus excrescẽs. Per sius. Non equidẽ hoc studeo bullatis vt mihi nugis Pagina turgescat.

¶ Bulgę auctore Põpeio sacculi scortei sunt ad ferẽda numismata siue cętera ad iter necessaria: quas alij Vulgas appellant. Sene. ab equis quib⁹ portantur hippoperas vocat. Cuius hęc sunt verba ex li. epistolarũ ad Lucil. xiij. M. Cato censorius: quẽ tã necessarijũ reip. fuit nasci q̃ Scipionẽ. Alter enim

cũ hostibus nostris bellũ: alter cũ moribus gessit canterio vehebatur hippoperis quidẽ impositis: vt secum vtilia portaret.

¶ Bullio is. iui. itũ. significat ferue scere & bullã facere. Cuius cõpositũ est ebullio: quod est valde seu extra bullire: extra fundere sicut aqua in aheno calefacta ebulliens nõ se ipsa capit: sed intumescit: & funditur. Ci. li. iij. tus. Qui se virtutes ebulire volẽt & sapiẽtias nihil aliud dicẽt. Vñ etiã accusatiuũ habet. Hiero. in Exo. Ebulliet fluuius ranas. Et ebullire ẽ expirare. Cornut⁹ Metaphora sumpta a bullis quę in aqua fiunt & candentibus guttis rũpuntur: & spiritũ quo cõtinentur amittunt: propterea ebullit expirat. Nam cũ ebullit aqua igne subiecto alti⁹ quidam vapor emittit̃. Hiero. li. ij. Mach. pro scaturire posuit. Ipse ebullire fecit de perfide eos qui pugnauerant contra nos.

¶ Bulis nomen ciuitatis a bulone cõditore sic dicta a qua buli & bulienses. Ci. in Pisonẽ. Partheni] & bulienses illusi.

¶ Bulimon greci magnã famẽ dicũt. Bupęda magnum puerum.

¶ Bupho genus herbę: quę a bobus deuorata anginam procreat: eosq̃ necat. Greçe quippe βους bos dicitur φονος mors. Hanc herbã quidã Chameleonem vocant. Alij Cinozoror q̃ fœtore eius ricini e canum auribus decidant κυων enim canis οζειν fœtere.

¶ Bumastos magna mamma. Quo noie dictũ est genus quoddã vuę grossioris q̃ tumeat ad similitudinẽ mãmarũ bouis βους bouis μαστος mãma q̃ etiã bumãma dicitur: siue quia veteres greci rebus magnis bu pręposuere.

¶ Bupręstis vt ingt Ply. aial est Scarabeo lõgipedi simile venenatũ ẽ. Rarũ in Italia fallit inter herbas bouẽ maxime. Vnde & nomẽ inuenit. Apud Iurisconsultũ titulo ad legẽ Cornelią scribitur. *Si cui temere pigmẽtarij dederint pytiocampas aut bupræstis quæ ambo venenata sunt teneri pœna legis cornelię de sicarijs & veneficis.* est & bupstis herbę genus quã in laudibus ciborũ habuere.

¶ Bura siue buris pars aratri posterior decuruata: q̃ fit in similitudinẽ caudę bouis quasi bouis ura: quę bouis caudã significat q̃ manu bubulci tenet̃. Var. li. i. de re ru. Et sępe fracta bura relinquũt vomeres in aruo. Ver. li. i. Geor. Cõtinua in syluis magna vt flexa domatur: In burim.

¶ Buris vrbs mediterraneę achaię. de q̃ Ouí. lib. xv. met. *Si q̃ras helicen. & burin achaidas vrbes.*

¶ Burrhũ quod nunc dicimus ruffum: pari mõ rubens cibo ac potatiõe burrhus dicit̃ quod a gręcis πυρρον scribit̃. Hinc burrhę dicunt̃ vestes ruffas *Sunt tamen qui byrrhum scribant.*

¶ Burrhanica genus potionis. Lac sapa mistum a ruffo colore nomen dictum.

¶ Burrhanicũ: genus vestis.

¶ Burdo dicit̃: qui ex equo & asino natus est.

¶ Burgundia Gallię prouincia celticę ducatus titulo insignis cũ antea sub regibus fuerit a qua burgundij & burgundiones.

¶ Burcana insula. vt li. iiij. docet Plyn. *in oceano germanico*: quę nunc faqaria a frugis similitudine ponte proueniens: sic appellata.

¶ Busiris pe. pro. Neptuni & libyes filius: & deus ilni appellatus. Oui. li. Hero. *Si te vidisset cultu bu*

ſiris in iſto. Sta. tñ corripuit li. xij. the. Nõ trucibus mõſtris buſirim infandũq; dediſti. Huius gtũs eſt buſiris vel buſiridis. Ver. Aut illaudati nescit buſiridis aras. Hic rex fuit ęgyti q cũ ſuſceptos hoſpites ímolaret ab hercule interẽptus eſt cũ & eũ occidere voluiſſet. Eſt & buſiris nomẽ vrbis in ęgypto a buſiride cõdita: in qua fuit tẽplũ magnũ Iſidis quę quidẽ vrbs ab ægyptijs ſolis vrbs a grecis vero thebę dicitur. Hinc buſirica prefectura.

¶ Buſicon ficũ mariſcã dicũt quę magna erat.

¶ Buſtũ ſi Seruio credit vocat qñ exuſtũ iã cadauer eſt. Q d & Ver. ſenſiſſe videt cũ ingt Semuſta q; ſeruãt buſta. Liu. quoq; li. v. ſcribit locũ fuiſſe uxra ęquimeliũ noie bũſta gallica quoniam illic aceruatos cumulos ſuorũ defunctorũ ex peſtilentia vſſerant galli. Ci. vero li. z. de legibus putat buſtũ appellari tumbã aut monumẽtũ. Pœnaq; fuit Solonis lege cõſtituta ſiqs buſtũ aut violaſſet aut deieciſſet. Sue. in Cęſ. poſuit pro ſepulchro. Iudæi qui etiã noctibus cõtinuis buſtũ frequentarũt.

¶ Buſtuarij gladiatores dicti ſunt q añ ſepulchra in honorẽ defuncti digladiabant. Ci. in Piſonẽ. Si mihi cũ illo buſtuario gladiatore & tecũ & cũ collega tuo decertandum fuiſſet.

¶ Buteo ex accipitrũ gñe auis ẽ quã greci a numero teſtiũ triorchẽ vocãt ορχισ apd eos teſticul⁹ dr.

¶ Buttubata veteres vſurpauerũt pro eo quod nugatorium eſt & nullius valoris.

¶ Buthyſiã magnũ ſacrificiũ appellauere qualis ẽ hecatombe & ímolatio magnaꝝ hoſtiarũ. Sueto. in Nero. Gymnica inter buthyſię apparatũ barbã primã poſuit. Greci eñ thyſiã dicũt ſacrificiũ & p ponentes bu ſignificãt magnũ ſacrificiũ. Et Plut. Buthytas appellat ſacerdotes.

¶ Butyrum pe. cor. bouis caſeus. βουσ eñ bouis τυροσ caſeus: qa vt plurimũ ſicut ingt Plyn. lib. xxviij. fit ex bubulo lacte. Q q aũt ſit lactis natura tñ iam pinguior & craſſior & ſolidior materia eſt quod aut frequẽti agitatiõe: aut cõcuſſione aſſidua cohibet in ſe atq; ſolidatur.

¶ Buxus vel buſſus arbor exigua ſemp virens & tonſilis. Producit ex ſe viſcuꝝ & ſemen ſeu granũ quod cartegõ dicũt. Buxũ vel buſſum materia ipa i. lignũ. Nã in plęriſq; noibus arbores ſunt fœmigñis. fructus vero & ligna neu. Verg. Dant arbuta ſyluę cruẽtaq; myrta & cęrea pruna volubile buxũ Ex buxo fiũt tibię multiforatiles: & pectines ad cã pillos explicandos: & pyxides ad vſus plurimos. Grece πυξοσ: qd π plerũq; in b cõuertit. Vñ buxolũ grece pyxis idis. Hic buxeus a. um. quod ex buxo eſt. Buxeta loca buxis cõſita. buxolus.

¶ Byzari & budici vulgo putant imaginoſi & q a cõſuetudine cęterorum viuẽdi receſſerũt. Hi apud gręcos byzeres & buzeres dicunt.

¶ Byzeres & buzeres pe. p. ppri ſunt. Val. Fla. Buzeteſq; vagi. Põp. & Plyn. Buzeros appellat. Ab his portus qdã in põto appellabat byzaricus.

¶ Byrſa: corĩũ ac tergus. Ver. Mercatiq; ſolũ facti de nomine byrſam Taurino q̃tũ poſſet circundare tergo. Quo noie etiã dicta eſt arx in media carthagine. A byrſa corio fit byrſeus pro coriario.

¶ Byſſus: gñs lini ſubtiliſſimi. Itẽ lana cõchę adhęrens colore luteo ac perlucido. Ex hoc fiũt precioſiſſimę veſtes byſſinę appellatę. Et byſſinũ ẽius nõi. color appellat: qui aliqñ dicit byſſus hoc ſit ſi coco tinctũ tyrio tingatur

¶ Byzantiũ vrbs thracię quondã a pauſania ſpartano rege cõdita: a qua byzantę populi dñt. Poſt ea a cõſtantino in maius aucta glorioſiſſimi imperij ſedes eſt totius caput orĩẽtis. Eſt alia ciuitas in aphrica: quã quidam byzantiũ appellãt: & populi byzantas. Martianus. Qui byzantiũ incolunt in aphrica meſſes: centeſimo incremẽto fœnerantur. Stra. byzaciũ per c vñ byzacenus ager apud Solinum. Ptole. quoq; regionẽ byzacitin. Stephan⁹ byſſacitas & byſſacenos. Suda s τω βυζαντιω επι σεβηρου του βασιλεωσ ρωμαιων τετει ψισο τεοναιω τειχει ωεωοιημενω μυλιτη λιθω και τα λοι ωα.



LITTERA MVTA EST: Quę ante n ſequente vocali in eadem ſyllaba ponit: ſed profertur ſub voce g ob cognationẽ litterarũ: vt Cnidus. Cneus. Tranſit etiã per cõpoſitiones & deriuationes in g. vt quadrigenti pro quadringẽti. In s vt parco parſi. In x vt duco duxi: noceo noxa.

¶ Caballus equus. Sene. epiſ. lxxxvij. O q̃tũ erat ſeculi decus imperatoriũ triumphalẽ cenſoriumq; ſuper omnia: hoc eſt Catonẽ vno caballo eſſe contẽtũ. Hinc caballinus a. um. Perſ. Nec fonte labra prolui caballino.

¶ Caballij populi ſunt aſiatici.

¶ Cacabus pe. cor. nomẽ a ſono tractũ: quẽ ſupra ignẽ poſitus facit a nr̃is dr olla in qua pulmentariũ coquimus. Paul. Iurecõ. Inter ahenũ quod ſupra focũ pẽdet & cacabũ nõ multũ itereſt. Nã hoc pulmentariũ coquit: in illo aqua ad potandũ cale fit. Apitius. Capita porrorũ ſimul elixabis in cacabo nouo vt aqua ad tertiam deferueat. Antiq eñ calidam & frigidam in cœnis adhibuere.

¶ Cacus (vt fabulę ferunt) Vulcani filius fuit: ore ignẽ euomẽs & in vaſta ſpelũca habitans: vaſtus corpore prędę ac latrocinijs ſemper intẽtus: cuius ſoror caca vocabat. Quẽ hercules claua interfecit

¶ Cacabo as. pe. cor. proprium eſt vocis perdicũ. Oui. Cacabat hĩc perdix hinc glacitat ĩprob⁹ ãſer

¶ Cacos latine modo malus: mõ deformis: mõ tímidus dicitur: Et barbara eſt dictio: ait Theodor⁹ Gaza libro quinto Iliados.

¶ Cacia grece κακια: quã latinus vertit in malicią inquit Hier. apud grecos duo ſignificat & malicią & afflictionẽ ſeu anguſtias quã κοκσιμ Græci dicunt & hoc magis pro malicia tranſferri debuit. Cicero vitioſitatẽ interpretari mauult q̃ malicią cum vitioſitas nomẽ ſit generalius ad omnia vitia pertinẽs malicia ſpeciali⁹. Apud veteres malicia τωμ μεσομ: quaſi ſit & bona & mala: vt dolus bonus & malus. Vnde apud Plau. dicitur cũ laude. Te ciuem ſumma omni malicia.

¶ Cacephaton vel potius cacophaton dicit poteſt mala locutio: vel mala cõſonãtia: Cacon eñ malũ dicit/phaton dictũ. Fit aũt cũ particulã m ſequit n vt Numerũ cũ nauib⁹ equat. Itẽ cũ ſequẽs dictio duas habet ſyllabas duabus precedentibus ſimiles vt O fortunatam natã me conſule Romam. Huic contraria eſt Euphonia.

¶ Cacoſyntheton mala ſeu deformis compoſitio

συνθετον enim cõpoſitũ dicit: vt apud Ver. Verſa q̃ iuuencũ Terga fatigam⁹ haſta.

¶ Cacohetes gñis neu. malus mos dictio tetraſyllaba κακον malũ ηθοσ mos. Nã εθοσ cõſuetudo. Vitiũ curatu difficillimũ cum vlcus quidẽ preſſum eſt: ſed quæ circa ſunt intẽdunt & intumeſcunt: vt inquit Celſus. Ply. Caro vituli recentia vulnera nõ patit intumeſcere: fimum bubulum cũ melle fœminum vituli cinis vlcera ſordida quę cacohete vocant lacte mulieris ſanãt. Iuue. pro ambitione ſum pſiſſe videt per tranſlationẽ quę cũ ſemel aio inſederit nõ facile amoueri poteſt. Tenet inquit inſanabile multos ſcribendi cacohetes.

¶ Cacologus penu. cor. maledicus: cacologia maledictio.

¶ Cacobaſilea malũ regnum: cacodęmon infelix

¶ Cacozelus ineptus imitator pe. pro.

¶ Cacecia ſiue caceſia vel cacexia: ſpecies ẽ phtiſis q̃ſi malus corporis habitus: quo alimẽta corrũpũtur: qđ fit cũ lõgo morbo vitiata corpora etiã ſi illo vacãt refectionẽ tamẽ nõ accipiunt. Tamen apud Ariſtotelem aliud ſignificat

¶ Cachinnus ſolutus riſus: a ſono riſus fictũ vocabulũ. Iu. Sed facilis cuiuis rigidi cẽſura cachinni. Perſi. Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos. Hinc Sene. p̃cipit vt riſus ſit ſine cachinno: vox ſine clamore. Apud antiquos nõ de riſu tantũ dicitur: ſed & de ſono vehemẽtiore Catul. Procedunt: leuiterq̃ ſonant clangore cachinni

¶ Cachinnor aris. depo. & cachĩno as. neu. p imo derate rideo. Lucre. li. iiij. Quã famulę multę fugitant: furtimq̃ cachinnant. Dicit & de ſono vehementiore. Accius. Sęna ſonando crepitu clangentes cachinnant. Venit tamen ex greco καγχαζω.

¶ Caco as. vẽtris onus depono excreſco. Mar. Vẽtris on⁹ miſero nec te pudet excipis auro. Baſſa bibis vitro: carius ergo cacas. Hinc cacaturio is, idẽ.

¶ Cacaturio is. Mar. Cœnaturit nõ cacaturit.

¶ Cacula pe. cor. militis ſeruus απο των καλων. i. a lignis. Erant em̃ caculæ militũ ſerui fuſtibus: clauſq̃ ligneis armati ad tutelã dominorũ. Plau. Video caculam militarem.

¶ Cacumẽ pe. pro. vertex ſummitas montis.

¶ Cacearia inſula in ponto quã Pompo. li. ij. Coliſariam vocat.

¶ Cado is: cecidi caſum ſignificat ruo. Aug. ſuper Io. Qui nõ intra per oſtiũ in ouile ouiũ ſed aſcẽdit aliũde: veh miſero mihi quia caſur⁹. ſum Interdũ cadere eſt euenire. Ci. li. iij. offi. Nec pręter ſapientẽ cadere in quẽq̃ põt. Interdũ occidere & mori. Ver. Cadit & ripheus iuſtiſſimus vnus. Et cadere dicuntur illi q̃ leuati a ſũmo ad inferiora labũt. Cadere a cauſa eſt aduerſario in cauſam cõcedere: quod olæ riq̃ factũt ne maiora incurrant damna qđ eſt litẽ pdere. Huius cõpoſita ſunt Accido. Cõcido. Decido. excido. incido. intercido. occido. procido. recido. & ſuccido: quę habẽt pen. cor. Deriuatiua ſunt caſa. caſo. as. & caſito de quibus infra.

¶ Cadauer pe. p. a cadẽdo. Nã vt ingt Hie. Ab eo q̃ poſt mortẽ ceciderit cadauer dĩ Et proprie de corporibus mortuis q̃uis & de oppidis ad ſolũ deductis q̃ñq̃ dicatur. Ser. Sul. Cice. Tot oppidorũ cadauera proiecta iacẽt. Hinc cadauerinus a. num. pe. pro. Aug. li. ix. ci. dei. Si tantis ſacrificiorũ cadauerinis nõ contaminãtur nidoribus.

¶ Caducus a. um. pe. pro: nõ ſolũ momẽtaneum ſignificat q̃ facile cadat: ſed q̃ cadere faciat. Vnde morbus caducus q̃ facile cadat. Ply. li. xvij. In drupis quoq̃ q̃ matureſcẽtes tũc ſunt p̃cipue caducæ id riguis magis euenit etiã ſi nõ ceciderint faſtidiẽ dis. Q̃ñq̃ caduc⁹ mortuus dĩ. Ver. li. vij. Hinc multũ fleti ad ſuperos: belloq̃ caduci Dardanide. Vñ & cadauera & caducũ qđ ſub aliqua cõditiõe legatũ eſt. Caduca hæreditas dicit cũ hæredes ceciderunt Et caducarij qui huiuſmõi hęreditatẽ accipiũt. Iu. Legatũ oñe capis: necnõ & dulce caducũ. Caduca auſpicia veteres dicebãt cũ aliq̃s in tẽplo excidit: veluti de manu virgę.

¶ Caducor eris. p̃cipitor. Var. Et frigido nymbo aqua iacta caducimur.

¶ Cadulę guttę q̃ de carne pĩgui cadũt dũ aſſatur.

¶ Cadiuus. a. um. pe. p. qđ per ſe cecidit. Vnde cadiua pompa dicunt quę nõ ſunt manu collecta ſed ſua ſponte in terrã cecidere. Et cadiua folia quæ p ſe ex arboribus cadunt. Plyn. Colligi mala poſt æ quinoctiũ autũnale cadiua ſeparari ſtramentis ſtoriis paleiſve ſterni.

¶ Cadus vas vinariũ quo vinum cõditur inquit acrõ. Cuius prima corripit. Mar. In vaticanis cõdita muſta cadis. Continet vrnas duas: vel vt aliqui volunt: tres cũ dimidia. Vrna quadrãtali & amphora. Primi in alpibus ruſtici cados ligneos circulis cinctos excogitarunt: & grecũ eſt. καβοσ.

¶ Caduceus & caduceum: virga Mercurij erat qua pax ſignificabat. Nã qa mercurius oſonis deus ẽ: & deorũ nũcius (vt gẽtiliũ more loq̃mur) merito a dijs mittebat vt diſſidẽtiũ aios oſone ſcdaret. Hic caduceatores dñr legati pacem petẽtes a caduceo quẽ manu geſtabãt. Cato. Caduceatori nemo nocet. Et caduceũ rpm apollo inuenit: eoq̃ Mercurio donauit a quo ipſe lyra donatus ſit.

¶ Cadurcũ tẽtoriũ ſiue culcitra: qua merces tegũtur: a cadurcis gallię populis: vt ingt Plyn. apud quos lini p̃ſtãtia palmã obtinet in culcitris. Iu. Inſtitor hybernę tegetis: niueiq̃ cadurci. Sũt q putẽt eſſe inſtitã quę ſupra lectũ obtendit: & tegit vndiq̃ & cũ corpus Xp̃i: aut ſancti alicuius viri oſſa p vrbem cõportãt cadurco. i. ſupernę quod proles ſuſtinent operiũt. Iuue. Violato pœna caduco.

¶ Cadiſcus: vaſculũ quo ſuffragia colligunt gręce καδισκος diminutiuum a cadus.

¶ Cadmus nomen propriũ phœnicũ regis Agenoris filij: q fuit tyrus a quo Cadmeus a. um. Marti. Te cadmea tyrus Et thebę cadmeę dñr a cadmo cõditore. Prop. Cũ tibi cadmeę dicũt põtice thebę Ferũt cadmũ. xvi. lras e phœnice i greciã detuliſſe α. β. γ. δ. ε. η. ι. λ. μ. ν. ο. π. ρ. σ. τ. υ. His paleme dẽ troiano bello. iiij. adieciſſe ξ. θ. φ. χ. Aiũt quoq̃ Cadmũ hiſtoriã inuentiſſe & primũ profaicam orationem inſtituiſſe. Apul. ve. o aſcripſit pherecidi. Fertur itẽ inuentiſſe auri metalla atq̃ cõflaturã. Eſt & cadmus mons q Laodicę imĩnet: ex quo Lycus fluui⁹ fluit. Noſter aũt Sudas ita ſcribit de cadmo καδμος ο μιλησιος ευρετης των γραμμα των επιγραμματι ξηνωρος καδμος παν. διονος μιλησιος ιστορικος ος πρωτως κατα τινας συνγραφην εγραψε κατα λογαδην μικρω μετερος ορφεως: & ſubdit απεγραμματα πρωτοι φοινικες εφευρον.

¶ Cæamon̄ inſulę maris ægei: a Cęo Titani filio

ſic dicta. De qua Plyn. li. iiij. Inſulę Cæę quattuor fere partibus quæ ad bœotiam vergebãt eodẽ mari deuoratis. Hanc Ptole. & vulgus nauticũ ciam noiant. Hinc cæus a. uꝫ. Vñ Eraſiſtrat⁹ e cęa inſula cęus dictus eſt. Et veſtis cæa quę ab aliquibus coa dr̃. Ply. li. iiij. ſcribit ex cęa inſula ꝓfectã delectationi fœminarũ veſtẽ auctor eſt Varro. Eſt aũt cæa veſtis bõbycina tenuiſſima derasis vellerib⁹ a paruis aiantibus cõfecta ibi primũ inuẽta. Hanc prima texiſſe dicit̃ pamphila. ſiue vt Aꝫ. inquit paſiphile platis filia. De hoc etiã in dictione coos.

¶ Cęcias: vẽtus qui ita flare dr̃ ab Aꝫ. non vt nubes propellat: ſed vt ad ſe vocet. Flat inter aquilonem & exortũ equinoctialem.

¶ Cęcubũ vinũ ſic dictũ a cęcubis cãpanię ppłis apud quos naſcitur. Ply. li. iiij. Setini & cęcubi obtẽdunt̃ agri. His iungunt̃ falerni calœni. Mar. Cæcuba fundanis generoſa coquuntur amicis.

¶ Cęcus quaſi oculis captus vel quaſi oculis cõciſus vel oculis carẽs. Et cęcus dr̃ inſidioſus: occulte malus: latẽs: tacit⁹: q̃ videri nõ põt. Col. li. i. Ex q̃bus ſępe cõtrahunt̃ cæci morbi quorũ cauſas ne medici quidẽ perſpicere queunt: Sic dicimus cęcã noctẽ in qua nõ videmus. Ver. Cæca tegẽs filo veſtigia. Tranſfertur & ad aĩm. Vñ cęci dñr ꝑprouidi Hinc cęcitas tã animi q̃ corporis orbitas.

¶ Cęculus dimi. a cęco. Eſt et nomẽ propriũ eius. qui pręneſte condidit: a quo cęcilios ortos putant quorũ familia Romę nobiliſſima fuit.

¶ Cęcilia genus ſerpẽtis cęci. Col. li. vij. Eſt & magnorũ aĩaliũ noxiũ virus. Nam & vipera & cęcilia ſępe cũ in paſcuo bos improuide ſupercubuerit laceſſita onere morſum imprimit.

¶ Cęcutio is. parũ video: & cęcutiẽs quaſi ſemicęcus. Var. Vtrũ oculi mihi cęcutiũt: an ego vidi ſeruos in armis cõtra dños. Hiero. ad Pauli. Vt rarus ſit qui non in earũ cęcutiat lectione.

¶ Cęculto as. obtuſam aciẽ habeo & quaſi cęco ſimilis ſum. Feſt. Cęcultare eſt cęcos imitari. Cęcultãt cęci ſimiles ſunt oculorũ acie obtuſa. Plau. Nũnã mihi oculis cęcultãt: eſt ne hic noſter Hermio.

¶ Cęcilius poeta dictus vt inquit Feſt. a cęculo põneſtinę vrbis cõditore: vel vt quidã aiunt a cęcutiẽtibus oculis.

¶ Cęco as. cęcũ facio. Cui⁹ cõpoſita ſunt excęco: qđ eſt valde ſeu ꝓfecte cęco. Ply. vt cũ lauãt̃ ſi oculos attingat: excęcet. obcęco de quo infra.

¶ Cæcũ vallũ: in quo ꝓacuti pali affixi herbis vel frondib⁹ occulunt̃. Itẽ cęcũ inteſtinũ: qđ a dextra parte incipiens in ſiniſtriorẽ peruiũ & lõgũ ẽ. Ideo q̃ dr̃ cęcũ quia id quo peruiũ eſt lata fuſum ac ſeminatũ ab vtraq̃ parte huc atq̃ illuc volutũ.

¶ Cæcinos amnis vocat̃ qui Rhęginũ agrũ a Lucrenſi diuidit. Eſt & oppidum Italię haud procul a Sicilia cęcinum dictum.

¶ Cędes mors ferro aut alia vi illata ꝑtim ab eo q̃ occidere aut ferire volebat: Inde dicim⁹ aliquem cõmiſiſſe cędẽ. Huius dimi. eſt cędicula.

¶ Cædo is. cecidi pe. p. cęſum verbũ actiuũ cuius paſſiuũ ẽ cędor. Et ẽ cędere flagellare. Ter. Verberibus tẽ cęſum in piſtrinũ Daue dedam. Itẽ excidere. Cic. Aut eſus partes quaſi mẽbra quędam cędẽda. Itẽ percutere. Iu. Ebrius & petulans qui nullũ forte cecidit. Itẽ Occidere. Verg. Cędunt̃ vigiles. Per tranſlationẽ vero ponit̃ q̃q̃ pro imolare: vt apud eundẽ. Cædunt binas de more bidẽtes. Itẽ ꝑ Frangere. Cice. Cædere ianuã ſaxis: inſtare ferro. Huius cõpoſita ſunt. Abcido. cõcido. circũcido. decido: excido: incido: intercido: occido. præcido recido & ſuccido: quorũ penul. ꝓducit̃. At cedo ſine diph. ceſſi ꝑteritũ & ſupinũ ceſſuꝫ facit: multaq̃ ſignificat. Nã q̃q̃ cedere ſignifi. abire & locũ victori dare. Cic. Cui quidẽ exercit⁹ nr̃i Impatoreſq̃ ceſſerunt. Quãdoq̃ diſcedere euitare atq̃ ſubtrahere. Plau. Cedam⁹ imbri. Lucil. Quãdoq̃ pudor ex pectore ceſſit. Hinc cedere irę dicimus dare locũ irę & quaſi ab ira diſcedere. Cedere bonis: diſcedere a bonis & quicqd noſtrũ erat tradere creditori. Cedere iure: diſcedere a iure & ius qđ habebamus alteri tradere. Q đ & de iure cedere dicim⁹: & cedere eſt in ius alicuius venire: vt cedunt mihi ea bona. i. in ius meũ veniunt. Et cũ actõ mediante in. Hier. ſup Mat. Ita fiebat vt oblatio liberorũ ſub occaſione templi & dei in ſacerdotũ lucra cederet. Rurſus cedere ponitur pro dare. Aenni. Saluete optima corpora cedite manus veſtras: meaſq̃ accipite. Pro cõcedere obſequi nõ repugnare. Ver. Cedo equidem nec nate tibi comes ire recuſo. Pro ſuccedere ſeu in ſortẽ cõtingere. Idẽ. Ceſſerit auſonio ſi fors victoria Turno. Pro incedere. Plau. in Aul. In hoſtẽ abſolutus cedas. Inuenit̃ & cedo imperatiuũ pro dic. & nõnunq̃ pro da. nec habet aliã ꝑſonã niſi tantũ cedite pluraĺr: habetq̃ primã correptã. Ter. in Andria. Cedo cuiũ puerũ. Lac. li. iij. Cedo igit̃ qd didiceris. Ci. in Cato. Cedo qui nr̃am rẽpu. tantã amiſiſtis. i. dic. Ter. in phor. poſuit ꝑ da. Quin tu mihi argentum cedo. Phor. Immo vero vxorẽ tu cedo Cedere diẽ inqt Vlp. ſignifi. incipere deberi pecuniã ſicut venire diem ſignificat eum diem veniſſe quo pecunia peti poſſit. Hui⁹ verbi cõpoſita ſunt abſcedo: accedo: cõcedo: decedo: diſcedo. excedo incedo: intercedo: prędecedo: procedo. recedo: retrocedo: ſecedo: & ſuccedo. quæ habẽt. penul. produ.

¶ Cędua ſylua q̃ relinquit̃ vt ex ea ligna cędantur.

¶ Cęſim aduerbiũ ſignif. cędẽdo ſicut pũctim pũgẽdo: & cęſim dr̃ vno ictu. Col. li. v. Maior autem pars operis in vineã ductim potius q̃ cęſim faciendo eſt. Hinc ductim ſignificat cum mora.

¶ Cælũ inſtrumentũ: quo vtunt̃ argẽtarij dũ vaſa ſculpũt: vt ẽ illud. Cælo fabricata myronis. Et cœlũ vocat̃ qđ alio mõ dr̃ mundus cuius circũflexu cũcta tegunt̃ & ſtellis ſplẽdet quaſi quadã cælatura: a cælo ſculpo: eo q̃ ſit cælatũ hoc ẽ ſyderib⁹ ſculptũ ſiue ſignatũ. Et ſic cũ æ. diph. ſcribit̃. Am. lib. hexa. Cælũ dr̃ quaſi impreſſa ſtellarum lumina velut ſigna habeat tanq̃ cælatũ appellat̃: ſicut argẽtum qđ ſignis eminẽtibus refulget cælatũ dicimus. Var. a cauo deriuat. κοίλωμ em̃ concauum dicunt quia. ſ. id neceſſario in ſculptura exigit̃. Et ſic cũ œ diph. ſcribi debet. Quidã ſine diph. ſcribunt a celando a cõtrario noĩe q̃ aptum ſit. Interdũ cœlum ſumit̃ ꝑ aere. Ver. Maria ac terras cœlũq̃ profundũ. Ply. li. z. Et hoc cœlum appellauere maiores quod alio noĩe aera. Hinc grãdines ſunt & pruĩnę: hymbres: ꝓcellę: turbines vẽtorũ: hoc regnũ. ſupra lunã pura oĩa ac diuturnę lucis plena. Aug. Huic aũt cœlo in quo ſunt luminaria: ita vicin⁹ ẽ aer: vt & ipſe cœli nomẽ acceperit: non ſolum ſermone cõmuni ſecundũ quẽ dicimus ſerenũ vel nubilũ cœlũ: ſed etiã nr̃aꝫ ipaꝫ cõſuetudine ſcriptu-

rarũ cũ dicunt volatilia cæli cũ aues in hoc aere volare manifestũ sit. Aris. accipit cęlum pro octaua sphęra qñq; pro corpore quito qñq; pro toto vniuerso. Dicit̃ præterea cęlũ palatum oris. Ply. Cerebrum viscerum excellentissimũ est proximum cęlo capitis sine cruore sine sordibus.

¶ Cæleste quod e cęlo est. Vnde cęlestia numina & cęlestia auguria: quę a cęlo fiunt cum: vel fulminat vel tonat.

¶ Cęlicus a.um. idẽ est qđ cęleste: vt regna cęlica.

¶ Cælitus aduerbiũ signific. e cęlo sicut diuinitus a deo. Hiero. Tandem cęlitus inspiratus pręcisam morsu linguam in osculantis se faciẽ exuit.

¶ Cęlites dij cęlestes. Aug. libro de gramma. Cęles cęletes: qui iter sibi faciunt ad cęlum.

¶ Cęlicola pen. cor. qui vel quę cęlũ habitat.

¶ Cęlebs gñis cõis: q nunq̃ duxit vxorẽ: seu q eã amisit. Dictus cælebs vt inqt Hiero. q; cęlo dignã vitã agat qui coitu careat. Augu. Cęlebs qui non habet vxorẽ: vel q̃ nõ habet maritũ qualia sunt numina in cęlo: quę absq; cõiuge sunt si agapetas nõ arrẽdamus. Prisc. Cęlebs dicit̃ / quasi cęlestiũ vitã ducẽs. Hi accipiunt cęlibes nõ tã pro vxore carẽtibus q̃ pro castis & omni venere abstinẽtibus. Sed proprie dicit̃ cælebs q vxorẽ nõ habẽt etiã si cõcubinas habeat. Nam cęlebs & maritus relatiua sunt Quintil. Nam clarus an obscurus magistratus an priuatus ciuis an peregrinus: liber an seruus: maritus an cælebs: parens liberorum an orbus sit. Cic. i. de legibus. Cælibes esse prohibẽto. Dicimus tñ torũ cælibẽ & vitã cęlibẽ actã in cęlibatu. Oui. Quæ si nõ fuerat cęlebs te vita deceret. Hinc cælibatus. pro vita q̃ agit̃ sine vxore. Martian⁹. Cõstituit Mercurius pellere cęlibatum. Hier. ad tranquillum Nihil pdest absq; operibus cęlibatus: et nuptię: cũ etiã fides si operã nõ habuerit: mortua esse dicatur Sue. Verum amissa / vxore lepida. duobusq; ex ea liberis mansit in cęlibatu.

¶ Cælsus a cęlo. i. altus & sublimis a quo fiunt excelsus & pręcęlsus in quibus prępositiones hñt vim augẽdi. Excęlsitas. Ci. Etenim magis est secundũ naturã excęlsitas animi & magnitudo. Quidã tamen hoc nomen sine diphthongo scribunt.

¶ Cælibaris hasta dicebatur: qua caput nubentis comebatur.

¶ Cælius mõs vrbis Romę ex septẽ a cęlio viberno nobilissimo duce tusco dictus q; Romulo aduersus latinũ regẽ cum auxiliaribus venerit inclytus. Hũc montẽ Tul. Hosti. vbi addidit: ibiq; ipse habitauit quo frequẽtius habitaretur: vt inquit Liui. In eo habitauit Aennius poeta. Fuit & Cælius nomẽ patris saturni.

¶ Cælo las. sculpo: siue signo. A quo cęlata vasa dicũr: q̃ veteres ancęsa vocabãt q; circum cędendo fiant. Et cęlũ ipsum quo cęlant. Plyn. li. xxxiii. cõstruxit hoc verbum instar eo⁹ q̃ precium signant L. Crassus inqt orator duos scyphos mẽtoris artificis manu cęlatos sestertijs cẽtum: cõfessus est tñ nunq̃ se his vti propter verecundiam ausum.

¶ Cęllo is. per duplex ll frãgo: siue cędo: quo verbo nõ vtimur: nisi in cõpositione. Eius cõposita sunt excęllo, extollor & supero. antecęllo: pręcęllo: percutio euerto. Procęllo eiusdem significati: a quo pcęlla. Recello reclinor / humilis fio. Interdũ etiam actiue ponit̃ pro reclino. Varr. Alius tenerã

abietem solus percęllit.

¶ Cęlistomia dicit̃ cũ vox quasi in recessu oris audit̃ στομια em̃ os dicit̃. Fit a cælo oris: q̃uis & ab oris cõcauitate dici possit κοιλοp enim cõcauum dicunt. Et sic per œ scribendum erit.

¶ Cęmentũ a cędo is. vt quidã putãt. Sunt em̃ cęmẽta oĩs rudior materia qua ędificia cõsurgunt: pprie cęsi lapides apti ad ædificandũ excisо monte aliquo vel effosso. Fodinas quoq; rustici cãpanię cęmẽtarias appellant. Liui. Nec erat difficile murũ subruere q; cęmenta nõ calce durata erãt: sed inter lita luto structurę antiquæ genere. Col. lib. ix. Sub porticibus quadratę harę cęmẽtis vel etiã latercułis extruuntur. Idẽ ibi. Modus syluę pro cuiusq; facultatibus occupãt ac si lapidis & operę vilitas sua deat: haud dubie cęmẽtis & calce formatus circũdatur murus. Aliquando ponitur pro ipso opere. i. ędificio: quod structo lapide erigitur. Plyni. Pallidus lapis in cęmẽto raro vtilis. Licet enim cõtra iniurias fortis: ad structuram tamen infidelis est: nisi multa suffrenatione deuinctus. Hier. in instrumento veteri posuit pro calce aqua fabuloq; fermentata cum ait. Habueruntq; lateres pro saxis & bitumen pro cęmento.

¶ Cęmentarij dicunt̃ cęmentorũ: hoc est ædificiorum q̃ ex lapidibus sunt structores: quos fabros murarios appellant. Hie. ad Pauli. Agricolę cęmẽtarii fabri metallorũ lignorumq; cęsores lanarij q vilia opuscula fabricãt. Hi de p̃cio totius operis faciundi si cũ dño cõuenerint: ędificandumq; id conduxerint redemptores vocitantur.

¶ Cęmentitius a.um. quod ex cęmẽto est vt parietes cæmentitij.

¶ Cęnos greçe / latine nouus.

¶ Cęne vrbs circa sinum laconicũ. Tęnaron ante vocata. Hinc cęnites portus apud Plyn. li. iiij. Et Cęneus Iuppiter dictus est. Oui. Victor ab œchalia cęneo sacra parabat Vota Ioui.

¶ Cępe gñis neu. & indeclinabile a capitis magnitudine dr. Vñ & primã diph. vocalẽ accepit. Hier. Impelle pelusioten vt edat cępe. Dicit̃ & cępa pę. Oui: Cędenda est hortis eruta cępa meis. Inuenit̃ etiã secundũ Prisc. Cępitius & hoc cępitiũ. Cęparũ plura sunt gña: nobilissima ascalonia: ab oppido Iudeę. Nã vt refert Stra. li. xvi. Ascalonẽsium regio pręcipue fert cępas. Col. Põpeiã vel Ascaloniã cępam eligito & cõponito in fidelia. Optimę sunt rotundissimę: ruffę acriores / q̃ candidę: siccę q̃ virides. Cępa oculos mordet. Vñ a grecis nomẽ impositum Cromyon quasi pupillã oculi cõprimi cogeret: sicut scribit Ap. in proble. Vñ lachrymosa dicit̃ a Columella.

¶ Cępula dimi. a cępa. Pal. hoc mẽse cępulas ferit

¶ Cæpi p̃teritũ a capio cũ œ diph. scribit̃ cũ ei⁹ cõpositis. Accępi: cõcępi: recępi: pręcępi. Cœpi veto defectiuũ cũ œ a cœpio pro incipio formatur: quod apud antiquos invsu erat. Ter. in Adel. Sex totis mẽsib⁹ olfecissem: q̃ ille qcq̃ cœperet. Cato. Cœpiã seditiosa verba loqui. Nunc aũt prętęrito eius pro p̃nti vtimur cũ suis deriuatis. Cœperam cœpissem: cœpero: cœpisse: cœptũ re. Et cœptũ cœpi. Hoc est principiũ. Ouid. Dii cœptis nã vos mutastis & illa Aspirate meis

¶ Cęruleus color viridis cũ nigro sicut mare qui greco verbo a latinis dr Glaucus. Et Gelius seng

tit eundē cē cęſū. Hūc Verietū quoq; colorē & tha laſſicū appellari ab eruditis inuenimus. Dictus cæ ruleus quaſi cęluleus a cæli colore. Dicitur & cuma tilis color quod gręce κυματα fluctus vocāt. Alij a cęra deducū t. De quo in dictione cæra. Cæruleū arena eſt: cuius tria ſunt genera ægyptiū ſcythicū: & cypriū. Poſtea probatū eſt atticū marmoroſum & ſyricū ſiue preſſum. Vide Ply. li. xxxiii.

¶ Cęra licet a greco nomē hēat. κηρος em̄ greci ſa uū dicūt: quod abſq; diph. ſcribit: tñ Apuleio teſte cōſuetudo cōuertit η in æ diph. Quidā etiā a careo deducunt: eoq; mellis perfuſione careat. Vnde etiā primam diph. vocalē aſſumpſiſſe dicitur. Eſt autē cęra quę fit ex preſſis fauis. Cæra aliqñ pingere ſo lebant: quapropter & tabellę ita pictę cęræ voca bantur. Oui. Perlege diſpoſitas generoſa per atria cęras. E cęra etiā fiebant pugillares in quibus ſcri bere mos erat. Vñ & ꝓ epiſtolis: & ꝓ pugillaribus ponitur quādoq;. Iuue. Nōne libet medio cęras im plere capaces Quadriuio. Quandoq; pro cęrata ta bula. Vnde dicitur in prima cęra: & in ſecunda cęra ima cęra: & extrema cęra. Nam romani teſtamenta ſcribebant in tabulis cęratis. Sue. in Cęſa. Quint. Pediū ex quadrante hæredem inſtituit. reliquos in ima cęra, i. vltima parte tabulę teſtamētariæ. Hinc ſyncerum & procerum.

¶ Cęro as. cęrā impono. Col. li. vlt. Sexta quaq; oliuitate dolia cærare oportet. Huius cōpoſitū eſt Incęro. Iuue. Genua incęrare deorum.

¶ Cęratura ę. ipſa cęratio. Col. Vetera nō credidērā propter olei ſuccū cęraturam pati.

¶ Cęreus a. um. quod ex cæra eſt: vt imago cęrea. Sumit quādoq; pro molli ac facili. Hor. Cęreus in vitiū flecti monitoribus aſper. Quādoq; pro pin gui. Accius. Pinguē turturē cęreamq; ficedulam. a cęrę videlicet colore. Quandoq; pro victo. Mart. Cęrea ſi pendet iubis & trita lacerna.

¶ Cęratū videt eſſe ſicut vulgo appellat quod vul neribus ſuperponi ſolet. Hier. ad Cteſiphontē. De nicq; vt oēm ſtultitiā meā diligētius recognoſcas eriā ſtomachū meū poſt illud ſuſceptum cęratum tuū te abſente curaui. Conſtat ex rebus ſiccioribus & igni appoſitū molleſcit/ſed appoſitū corpori du reſcit & pertinacius hęret. Dictū a cęra: quę fere oī bus cęratis adhiberi ſolet. Quidā nō ceratū ſed cę rotum appellant a greco κερωτον

¶ Cęrefoliū genus herbę. Palladius. Cęrefoliū lo cis frigidis ſeratur.

¶ Cęreus cęrei. funale. Mar. Hic tibi nocturnos prę ſtabit cęreus ignes. Huius diminutiuū eſt Cęreolus Hiero. Magnū honorē prębent huiuſmodi homi nes beatiſſimis martyribus quos putant de viliſſi mis cęreolis illuſtrandos.

¶ Cęrulus a um. pe. cor. Catul. Cęrula vertētes ab ſegnis ęquora palmis.

¶ Cęruleus a. um. idē quod cęreus. Prop. Cęruleus cucumis tumidoq; cucurbita ventre.

¶ Cęrinus a. um. pe. proeiuſdē eſt ſignificantię.

¶ Cęroſus a. um. quod habet admixtā cęram. Vn de mel cæroſum dicit nondū depuratū. Plyni. Li quore veluti mellis cęroſi.

¶ Cęriū vel cęris: genus quod faui ſimilitudinem habeat. Ply. Ramorū fici teneri cauliculi cū melle vlceribus: quę cęria vocantur: illiniuntur.

¶ Cęroma atis. & cęromatum a cęra fit. Significat ꝙ oleum cœnumq; quibus permixtis vngebātur athletę cum eſſent certauri. Inde Iuuen. Cęroma tico collo dixit. Dictum nō ꝙ cęroto ſimile ſit: ſed grecum eſt κηρωμα τοσ. Significatq; apud græ cos tabulam cęratā: in qua ſcribi eſſet ſolitū. Hęc inſperſio haphe dicebat. Mar. Et flaueſcit haphe. Nam ea inſperſione perfuſa obluctantium corpo ra quodammodo flaueſcebant lepras patientibus ſimilia. Fiebat ex oleo terraq; nec ex omni terra: ſed ex quibuſdam eius generibus: quibus robuſtio ra fieri corpora: & ad tolerandos ęſtus: atq; algores firmiora arbitrabantur: vt erat albida quędam ter ra pertenuis ex albano agro: & rubrica: & balanus puluis. Adhibebatur quippe oleum tū ad agilita tem pręſtandam: vt corpora lubrica fierent: tumq; natura olei eſt tepefacere membra: & contra algo res munire. Terra vero ad indurandos magnos ar tus: & aduerſus ęſtum firmādos adiūgebatur. Sta. de Paleſtritis. Poſtq; oleo gauiſa cutis petit ęquor vterq; Procurſu medium atq; haſta veſtitur arena Tum madidos artus alterno puluere ſiccant: Col lacq; demerſere humeris & brachia late Vaſta tenēt Ponitur & pro loco in quo paleſtritę vngebantur. Plylinus. Idem Paleſtras athletarum imaginibus & cęromata ſua exornant. Sunt & qui dicantetiam cęroma ſignificare tabellam cęratam: in qua olim ſcribere conſueuerunt.

¶ Cęrete generis neutri ciuitas tuſcię: quę Strabo ne teſte Agylla dicebatur. Declinatur & Cæres cę retis penulti. cor. Verg. Eſt ingens gelidum lucus prope ceritis amnē. Feſtus. Cęre neutro gñe decli nat: ſic inquiēs. Cęrimoniarum cauſam alij ab op pido cęre dictam exiſtimant. Nomen ab hoc patri um eſt hic & hęc cęres cęretis penultima producta. Ver. libr. x. Qui cęrete domo qui ſunt minionis in aruis. Poteſt etiā declinari ſecundū Priſ. hic & hęc ceritis pe. cor. vel hic & hec cęretis pe. pro.

¶ Cęrimonię pe. cor. vel ab oppido cęrete vel a cę rēdo dictę ſunt. Nā vrbe a Gallis capta cū veſtales virgines ſimulachra deorū ex hoſtib⁹ erepta tradu cerēt in oppidū cęrete potiſſimū cōuenere vbi beni gne fuerūt hoſpitio ſuſceptę donec a gallis ciuitas per Camillū liberata fuit. In cuius beneficij mamo riā Romani pręſtiterunt: vt omnis diuinus cultus cęrimonię a Cęrete diceretur. Liuius libro quinto ſcribit. L. Albinium de plębe vnum virgines: ſa cerdotes: ſacraq; plauſtro Cęre inuexiſſe. Inde Cę rimonijs ſit enatum nomen.

¶ Cęſim aduerbium ſignificat per inciſionem gla dij: ſiue incidendo.

¶ Cęſar cognomen Iuliorum eſt. Ille enim qui pri mus Cęſaris nomen adeptus eſt: ab eo dictus fert: ꝙ cęſo matris vtero ſit natus. Vel ab Elephanto in pugna occiſa: qui lingua maurorum Cęſar ap pellatur. Vel ꝙ oculis cęſijs. hoc eſt glaucis fuerit. Vel a Cęſarie: cum qua natus proditur. Plynius libro ſeptimo ſcribit Scipionem Aphricanum pri mum fuiſſe dictum Cęſarem: a cęſo matris vtero. Qua de cauſa & Cęſones appellati. Iulius autem Cęſar a quo familia Cęſarum poſtea prorogata eſt non eſt natus cęſo vtero materno: qui matrem Au reliam habuit: quam amiſit cum in gallia bellum gereret. Cuius etiam pater Cęſar eſt nuncupatus: qui prętura functus Piſis obiit. Rarum facin⁹ ſcri bit de Cęſare Dion Hiſtoricus grec⁹: cuius verba

CAE.

ſubieci. Τοῦ Δε Δακτυλιοῦ του ωομ=
ωηιουεσ την ρωμην αφελομεροσ εωεμψε
ιναωιστευσ ειαν αυτου την αναερεσιν αυτοσ
Δε ενεχρονισε τη αιτυωτω Δια τουσ κλεο=
ωατρασ ερωτασ ην γαρ καισαρ ερωτικω
τατοσ και ωλειστοισ και αλλοισ οσοισ
ωουωριτυχοι συνεγινετο κλεοπατρα Δε και
ωερικαλεστατη γυναικων εγενετο και τε φθε
γμα αστειοτατον ειχε.

¶ Cæſarea vrbs paleſtinę in littore maris magni. quę turris ſtratonis vocabatur: ſed poſtea ab Hero de in honore Cæſaris nobilius ædificata Cæſarea eſt appellata in qua idē Herodes in honore Cæſaris magnificā domū albo marmore cōſtruxit: vbi nepos eius Herodes ab angelo percuſſus eo q̄ nō dediſſet honorē deo cōſumptus a vermibus expirauit. In hac Cornelius centurio a Petro baptizat⁹ eſt. Altera philippi a philippo Herodis filio in honorē Cęſaris ad radices mōtis libani ędificata: vbi duo fontes Ior. ſ. & dan oriuntur. Tertia cappadocię. Ioſe. Moga primū dicebatur: quę poſtea cappadocia: nunc autē cęſarea a Cęſare. Quarta mauritaniæ.

¶ Cæſarauguſtana vrbs hiſpanię taraconēſis: de qua habetur in geſtis diui Vincentij.

¶ Cęſareus a. um. et cęſarianus a. um. vt milites cę

¶ Cęſaries coma a crebra cęſione. Ideo (ſariani. q̄ propríe virorū eſt. Vnde cęſariati comati dicuntur. Plau. in mili. Cæſariatus miles.

¶ Cęſanna vrbs flaminię puincię a cędo: q̄ exi guo amne cęſa. ſ. diuiſa ſit. Vel q̄ ager eius duobus flumibus Sapi & Rubicone ſit diuiſus. Hinc cęſennates dicti ſunt cęſennā habitātes: & cęſēnetia vina quę inter generoſa numerabantur.

¶ Cęſa gallicū telū. Var. Qui gladijs cīcti ſine ſcutis cū binis cęſis eſſent. Hæc & geſa dicunt gallica lingua. Vñ & viros fortes galli geſos vocāt. Verg. li. viij. Alpina coruſcāt geſa manu: & cęſa particulę orationis quę græci cōmata vocant. differuntq̄ a membris quę greci dicunt. Cola. Membrum em̄ eſt pars orationis ex pluribus verbis abſolute aliquid ſignificans. Hoc modo. Et ſi vereor iudices ne turpe ſit pro fortiſſimo viro dicere incipientem timere. Cęſum autem pars orationis eſt nondum ex duobus aut ex pluribus verbis quicq̄ abſolute ſignificans. Hoc modo. Et ſi vereor iudices ne turpe ſit: Aliquando tamen cęſa oratio dicitur cū nō efficiuntur membra ex connexione verborum ſed ſingula verba aliquid ſignificantia proferunt hoc modo. Quis eſt iſte Gellius? armiger Catilinę ſtipator tui corporis cōcitator tabernariorū latrator fori. Eadē inciſa dicunt: de hoc etiā in cōma.

¶ Cæſura proprie inciſura. Ply. li. xvii. Ante calē das martias creſcit ad brumam vſq̄ deſinitq̄ cum dureſcere incipit. hoc ſignū q̄ tempeſtiuam habet cęſuram. Et cęſura a cadenda voce: quę deffinitur q̄ ſit decora terminatio vocū in medio verſuū notata. hęc quadrifariā diuidit. Alia pētimemeris dicit ſiue ſemiquinaria. alia heptimemeris ſiue ſemiſeptenaria. Tertia trochaica. Quarta bucolica. Pē timemeris eſt quum poſt duos primos pedes ſuperans ſyllaba inuenitur quę dictionem terminet: vt Arma virūq̄ cano. et Italiam fato. Habet em̄ ex quinq̄ dimidium. Heptimemeris eſt cum poſt tres pedes ſimiliter ſyllaba inuenitur: vt Arma virūq̄ cano troię. Cōtinet em̄ ſeptenarij medietatē. Trochaica eſt cū poſt duos pedes trocheus partē oīonis perficit: vt Nil noſtri miſerere. Bucolica. Cum poſt quattuor pedes ſyllaba ſuperat in partem orationis deſinens: vt iuertitur trochæus partem orationis terminās: vt Omnia vincit amor & nos cedamus amori.

¶ Cæſtrū inſtrumentū quo cauat ebur. Alij putāt eſſe genus teli piſco bello inuēti. Iul. Pol. pro ſtimulo ſiue ſtilo accipit cęſtrū. Pręterea Sphyrænam piſcē attici cęſtrā vocāt latine Sudim appellatam quia roſtratus ſit & ſimilis belonę. Habet & herba ceſtron, p betonica ceu a varietate remediorū & efficacia noīe impoſito. Sed & mugil piſcis ideo ceſtreus videt a grecis appellatus quia teli mō publica Athenienſium pœna intret adulteros. Vt cunq̄ hoc gen⁹ miſſilis quod greci ceſtron vocāt noſtri Viriculum. Nam & terebram vulgo ita dicim⁹. Sed hoc nomen ſine diph. ſcribitur.

¶ Cęſuratim ſignificat ſuccincte breuiter per cęſurę cōmata. Sido. Claudiano. Tota illo dicto ſic cæſuratim ſuccincta q̄ profluens.

¶ Cæſuratum vas appellatur cæſim orificiatum.

¶ Cęſitum linteolus erat purus & candidus dictus q̄ cędendo ad candorem perueniret vel q̄ oras circuncīſas haberet.

¶ Cæſius color qui ſpeciē cæli habet Vnde oculꝰ Cęſius dictus: quaſi Cælius hoc eſt cianei coloris græce glaucopys ab oculis noctuarū. γλαυσ em̄ noctua dicitur οψισ viſus. Vnde a noſtris glaucus vocatur. Hinc glauci equi qui felineis oculis ſunt: vulgo glaucioli dicuntur. Alij cęſium intelligunt lentiginoſum. Alij cęruleum. Teren. in Eunu. Ruf fam ne illam virginē Cęſiam? Et in Hecy. Magn⁹ rubicundus Criſpus craſſus cęſius. Vbi Dona: Cęſius glaucis oculis quaſi felis oculos habens.

¶ Cæſones q̄ cęſo mīs vtero nati ſunt.

¶ Cæſpes gñis maſ. a cędo fit & ſignifi. terrā cum herba auulſam ſeu in modū lateris cęſam: vel dicit frutex reciſus ac truncatus q̄ pedem cędat. Ex cæſpite agger caſtrenſis fit. Luc. Stetit agger fulti cęſpitis intrepidus. cir cūcidit autē ferramentis: continetq̄ herbarū radicib⁹ terrarū. docet Vege. li. iii. qua altitudine ac latitudine cęſpes circuncidi habeat. Hinc cęſpititi⁹ a. um. quod ſit ex cęſpitibus. Vñ tribunal cęſpititium vocatur ſuggeſtum ex cęſpitibus factum: Flauius vopiſcus. Deinde concurſus ad cęſpitium tribunal.

¶ Cæſpito as. pe. cor. pede aliq̄d pcutio quo quaſi ruere cogar: vt ſit cęſpitare: quaſi cęſpitē offendere vel in cęſpitē ferri. Vñ cęſpitatores eq̄ q̄ ſępe in cęſpitē vel lapidē aut aliquid huiuſmōi impingunt.

¶ Cæſtus us. genus clauę pilas plumbeas loris bubulis appenſas habēs quo Darethem & Entellum pugnaſſe legimus Vergli. lib. v. Sin crudo fidit pugnam cōmittere cæſtu. Et a cędendo fit. Ceſtus veſti ſine diphth. ſumitur pro cingulo quo vxor a marito cingebatur in fide maritali. & eſt fœmi. generis q̄uis & maſcul. reperiatur a variſ punctis ſic dictus. κεντεω enim pungere eſt & picturare. Vnde cingulū illud veneris quo ipſa martē: & Iuno Iouē cōciliabāt a poetis ceſt⁹ dī. Mar. Vt martis redeat amor: ſūmiq̄ Tonātis Ate Iuno peta Ceſton & ipſa Venus. Sed & horum: aut opus interpunctum acu ve pictum: & Veneris item ornamentum

& in commune fœminarum ceſton græci vocant. Proinde Cælſus Aphricanus contra quem ſcripſit Origenes. xxiij. libros edidit: quos a rerum varietate Ceſtos appellauit. Hinc inceſtus & ceſtilus diminutiuum Homerus multa in libro. §. Iliados & Euſtathius: ſed ariſtophanis interpres in veſpis comœdia ο κεστρευσ του κεστρεοσ ειδοσ ιχθυοσ το κεφαλοσ και μεγαλην λεπιδα εχου Pagina. xix.

¶ Cęter aliũ ſignif. a quo fit cęterũ cõiunctio: ſiue aduerbiũ pro ſed ſiue id qđ dicere ſolemus: quod reliquum eſt. Cætera etiã qñq; aduerbialiter capit pro deinceps: vt Cętera parce puer bello.

¶ Caicus nomẽ eſt fluuij in phrygia: & labit p myſiam & pergamũ: per campũ qui caicus appellat. Arianus autẽ lib. v. de geſtis & vita Alexãdri magnikαι καικου αλλο εμμυσια και μαιαν δρου των καρικων και τα λοιπα.

¶ Caius cognomẽ a parentũ gaudio ſumptũ. Et ẽ dictio triſyllaba. Mar. Nõ mai⁹ q̃ ter Caius eẽ tuus

¶ Cala fuſtis ſiue claua lignea. Lucili. Scinde calã vt caleas. i. ſcinde lignũ: & focũ accende vt te cale facias. Calæ calatũ ciuitas in India: & græcum eſt το καλον του καλου.

¶ Calabra pe. cor. dicebat curia vbi tantũ ratio ſacrorũ gerebatur. Macro. Et ipſi curię ad quã vocabantur: calabrę nomen datũ eſt.

¶ Calabria pe. cor. inſula eſt: quã veteres Meſapiã priſci peuſepiã dixere. Eſtq; ora Italię pxima ſicilię a qua pharo breui maris tractu diſiũgit. Inde fit calaber bra. brũ. Oui. li. iij de arte. Aenni⁹ emeruit calabris in mõtib⁹ hortos. Similr declinat hic calaber hęc calabris & hoc calabre. ex noie is declarãt bona ciuitatis καλοσ η ον bonus na. nũ. βριθω de grano more arbos degrauatas pẽdere fructuũ qñ fit regio onerata & plena omi gñe bonorũ.

¶ Caladrius & Caladrion auis eſt albi coloris.

¶ Calagurĩ ciuitas hiſpanię in vaſconibus collocata. Hinc calagurítani qui in ea habitant.

¶ Calamis calamidis nomẽ ſtatuarii qui equos abſolutos & perfectos effinxit.

¶ Calamintha ſeu calamenthus herba nota quam Ariſ. ſcribit in mentã cõmeare. Hanc latine neptã quidam dici putant.

¶ Calamus pe. p. vnus fuit phũs ex gymnoſophiſtis Indis: q tpe Alexãdri magni ſemet ipm viuũ Vltroneus cremauit. De cuius morte hęc produnt. Secutus Alex. magnum extra Indiæ fines per cõmunem aliorũ phorum conſuetudinem: qui regi aſſiſtunt. cum apud paſagardas ægrotare cœpiſſet ſeipſum extulit anno ætatis ſuę. lxxiij. Facta enim pyra: & aurea lectica ſuper impoſita: in ea cubans combuſtus eſt ſtramentis opertus. Sunt qui dicãt eum in lignea domo frondibus plenam & pyra ſuper tecto conſtructa incluſum ſe: vt trabẽ in ignez iniecíſſe. & cum domo deflagraſſe. Fertur cum Alexander magnus rogaret eum ſi quod vellet dixiſſe propediem te videbo. Qđ ita contigit: Nam in Babylone paucis poſt diebus alexander mortuus eſt. Arianus autem gręcus hiſtoricus de geſtis Alexandri Ita ſcribit græce ω βασιλευ αλεξαν δρε ανθρωπος μεν εκαστος τοσον δε της γης κατεχει σον περι τουτο εστιν βεβηκα μερητοι εφοτωσυ δε ανθρωπος ων παραπλησιος τοις αλλοις. Et multa alia de collocutione & morte ipſius. Calamus autem non eſt nomen illius? Sed cur ita fuerit cognominatus ſcribit Sudas noſter: οτω δε παντα σοφον οι μαλοι προσαποφευαυσιν.

¶ Calamus pe. cor. grẽcũ eſt ο καλαμος του καλαμου harundo magis minuta habens internodia longa & recta: ex qua ſagittę apud diuerſas gẽtes fiebant. Vergi. Cum daphnidis arcum fregiſti: & calamos. Ply. li. xvi. Calamis populi oriẽtis bella conficiunt. Eſt & calamus quo ſcribi ſolet. Mat. Dat chartis calamos habiles mẽphitica tellus Texantur reliqua tecta palude tibi. Item calam⁹ dicit concauus fiſtulis accõmodatus quẽ Syringa vocant. Eſt & calamus auletic⁹ q tibiis vtilis eſt. Ver. Nec calamis ſolum æquiparas ſed voce magiſtrũ Et calamus virga cui hamus filo longo ligatur ad capiendos piſces. Similiter virga ad capiendas aues viſco illinita calamus dr. Mar. Galbana decipit calamis & retib⁹ ales. Aliqñ calam⁹ accipit p ſtipula: & p quacũq; re tereti ac fiſtuloſa ad ſimilitudinẽ harũdinis. Vñ arborũ quoq; acvitiũ calamos dicim⁹. i. teretes perticulas & virgas ad ſerendũ in terra aptas. Ply. Qui ſi longius afferant pomorũ calami: rapis infixos optime cuſtodire ſuceũ arbitrant. Itẽ accipit p arbore aromatica a ſimilitudine calami vſualis ſimulãs guſtũ caſiã. Hie. in exo. Sume tibi aromata calami ducẽtos quinquagintà ſiclos caſię. quingentos ſiclos pondere ſanctuarij Gignit in India multis nodis geniculat⁹ fulu⁹ flagrãs ſpũs ſuauitatẽ: q cũ frãgit in multas fit ptes ſciſſibiles. Et calam⁹ mẽſura ẽ ſex cubitoz & palmi

¶ Calama mæ. generis fœminini. eſt haſta ipſius frumẽti. Sudas καλαμη ο σταχυσ του σιτου απο καλου του ξυλου αυτο δε απο της καυσεως.

¶ Calamariũ theca. i. repoſitoriũ calamorum.

¶ Calamitas: proprie ruſtici grandinẽ dicũt calamitatẽ q cõminuat calamos: hoc eſt culmos & ſegetes. Ter. in Eun. Ipſa egredit noſtri fundi calamitas. Accipit p miſeria & ęrũna. Vñ calamitoſus dicimus malis ac calamitib⁹ p grauatũ. Cic. Et honoris ampliſſimi puto eſſe & accuſare improbos & miſeros calamitoſoſq; defendere.

¶ Calamiſtrũ acus maior qua calefacta & adhibita criſpantur capilli. Vñ Ci. calamiſtratã comã vocat Hier. Procurator calamiſtratus. Qui aũt eã adminiſtrat a cinere Cinerarius & ciniflo vocatur.

¶ Calantica tegimẽ muliebre quod capiti innectit Ci. in Clod. Tum mecũ vincirentur pedes fuſcus cum calanticam capiti accommodares.

¶ Calatores dicebantur ſerui. à καλειν. qđ eſt vocare: qui ſemp vocabant ob neceſſitatẽ ſeruitutis.

¶ Calones miniſtri militũ hoſes liberi a calãdo. i. vocãdo quia vocant ad miniſterĩ ſcđm Actonẽ Vel a calẽdis: quia eo die cibaria accipiunt: vt inqt Porphirio imino απο των καλων.

¶ Calathus pe. cor. & aſpirata. grẽcũ eſt καλαθος & ab aliquibus Qualus & qualillus. ab aliquibus Fiſcella vas vimineũ ſcđm Porphirionẽ: in quo mulieres pẽſa vllramã reuoluũt. Iuxta quas ſignificationes ait Verg. in Alexi. Tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphæ calathis. Hiero. in Hieremia Calathus vnus ficus bonas hẽbat nimis vt ſolẽt fic⁹ eẽ primitẽporis. Sed quid opus tot? Magis calath⁹ dr ciſtella. Ouid. lib. iiij. faſt. Hęc implet calathos

lento de vimine nexos: hęc gremium laxos degrā uat illa ſinus. Accipitur interdū pro calice ad ſacri ficium apto. Vergi. Vina nouum fundam calathis aruiſia nectar. Ser. ait eſſe vas ęneum in quo lac vel recens caſeus diſtrahitur.

¶ Calata comitia: quęre in dictione comitium.

¶ Calathis. is. penultima correpta nomen ciuitatis. ſicuti. Ptol. & Stra. ſcribunt a calatho ibi inuento. Inde fuit Hilber poeta qui de tragœdia inſignē librum condidit.

¶ Calathę quā alij calathuſas vocant: nomen vrbis ad herculis colūnas ſitę.

¶ Calx calcis: tā maſ. q̄ fœmi: generis. a calcando ideſt intendo: non a calcitrando. Vergi. Cornipedemq; citum ferrata calce fatigat. Idem. Quadrupedemq; citum ferrato calce fatigat. Dicitur & calcaneus: & calcaneum: & talus. Et de hominibus: & cęteris animalibus dici poteſt. Capiturq; interdum pro extrema parte pedis qui & pes imus appellaſ. Vetg. Calcemq; teret iam calce diores. Vnde etiā ſę penumero pro fine vſurpatur: vt A vertice ad calcem: ideſt a principio ad finem. quod perinde eſt: acſi diceretur. A capite ad pedes. Aliquando ſumit pro pedum percuſſionibus plagiſq;. Ter. in phor. Namq; inſcitia eſt aduerſum ſtimulos calces. Iuu. Aut dic: aut accipe calcem.

¶ Calx fœmin. generis ſeu calcis: lapis coctus ſic dictus q̄ in ędificijs calceſ. Nam ita lapides ſimul aſtringit vt calcati videatur. Palladius. Calx quæ erit ex ſpiſſo & duro ſaxo ſtructuris conuenit. ex fiſtuloſo vero aut molliori lapide tectorijs adhibeſ vtilius. Fit autem de albo: ſpiſſo & duriore ſaxo. Coquitur fornace calcaria.

¶ Calcata ędificia dicunſ calce cōtecta: q̄ & loricationē & tectoriū appellāt & præcipue ſi leue politū ve fuerit: vt ſuper induci poſſit periculis vel albariū vel pictura ad venuſtandā ſtructuram.

¶ Calcaria fornax in qua calx coquiſ: ſicut ſulphuraria in qua ſulphur. Plyni. Nuper repertum oleas gaudere maxime cinere e calcariis fornacibus. Eſt autem a dictiuū calcarius. ria. rium. Calcarius vero qui præeſt fornaci calcarię. Cato de re ruſt. Calcarī ligna conficit ad fornacem.

¶ Calcaneus & calcaneū vtroq; modo dicitur pro parte poſteriore pedis imi. Verg. Continuis trimis calcanea ſciſa rigebant.

¶ Calceus pedis indumentū q̄d fit ex pellibus aīaliū a calce fit. Ci. li. i. ar. veteris. Si mult⁹ erit in calceis puluis ex itinere cōuenire oportebat.

¶ Calcearīū idē q̄d calceus. Vlp. titu. de alimētis legatis. Diarijs vel cibarijs relictis neq; habitationē. neq; veſtiariū: neq; calcearīū deberi palā eſt.

¶ Calceolarius q calceos cōficit. Plaut. in aul.

¶ Calcio & calceo as. raro vſos auctores inueni. ſemel cū actō ei⁹ rei q̄ qs calciaſ apd Ply. li. xxxvi. repi: ſed p̄ ipono dictū ē. Arceſilaū quoq; magnificat. Var. Cui⁹ ſe marmoreā habuiſſe leenā tradit. alii geroſq; ludētes: cū ea cupidies: quorū alij religatā tenerēt: alij e cornu cogerēt bibere: alij calciarent ſoccos oīes ex vno lapide. Abltō aūt li. vii. Nos quoq; vidim⁹ athanatū noīe p̄digioſę oītationis quinquagēario thorace plūbeo indutū cothurniſq; pondo calciatū p ſcęnā ingredi. Gel. die feriato tunicis & lacernis idutos & gallicis calciatos. hui⁹ cōpoſitum eſt excalcio. Sue. in Vitel. pro maximo munere a Meſſallina petijt vt pedes præberet ſibi ex calciandos.

¶ Calceamen & calceamentū pro ipſo calceo. Ply. li. xix. Hinc calceamina & paſtorū veſtis.

¶ Calceatus us. idē q̄d calceamē. Ply. Itaq; longo itinere ſine calceatu atterūtur pedes.

¶ Calcar ferreus ſtimul⁹ ad vrgēdos equos ſic dictum q̄ ad calcē alligetur.

¶ Calcitro as. pe. co. pede pcutio: Hinc calcitrōes dicti ſunt eq q calcib⁹ infeſtāt. Gel. equ⁹ mordax & calcitro. Huius cōpoſitū eſt recalcitro.

¶ Calcitroſus q ſępe calcib⁹ ferit. Col. li. iij. Iuuencūq; recte tractū calcitroſumq; eū redibit.

¶ Calculus a calcādo gñs lapidis duriſſimi & rotū di ſicut ait Hier. ad dama. q calce preſſus offendit. Oui. per quas numerabilis alte calcul⁹ oīs erat. Et calculus lapillus in corpore ex quo aſprim⁹ cruciatus gignit. qui aūt eo morbo laborāt calculoſi dīr a grecis lithanici. Plyn. li. xxi. Vtunt alopetias ad lithanicos opiſthotonicos. Itē calcul⁹ dī quē latronē: ſeu latrūculū antiq appellarūt: iuniores ſcacū vocāt. Mar. Hic mihi biſſeno numeraſ teſſera puncto Calculus hic gemīo diſcolor hoſte perit. Quoniā aūt calculis facere rōnē ſolem⁹. Calcul⁹ q̄ſq; p rōne ponit. Ci. Itaq; tibi cōcedo vt ſi te alicui⁹ dati pœnitet ad calculū reducas. Rurſus calcul⁹ minima pars ponderis dicit. Et culter lapideus quo Eſaię prophetæ labia mundata fuere.

¶ Calculoſus q calculis. i. lapillis in corpore abūdat. Quo noīe vſus eſt Ply. Et calculoſus locus q calculis abundat. Col. lib. iij. loca aprica calculoſa glareoſa interdū & ſaxoſa amat ficus.

¶ Calculo as. ratiōnē facio. Vñ calculator a calculis. i. lapidibus minutis quos antiqui in manu tenētes numeros cōponebant.

¶ Calco as. cōprimo: q̄d & ad aīm trāſferī: vt calcauit paſſiōes: cui⁹ cōpoſita ſūt cōculco. inculco: & proculco.

¶ Caliga ę. pen. cor. tegumentum tibiarū. Cuius dimi. eſt caligula. Am. Colobio. & pallio indutos calīgulis calciatos. A quo militari calciamēto germanici filius Caius Ro. Imperator cognomē fortit⁹ eſt: quoniā in exercitu nat⁹ ſit. Auto. Caius cognomē caligę cui caſtra dederūt. A caliga fit caligatus: vt miles caligatus. Iuue. Veniā caligatus in agros. Dicitur & caligaris

¶ Caligula dictus fuit Caius Imperator: a calīgis quas margaritis refertas primus portauit. Hic ędificauit ciuitatē quā calipolim nominauit.

¶ Caligo pe. p. vmbra ē de ſpiſſitudine aeris effecta qñ aeris colore gignaſ. Hic caliginoſ⁹ a. um. p obſcuro dī & caliginoſ⁹ vt apd Hie. Añq offendāt pedes nīi ad mōtes caligoſos. Caligo as. caliginē induco. obſcuro. Hie. in exo. Oculi ei⁹ caligauerāt.

¶ Calaris ciuitas i ſardinia. vide i dictiōe ſardinia

¶ Calchas antis. nomē propriū greci augurīs.

¶ Calor & caliditas idē ſignificāt. Dicit & caldor. Var. Olea lecta ſi nimiū diu fuerit in aceruis caldore fraceſcit: & oleum fœtidū fit.

¶ Caleo es. calui. p ſimplex l. ferueo: calidus ſum. La. li. de opi. Qui aūt ignē putauerūt: hoc vſi ſunt argumēto. q̄ pñte aīa corpus caleat: recedēte frigeſcat. In quo oñdit primitiui & deriuatiui diuerſa ſignificatio: vt caleat intelligaſ: calidū ſit: frigeſcat frigidū fiat. cōpoſita ſunt cōcaleo & incaleo.

¶Calesco calid⁹ fio:a quo cõcalesco & incalesco.
¶Calefacio & calfacio calidũ reddo.Plyn.li.xxi. chrysocomę radix calfacit & stringit.hinc excalfacio:a quo excalfactorius a.um. Idẽ.Excalfactorias habet vires.Cõcalfacio.incẽdo.Cic. Et ait idẽ cũ brachiũ cõcalfecerit tũ solere pugnare.
¶Calefio habet significationẽ passiuã illatã: vt hic Calefit igni.A quo cõcalfio:& excalfio.
¶Calidus a.um.a calore fit: & mõ feruentẽ signif. Ver. Voluit ilie vomens calidũ de pectore flumen. Mõ ferocẽ incõsultum.Pacu. Caue sis nimis calide loquaris & turbã cõcites.Mõ velocẽ.Var.Cum hęc dixisset ecce calidis pedib⁹ q dã nauicularis irrũpit in cutiã.Dr & caldus p syncopã.Mar.Frigida nõ deerit:nõ derit calda petẽti. Sũt tñ q dr̃iam faciãt inter calidũ & caldũ:vt sit calidũ spõte nullo extrinsec⁹ calorẽ suggerẽte:vt ignis & spũs noster q corp⁹ aiat.Caldũ vero aliunde. Quo mõ locut⁹ est Pedianus.Corpus nudum caldatũ sicu in lecto erat positũ:vt vulnera videri possent in forũ detulit. Sed cõfunditur apud auctores.
¶Calorificus a.um.quod calorem facit:sicut a frigore frigorificus.
¶Callus & callũ vtroq; modo dicitur prõ duricie illa quę in manibus vel pedibus ex labore nascitur Plau.in Persa. Plus calleo q̃ aprugnũ callum callet.Est autẽ callum aprugnũ caro apri callosior ob id saporis iucundioris.Et in Cap.Quanta sumini absumendo:quanta callo callamitas.
¶Callid⁹ per duplex ll astutus.Differtq; à versuto q callidus sit ille (vt scribit Ci.) cuius aius vsu vt manus opera cõcalluit.Versutus cuius mens celeriter versetur.Hinc calliditas quæ secundũ Arist.est quędam prudentię pars: quę ita versatur in paruis vt prudentia in magnis.
¶Calleo es.callui.proprie callosus sum: siue callũ facio.Plau.in pseu.Neq; ego homines magis asinos vnq̃ vidi ita plagis costæ callent: quos dum ferias:tibi plus noceas.Transfertur & ad animum Idem.Occalluit animus.Ci.Sulpi.At qui non in illis rebus exercitatus animus callere iam debet. Interdũ callere est pfecte scire. q; sicut pes vel manus ex longo labore callũ facit:ita mens longa experientia facit habitũ quendã retum:in quibus versatur. Et sic neutrum transitiuum est: vt Dicenda silẽdaq; calles.Et illud.Legitimumq; sonum digitis callemus & aure.Huius verbi cõpositum est Oc calleo a quo occallesco.Plau.in asy.Qui latera cõterã tua quę occalluere plagis.
¶Callescere est callũ fieri.Cato.Aures nobis callescunt ad iniurias.
¶Calles oppidum in Gallia:aliud in campania: a quo cales populi iuxta falernos & mallicos.de quibus Verg.Aequora quicq; cales linquunt.Hinc calœnum vinum.
¶Calẽdæ prim⁹ dies mẽsis.a καλέω καλω voco:quia solebat Romę minor pontifex nouа luna cõspecta plębẽ vocare in capitoliũ/vt audiret quot dies a calendis ad nonas supereſſent.
¶Calendaris & hoc calendare: quod ad calendas pertinet:vt Iuno calendaris.
¶Calendarius a.um.idem est vt calendarius liber Vide in ephemeris.
¶Callis via callo perdurata. Vergi.lib.viij.Rara per occultos ducebat semita calles.

¶Callimachus pe.cor.nomẽ poetę cyrenẽsis qui princeps inter Elegiacos habet. Fuit & alius historicus ægyptus:de quo Suda noster υιος βαττου και μιϑσατματος μαϑητης ερμοκρατους: & multa:& quot fuerint longe prosequitur.
¶Callisthenes pen.cor.nomẽ philosophi:& apud nos pulchritudinis potentia dicitur.Hic fuit olinthius Alexan.magno familiaris ex cõdiscipulatu apud Aristo.Accitusq; ab ipso rege ad pdẽda me morię gęsta ei⁹ asiatica.Huic nocuit imodica libertas grauitasq; inuisa regi cum haud quaq̃ male assentatiũ accõmodatus ingenio esset.Naꝫ cũ Alexan.magnus ex perfico superbię regię more adorari vellet acerrimus inter recusantes Callisthenes fuit palã dictitans Alexandrũ non adorandũ esse. quę res & illi & multis principibus macedonũ exitiũ fuit. Siquidẽ Alexander. Callisthenẽ propter adorationis perficę interpellatũ morẽ: cõiuratiõis consciũ fuisse criminat⁹ est:eũq; truncatis mẽbris abscisisq; auribus :ac naso:labisq; deformatũ: cũ cane in canam clausum circũferri iussit: diuq; tortum tandem necauit. De hoc Sene. lib. vi. quęstionum naturalium. Fuit Callisthenі nobile ingeniuꝫ & furibũdi regis impatiens.hoc est Alexandri crimen æternum: q; nulla virtus nulla bellorum felicitas redimet. Nam quotiens dicetur Occidit persarum multa millia :opponetur:& Callisthenẽ. Quotiens dictum fuerit. Occidit darium: dicetur Sed & callisthenem occidit.
¶Calisto vna ex nymphis:& pulcherrima dicitur Fuit & Lycaonis arcadiæ regis filia : ex qua ortus est arcas a quo arcadia.Quę postea versa est in vrsam q̃ dr̃ Arctos & iuxta borealẽ polũ sita.
¶Calypso insula contra Troglodytas sita.Est & nympha oceani & Tethyos filia.Regnauit in ogygia insula & Vlyssem naufragũ hospitaliter suscepit.Qui. Ah quotiens illũ doluit pperare calypso de qua Homerus in odyssea. per y scribitur.
¶Calyptra ę.genus vestimẽti quo mulieres capita tegebant.a καλυπτω tego.
¶Calliope pe.cor.vna musaꝝ & pstãtissima q̃ etiã calliopea dr̃ sicut penelope & penelopea a pulchro ore dicta ωψ οπος. vultus: & facies dicitur. καλλος pulchritudo. Prędest heroicis versibus.
¶Calix genus poculi quo bibimus.q; eo calidam bibebant:vt inquit Var.Nam & calidam & frigidã conuiuijs veteres adhibebant.Iuue.calidæ gelidæ q; ministet. Quandoq; ponitur pro maiori vase. Cice.libr.iij.Tusc.Quid hic calix mulsi impingue dus est:vt plorare se desinat.Quandoq; pro vase in quo legumina & holera coquuntur.Ouid.lib.v. fast. Stãt calices:minor inde fabas holus alter habebat.Var.calix.a caldo q; in eo calida puls apponebatur. calices fictiles cululli dicuntur. At calyx cum y significat foliculum: quo fructus arborum cooperitur.a καλυπτω cooperio.
¶Calliblepharon medicamentũ quo fucantur ot nanturq; palpebrę.Plyn.lib.xxviij.Calliplepharі pari modo fulgio in hoc vsu tempetatur.
¶Callirhoe fons apd athenas.Papi.lib.xij.th.Et quos callirhoe nouies errãtib⁹ vndis implicat.Hic postea a tyrãnis reparatus Enneacrenos dictus ẽ idest salientes nouẽ.Martianus de hoc fonte.Fõtes multi atticę inter quos callirhoe prędicatur.
¶Calydon penulti.correpta seu Calydonia ętha

lorum ciuitas regia Oenei patris Meleagri: & regio vicina: diſtat a mari ſeptem milliũ quingentorum paſſuũ ſpatio per quod Euenus fluit. Luca. Et meleagræon maculatus ſanguine neſſi. Euenos calydona ſecat. Hinc calydonius donia.nium. & Calydonis.idis. Ouí. Plangunt ſe matres calydonides Itẽ Clydonia ſylua Britãnię: vnde ſęui leones mitebantur: a qua Britãni quãdoq; Calydonij vocantur: ſecũda ſyllaba longa & tertia breuis. Mar. Nuda calydonio ſic viſcera prębuit vrſo. Idẽ. Quinte calydonios Ouidi viſure Britãnos. Cum aũt de ætolico agro intelligimus ſecunda breuis tertia lõga: vt ſupra apud Luc. & Ouí. Tradidit aonius pauidam calydonida neſſo.

¶ Calydna inſula: quã quidam vnam eſſe cum Calymna. Alij calydnas duas leron & calymnam. q̃ ſunt circa Rhodum. Stra. alias ab his caiydnas p pe Tenedum cõſtituit.

¶ Calipolis vrbs Thracię in extremo helleſpõti. a

¶ Caligula ædificata a quo nomen ſumpſit. hoc eſt caligulę polis.

¶ Callipidę pe. co. populi ſcythici: hiſpanũ fluuiũ incolentes: vt auctor eſt Herodotus.

¶ Calliſtratus pe. cor. nomen viri proprium.

¶ Calon latine bonũ ſiue pulchrũ ſiue honeſtũ. Et Calon dr̃ lignum. Inde Calones calcei ex ligno. Quo etiã noie ſeruí militũ caſtra ſequentes dicunt̃ qui clauas ligneas vel fuſtes gerebãt: vel q militibus ligna ſubminiſtrabãt. Hor. Hũc pmixerũt calones atq; caballi. Quidam tamen Calones a calãdo deriuãt q̃ ad miniſteriũ aduocarent̃. Alij a calendis: q̃ calendarũ die cibaria caperent pro toto menſe: Et calon nomen eſt ſtatuarij.

¶ Calopodiũ calciamẽti lignei gñs: qđ alio noie dr̃ Soccũ. & per diminutionẽ ſocculum.

¶ Calœnũ cũ œ dipht. vrbs cãpanię. xiiij. paſſuũ millibus a capua diſtans. In cuius agro vinũ optimum & dulce naſcit̃. Stra: Calœnum vrbs in campania in primis eximia adiuncta Caſelino. Vnde Hora. Prœlo domitam calœno tu bibes vuã. Quidam etiã calœnum vinũ accipiunt a calibus oppido campaniæ. Alij a καλοσ: quod eſt bonum & οινοσ vinum. Iuue. Occurrit matrona potens quę molle calœno. Et ſic ſcribi poteſt cũ œ. dipht.

¶ Calpar doliũ. Var. li. i. de vi. pa. Quia anteq̃ nomẽ dolij prolatũ eſſet id genus vaſorũ calpar dicebatur. Feſtus docet eſſe genus vaſis fictilis: ſeu vinum nouum: quod ex dolio demittitur ſacrificii cã anteq̃ deguſtetur.

¶ Calpe hiſpanię mons: circuitu nõ magnus: altitudine ingẽs vna ex colũnis herculis: in cuius radicibus vrbs eſt noie Calpe: vt inquit Stra. Quo etiã noie dicta eſt inſula in occaſu poſt Gades ãguſto diſcreta freto αλλα καλπωισ νλρια εστι.

¶ Calua ę. dr̃ os capitis: vbi capilli eſſe cõſueuere. Mar. Pſilotro: facięq; lauas: & dropace caluam.

¶ Caluus dr̃ a cuius capite capilli defluxerũt: ſiue q ſine capillis nati ſunt. Vnde plyn. li. xi. docet eſſe gẽtes naturaliter caluas quales Myconij qui capillo carentes gignunt̃. Hie. in leui. Vir de cuius capite capilli fluunt caluus & mundus eſt. Hinc fiunt cõpoſita pręcaluus & recaluus: qui & recaluaſter dicit̃ de quibus infra.

¶ Caluities & caluitiũ defluuiũ capillorũ a capite: ſeu locus in quo capillorum defluuium eſt. Hiero.

Ibidem. Si autem in caluitio ſiue in recaluatione alb⁹ vel ruffus color fuerit exort⁹: & hoc ſacerdos viderit: cõdemnabit eum haud dubie leprę quę orta eſt in caluitio. Suet. Caluitij vero deformitatem iniquiſſime ferebat: ſępe obtrectatorum iocis obnoxiam expertus. ideo deficientem capillum reuocare a vertice conſueuerat.

¶ Caluo as. caluũ facio. a quo decaluo & recaluo. Primum ſignificat valde caluo. Secundum ab anteriore capitis parte caluo. Hier. in Eſaia. Decaluabit dñs verticem filiarum ſyon: & dñs crinẽ earum nudabit. Idem in leui. Sin autem in caluitio: ſiue in recaluatione albus vel ruffus color &c.

¶ Calueo es. caluus ſum. Ply. li. xi. Et quędã aĩalia naturaliter caluent: ſicut ſtrutio: chameli & cornuaquatici. Hinc componitur recalueo quod eſt rurſus in caluitiem reuertor.

¶ Calueſcere eſt caluum fieri. Col. li. vij. Potior tñ eſt ratio cuſtodiendi ne naſcatur: neue in colla calueſcant. Plyn. li. xi. propriũ his calueſcere oĩbus annis cum feritur rapa. Dicitur & de agris. Col. li. v. Propter mures atq; talpas ſępe nouella caſtanea calueſcunt. ideſt rareſcunt.

¶ Caluata vinea apud Catonẽ & Plyniũ ſignificat̃ in qua vites quidem ſint: verũ paucę: rareq;: vt in caluitio capilli. Nam & græci loca ſatis: fruticibus q; nuda phalacras. quaſi calueta appellant.

¶ Caluaria totum caput & carne nudũ. & tã de brutis q̃ de homibus dr̃. Palladius. equæ caluaria: ſed non virginis intra ortum ponenda eſt: vel potius aſinę. Creduntur enim ſua preſentia fœcũdare quę ſpectant. Celſus libr. viij. Vbi capitis oſſa & ipſam caluariam deſcribit. Et Caluariæ loca ſepulturæ publica: quas greci vocant polyãdria: ſeu loca vbi decollabantur hoies dãnati. Hier. Extra vrbes & foras portam loca ſunt: in quibus truncantur capita damnatorum. & caluariæ. i. decollatorum ſumpſere nomẽ. Propterea autem ibi crucifixus eſt dominus: vt vbi prius erat area damnatorum: ibi erigerẽtur vexilla martyrij. Et quomõ pro nobis maledictum crucis factus eſt & flagellatus & crucifix⁹ ſic pro omnium ſalute: quaſi noxius inter noxios crucifigeretur. Sinautem quiſpiam contendere voluerit ideo ibi dñm crucifixum vt Sanguis ipſius ſuper Adam tumulum diſtillaret: interrogem⁹ eũ quare & alij latrones in eodem loco crucifixi ſunt. Ex quo apparet Caluariam non ſepulchrũ primi hominis: ſed locum ſignificare decollatorum: vt vbi abundauit peccatum ſuperabundaret gratia. Adam vero ſepultum iuxta Cedron: & Arbee in Ieſu filij naue volumine legimus.

¶ Caluo caluis decipio fruſtror: cuius paſſiuum eſt caluor. Tractum a caluis militibus: qui omnibus ſolent eſſe fruſtratui. Pacu. Sẽtio te pater vocis calui ſimilitudine. Inuenitur etiã Caluor deponens. Plau. in Caſi. Nam vbi domi ſola ſum: ſoror man⁹ caluitur. ideſt decipit.

¶ Calumnia vexatio alicuius in litibus per fraudẽ & fruſtrationem. Ci. Exiſtunt ſæpe iniurię calũnia quadã & nimis callida atq; malitioſa iuris interp̃tatione. Et calumnia dicitur cum alicui crimen falſo imponit̃. Hierony. Calumnia eſt cũ iuſtis hominibus crimen impietatis obijcitur.

¶ Calumnioſus qui calũniã inferre ſolet. Aug. Nemo illi calumnioſus tendiculas verborũ requirit.

¶Calũnior ſignificat per fraudẽ & ſubdolã ratiõnem cauſã vincendi in litibus mendaciis alios vexo. & calũniari eſt falſa crimina intendere: & modo cũ accuſatiuo: mõ cum datiuo cõſtruit. Hiero. lib. .i.ꝓ. Si quem q̃ calũniatus ſum. Aug. li. i. ciui. dei. Et chriſtianis temporibus non calũniatur. Hinc Calumniator: qui calumniã facit: ideſt qui falſum crimen obijcit. Vnde in lege. xii. tabularum. Calũniator idem patiatur: quod reus ſi conuictus fuerit. Ponitur & quandoq; pro fallaci & doloſo.

¶Caluinarius porcus qui cibo permiſto ex colluuie hyeme nutritur.

¶Calaſtri pueri dicebant canorã vocẽ habẽtes inquit Victru. q a regibus ad hoc munꝰ q̃rí ſolebant.

¶Calta herba naſcẽs in ſegetibus flore purpureo vel potius viola coloris albi.

¶Cambio bis. pſi. cõmuto. Apud antiquos vero cãbire accipit pro pugnare: iter inchoare: flectere. A quo campſo as. qd eſt iter flecto.

¶Cambyſes pe. pro. nomẽ ꝑprij regis perſe: cui Aſtyages filiã dedit in cõiugẽ: ex qua natus eſt Cyrus: qui poſtea regnauit. Eſt etiã hoc noie fluuius hyrcanie ortũ habens in mõtibus Caucaſi.

¶Camera pen. cor. a nris teſtudo ſeu fornix dr: & ipſa pars ſupior. ſ. tectũ deuexũ: & incuruũ ſolariũ a forma teſtudinis: quaſi camurę. i. curuę vt inquit Ser. Camyros em̃ latine curuus dr. Papi. in ſil. Effulgẽt cameræ vario faſtidia vitro In ſpẽs aĩoſq; nitẽt. Verg. lib. iij. Ge. Camuris hirtę ſub cornibus aures. Cameræ igitur tecta incuruate formata. Et camuri boues a curuatione. Ply. li. xix. Velocitas pernix leui vmbra cameras & pgulas opientes.

¶Camerare camerã facere. i. fornicẽ & teſtudinẽ a quo cõcamero. Ply. li. xxiiij. Dinocrates architectus Alexãdri Arſinoes tẽplũ cõcamerare inchoauerat vt in eo ſimulachrũ eius e ferro pendere in aere videret. Inde cõcamerata loca dicunꝰ teſtudinea hoc eſt quę fornicibus conſtant.

¶Camerinũ pe. ꝑ. piceni vrbs ꝑclara a curuitate ſitus ita appellata. Ab ea camertes dicti ſunt: quos Liuius ſcribit. P. Scipioni in armanda claſſe: qua in aphricã duxit cohortẽ vnã ſexcẽtorũ militũ armatorum prębuiſſe.

¶Camertes populi picẽtini a camerino dicti

¶Cameria oppidũ: & palus eiuſdẽ noĩs in Sicilia

¶Camillꝰ ꝑprie puer ingenuꝰ q flamini diali ad ſacrificia miniſtrabat. Antiq em̃ camillos: & camillas vocabãt miniſtros & miniſtras ĩpuberes in ſacris. Vñ mercurius etruſca lingua. Camillus dicit: q̃ſi deorũ miniſter. Fuit & camillus ꝑprij nomen Romani viri q Gallos expulit ab vrbe. Itẽ genus quoddã vaſis camillũ dicebãt qd opertũ in nũpti is ferebant: quod alio noĩe cumera vocabatur.

¶Chamęmellũ herba ab odore mali diſta quã vulgus camomillã vocat. ab aliqbus melanthion dr.

¶Camilla nomẽ Volſcorũ reginę: quę Turno cõtra Aeneam auxilio venit.

¶Caminus latine fornax dr. Ver. li. iij. Ruptis flãmã expirare caminis. Accipit etiã qñq; ꝑ ſtructura q̃ fumũ excipit. Sue. in Vite. Nec ante in ꝑtoriũ rediit q̃ flagrante triclinio ex cõceptu camini. Cice. ad Atticũ. Luculẽto camſo vtendũ cẽſeo.

¶Caminata loca dñr teſtudinata: & ad fornacis ſimilitudinẽ facta. Ply. li. xvii. Scrobes vbiq; caminata foſſura ore compreſſiore ſint.

¶Camœnę cũ œ diph. quaſi canẽtes amœnę. Amœnũ vero ab amãdo iucundũ dicim⁹. Canũt. n. antiquorũ laudes. Var. Camœnę ab antiquis Carmenę vel caſmenę dictę ſunt: nunc abiecta r vel s: camœnę vocantur. Alij camœnas dicũt q; ſint caſtę mẽtis ꝑſides. Sunt aũt camœnę idẽ qđ muſæ. Muſa vero ſignificat cantum.

¶Campana inſtrumentũ notũ ad pulſandũ idoneũ. A quo Hie. formauit dimi. cãpanula. Nam ad Euſto. ſcribit. Quouſq; cãpanula in clauſtro pulſabit. Ariſtophanes aũt comicus in ea comœdia: quę ſic phyn inſcribit. κωλωνα προσατορευει και ροπαλον αυτου και παλαιοτατορειναι it a q; malleus campanę dicit ropalũ li. & etiam inſtrumentũ quo pulſatur oſtium.

¶Cãpania regio Italię ſic dicta q; cãpeſtris ſit a q̃ Cãpani q in ea hĩtant. Ea nũc dr terra laboris fertiliſſima vbi capua & Neapolis & Cumę.

¶Cãpus eſt grande atq; amplũ ſpatiũ terrę quæ plana ſit. Vñ ſpatioſę plateę areęve cãpi dicuntur. Hier. ſup Cañ. Campus planities terrę dicit cui cultura adhibetur: & excolit ab agricolis. Et campus ſolet accipi pro qualibet re in qua quis ſtudiũ hẽat. dictus campus a capiẽdo q; animaliũ ſeu rerũ multitudinẽ facile capiat: ſeu q; veteres ex agro tantũ plano capiebant fructus.

¶Cãpeſtria loca plana a cãpo deductũ nomen: vt, in cãpeſtribꝰ inqt Hie. Et apud Eſaiã. Et erũt cãpeſtria in caulas gregũ & vallis achor in cubile armẽtorũ populo meo. Sic campeſtres operę dicebant ij: qui in campo martio ſeruilẽ operã candidato impertiebãtur. & campeſtria dicunt genitaliũ ſuccinctoria: eoq; ludentes in campis veſtibus oñibus exuebant & nudi ludebãt ſolis cãpeſtribꝰ tecti virilia. Hor. Penula ſolſtitio cãpeſtre niualibus auris. Aug. li. xiiij. ci. dei. Cãpeſtria latinũ verbũ eſt. eo dictũ q; iuuenes: qui nudi exercebantur in campo pudenda operiebãt. Vnde q ita ſuccincti ſunt campeſtratos vulgus appellat. Hęc etiam brachę fœminalia: vel fœmina: perizomata: ſuccinctoria. ſubligacula appellantur: & lumbaria.

¶Campatius cuſtos camporum.

¶Cãpſores dñr vlgo q collibiſtę ac trapziatę ſũt

¶Campe vermis gñs hortẽſes herbas & arborum frondes infeſtans a verbo græco καμπτειν: quod eſt flectere. Coll. Nec ſolũ teneras audent erodere frondes Implicitus cõchę limax/hirſutaq; campe Hinc hippocãpæ piſces qui & equi appellantur a flexu caudarum quę piſcoſę ſunt.

¶Canaſtręũ promõtoriũ eſt proximũ pallenę.

¶Canaan nomẽ filij Chamra quo cananeus a.uꝫ.

¶Canna harundo: licet minor ſit & maior calamo. Col. li. v. de arundineto. Ea eſt autẽ ſenectus: cũ vel exaruit ſitu & inertia pluriũ annorũ: vel ita dẽſatum eſt: vt gracilis & cannę ſimilis arundo pdeat. Idem. li. viij. Degener arundo quam vulgus cannam vocat. Et canna vas in quo ferebatur oleum. Col. Vrcei quibus oleum progeritur cannę tegetes quibꝰ oliua excipitur. Stra. ſcribit in aphrica ad cubitos quinos longas: craſſitudine vero digiti minoris cãnas naſci. Quare mirũ nõ videtur ſi in eis romã cõportatũ oleũ ſit. Pręterea cãna vicus Galilęe eſt: & vrbs Lycaonię.

¶Cãnetũ: vbi cannarum copia eſt. Palla. lilieta cãneta ponenda ſunt.

¶Cānitiū:cāna harūdo. Au.ſuperp̄s. Noſtis quē admodū ſibi faciunt de cānitijs ſagittas infantes.
¶Cannę:cannarum tantū pluraliter. Vicus in apulia. Romanorum clade clarus.
¶Canalis a canna fit vna littera detracta. Et tam maſc. q̄ fœ. generis eſt. Feſt. Canales per quos aq̄ confluit in vijs lapide ſtratis. Verg. Currentem illignis potare canalibus vndam. Eſt autem Canalis lignū ad cannæ ſimilitudinem cauatum a quo aqua deducitur. Dicitur & hoc Canale. Sta.libr.i. ſyl. Flumina demerſo trahit intemerata canali.
¶Canalicula:diminutiū parua canalis. Eraſiſtratus medicus docet duas eſſe quaſi canaliculas vel phyſtulas quę a faucibus deorſum proficiſcūtur. per alteram in ſtomachum delabuntur omnia eſcu lenta & proculenta. per alteram ſpiritus ab ore in pulmonem: atq; rurſum in os & nares cōmeat. per eandem meatus vocis fit. & gręce nominatur τραχεια αρτηρια. i. aſpera arteria. Lactantius hanc arteriam appellat phyſtulam ſpiritalem: alio nomine Curgulio nominatur. Canaliculus diminuti num a canalis in maſ. genere. Vict. li. vii. Canaliculus earū qui ſtrigix appellaſ. Col. li. ix. largiore cibo celerius pinguęſcit ſemper tamen etiam canaliculi milio repleti apponuntur.
¶Canaliculatus a.um. qđ eſt in canalis modū factū. Ply. li. xix. Quibuſdā angusta & canaliculata: vt cumina paucis foliacea & lata vt a triplici.
¶Canalicolę pe.cor. forenſes hoīes pauperes dicti q̄ circa canales fori conſiſterent.
¶Cānabis pe.cor. herba ex qua fiūt chordę. Perſ. Tun mare trāſilias tibi torta cannabe fulto. Dicit & Cānabū Palladius. Hoc tēpore cannabū ſeris. Hinc cannabaceus a.um. & cannabinus na.num. quod eſt ex cannabe. Col. lib. vij. Cannabiniſq; funibus cornua iuuencorum ligato.
¶Cancellus ligna inter ſe modicis interuallis in tranſuerſum: inſtar retis inuicem annexa: quibus ſcęnę & tribunalia atq; feneſtrę muniri ſolēt: quos prętexiri nō licet. Et apud priſcos fere ſemper fuerunt ærei: quorum multi extant per baſilicas diſtributi ad lignorum ſimilitudinē fabrefacti: quorū lineolę altrinſecus in quincuncē ſuperpoſitę foramina linquunt: quibus cum aer aſpectuſq; admittaſ: prohibeſ acceſſus: ſeruatq; vſus eiuſmodi clauſtra vineis pro valuis foribuſq; apponi. Ci. in Quinti. Ab his cancellis quibus me circunſcripſi declinauero. Sunt & cancelli loca cācellatim: hoc eſt teſſellatim tranuerſarijs lignis accōmoda feſſui. Ouid. Cancellis primos impoſuiſſe pedes. In ſacris litteris cancelli vocantur ſpecilla foraminibus plena: & tranſuerſim plagulis feneſtrata: quas vulgus zelotypias vocitat. Vñ in prouerbio. De feneſtra domus meę pro cancellos proſpexi iuuenem: & video paruulos. Hos cancellos delitioſos. Ci. li. de perfecto gñe dicendi appellat tranſennas ab oculorum videlicet & foraminum tranſitu. Ait eū quaſi per tranſennā prętereuntis ſtrictim aſpicimus. Et cancellis diſtincta eſt cutis elephantorū: quaſi teſſellatim cōquadrata & in modū capſularum facta. Inde cancellata cutis dicta eſt a Ply. li. ix. cui⁹ verba hęc ſunt. Elephanti cancellata cutis & inuitans id genus animalium odore. Ergo cum extenta cute retepere examina arctatis in rugas repente cancellis compręhenſas enecat. Prętera cancellus poteſt eſſe diminutiuum à Cancer. Cancello as. concido dilanio: diſpungo. erado: deleo. Cancellatim aduerbium: ad ſimilitudinem cancelli.
¶Cancellarij dicuntur ſcribę. Qua dictione vſus eſt Fla. Vopiſcus ſcribēs: a Carino Imperatore factū eſſe prefectū vrbis vnū ex cancellarijs ſuis:
¶Cancer cancri genus piſcis: & ſignū cœli: qui & Carcinus dicitur. Luc. li. ix. Par geminis chiron & id qđ carcinus ardens. Cancri iniſyderibus a gentilibus inde dicti ſunt: eo q̄ ad illud ſignū menſe Iunio ſol dum venerit retrogradatur in modū cancri: longioreſq; dies faciat. Et in vtroq; ſignificatu eſt generis maſc. Ferunt hunc cancrum a Iunone miſſum fuiſſe lerneum. qui ex lerna palude exiit: & dum herculis pedem momordit pugnantis cōtra hydram in ſydus trāſlatum.
¶Cancer cāceris. neutri generis morbus eſt. Oui. Vtq; malum late ſolet immedica bile cācer Serpere & illęſas vitiatis addere partes. Hie. contra Ruffi. Nemo vnq̄ ſuam carnem odit cum morbo regio laborantes: phtiſi & cācere & diſtillationibus mortem vitę prętulerant. Naſcitur hic morb⁹ fere in omnibus corporis partibus: ſed maxime in mamillis mulierum quæ non purgantur menſtruo naturali. Legitur & cancer cācri. genere maſculino pro morbo: vt apud Catonem de re ruſti. Eadem braſſica vulnera putrida cancroſq; purgabit: ſanoſq; facit. Dictus cancer a cancri rubore: ſeu ſimilitudine: Nam ſicut illi pedes: ita huic venę protēſę ex vtraq; parte cernantur. Hic alio nomine dicitur carcinoma: & gręce carcin⁹ dicitur. Sudas autem dicit Cancrum poetam tragicum fuiſſe: alterum etiam poetam atticum: qui multa ſcripſit.
¶Cancri etiam dicebātur qui nunc cancelli per diminutionem dicunt. Hoc ē op⁹ ſubtili materia in trāſuerſū cōpacta ad ſimilitudinē rętis facta: q; frequētia foramia hēat: qualia ſunt q̄ in corpore efficit morbus q cācer vocaſ. Vñ Apu. vocat cācros orci: pro faucib⁹ & tenacibus ſtationibus.
¶Cāgrena pe.p. ſpēs morbi alius a cācro: q̄ vt ait Ply: ſanari pōt. in hoc cācer & cāgrena cōueniunt q; vtrūq; carnē exedit. Naſcit cāgrena nō oñibus partibus corporis: ſicut cancer: ſed in ꝓminētibus mēbris. i. inter vngues & alas & inguina.
¶Candax acis. pe.cor. nomē reginę ęthiopū. Iu. Cādacis æthiopū dicant arcana. Sic alia termiata in acis corripiūt pen. vt Salmacis ꝓ fonte. Oui. li. xv. Cui nō audita eſt obſcęna ſalmacis vnda. Idē li. i. de arte. Atracis ambiguos traxit i arma viros. Hoc eſt hippodamia ab atracia.
¶Candeo es. candui. ignitus ſum. Ci. li. i. officio: Quid enim cenſemus ſuperiorē illum Dionyſium quo cruciatu timoris angi ſolitū qui cultros metuens tonſorios candente carbone ſibi adurebat capillū. Et candere ſignificat candidum eſſe. Vergil. lib. iiij. Candentis vaccę media inter cornua fundit
A candeo fit candeſco: quod eſt ignitus fio. Compoſita: excandeo & incandeo: a quibus excandeſco & incandeſco. quę proprie ſignificant vehemēter incendor. inflammorq;. Trāſferuntur etiam ad iram: q; ea eſt velut ignis. animum incendens: & vultum hominis quodam candore perfundens. Sed non temere. Cū enim ignis obſtantia exuperat ac fumū vincit: candorē lamine concipit. Vel quia vt ſol quāto cādidior tāto ardētior ita anim⁹

dum ira concitatus est: inflãmatus incensus & excã descẽs dicitur vt tanta mẽtis cõmotio significetur. Cælius Cic. Id postq̃ rescijt excanduit: & me causã inimicitiarũ quęrere clamitauit. i. ira vehemẽter incensus est. Cato de re rust. Nam si tecto coquas cũ bitumen & sulphur additũ est: excandescit. i. incendetur & flãmabitur. Hinc excãdescẽtia. q̃ est vt Cilib. tus. inquit. ira nascẽs & sine modo existẽs. Ex quo constat flãmã ignis candidã esse. vñ Ouid. li. vij. me. de incãdesco apte demõstrat. Nõ secus exarsit q̃ cũ balearia plumbũ Funda iacit volat & incãdescit eundo. Et quos nõ habuit: sub nubibus inuenit ignes. Aug. super Io. cũ actõ iunxit. Quã totam repleuerat spiritus sancti gratia: totã incãduerat diuinus amor. Est & recãdeo. a quo Recãdesco. quod est rursus cãdesco. Ouid. lib. i. me. Ergo vbi diluuio tellus lutulenta recenti Solibus ætherei alto q̃ recanduit æstu.

¶ Candefacio. candidũ facio. Plau. in mus. Quid ceruſa opus est? Nam qui malas oblinã vna opera ebur atramẽto candefacere postules. Hinc excãdefacio. Var. li. iij. de re ruſ. Cœnę collegiorũ excãdefaciũt annonã macelli. Aliquãdo etiã Cãdefacere est cãdentẽ hoc ẽ ignitũ reddere & excãdefacere ira valde inflãmari. & excãdefactus p̃ter modũ iratus.

¶ Candor ipse splẽdor. vt Cãdor est lucis æternę.

¶ Candidus. a. um. qđ ex luce ita nitet: eumq̃ colorem habet qualis est flãmæ ignis. licet aduerbiũ Cãdide p̃ benigne & pure sumatur. Cęlius Cic. Cauendum tibi erit ne parũ simpliciter & cãdide posuisse inimicitias videaris. Hor. Albi nostrorũ sermonũ candide lector. Interdũ Candidus ponitur p̃ felici Tractũ a thracibus qui diẽ fortunatũ albo: aduersum nigro lapillo designarũt. Catul. Fulsere vere candidi tibi. Hora. lib. ser. Hũccine solẽ tam nigrũ esse mihi. i. tristem & exitiosum. Differt tamẽ cãdidus ab albo. q̃ candidus est qui quadã intẽta luce perfusus est. Albus qui pallori vicinus est.

¶ Candido. as. candidũ facio. Vnde Candidatus cãdidus factus. Pomp. Vestem lixiuio cãdidans.

¶ Candidatus qui luce quadã intente perfusus est. Lac. li. vi. per translationẽ. Qui si hoc ille faciebat homo nõ a cœlesti tantũ: sed a publica quoq̃ ciuiliq̃ iustitia remotissimus: quãto magis id nos facere debemus qui immortalitate veluti candidati sumus? Candidati etiã dicebãtur qui in alicui⁹ magistratus aut dignitatis petitione versabãtur: a tunica candida quã per id tẽpus induebãt siue ad denotandũ integritatẽ. q̃ solus hic color sincęrus ac purus & minime inquinatus est: siue vt perspici ab oĩbus posset eos pecuniã nõ habere qua ciues corrũperent. Ire autẽ candidati per comitia solebãt suadendo rogãdo submittẽdo se oĩbus & nudato etiã corpore cicatrices ostẽdendo. Inde p̃ translationẽ aliarũ quoq̃ rerũ petitores sicuti a Quintil. candidatus eloquẽtiæ. a Ply. in panegy. candidatus gloriæ & imortalitatis. A Hier. candidatus fidei nũcupatur. Ex quibus ostẽditur candidatus construi cũ gtõ. vt sit cãdidatus cõsulatus p̃turæ: quęsturę: qui petit consulatũ: præturam: quæsturam.

¶ Candico. as. pe. cor. candorẽ habeo. siue dealbo. albũ facio. Ply. lib. viij. Insigne et in dextro latere candicãs macula. Idẽ. Cuius radice vtũtur ad cãdicãdos capillos. Hinc cãdicãtia. æ. p̃ albedine. Ply. li. xxxvij. Fictitię sacrificatiõis cãdicantiã fugiũt.

¶ Candifico. as. candidum facio. Aug. lib. xxi. de ciui. dei. De igne fulgido q̃ certũ suũ fulgorẽ lapides coquendo candificet. Neuius. Poliens sese & succis herbarũ candificans cutem.

¶ Candela a candore luminis dicitur. Hinc candelabrũ in quo candelæ figũtur. Sunt autẽ candelæ quacũq̃ constent materia scirpis: teda: seuo: cæra. Var, Candelabra a cãdela in his. eñ funiculi ardentes figebãtur. Mar. de cãdelabro corinthio Nomina candelę nobis antiqua dederũt. Non norat pat cos vncta lucerna patres.

¶ Candebœa palus fuit. de qua Ply. li. vi. Pars est inquit Syriæ q̃ phœnice dicit̃ finitima iudææ intrã mõtis carmeli radices paludẽ habẽs q̃ candebœa nominatur. Ex ea creditur nasci belus amnis.

¶ Canus. a. um. qđ est senex. a cãdeo vt quidã putant. Virg. Cana fide & vesta. i. antiqua: Vetustate eñ canescim⁹. Cani vero substãtiuũ accipiũt̃ p̃ capillis albis præ senectute. vt est illud Cani eñ sunt sensus hominis.

¶ Canicies & canitudo pro ipsa albedine. Ply. Et ipsa iam canicie venerabilis.

¶ Caneo canes canui. can⁹ sum. a quo canesco. canus fio. Incaneo. incanesco: valde canus fio. Hier. lib. pri. Re. Ego senui & incanui.

¶ Canistrũ & canister. fiscella cista viminea. Virg. Cererēq̃ canistris expediunt. Græce κανᾶ Spoꝝ. a in i. mutata. Palladius. Salignis canistros fieri debere virgultis. quia genus hoc oleũ dicitur aduuare. Cuius diminu. est canistellum & canistellus.

¶ Canephora pe. cor. virgo dicitur q̃ more attico sacra in cistulis reposita capite sustinebat. cana eñ græci dicũt q̃ nos canistra & per diminutionẽ canistella. Vñ canephoræ appellãtur: q̃ sacra huiusmõi vasculis recondita capite ferebant. Cic. in vi. Verti narũ. Habe canephoras deorũ simulacra restitue.

¶ Canis ge. cõ. animal latrabile: piscis marinus: signũ cœleste & ludi talaris signũ: qđ vnũ duntaxat punctũ cõtinebat. Ideo dãnosus erat. Prop. Semper dãnosi subsiluere canes. Pers. Dãnosa canicula quantũ Raderet angustæ collo nõ falleret orcæ. Canis animal a canẽdo dicit̃: q̃ noctu in custodia & in venando signũ voce det. De hoc Colu. Quis hominũ clarius aut tanta vociferatione bestiã vel furẽ prędicat q̃ iste latratu? Quis famulus amãtior domini? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor inueniri põt vigilantior? quis denicq̃ vltor aut vindex constantior? Canis sydus leporem fugientẽ sequitur: habet in lingua stellam vnã quę ꝓprie appellatur canis magna quidem & splendida: in capite alterã quã nõnulli Siroon dicunt. Sunt ergo duo canes in cœlo: maior. s. & minor. Sed canẽ dicẽdo maiorẽ intelligimus. Minor eñ canis canicula dicitur: q̃ quia integrũ diẽ in ortu atq̃ occasu canẽ prędcdit. a græcis procyon vocatur. Nã pro ante κυων canẽ significat. Hæc etiã anticanis & sirius dicitur. Cice. Anticanẽ procyon graio qui noĩe fertur. Oritur septimo calendas Augusti. Occidit sed nõ tota post dies xl. Hęc stella canis æstiuis mensibus in medio centro cœli est. Et dum sol ad eã ascenderit: cõiuncta cũ sole duplicat calorẽ & dissoluũt̃ corpa & vaporãtur. Latine canicula dicit̃. Vnde ex ipsa stella dies caniculares dicũtur: quãdo molestę sunt purgationes. Dicta canis q̃ corpa morbo afficiat: vel ꝓpter flãmæ candorẽ

q̄ eiuſmodi ſit vt præ cæteris lucere videatur.
¶ Canicula diminutiuū a cane cū eſt fœminini generis. Et accipitur p̄ ſigno cœleſti. Columel. li. x. Cunq; peracto ſolſtitio vſq; ad ortū caniculæ: qui fere dies. xxx. ſunt. Hinc Caniculares dies.
¶ Caniculus catulus a quo catellus diminutiua ſūt a canis generis maſculini.
¶ Caninus. a. um. q̄d eſt ex cane. Ply. Sāguine canino nihil cōtra toxica p̄ſtantius eſt. Canini vero dentes ſunt poſt primores. Vide in dictione dētes.
¶ Canatim aduerbiū ſignificat ad ſimilitudinē canis
¶ Canārius. a. um. q̄d ad canē pertinet: vt canaria lapa: q̄ canibus adhęret. Apud Ply. li. xviij. Auguriū canariū legit̄: & apud Ateiū capitonē. Canario ſacrificio p̄ frugibus dep̄candę ſæuitię cauſa ſydetis caniculę. Canatus ab Apulio dicit̄ in floridis p̄ clara ceu p̄conis voce. Canatius inquit limā dabo vt per oēs p̄incias eat. Sed hoc a canādo. i. calando videt̄ dictū. Nā Var. ſcribit cōſuetudinis fuiſſe vt claſſicus in arce circūq; muros canatū iret.
¶ Canarij populi circa atlantē aphricæ montē habitantes: q̄ victus eius animalis his p̄miſcuus ſit.
¶ Caniculāris adiectiuum a canicula cœleſti ſigno dictum. Vnde Caniculares dies.
¶ Cano. is. cecini cantū & canitū a quo Hiero. formauit participiū cū in Apocalypſi inq̄t. Qui erāt tuba caniturī. Sed eius cōpoſita faciūt p̄teritū in ui diuiſas ſyllabas. Significatq; p̄prie Canere voce modulari. Hinc canere poetę dicūtur q̄m verſus rythmica ratione cōpoſiti ſunt: & cātando pronūciari conſueuerūt. Virg. Arma virūq; cano. Canere etiā is dicit̄ qui nō tm̄ ore: ſed q̄ fides organa ve pulſat: aut qui tibias inflat. Vnde Canere receptui q̄d ſignificat poſt conflictū milites a pugna eſſe re uocandos recipiēdoſq; in tutū q̄d fit cantu tubarū & clangore ſicut canit bellicū cū initur cōflictus & milites in pugnā prodeūt. Vege. Tubicines ad bellū vocāt milites rurſum receptui canētes reuocāt. Sed quia veteres laudare & vaticinari verſibus ſolebāt: factū eſt vt canere p̄ laudare capiatur. Virg. Regēq; canebant. Et pro Vaticinari. Idē. Ipſa canas oro. Quandoq; pro p̄dicare & cū quodā vt ex auditi poſſit canore proferre. Mar. Quicquid fama canit donat; arena tibi. Huius verbi cōpoſita ſunt Accino q̄d eſt ad aliquid vel iuxta cano. Concino ſimul cano. Circūcino. Excino extra vel valde cano. Incino intus cano. Intercino inter agendū cano. Occino ſiue occano cōuicīū facio. Percino canendo perſeuero. Procino canēdo profero. Præcino p̄dico p̄diuino. & ante cano. Recino rurſus cano. Hora. lib. car. Quē deū cuius recinit iocoſa nomen imago. Interdū ſignificat in contrariū cano. Idem lib. i. carminū. Nūc ego nutibus mutare quę ro triſtia dum mihi fias recētatis amica: Eſt & Succino q̄d eſt ſummiſſima voce cano. Et omnia habent pe. cor. Hinc deducuntur infra ſcripta.
¶ Canto. as. frequentatiuū. a quo cātatio cātatus cantator & cātatrix. Cōpoſita mutāt a in e vt Accento. as. vnde accētus. Concēto a quo cōcentus. Occento & ſuccēto. Excanto vero incāto & recanto ſeruāt a. Aliquādo tm̄ cātare ponitur p̄ incātare Virg. Frigidus in pratis cātando rūpitur anguis.
¶ Cantito as. penul. cor. frequentatiuū a frequentatiuo formatum. Auguſt. Quales poetarū noſtrorum carminibus cantitantur.
¶ Cātus ūs. a cano fit & eſt inflexio vocis. Et p̄ cātione cuiuſcūq; rei dicitur. Virg. Cantuſq; dedere.
¶ Cantio idē q̄d cātus. Cuius dimi. eſt cantiūcula.
¶ Canticū proprie eſt elegans & laſciuus cantus. Quintil. ſit poetæ lectio cū ſuauitate quadā grauis & nō quidē proſæ ſimilis quia carmē eſt. & ſe poetę canere teſtantur nō tamen in canticū diſſoluta. gręci canticū hymnū vocant. Item pſalmū. Sed proprie hymnus dicitur qui voce naturali fit pſalmus qui aliquo muſico inſtrumento.
¶ Cantilena. cantici compoſitio.
¶ Canor cantus & elegantia quædā & conſonātia quædā. Quintil. Vocis rationē. Ariſtoxenus muſicus diuiſit ρυθμον και μελος εμμερον quorum alterum in modulatione eſt alterum canore ac ſonis conſtat. Ouid. lib. v. me. Nec tamē ille canor mulcendas natus ad aures.
¶ Canoroſus. a. um. quaſi ſonoroſus. Gel. Collectam coactāq; vocē & magis claros canoroſoſq; ſonitus facit.
¶ Canon latine regula. a quo canonicus. a. um. q̄d eſt regulare. Aug. lib. iij. de ciui. dei. Quā ſolis obſcurationē non ex canonico ſyderū curſu accidiſſe ſatis oſtendunt. Et canon. interior ſcuti locus quo brachia immittunt.
¶ Canonizo. as. latine regulo και ελληνιζι κανωνικαι κανονισματα.
¶ Canopus pe. p. ciuitas ęgypti diſtās ab Alexandria. c. xx. ſtad. Ex qua ortū ferūt Claudianū poetam dicta quaſi canobus a Canobo Amycleo Menelai nauis gubernatore ibi ſepulto. Nam deuicta Troia in ęgyptū vi ventorū delatus cū Helena gubernatorē ictu ſerpentis quē Hæmorohida vocāt amiſit. in eiuſq; memoria vrbem condidit relictis ibi iſs qui ad nauigandū inutiles erāt. Hęc ſalubris aeris benignitate homines allicit. Eſt ibi nili oſtiū quod canopicū vocant. Hinc Canopitę. pe. prod. dicti ſunt qui canopū habitant. Canopicus. a. um. poſſeſſiuū a canopo. Var. Nobis ſaperdæ videmur cum ſimus canopici.
¶ Cantabri. pe. cor. Hiſpaniæ populi ſunt in extremis luſitanis finitimi iſs q̄ tractū trās duriā ſeruāt Hi efferi ſunt & nullā vitā ſine armis eſſe exiſtimāt. De q̄bus Sirius. Cātaber ante oīs hyemiſq; ęſtuſq; famiſq; Inuictis. Et mox. Nec vitā ſine marte pati quippe oīs in armis Lucis cauſa ſita eſt & dānatū viuere pacī. Cantabrorū regio cātabria dicit̄. Sue. Domuit autē partim ductu: & partim auſpicijs ſuis cantabriā. Hinc cantabrius. a. um. Florus lib. iiij. Tatam amplexus cantabriā efferā gentē ritu ferarū quaſi indagine debellabat. Cōtabric⁹. um. Sue. in Aug. Extrema bella duo oīno per ſe geſſit Dalmaticū & cantabricū. Memoriæ proditū eſt cantabros ſolitos canere pæana lætitię ſuffixos cruci ab hoſtibus. Cur aūt ſeptēt̄rionales ſint ad arma prōptiſſimi ruātq; in ferrū ſine timore cauſa eſt ſanguinis abundātia ſicut docet Victr. lib. vi. econtrario meridiani populi propter ſanguinis exiguitatē timidiores ſunt ferro reſiſtere ſed ardores & febres ſustinent ſine timore tamen corpora ſeptēt̄rionalīū a febri ſunt timidiora & imbecilla.
¶ Cantharus. pe. cor. & cum th. aſpirato. græcum. eſt quo ſignificatur poculū q̄d baccho tribuitur ſicut ſyphus Herculi a cantharo q̄d erat nauigij genus. Vlp. ſcribit cātharos eſſe per quos aquę ſaliūt

Et cantharus animal eſt cuius fœmina non inueni
tur. Col. lib. viij. Nam & alecula modo capta & can
tharus exiguuſq; gobio quiſq; denicq; eſt incremẽ=
ti minuti piſcis maiorẽ alit. Et cãtharus latine ſca=
rabeus dicitur. Vnde cantharolethros locus eſt par
uus in Thracia in qua vnum hoc animal necatur
ολεθροσ pernicies dicitur.

¶ Cantharis idis. vl̃ cãtharida æ. vermis terrenus
viridis auri colore ſuperlucẽs & naſcitur in ſũmita=
te ramorũ fraxini & oliuæ cuius ſuccus in venas in
greſſus: vt venenũ interimit: & humano corpori
applicitus veſicas plenas humore facit. Oui. Can
tharidũ ſuccos dante parẽte bibas. Hiero. Ne ma=
gnopere glorieris ſi facias quod ſcorpiones facere
poſſunt & cantharides. Cantharides etiã ficorum
vermiculi dicũtur & pyri & pinus.

¶ Cãtherius: equus cui teſtes amputati ſũt q ideo
fit mãſuetior. Var. Et ideo q̃ ſemĩe carẽt ij cãtherij
appellãtur: diſtatq; ab equo: ſicut capus a gallo. Et
Cãtherij ſunt q a ruſticis fere nominãtur caballi qa
ipſos equos cãtherios vocamus q ſubiici ſolent a
fabris materiarijs: dũ moles arborũ ſecãt. Itẽ can=
therij Tigna dicũtur. Victr. lib. v. Et cãtherij p̃mi
¶ Caſpiũ mare dicit qđ inter caſpios montes eſt a quibus nomẽ accepit. Et hyrcanos & ĩmenſum occupat ſpatiũ. Caſpiæ portæ variæ dicũtur. Quidã amazonas portas caſpijs egreſſas ad Alexandrũ veniſſe in hyrcaniã pdidere. Sed illæ caucaſiæ fuerunt per quas trãſitus eſt ex hyberia in ſcythiã. Neronis quoq; principis cõminatio ad caſpias portas vt inquit Ply. Verũ mons taurus tribus in locis interruptus quaſi portis quibuſdã tranſitur in Armeniã. in cilicia & in mediã. Sed illæ tm̃ caſpiæ portę appellãtur q̃ apud Medos exiſtunt. ſicut ex Ptole. Ply. & Strabone licet intelligere: p has trãſitus eſt ex Babylone ac perſide ad mare caſpium. Et hinc fortaſſe caſpiæ dictę ſunt: q̃ aliquæ gentes vicinis inſidẽt mõtib⁹ appellatæ caſpię. Iuga vero caſpia pcul hinc abſunt: & ad Armenios vlterioreſq; populos ptinẽt. Portæ aũt caſpiæ vt Solinus inquit pandũtur itinere manufacto milibus octo paſſuũ longo. Nam latitudo vix ex plauſtro permeabilis

¶ Caſtalius: fons caballin⁹ & libethris dicit. Eſt in radicibus parnaſi: muſis ſacer: a virgine Caſtalia q̃ apollinẽ fugitãs p̃cipitata & in fontẽ verſa eſt: cui⁹ aquã dicũtur bibere poetę. Hunc fontẽ dicit acron fuiſſe in Lycia: vbi armenta Apollo fertur pauiſſe.

¶ Caſteria. ſignificat locũ vbi cum nauigatio conquieſcit remi & gubernacula reponũtur. Plautus. Quin ſi pol repoſui remũ ſola ego in caſteria vbi quieſco omnis familiæ cauſa conſtitit tibi.

¶ Caſtrũ numero ſingulari. locus eſt muris munitus dictum a caſa: q̃ ſit cõiunctio quædã caſarũ.

¶ Caſtra plurali numero appellantur exercitus cũ in procinctu pergũt: aut incerto quolibet loci itinere demorãtur. Similiter locus in quo milites tentoria fixerũt: vel ipſa tentoria in quibus milites diuerſantur. Vnde & de nauibus Virg. dixit. Nos caſtra mouemus: quoniã in illis milites eſſent. Dicta caſtra quaſi caſta & caſtrata q̃ ibi caſtretur libido. Indeem̃ mulieres abeſſe iubebat militaris diſciplina. Vel a caſtri ſimilitudine q̃ foſſa valloq; quaſi muro circundari ſolent.

¶ Caſtrametor penultima correpta caſtra loco vulgo acampare dicitur.

¶ Caſtellũ paruus vicus muris circũdatus dimi. a caſtro. Et caſtellũ dicit receptaculũ illud qđ aquã publicã ſuſcipit ex quo fluit aqua fiſtulis. Frõtin⁹. Omne plumbũ & omnes impenſæ ad aqueductus & caſtella & lacus pertinẽtes inde erogantur.

¶ Caſtellani dicti qui caſtellũ habitant: ſicut ab oppido oppidani: & a vico vicini.

¶ Caſtellatim aduerbiũ quaſi turmatim per caſtella diſiecti. Liuius lib. vij. Vt hoſtes & nocturno pauore attonitos & circa collem caſtellatim diſſipatos aggrederetur.

¶ Caſtrare ppriee eſt virilia amputare. Iuue. Nullus ephebũ defor mẽ ſcæua caſtrauit in arce tyrannus. Licet & de quacũq; trũcatione ſiue priuatione quã dicas. Pacu. Vt eſſet aliquis qui linguã eius caſtraret. Quidã caſtratos ſpadones & eunuchos ita diſtingũt: vt caſtrati ſint quibus teſtes naturaliter deſunt Spadones quibus violẽter detracta eſt virilitas. Eunuchi a dominis caſtrẽtur vt diutius eis abutãtur inde nomẽ ευνη και εχω αλλα σπαω euello. inde ſpadones. Vlpi. tamen ſpadonũ nomine omne genus euiratorũ comprẽhendi ſcribit.

¶ Caſtrenſis & hoc caſtrenſe qđ ad caſtra pertinet. Vnde caſtrenſes vigilię & caſtrenſe peculiũ eſt qđ a parẽtibus vel cognatis in militia agẽti donatũ eſt vel qđ ipſe filiusfamilias in militia acquiſiuit: qđ niſi militaret nõ acquiſiturus fuiſſet. Et quaſi caſtrẽ ſia bona dicũtur q̃ licet in militia filiofamilias nõ acquirũtur ita tamẽ fiũt ipſius ac ſi acquiſita in militia fuiſſent vt ſunt ea quę ex officijs acquirũtur.

¶ Caſtigo as. pe. p. ppriè verbis reprehẽdo: quaſi caſtũ. i. honeſtũ ago. Virg. Hic grauis entellũ dictis caſtigat aceſtes. Quandoq; caſtigare eſt vindicare punire. Idẽ lib. vi. Caſtigatq; dolos: ſubigitq; fateri. Hinc caſtigatũ dicimus correctũ emendatũq;.

¶ Caſtitas & pudicitia paria putantur: cũ ſit pudicitia ab iniuria turpiũ libidinũ libera. Caſtitas ab his cõtingi eſt remota. Vir. li. ij. geor. Caſta pudicitiã ſeruat dom⁹. Caſtũ dicit immaculũ quaſi caſtratũ. Nã caſtrare eſt pudenda amputare. Qui vero ſine pudẽdis eſt neceſſario caſtus eſt. Per tranſlationẽ caſtus capitur phoneſto & cõtinẽti vt ſit caſtus quaſi vacuus. Plau. in penu. Vt deceat nos eẽ a culpa caſtas. Vnde dicimus vxorẽ caſtã & caſtũ cantũ in quo nihil eſt laſciui. Et caſtã manũ quę ſe ab alienis cõtinet. Item pro pio & religioſo. Virg. Quiq; ſacerdotes caſti dum vita maneret.

¶ Caſtor aial: latine fiber põticus. cuius teſticulos medici caſtoreũ vocãt. Hic cõprenſa pte nõ anteq̃ cõcrepuerint oſſa morſu reſoluit. Caſtor & pollux fratres quos Tindaridas vocãt ſicut & Helena eorũ ſoror Tindaris nũcupata græce diſcuri appellãtur. Hi poſt mortẽ inter notiſſima ſydera conſtituti fuere. Quod plane ſignũ gemini dicitur. & gẽtibus p dijs habiti ſunt. Vñ romæ in foro erat ædes caſtoris & pollucis. quoniã ſicut Diony. lib. vi. antiquitatũ ſcribit in pugna ad Lacũ regillũ apparuerunt forma auguſtiore ducentes equitatũ romanũ aduerſus latinos q̃ haſtis feriebãt propellebãtq; aduerſarios. ſocios vero cohortabãtur. Quæ potiſſima cauſa fuit vt latini fugarẽtur & caſtra caperẽtur. Idem. Mox viſi ſunt ſudorẽ equorũ abluẽtes iuxta fontẽ iuturnæ. De inde cõſpectu mortaliũ ſe ſubduxerunt. Caſtor quoq; & me caſtor & per e caſtor. ad uerbia iurandi quaſi per ædem caſtoris.

¶ Caſtula palliolū quo puellę nudę infra pupillas p̄cingebātur. Var. Caſtulā mulier ſumpſerat p ſuccula. Hæc & perizoniū & præcinctoriū appellatur.
¶ Caſus mō fortuna eſt vt Boe. lib. v. de cōſo. Mō inopinatus euētus. Sene. Multa em̄ caſu poti⁹ q̄ ratione eueniūt. Modo ruina. Curti⁹. Inopinato rhedæ caſu op̄preſſus. Mō calamitas & infortuniū. Vir. Sed ſi tātus amor caſus cognoſcere noſtros. & breuiter troię ſup̄mū audire laborē. Et caſus dicūt vocabulorū formę. qa in aliā atq; aliā cadunt effigiē. Et caſū veteres antiquū vocabāt quaſi iā cadentē.
¶ Caſos inſula iuxta mare carpathiū ambitu octoginta ſtadiorū in qua eſt oppidū eiuſdē nominis.
¶ Caſura. æ. caſus ſeu cadendi actus. Hiero. Ante mētis noſtræ oculos ſemper euāgelicū illud appareat ſtolidiſſimi viri: qui ædificiū q̄d ſummopere fecerat ingruentibus fluminibus. flantibus ventis & imbribus inundationibus pluuiarū totū amiſit in caſura quod erat ædificatū in ſabulo.
¶ Cata prępoſitio greca in cōpoſitione ſignificat in. aduerſus. de. dis. ex. circum. vndiq; ſub. iuxta. per. ſecundum. Catha vero cum aſpiratione velut ſicut tanq̄ & quemadmodū.
¶ Catabaſis. inferior ſolis meatus. deſcenſus.
¶ Catabathynon. dici poteſt demerſum cauū & p fundum ex κατα και βαθυνον profundum.
¶ Catabathmus. oppidū in aphrica: & vallis repē te cōuexa vt ſcribit Ply. Pōponius catabathmos vallis deuexa in ægyptum finit africam απο του καταβαινειν. Et ſignificat catabathmus locum decliuem atq; deuexum.
¶ Cataclyſmus diluuiū & inundatio dicit. Hie. cōtra Ioui. Primus Lamech ſanguinarius & homicida vnā carnem in duas diuiſit vxores. Fratricidiū & Digamiā. eadem cataclyſmi deleuit pœna.
¶ Catachlyſis effuſio caliginis & tenebrarū. Nā caligo a grecis αχλη & αχλυς dicit κατακλυσις
¶ Cataclytū. locus cōcauus ab aqua cadente απο κατα και κλυζομαι. Ambr. lib. hexa. Nilus fluuiorum maximus eo loci vbi ſe ex altiſſimis montibus in cataclyta illa præcipitat magnitudine fragoris ſui aures accolarum obſtruit.
¶ Catachreſis. pe. p. tropus quā nos abuſionē vel vſurpationē dicimus. cū alienis abutimur perinde ac propriis cum propria deficiunt: vt facies ſimillima lauro. Nam facies hominis eſt. ex κατα cōtra κρησις dicitur vſus catachreſticus abuſiuus.
¶ Catacheſis. inſtructio.
¶ Catechizo. as. inſtruo doceo erudio vt eſt apud apoſtolū. Cōmunicet aūt is q catechizat ei q ſe ca (techizat.
¶ Catecumin⁹ inſtruct⁹ ſeu audiēs dr.
¶ Catacriſis. cōdemnatio vel diiudicatio. κρισις enim iudicium.
¶ Catadromū. p. cor. latine decurſoriū κατα δρομεω em̄ decurro. Sue. in Nero. Notiſſimus eques ro. elephanto ſuperſedens per catadromū decurrit
¶ Categoria κατηγορια accuſatio p̄dicamētum κατα γορεω accuſo p̄dico κατηγορος accuſator. Vnde categorię ſiue categoremata Ariſtotelis .i. p̄dicamēta. Et ꝓpoſitionū quędā a dialecticis categoricę nominātur: quas p̄dicatorias latine dicere poſſumus. Sūt aūt decē p̄dicamenta circa q̄ verſari videt oīs q̄ſtio. ουσια. i. eſſentia: qualitas. quātitas. ad aliqd. agere. pati. vbi. quādo. ſitus. habere. Appellatas vero categorias conſtare: vt inquit Aug. i dial. ꝓpterea q; nō p̄nt niſi a ſubiectis agnoſci Quis em̄ q̄d ſit homo poſſit agnoſcere: niſi ſibi hoiem ponāt ante oculos quaſi ſubiectū homini?
¶ Catagrapha q̄ vocāt pictores mō excurta appellant a breuitate imaginū quas ita rep̄ſentari cū ſūt obliquę poſtulat ratio. Hęc & cataglypha dicūtur.
¶ Catalepſis occupatio deprehēſio. Catalexis terminatio. Catalyſis diſſolutio. Catalyma. atis. refectio diuerſorum.
¶ Catalogus. pe. cor. ſermo vel ſcriptura q̄ numerū vel ordinē deſignat. Hier. ad Oceanū. Vbi catalogus deſcribit omniū manſionū etiā de lectis.
¶ Catalecticū metrū dicit cui vna tm̄ deeſt ſyllaba vt apd Hor. Mea renidet in domo lacunar. Eſt em̄ ſenariū iambicū vna ſyllaba minus. A catalecticū dicit q̄d legitimo fine claudit: vt Nec fonte labra prolui caballino. Eſt em̄ ſenariū iambicū perfectū.
¶ Catamithus cum i. latino producto. puer meritorius quo quis abutitur μισθον graeci mercedem dicunt quaſi κατα μισθον. i. pro pretio.
¶ Catholicus. dici pōt vniuerſalis quaſi circa oīa verſet. fit em̄ ex cata & holon: id quippe totū dicūt
¶ Cataphrattus: vndiq; munitus. ex κατα vndiq; & φραττος munitus a φραττω quod eſt munio. Ser. in xi. li. æne. Cataphratti equites q & ferro muniti ſunt: & equos ſimiliter munitos hnt. Sal. Et lequebātur equites cataphratti. Eſt etiā cataphratta lorica ſiue thorax militaris. Vñ Vege. ſcribit exercitum romanū pedeſtrē cataphrattis & galeis ſuiſſe munitū. Et Liu. lib. xxxvij. pedites ſ loricatos cataphrattos vocat. Cataphrattarij q cataphrattis muniti ſūt. Lāpri. de Alex. Cataphrattarios quos illi clibanarios vocāt decē millia in bello interemim⁹ Cataphrattę aūt naues p tectis nauib⁹ accipiūtur.
¶ Catapulta iaculū celere vl̄ ſagitta. Plau. in Cur. Atq; ita te neruo torquebo vt catapultæ ſolent.
¶ Cataplaſma atis. emplaſtrum ſiue malagma q̄ conſtat ex floribus: eorūq; ſurculis & axungia.
¶ Cataploos græce: latine nauigatio.
¶ Cataphrigæ. heretici q in phrygia fuerūt. vt mōtanus priſcilla & Maximilla. Hi aduentum ſpiritus ſancti: nō in apoſtolis: ſed in ſe traditū aſſerunt.
¶ Catapotia pilulæ dicūtur. απο του κατα πινειν q̄d eſt deuorare vel bibere ꝓprie: quoniā neq; eſtur: neq; lingitur id gen⁹ ſed deuoratur. vel q; κατα πωθω θησ λεγεται λαρυγξ λαρυγγος.
¶ Cataractas: q dā cœli feneſtras: q dā nubes: q dā ſubterraneas ſpecus interp̄tant. Alij a deſcēdēdo pro pēdulis portis ſumūt: ex ligno ferro ve quę demitti ac tolli poſſunt. Liu. Pēdulas & recidētes portas cataractas. Idem Porta cataracta deiecta clauſa erat. Eā partim funibus ſubducūt in tantū altitudinis vt ſubire recte poſſent. Dictę cataractæ q; ex alto defluere videātur. Græci em̄ κατα ρεω defluere dicūt. Vñ cataractę etiā dicunt e terra exeūtes aquę & ita ex alto defluētes: & ruere potius q̄ defluere videantur quales eſſe in ægypto nili cataractas legimus. Ita loca ipſa e q̄bus exeūt cataractæ dicūtur. Vnde in maximis imbribus apertas eſſe cœli cataractas dicere ſolem⁹. Dicitur & hic cataractes quo nomine etiā dictus eſt fluuius quidam. Stra. Poſt olbiā pamphiliæ cataractes eſt fluuius magno ſtrepitu ex alta rupe deiectus. Vnde & nomen.
¶ Catarrhus latine fluxio ſeu diſtillatio. Differt a coryza & brācho. Coryza dicit cū pituita nares tm̄

obſidet grauedo latine dicta. Catarrhus vero cum fauces palatūq;. At branchos cum & guttur & arteria corripitur. ob id & artericū qñq; id vitiū appellāt. Omnia hęc tñ Hippocrates coryzas vocabat: noſtri diſtillatiōes quia græce cataſtagmi nominātur in cōmune. Dictus eſt autē catarrhus ἀ κατα ῥ ρεω fluo diſtillo. ex κατα κα ι ρεω fluo.

¶ Catarytus pe. cor. latine irriguus ex κατα ſcdm & ρυα ξ riuus quaſi iuxta riuos. Plyn. lib. v. Hyponem oppidū aphricæ catarytū a græcis dictū propter aquarum irrigua.

¶ Cataſcopus latine ſpeculator. Eſt em̄ σκοπειμ

¶ Cataſcopiū gen⁹ nauigij explora (ſpeculatorij q; circū quaq; ſpeculetur.

¶ Cataſtrophe latine ſubuerſio volumen.

¶ Cataſtroma. p. p. nauis ptē ſeu pauimētū ſignifi

¶ Catorthoma pe. p. græci κατορθωμα (catopus virtutis rectū. Ambr. lib. pri. offi. Hoc eſt perfectum officiū qđ catorthoma græci dixerunt. κα τα circū quaq; ορθω rectū. Cice. lib. pri. offi. recte factum interpatur. Catorthoſis recta effectio. Catorthoo egregie cum virtute aliquid facio.

¶ Catatypoſis dicitur ſecundū figurā. qđ fit cū aliquid iuxta alterius formā deſcribit. vt apud Virg. lib. iiij. Omnia Mercurio ſimilis vocēq; colorēq;

¶ Cataſta: locus erat vbi venales ſerui exponebātur α καθιζα ω verbo greco qđ ſignificat expono Tibul. Nota loquor regnū ipſe tenet quem ſepe coegit barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Eſt & cataſta machina lignea qua ſerui vincti tenebantur. Ply. Tandē in cataſta videre griſogonū ſyllę. Hāc & longam & magnā compedem vocant.

¶ Cathartica dicūtur purgatoria a καθαρο purgo

¶ Cathedra dicitur ſubſelliū απο του κατα. και τησ εδρασ εδρα ſedes eſt ſeu ſella. Et ſcribitur cū h. quia hedra incipit ab h. abiecta a. vt fit in Methodus ephebus & multis alijs.

¶ Catexochen. ſignificat per excellentiā.

¶ Caterua ꝓprie gallo⁹ legio ſicut phalanx macedonū q̄ certo nūero cōſtat. Nā auctore Vege. ī caterua erant ſena militū millia. Plærūq; tñ ꝑ multitudine ſumit. Cateruatim aduerbiū ſignificat ꝑ varias cateruas. Cateruarij cateruatim cōglobati. Sue. in Aug. Sed & cateruarios oppidanos iter angustias vicorū pugnātes temere. Sciendū eſt q; oīa fere aduerbia in tim finita: ſignificant ſicut de cateruatim dictū eſt. vt turmatim ꝑ diuerſas turmas. vicatim. oppidatim. manipulatim. regionatim. gregatim. domeſticatim. municipatim. quinciatim. & ſic de ſinguliis. Sunt tñ aliqua q̄ nihil ab alijs differūt. vt priuatim nihil differt a priuate. nec ſepatim a ſeperate. nec properatim a properāter. nec raptim a feſtināter. nec affatī ab abūdāter. nec vbertī a copioſe.

¶ Catena dicta eſt q; ſe capiēdo teneat qa in ea anulus anulū capit. Quidam hoc nomē a cane deduci putant. & proprie dici qua venatici canes vincti tenentur. ſed largius ſumitur. Sene. ad Lucil. Vna eſt catena quę nos alligatos tenet amor vitæ.

¶ Catillus pars ſuperior molæ. ſicut meta pars inferior. Et Catillus diminutiuū eſt a catinus.

¶ Catillones: qui catillos liguriunt. & pro guloſis accipi ſolent.

¶ Catinus. qđ & catinū dicitur pe. p. vas in menſa eſcaria vbi pultē aut virulēti quid ponebāt a capiēdo appellārūt. Var. ſcribit ſiculos vas in quo ponebant eſculenta catinon appellare. A catinus fit diminutiuū catillus: A catinū catillum vel catinoliū

¶ Catina. pe. cor. vrbs Sicilię. Silius li. xiij. Tum catinæ nimiū ardenti vicina typhœo. Stra. tamē Diodorus & Ptol. nō catinā ſed catanā ſcribūt. Vnde catanæus charundas qui leges atheniēſibus dedit απο του κατω και αρω dicitur: quia cū ignes ex æthna erumpant ſuperiora ima fiunt.

¶ Cathinea terra q̄ ingęs cōuertit vt fiat auricalcū

¶ Cato quaſi ſapiēs & cautus. Catū em̄ ſabini acutū dicūt. Et cata dicta accipiēda ſūt acute dicta vt auctor eſt Var. Porphirio tñ horatian⁹ interpres catū exponit ꝑ experto & docto. cū ait Hor, Poſt hęc ille catus q̄tūuis ruſticus ibit. Et Plyn. Catos a ſapiētia dictos intelligi vult ſicut corculos. Hor. Catus decorę more paleſtrę. Ci. Sed homo catus nūq; termīat nec magnitudinis nec diuturnitatis modū Duo aūt fuere Catones celebratiſſimi. ſenior videlicet: q & porcius & cēſorius dictus eſt. alter vticen ſis q ſeipſum vticæ interfecit ne in Cęſaris manus viuus veniret. Hic viua virtutū imago vocatur a Sene. & exēplar viri ſapiētis. De quo Quintil. Hic inquit niſi creditur fuiſſe ſapiēs vix ſcio cui relique ſit huius noīs locū. De cēſorio Sene. ad Lucil. M. Cato cēſori⁹ quē tā neceſſariū reip. fuit naſci q̄ Scipionē. Alter em̄ cū hoſtib⁹ nīs bellū: alter cū moribus geſſit Dion hiſtoricus græcus τηι τε ριμωσεκων δη τεσσων περιελα βε και κατεφιλησε και αγαβοησασ ειπεν εχω σε αφρικη ειχωμ δε αυτηι το τεκατων και σκηπτιων και τον λοβαν τον λιβυην εχοντεσ συλλμα χομ. Hic fuit optim⁹ orator: optimus ſenator: optim⁹ imperator q librū de re ruſt. origines & orationes ſcripſit. ferē a Plutarcho q. M. Cato vxorē & filium perdiderit inducta noua victus & medicinæ formula.

¶ Catus aīal muriceps fœ. gen. ſecundū Ser. lib. de græcis latiniſq; nominibus. Cati etiā populi ſūt Germaniæ ſicambris vt inquit Stra. finitimi.

¶ Catulus pe. cor. ꝓprie ſignificat Cati hoc ē Felis filiū propter ſagacitatē. Var. Catulus a ſagaci ſenſu & acuto. Sed ponitur large ꝑ omni ferarū filio ſiue immaniū ſiue mitiū. Vñ de colubro. Virg. Catulos tectis atq; oua relinquēs & de leonib⁹. Ply. Raptor appropinquāte tigridis fremitu abijcit vnū ex catulis. Ply. Simiæ geſtant catulos quos manſuefactę intra domos peperere. Idem. Murīū quoq; catuli oſtentū faciunt. Idē. Delphinū catulos nominat Lacertarū quoq; & cæterorū ſerpentiū filij catuli dicūtur. Hinc fit aliud diminutiuū Catellus. Accipit quādoq; catulus ꝑ ipſo cane. Apul. Catulos ſecum ducēs venaticos atq; ſagaces. Interdū pro quodā vinculi genere qđ etiā canis dicitur. Plau. Faciā te delicatū catulo vt accubes ferreo. Et Catulus nomen fuit viri romani. De quo Luc. lib. ij. Vt catulo iacuit lepidus. Hinc Catulaſter catuli imitator: ſicut ab Antonio antoniaſter. Catulaſter etiā ſignifi cat ipſū catulū hoc eſt paruū canē ſiue filiū. Catulus vero per duplex. ll. nomē eſt veronenſis poetę. A catulo (vt Var. inquit) fit canis aīal latrabile.

¶ Catulinus. a. um. qđ ex catulo. Vnde Plau. Catulinam carnē citauiſſe romanos oſtendit.

¶ Catularia porta Romę dicta eſt quia non longe ab ea ad placandū caniculę ſidus frugib⁹ inimicū rufæ canes immolabātur vt fruges flaueſcentes ad maturitatem perducerentur.

¶Catulire est gestire & coitū maris appetere. Var. Fœturę principiū admittēdi faciūt veris pricipio Tū em̄ dicunt catulire. i. ostēdere se velle maritari. Plau. Quin meā vxorē vidi catuliētē. Hinc catulitio q̄ dicit cū canes maritari q̄runt quo etiā tpe terra aperit. Ply. Catulitionē rustici vocāt gestiēte natura semina accipere: eaq; animā inferēte oībus satis

¶Caua. æ. foramen in quo aues nidificant. Plyn. Multo tamē efficaciſſime ripariarū pulli ita vocāt in riparum cauis nidificantes.

¶Cauus. a. um. ꝓprie concauū vacuū a chaos qđ quasi vorago quędā erat inanis. Virg. Tū dea nube caua tenuē sine viribus vmbrā. Cauus locus cauatus seu el buso vulgo dicit cōcauus. Var. Facere his cauos oportet laxiores vbi pullos parere possint. Colu. lib. xij. Deinde cauū quē feceris surculo obturato. Idem scribit cauum esse locum qui inter ædium parietes relinquebatur patulus vt esset.

¶Cauedū. vt Ply. iunior in epistolis dictione mutilata siue cauū ędū vt Var. dictione integra. Locꝰ est sub dio vacuus cinctus vndiq; porticibus ad cōmunē oīm vsū. Huius tria sunt genera. Tuscanicū corinthiū tetrastylon displuuiatū & testudinatū.

¶Cauo as. fodio euacuo. Ply. lib. xxxvi. In syphno lapis est q̄ cauatur tornaturq; in vasa coquēdis cibis vtilia. huius cōpolita sunt cōcauo excauo & recauo pe. cor. Oui. li. ij. me. Est locus in geminos vbi brachia cōcauat arcus. Hie. ad Eusto. Quot petras excauet & habitet coluber in foraminibꝰ earū.

¶Caua a cauo fit: significatq; locum sub terra vacuū atq; obscurū. Quoniā vero in hmōi locis esse cōsueuerūt ferarū cubilia caueas ꝑ ipsis ferarū receptaculis vsurpamꝰ. Apul. Bestiā factū īmittimus caueę. Sue. Bestiarū more quadrupedes cauea coercuit. Et ab harū similitudine ꝑ septis ex ligno: siue ex ebore alia ve materia factis in quibꝰ auiculas tenemus quas vulgo etiā caueas vocāt. Aug. lib. iij. de ci. dei. Volauerāt pulli de cauea & Mancino cōsuli augurīū malū fecerant. Plau. in Cur. Quia em̄ in cauea si forēt cōclusi itidē vt pulli gallinacei. Item Cauea est area in medio theatri in qua equitum sub sellia cōstituta esse consueuerūt q; velis tecta caueę similitudinē haberent. Virg. Hic totum caueæ consessum. Plau. in Amphy. Vt conquisitores singuli in subsellia eant per totam caueam spectatoribus. Quandoq; ponitur pro populi consessu.

¶Cauerna dicitur quia caua. græce crypta dicitur hoc concauitas quædam terræ vacua atq; obscura Vnde Cauernosus. a. um. pro loco passim vacuo & veluti cauernis pleno.

¶Caucasus. pe. cor. mons Indiæ editissimus ad septentrionē versus Scythas Indiā a Scythia dirimens asper & inhospitalis. Virg. Sed duris genuit te cautibus horrens caucasus. Hic fertur syderibus proximus vñ astra maiora visuntur. & eorū ortus occasusq; diligēter ꝑspicitūtur. A Caucaso fit Causeus. a. um. Virg. Caucaseasq; refert volucres.

¶Cauda: quā veteres etiā codā dicebāt. Inde caudati & codati dicūtur: qui caudas habent. Interdū ponit cauda ꝑ virili mēbro. Hor. in Ser. Quęcūq; exceꝑit patiēter verbera caudę. Idem lib. i. Accidit vt quidā testes Caudamq; falacē demeteret ferro.

¶Caudacus significat suauem & mansuetū.

¶Caudex ꝑ cautex d. pro t. posito. Similiter & codex dicit prima pars arboris cui radices adhęrent. Liber siue tabula. Lactan. Caudice defecto lachrymat sua gaudia palmes. Virg. Quin & caudicibꝰ sectis mirabile dictu. Et caudex est plurīū tabularum cōtextus: vñ tabulæ codices dicūtur. & naues quibus cōmeatus subuehunt caudicarię siue codicarię appellātur. Vñ Apius Claudius Caudex cognoīatus est quoniā primus romanis persuasit nauē conscēdere. Sene. de breuitate vitæ. Claudiꝰ is caudex fuit ob hoc ipsum appellatꝰ qa pluriū tabularū cōtextus caudex apd̄ antiquos vocat. Vñ publicæ tabulę codices dicūtur. Ponit & ꝑ duro sedili seu ꝑ se de meretricia q̄ plærūq; ex truncis fieri solet. Iuue. Horrida quale facit residens in codice pellex.

¶Caudicalis: ad caudices scindendos idoneus. Plau. in Pse. Te cū securi caudicali p̄ficio, puinciæ.

¶Caudis oppidū Samnij. Vnde caudinæ furcæ & caudinæ fauces nobilitatę insigni clade & ignominia quam Romani exercitus sub Sp. posthumio a samnitibus acceperunt.

¶Caudicariæ naues quę cōmeatus ꝑ tyberim sub vehunt q; ex lignis grossioribus cauatis fierēt. Fit q; a caudice dum pro trūco seu tabula ponitur quæ & codicariæ dicuntur.

¶Caueo es. caui cautū. significat fugio vito. Am. Caueatur iracūdia: aut si præcaueri nō potest cohibeatur. Interdū cauere est attēdere & diligēter prouidere: vt Caue tibi. i. attende & ꝓuide ne quid mali tibi accidat. Vale. max. Caue tibi Roma. Plau. Caue nemo id intelligat. Interdū significat abstinere. Et tunc cū ablatiuo mediante p̄positione construitur q̄is in sensu idem sit cū fugio. vt Caue ab illo: Caue ab errore: qđ est abstine ab errore seu fuge errorē. Et sic semper habet in se negationē sicut alia verba ꝓhibitiua. Vñ rectius dicit Caue facias: q̄ caue ne facias: cū tamē idē sit & vtroq; mō dictū reperiatur. Cic. Treba. Tu q̄ cæteris ne ab essedarijs decipiaris caueto. Proper. Tu caue ne tristi cupias pugnare puellæ. Dicimus etiā Caue vt facias hoc. Inuenitur & cauo is. in eadē significatione. Hora. in Ser. Vade vale caue ne titubes: mandataq; frāgas. Vbi ue syllaba existēte breui impatiui modi. Caue cōiugationis tertiæ esse cōuenit. nā caue a caueo ꝑducit ve. Hinc cōponitur p̄caueo qđ est diligenter caueo. Teren. Hoc tēpus ꝑcauere mihi me monet.

¶Cautum est significat prouisum est. Cautio est: Cautione opus est: seu prouidendū est.

¶Cautus & per syncopā catus. sumitur ꝑ hoīe prudenti qui sibi scit cauere. Et nōnunq̄ pro re cui cauetur. Cice. pro Cecī. Quo res mulieri esset cautior. Vnde incautus qui nescit sibi cauere. Liu. lib. iij. In incautum hostem decumana porta erupit.

¶Cautes: Vide in dictione cos cotis.

¶Caurus ventus ab occasu flans q & corus dicit.

¶Cauilla. æ. Cauillum & Cauille. irrisio quædā iocosa. vulgo scritiū siue calmo dicitur. Plau. Pone hoc sit aufer cauillā. Idē in Tru. Postq̄ in vrbē crebro hic factus sum cauillator probus. Quid id est amabo. Istæc ridicularia cauillationes vis opinor dicere. ita vt pauxillum differat a cauillibus.

¶Cauillo as. & cauillor aris. deponens a caluo is. fiell. littera abiecta significatq; fallacia & dolo vtor Vnde Boe. super Top. scribit cauillationē partem quandā logices esse cū inquit. Colligendi facultas triplici diuersitate tractat. Aut em̄ veris & necessarijs argumentationibus disputatio decurrit. & dis-

ſciplina vel demõſtratio dicit. Aut tm̃ ꝓbabilibus & dialectica dicit. Aut apertiſſime falſis & ſophiſtica & cauillatoria phibetur. Sic Sene. & Cic. cauillationes dixerũt q̃ græce ſophiſmata nũcupãt. Vlp. Cauillationis natura quã græci ſophiſticã appellauerũt: hæc eſt: vt ab euidẽter veris per breuiſſimas mutatiões diſputatio ꝓducatur. Caius iurecõ. diffinit ꝙ ſit ſubdola ratio quã cõſcij nobis mendacij vincẽdi tamẽ cauſa ꝓferimus. Cic. li. ij. de ora. accipit cauillationẽ ꝓ generali quodã facetiarũ genere tã q̃ ſcõmate faceto & cauillo dicaculo & faceta vrbanitate cũ ingt. Cũ duo ſint facetiarũ genera. Alterũ æqualiter in omni ſermone fuſum. Alterũ per acutũ & breue: ſuperior cauillatio: altera dicacitas noĩata eſt. Idẽ lib. iiij. de natura deorũ: Cauillari ꝓ cauillũ dicere accipit. Atq; etiã in eo cauillatus eſt. æſtate grauẽ eſſe aureũ amiculũ hyeme frigidum. Sue. in Veſpa. Et maxime tamẽ dicacitatẽ in deformibus lucris affectabat vt ſuidiã aliqua cauillatiõe dilueret: trãſferretq; ad ſales. Alias ſig: irriſionẽ.

¶ Caula latine ſtabulũ dicit in quo oues recõdunt. Addita c. αὐλη qđ nõ ſolũ atrium vel aulam: ſed etiã ſtabulũ & omnia ſepta deſignat. Feſtus a cauo caulam deriuat ꝙ antiqui ante vſum tectorũ oues in antra ducebãt. ſciebat ne græce ἀπο τοῦ κοιλου λεγω. Nam etiã nunc fiunt ex viminibus.

¶ Caulis. in herbis dicit ipſũ robur ſine ſtipes. i. ea herbæ ps vnde ſe ꝓducũt folia aut ramuſculi. Ply. lib. xviij. Sed maior pars malũt fabalia matureꝙ ſationis q̃ trimeſtrẽ fructũ eius. Nãq; ſiliquę cauleſq; gratiſſimi ſunt pabulo pecori. Et accipit ſiliquas pro corticibus: caules ꝓ ſtipitibus. Idẽ de gẽtiana. Folio fraxini ſed magnitudine lactucę. Caule tenero pollicis craſſitudine cauo & inani ex interuallis foliato triũ aliquãdo cubitorũ. Sed q̃n nulla pene herba maiorẽ caulem habet q̃ braſſica. ideo ꝓ braſſica ponitur. Similiter in arboribus & in vite.

¶ Caulis dicit robur ad quẽ alimentũ defertur & intelligitur qđ ſupra terram exurgit. Planta eſt radix vnde alimentũ attrahit a terra. Ramus qđa caudicę exit. Surculus q̃ ramis oritur. Var. Ex ſarmẽto caules q̃ nati ſunt de his pluti nũ valẽt. Virg. li. xij Puberib⁹ caulẽ foliis. Ponitur & ꝓ quibuſcũq; holeribꝰ. Iuue. Spes homini: caulis miſeris at ꝓ ignis emẽdus. quãdoq; pro cauda. Ply. li. xi. Boũ caudis Longiſſimus caulis atq; intima parte hirtus. Idem Aſinis longior q̃ equis ſed ſetoſus veterinis leoni infima pte vt bobus. & Sorici & pantheris. non itẽ vt vulpibus & lupis villoſus. ſues intorquẽt. Canũ degeneres ſub aluũ reflectũt. Quãdoq; ſicut docet Ser. ſumitur ꝓ virili mẽbro. Quãdoq; ꝓ ferro. & ꝓ quolibet haſtili. A caulis fiunt cõpoſita vnicaulis & multicaulis. Idẽ li. xij. Eſt & illa differẽtia ꝙ quædam in his multicaulia ramoſaq; ſunt vt carduus.

¶ Cauliculus diminutiuũ. Plyn. Hic eſt quidã ipſorum caulũ delicatior teneriorq; cauliculus.

¶ Cauleſco. ts. a cauleo eſſe cõuenit. Eſt autẽ cauleſcere virgã fieri. licet quãdoq; ponatur ꝓ folia producere. Vnde & decauleſcere cõtrariũ qđ ſignificat ſine foliis fieri. Plyn. lib. xix. Raphanus vti iucundior detractis foliis anteq̃ decauleſcat.

¶ Caulon oppidũ qđ a Plynio collocat in prima regione italiæ. Et Stra. in vi. Cauloniã appellat a locris conditũ: vbi vinũ optimũ naſcitur. Aulon vero eſt mons calabriæ contra tarentinã regionẽ vt inquit Porphirio ferax boni vini: cui⁹ meminit Mar. Nobilis & lanis & baccho fertilis aulon.

¶ Cauma atis. latine calor. ἐξ του καιω καυμα λεγεται. Cauſis combuſtio. & cauſon æſtus ſeu ardor.

¶ Cauſia alias cauſea: tegmen capitis aptũ calori. Val. Max. lib v. Quẽadmodũ Antigonus caput Pyrrhi texit cauſia qua velatũ caput more macedonũ habebat. Cauſis em̃ græce: latine combuſtio.

¶ Cauſon æſtus. Inde ab Hippocrate & Auicẽna cauſon febris æſtuans appellatur.

¶ Caun⁹ inſula in mari oceano & æſtate & autũno peſtilens ꝓpter æſtus ac pomorũ copiã. Vnde Caunij colore admodũ virili pallẽteſq; exiſtũt in quos olim Stratonicus citharœdus verſu Homerico ita iocatus eſt. Tale quidẽ genus eſt hoim quale eſt foliorum Ab hac ciuitate aduehebãtur fici cauneę dicte. Cic. li. ij. de diui. Cum. M. Craſſus exercitũ brũduſij imponeret quidã in portu carycas cauno aduectas vendens cauneas clamitabat.

¶ Caupo ge. cõ. tabernarius hoc eſt eſculẽtorũ potulorũq; etiã vẽditor. Vlp. Caupões & ſtabularios ęque eos accipiem⁹ q̃ cauponã vel ſtabulũ exercẽt

¶ Caupona vocatur tam mulier quæ vinũ vendit q̃ ipſa taberna vinaria.

¶ Cauponius a. um quod ad cauponẽ pertinet: vt ars cauponia. Iuſt. li. pri. Iuſſitq; cauponias & ludicras artes & lenocinia exercere.

¶ Cauponaria. æ. ars cauponandi.

¶ Cauponor pe. p. ſignificat lucri cauſa quaſi ad cauponẽ vẽdito. Enni⁹. Nõ cauponãtes bellũ ſed belligerãtes Ferro nõ auro vitam cernam⁹ vtriq;.

¶ Cauſa ꝓprie dicit id ex quo vel ꝓpter qđ vel per qđ vel a quo aliq̃d fit. Vñ quattuor cauſas genera ſcripſit Ariſt. Materialẽ ex qua aliq̃d fit. Formalẽ per quã aliq̃d tale fit. Efficientẽ a qua aliq̃d fit. Et finalẽ cuius gratia aliq̃d fit. Per trãſlationẽ tamen cauſa dicit ois actio quã in ſenatu vel in foro habemus. Vñ tria eſſe cauſarũ genera ſcribit Cic. demõſtratiuũ: deliberatiuũ & iudiciale. Ex his tamẽ magis ꝓprie cauſa dicit q̃ iudicialis eſt. Vñ & cauſã ꝓlite ac cõtrouerſia ponim⁹. vt Cic. diligẽter egit cauſam Milonis. Hinc cauſidici dicũt patroni q̃ i cauſis iudiciiſq; verſant. Interdũ cauſa dicit occaſio. Terẽ. in Eu. Iam diu aliquã cauſã q̃rebat quãobrẽ aliq̃d inſigne faceret. Interdũ dicitur excuſatio: vt honeſta ẽ cauſa mei diſceſſus. Interdũ ratio. Ouid. lib. i. faſ. Tpa cũ cauſis latiũ digeſta p annũ. Interdũ dicit ortgo. Vñ & q̃dã cãs a caſu dicta exiſtimãt ꝙ initia & origines rerũ q̃ cauſæ ſunt caſu eueniãt. Nõnulli a chaos detracta aſpiratione ꝙ cõfuſa illa materia prima olim cauſa fuerit. Alij a græco καυσις qđ ardorẽ ſeu incendiũ ſignificat ꝙ cauſa ſit q̃ nos accendit ad aliq̃d agendũ. Alij a cauẽdo ꝙ ea ſit q̃ cauet vt aliquid agat: aut nõ agat. Et cauſa ps appellatur. Luc. lib. pri. Victrix cã deis placuit ſed victa Catoni. Diminutiuũ a cauſa eſt cauſula.

¶ Cauſatiuus. a. ũ. qđ eſt cã vt aliq̃d fiat. vt nimia repletio eſt cauſatiua infirmitatis. q̃uis etiã aliqñ cauſatiuũ dicat qđ ãcedentẽ cauſam ſignificat. ſicut & cauſale: vt cõiũctiones cauſales ſeu cauſatiuę

¶ Cauſarij milites dicũt a Li. li. vij. q ꝓpter honeſtã cauſam puta valitudinẽ a militia ſoluunt: quaſi valitudinarij ſiue ſontici aut q̃ oĩno cãm & admonitionẽ habebãt ex morbo ſenectute ve. Tertius inquit exercit⁹ ex cauſarijs ſenatoribuſq; a. T. Quin

tio conſcribatur: q vrbi mœnibuſq; p̃ſidio ſit. Sic cauſaria miſſio dicitur per quã milites ſoluũtur a ſacramẽto militari. Vlp. Cauſaria inquit miſſio eſt: q̃ propter valitudinẽ laboribus militiæ ſoluit.

¶ Cauſo as. induco efficio. Hierony. ad Euſto. Sæpe etenim in fabis & ordeaceis panibus nimia auiditas grande peccatum cauſat.

¶ Cauſor aris deponẽ. ſignificat rei geſtæ cauſam affero ſeu reperio: & excuſationẽ adduco. Sue. Syllanũ item ſocerũ ad necẽ ſecandaſq; nouacula fauces cõpulit cauſatus q; ſe ingreſſum turbati⁹ mare nõ eſſet ſecutus. Gel. Negocium ſibi eſſe cauſatur. Virg. Cauſando noſtros in longũ ducis amores. Cauſari etiã culpare eſt. Hier. cõtra Vigil. Cauſabãtur quõdã apoſtoli q; periret ynguentũ: ſed domini voce correcti ſunt. Idem cõtra Rufi. Quicquid eſſẽ me non feciſſe cauſaris quare nõ ipſe feciſti?

¶ Cauſificor. cauſam dico. Plau. in Aul. Non cauſificor quin ego illam habeam potiſſimũ.

¶ Cauteriũ. inſtrumẽtũ eſt quo notę imprimũt: & morbi alioq; inſanabiles inuri ſolẽt. Pręterea cauterũ in pictorũ inſtrumẽtis cõtinẽt quo bituminationes & fortiores quęq; cõglutinatiões cõcoquũt.

¶ Cayſter fluui⁹ Lydię ſordibus ꝓximus απο του κατεσθαι hoc eſt amburi quoniã ꝓpinquus ſit cataracecaumenæ q̃ pars eſt Epheſię p̃torrida & deuſtę ſimilis nulla præter vitẽ arbore ſed vino prę ſtãtiſſimo quod Victr. & Plyn. catacecaumeniten ex hac origine denoiant. Hinc Cayſtranus cãpus. Stra. Poſt egreſſum cayſtri amnis lacus eſt ſelenuſius cognomine in alterũ ſtatim lacum interfluens.

¶ Cayſtrus fœ. ge. ỹrbs eſt Ciliciæ mediterranea.

¶ Cecrops. primus athenienſiũ rex qui annis quinquaginta regnauit. Hic athenas inſtaurauit. A cecrops fit cecropius. a. um. poſſeſſiuũ. Virg. lib. iiij. Geor. Cecropias innatus apes amor vrget habendi. Cecropis. idis patronymicũ fœmininũ. Et Cecropidæ athenienſes dicti ſunt. Sudas noſter. κεκροψ αιτυστιοσ ων τοτεγοσ ωκησε τασ αθηναστεθεν κεκροπιδαι οι αθηναι.

¶ Cecryphalea ꝓmontoriũ ſeu inſula in polopõneſo vbi atheniẽſes ab egyneptis p̃lio ſupati fuerũt.

¶ Cedo. is. ſſi. ſſum. Vide in dictione cædo. is.

¶ Cedrus. arbor maxima quę in ædificijs vtilitatẽ p̃ſtabat: eo q; huiuſmõi materies & procera ſit nec onerоſa parietibus. Eius folia ad cupreſſi ſimilitudinẽ reſpondent lignũ iucundi odoris eſt & diu durans nec a tinea vnq̃ exterminatur. Virg. li. ij. Geo. Dant alios alię fœtus dant vtile lignũ Nauigijs pinos domibuſq; cedrum atq; cyp̃ſſos. Ex hac arbore naſcitur oleũ qđ cedreũ dicitur vt Vict. ij. inquit. Quo reliquæ res cum ſunt vnctæ vti etiã libri a tineis & carie nõ læduntur. Iuxta quẽ ſenſum Perſi. dixiſſe videt. Et cedro digna locutus. Hinc fit nomen poſſeſſiuũ. Cedrinus. a. um.

¶ Cedrea primus ſudor qui defluit in canali dũ pix fit cui tanta eſt vis vt in ægypto corpora hominũ defunctorũ ea perfuſa ſeruentur.

¶ Celænæ pluralis tantum numeri: fuit vrbs phrygiæ. Luc. Lugent dãnatæ Phœbo victore Cęlęnę. Poteſt tamẽ declinari ſingulari numero Celęnaæ.

¶ Celæno cũ diph. fuit vna ex harpyis: & atrũ ſeu tenebroſum ſignificat. græce κελαινοσ.

¶ Celebris & hoc celebre pe. cor. diſtinguitur a frequẽti q; frequẽs dicat creber ſiue de loco: ſiue de re aiata: vt frequens miles: frequens ſenatus. i. creber copioſus: multus: frequẽtes domus. i. crebrę multę. Aliquãdo dicit qđ ab alijs frequẽtatur: vt frequẽs locus: frequens templũ in qđ multi cõueniũt. Et in frequẽs parũ frequẽtatũ: vt infrequẽs for in quod pauci vel raro cõueniunt. Phœnix infrequens auis. i. quę rara reperitur. Cic. Rei militaris te infrequentẽ tradidiſti. i. fugientẽ a ſignis & raro in pugna interentẽ. Celebris vero proprie dicit velox. Actius celebri gradu celeraſſe decet. Quoniã vero accelerare gradum: frequẽtare eſt: factũ eſt vt celebre pro frequenti accipiat & qui in omniũ ore verſatur. Et hoc paſſiue tam ad rem q̃ ad perſonã relatum. Cic. lib. ij. ad Herẽ. Locus quęritur celebris ne ſit: an deſertus. i. qui celebratur. Hinc celebritas frequentia. Quintil. Ante oia futurus orator cui in magna celebritate & in media rep. viuẽdũ eſt aſſueſcat a puero nõ reformidare homines.

¶ Celebro. as. frequẽto. Var. Cui nõ tam cura erat vt templa deorũ q̃ vr popinas celebraret. Per trãſlationẽ tamẽ quoniã quæ frequentamus etiã colimus. celebrare pro colere & venerari ponitur & celebritas p cultura atq; honore. Hinc celebrare laudibus & virtutũ celebritate dicimus. Item celebrio rem & celeberrimũ pro honoratiorẽ & honoratiſſimũ. Celebriter: cum cultu & honore.

¶ Celebreſco. celebris fio. Actius. Et qualiſcunq; fama celebreſcat tua.

¶ Celetes pe. p. græce ιτι κελευω κελητεσ exhortor: vocãtur equi q ad curſum ſolt adhibẽt. ſiue bigis vel quadrigis etiã nauigia vt his tẽporib⁹ fieri ſolet. Nã q bigis quadrigiſve adhibebãtur ad curſum deſultorij dicebãt. Ply. Antiqui celetas tñ dicebãt i ſacris. Poſtea vero & q bigis vel q̃drigis viciſſent latie dicũt deſultorij. q; ex his facile deſiliat.

¶ Celer idẽ eſt qđ velox. a quo celerrim⁹ & celeriſſimus fiũt ſuperlatiua ſcđm Priſ. Celero. as. pe. cor. celeriter aliquid facio. A quo Accelero cõpoſitũ.

¶ Celeuſma clamor nautarũ & aliorũ cum vno aliquid iubente oẽs vniformiter reſpõdent quaſi ſibi inuicẽ iubẽtes. Hie. apd Hieremiã: Celeuſma quaſi calcãtiũ cõcinetur aduerſus oẽs habitatores terrę.

¶ Cello as. abſcõdo ſiue ſciri nolo. Et cõſtruit mõcũ vno dũtaxat actõ. Lact. li. v. Vtrũ ne p̃ſitebitur fugitiuũ ſe vel peſtilentẽ domũ vẽdere: an cellabit emptorẽ. Modo cũ duob⁹. Plau. in Bac. Aedepol feciſti furtũ ætati malum cũ iſtæc flagitia me cellaſti & patrẽ tuũ. Modo cũ ablatiuo mediãte p̃poſitione. Cice. Treba. Sed baſſus noſter de hoc me libro cellauit. At cũ paſſiue ponitur res ſiue perſona per quã quis aliquẽ cellauit ponitur in nomiatiuo. Teren. in Fu. Vbiubi eſt diu cellari non poteſt.

¶ Cello. is. quo veteres vtebantur pro cedo. nunc compoſitis tantũ. vtimur excello & pręcello quod eſt excedo & antecedo.

¶ Cellus a cello. altus. ſublimis. excellens. A quo celſitudo pro excellentia.

¶ Cellatim aduerbiũ ſignificat abſcõdite. Gel. Cꝫ maxime cellatim poterat in inſidijs duo diſponit.

¶ Cella dicta eſt q; in ea cellẽtur q̃ eſſe volumus occulta. Græci Apothecã dicunt in qua reſculentę & potulentę reponũtur q̃uis proprie apotheca cella vinaria ſit. Capit autem cella ſignificationẽ vt illi adiectiua iungũtur: vt cella vinaria: cella olearia: cella farinaria: cella pomaria: cella lignaria:

cella libraria: cella caſearia. Et oñis locus in quo quid reponit cella dr. Vñ Ver. Fauorum cauernas cellas vocauit cũ ait. Diſtẽdunt nectare cellas. Itẽ loca in quibus lauamur aut vngimur in domo cellæ dñr. Et loca quo religioſi ſe ad quieſcendũ cõferunt cellę vocantur. A quo noſe Hieron. formauit dimi. V naquęq; inquit cellulã adeat benedictione matris ſuſcepta. Et cella pars templi erat ſacratior in quam ingredi fas non erat. Vnde apud Gel. legitur Scipionem in capitoliũ veniſſe: iuſſiſſeq; cellam Iouis aperiri: ibiq; ſolũ demoratũ fuiſſe. Liui. li. iij. In cella Iouis optimi maximi hĩtaret exul.

¶ Cellariũ videt ea figura dict: qua granariũ panariũ: vt p cella ac repoſitorio accipiatur. Sed eſt paucorũ dierũ: penu longi tẽporis. Hanc cellã promptuariã ſeu promptuariũ appellant in quo cõdunt & ex quo promunt ad victũ neceſſaria. Hie. Cõſyderate coruos quibus nõ eſt cellariũ: neq; horreum & deus paſcit illos. Vnde in ſacris litteris cellaria pro ſepulchris poni ſolent: vt eſt illud; propheticũ Populus meus intra in cellaria tua. aliquãtulũ donec ira mea tranſeat. Vbi Hiero. Cellaria ſepulchra ſignificant: de qbus hoc vtiq; proferi qđ cõditum fuerit. A penore etiã is locꝰ penariũ & penuaria ſeu penaria cella nũcupat. Ci. in ver. M. Cato ſapiens cellã penuariã reip. nrę nutricẽ plębis romanę ſiciliã noiauit. Huius diminu. eſt cellariolũ. Hiero. Sũt & culinę in tẽplo: ſũt & cellariola.

¶ Cellarius q in cella p̃poſitus eſt; vt rõnes ſaluæ ſint: aut penoribus recõdendis. Col. Vt cibus & potus ſine fraude a cellariis p̃beat. Plau. in capt. Promeqduis te facio cellariũ. I dẽ cellarios promos: & cõdos vocat q; et deintus promãt: & intus condant. A it emñ in pſeu. Promus & cõdus ſum procurator peni Auſo. Promuſq; condus magis.

¶ Cellaria locus vbi cõdit vinũ. Plau. in mil. Ego eijciat cellaria.

¶ Celox gñs nauiculę breuis a celeritate. Apul. li. de rep. Qui celocẽ regere negt: onerariã petit. Hãc & celotim vocãt & oxyã Hãc rhodij inuenerũt.

¶ Celtę populi gallię: q cũ veniſſent ad Iberũ hiſpaniarũ fluuiũ: ibiq; cõlediſſent retẽta primi noſis parte: & aſſumpta parte fluminis iuxta quod cõfederant. Celtiberi dicti ſunt: & regio eorũ Celtiberia Vnde Luc. li. iij. Profugiq; a gente vetuſta Gallorum celtę miſcẽtes nomen iberis.

¶ Celtiberi populi in hiſpania a celtis gallis & iberis hiſpaniarũ cõſociatis dicti ſunt celtiberi. Vñ Sirius Venerę & celtę ſociati nomẽ iberis. Luca. Gallorũ celtę miſcẽtes nomẽ iberis. Str. quadrifariã diuidit celtiberos fortiſſimi oium qui ad ortũ ac meridiẽ ſiti ſunt originẽ trahentes. A quibus celtiberi cus celtiberica celtibericũ nomen poſſeſſiuum: vt Bellum celtibericum.

¶ Celticũ promõtoriũ hiſpanię ī oceanũ p̃currẽs

¶ Celiaci dñr qui vẽtris fluxũ patiũt. Var. Qui ex floribus nucis grecæ & cornu fiunt celiacas fieri at q; vrinapota refici.

¶ Cenchris auis gñs eſt & latine tinũculus dr a tinnitu vocis ex accipitrũ gñe quẽ Ari. li. vi. de animalibus ſolũ ex adũco gñe q̃terna: & eo plura oua parere dicit. Dicta cẽchris q̃ li miliaria. Eſt & cẽchris vt inq; t Hie. Locꝰ corintho vicinꝰ imo portꝰ ipius corinthi: vt eſt illud apoſt. Cõmẽdo vobis Sebenſororem noſtrã miniſtram eccleſię: q̃ eſt Cenchris.

¶ Cenomani fuerũt populi gallię ciſalpinę: quoꝝ caput vrbs brixia fuit.

¶ Cenos latine vacuus. Vñ cenodoxia ſanis gloria. Nã cænodoxia cũ æ. dip. noua glia. καιροσεμ nouũ dr δοξα gloria. Cœnodoxia cois gloria.

¶ Cenotaphiũ vacuũ ſepulchrũ οτι κενος λεγεται και θαφος απο του θαπτειν. ſunt emñ vt capſa quę ponitur in templo ad officia mortuorum.

¶ Cenſeo es. ſui itũ. pe. cor. ſignificat exiſtimo. Liui. li: vi. de bell. pu. Cẽſent eo vẽturũ obuiã pœni. Item cenſere: conſtituere: deliberare. Nam ſenator cenſet cũ ſentẽtiã dicit de eo quod ſibi videt aſſentitur cũ alienã approbat. Vñ dicimus ſenatus aliquid cẽſuit. A quo etiã cẽſoris nomẽ tractũ videt. Itẽ cẽſere ſuccẽſere ſignificat. Var. ne vobis cẽſeã ſi ad me referretis. Itẽ eſt in æſtimatione eſſe. Boe. in top. Quoniã faciẽdi liberi tres partes ſunt. Vna quidẽ vt cẽſu liber fiat. Cẽſebant emñ antiqtus ſoliciues romani. Inuenit etiã cẽſio is. iui. itũ pe prod. Ouid. Pręſto recẽſitis euoluere ſęcula faſtis. Cõpoſita a cẽſeo ſunt. Accẽſeo: percẽſeo. qđ eſt perfecte cenſeo: numero. Col. Ruſticationis magna & diffuſa materia eſt. parteſq; ſi velimus eius pcẽſere: vix numero cõpręhẽdimus. Recẽſeo & ſuccenſeo.

¶ Cenſor q cẽſurã gerit. Cẽſores: magiſtri morum erant a cẽſendo. i. arbitrando dicti: q; illis ſummũ arbitriũ erat aliorũ morũ. Var. Cẽſor ad cuius cẽſionẽ. i. arbitriũ cẽferetur populus. Feſtus. Cẽſores dicti q; quiſq; tãti ſua ęſtimaret quantũ illi cẽſuiſſent quod nõ abſurdũ videtur: qa & rerũ & morũ cenſores erant. Vñ Plu. in æmilio. Cẽſura maxime oium magiſtratuũ reuerentię: plurimę poteſtatis tum in aliis rebus: tũ maxime ad morũ emẽdationẽ. Nam ſenatores e ſenatu remouere poteſt equuos ex plębeis ęrarios facere: notare infamia. cenſum agere: luſtrũ condere. Erãt aũt duo cenſores: qui quinto quoq; anno creabantur.

¶ Cenſorius vir: qui cẽſor fuit: vel q dignus eſt vt cẽſor ſit p̃pter morũ grauitatẽ q alios iudicet. Frequẽter tñ iungit rebus: vt cẽſoriũ dictũ qđ eſt cenſoris: ſeu quod ad cenſorẽ pertinet.

¶ Cẽſuales qui cenſoribꝰ aſſiſtũt· famulant. Sido. ad namatiũ. Miſtus turmę cẽſualiũ æmulatorũ cõſulis proxime proximus eram.

¶ Cenſio caſtigatio. Vñ cẽſionẽ facere dicebantur cenſores cũ multam equiti irrogabant.

¶ Cẽſura cẽſoris dignitas: ſicut a p̃tore p̃tura, ſicut cũ dicimus. Cẽſor qui gerit cẽſurã. Accipitur interdũ pro ſeueritate correctione decreto & lege.

¶ Cenſus us. annuus redditus: & q̃cquid fortunarũ qs habet. Quin. Abiere vires cẽſus mẽs Vñ q cẽtum millia æris in profeſſionẽ detuliſſent cẽſi dicebant. Cẽſus eq̃ſtris cõſtabat exiſeſtertijs. cccc. Itẽ cẽſus dicebat æſtimatio rerum ac bonorũ facta ſecundũ quã tributa pendebant. Vñ cenſum agere eſt recenſere hoim facultates. Et cenſus dicebatur quod principi aut ęrario ſoluebat viritim.

¶ Cenſus cẽſi ſignificat eũ: cuius bonis factus eſt cenſus. Vñ capite cẽſus: & capite cenſi.

¶ Cenſum. Euboęq; promontorium in ſeptentrionem directum.

¶ Centauri theſſalię pupuli ſecus peliũ montẽ habitantes q a poetis fingunt eſſe media parte viri & media equi originem ab Ixione trahẽtes agreſtes admodum. Qui primi pugnare ex equis cœperũt.

a ſtimulando calcaribus equo centauri dicti ſunt: ἀπὸ τοῦ κεντεῖν: quod eſt pugnare & ſtimulare. quia furentē taurorū gregē telis cōfecerūt. propter quod hippocentauri. i. equi ſtimulatores appellati ſunt. His proximi erant lapithæ iuxta Othryn montem eiuſdem prouincię cum quibus bella geſſerunt. Centauros ab Hercule victos interfectos oſtendit. Diodor. Dicti ſunt nubigenæ quaſi filij Nubis: quoniam in caſtello habitauerunt nomine nephele νεφέλη: qđ ſignificat nubē Cētauri a latinis breuitatis cauſa dicti. nā hippocentauri, dici debuerūt. Nā hippos equus κεντᾶειν pungere ζυρά rota calcaris quia cū ſuperius eſſent homines inferius erant equi. Sed diuus Hiero de Paulo primo Eremita. oſtendit centauros, animaliū genera eſſe cum inquit. Et iam media dies coquēte iam ſole deſuper feruebat: nec tamē a cœpto itinere abducebatur. dicens. Credo in deum meum q̄ ſeruum quem mihi promiſit oſtendet: nec plura his conſpicit hominem equo miſtum cui opinio poetarum centauro vocabulum indidit. Quo viſo ſalutaris ſigno armat frontem. Et infra. Verum hoc vtrum diabol⁹ ad terrēdum eum ſimulauerit. an vt ſolet Eremus monſtruoſorū animaliū ferax iſtā quoq; gigneret beſtiam incertum habemus. Centaurus etiā genus nauis eſt: vt apud Verg. li. v.

¶ Centaurea ſiue cētauriou gñs herbę: ad ius aūt græcus medicus κενταυρίου τοῦ μεγάλου ἡ ῥιζα & ſubdit. ὠφελεῖ πονοῦσα κατὰ μηνία καὶ ἐμβρυα νεκρα κατα σπωσα κενταυριον Ἀε μακρου ἡ ῥιζα ξηρατικη: & multa alia.

¶ Cento velum laneum: qđ lana aut tomēto cōfertum vt ictus nullos patiat. Cęſar. Eāq; cōtabulationem ſummā lateribus lutoq; cōſtrauerunt: ne quis ignis hoſtiū nocere poſſet: cētoneſq; iniecerunt ne aut tela tormētis miſſa tabulationē perfringerent: aut ſaxa ex catapultis lateritiū diſcuterēt. Siſen. li. iij. hiſt. Aceto madefactis centonibus integuntur: quos ſupra perpetua claſſi ſuſpēſa cilicia obtegūt. Quidā centonē proſtragulę gñe ſuper quo cubare ſolent. Cato. li. i. de re. ruſ. Centonē poſuit pro veſtimēto ruſtico: hoc eſt pro interiore veſtimēto qđ ſuper ſubucula ſuperindui ſolet. bombyce inſerta Tres inquit centones quęris: ſex culcitras: nouem inſtragula. Similiter & Macrobius dū ſcrophā ſub cētonib⁹ iacere ſcribit ruſticā veſtem eſſe declarat. Fieri aūt centones conſtat ex pannis diuerſorū colorū: vel lanis in vnū cōdēſatis atq; cōſutis. Vnde Homerocentones & Vergiliocētones quales fecit Proba Falconia. Definit Auſo. poeta qd ſit cento. Variis de locis: ſenſibuſq; diuerſis quædam carminis ſtructura in vnū ſolidat verſum vt coeant: aut cęſi duo: aut vnus & ſequēs cum medio. Nam duos iunctim locare ineptum eſt.

¶ Centrū punctū ſphęræ: aut orbis mediū certiſſima obſeruatione diſtinguit. Nā in oī orbe vel ſphęra medietas centrū vocat. Aug. li. xiij. ci. dei. Hāc aīam Plato ab intimo terrę medio qđ geometrę cētrū vocāt: per oēs patres ci⁹ vſq; ad cœli ſūma diffūdit: & extēdi p numeros muſicas opinat. Apd in coſmographia cardinē inquit mūdi. Sic enim dixerim cētrum habet tellus. Hinc fit centralis adiectiuum. Ply. lib. ii. Quindecies & pluribus ſuberit q̄ terra centralis interueniat. Alias centron.

¶ Centū nomē numerale & indeclinabile vltra cē tū variat. vt ducēti: trecēti: quadringenti; quingēti: ſexcēti: ſeptingēti: octingēti: noningēti. Hic cētenus. a. um. vt Cētena millia: ſic ducētenus: trecentenus. quadringentenus: quingentenus: ſexcentenus: ſeptingenten⁹: octingentenus: noningenten⁹ Centuplus: ducētuplus: trecētuplus: & reliqua. Cētеſimus: & deinceps. Centies quoq; aduerbiū: ducēties: trecenties: quadringenties. quingenties: ſexcenties: ſeptingenties: octingēties: noningenties Centenarius: ducentenarius: & cæ.

¶ Cēturia ī re mil. cētūcōtinet hoies q ſub vno centurione ſunt quorū centenarius iuſtus eſt numerus Hier. li. i. g. Satrapę philiſtym incedebāt in cēturiis & millibus. Centurię in agris ſignāt ducēta iugera. Centuria a centū iugerib⁹ vocabī: ſed mox duplicata nomen retinuit inquit Col. li. vi. Sicut trib⁹ dictę prīmū a partib⁹ populi tripartito diuiſi: quę tū nunc multiplicatę priſtinum nomen poſſident.

¶ Centurio & centurionus dicitur quia centum peditib⁹ p̄eſt: q̄a ſingulę cēturiæ cētum militibus cōſtabant. In exercitu enim miles centurioni. Centurio tribuno. Tribunus legato. Legatus conſuli obediebat. Sed ſeorſum magiſter equitum ſolum dictatori obtēperabat. Cēturio aūt dicebat primipilus. Liui. Centurio erat quem nunc primipilū appellamus. Veteres arceſcebant cōmiſſo p̄lio acies facile turbari. vt hoc incōmodū cuitarēt cohortes in centurias diuiſere: & in ſingulis centuriis ſingulos centuriones p̄feceruńt qui primo centurionivocabant quēadmodū a decuriones decurioni. Cohortes in exercitu decē erant in ſingulis legionib⁹ ſed prima q̄ reliq̄s & numero militū & dignitate p̄cedebat aquilā habebat: qđ p̄cipuū erat ſignū romanorū. Cēturiones huius cohortis cęteris centurionibus digniores habebant. Prima centuria primipilū vocabat: q̄ circa ſigna grauis armatura cōſtituta erat. Cēturio ipe primipili cēturio dicebat: & primipilus vocabat. Hic nō mō aquilę præerat: ſed quattuor cēturias: hoc ē quadringētos milites in prima acie gubernabat: & tanq̄ princeps totius legionis merita cōſequebat & cōmoda. Mar. Grata pudens meriti tulerit cum præmia pſli.

¶ Centurio as. in centurias ordino: vt Ager centuriatus qui in ducena iugera definitus erat. Romul⁹ enim centenis ciuibus ducenta iugera diſtribuit. Et milites centuriati qui in centurias ordinabant Liui. li. xxix. Scipio poſtq̄ in ſiciliam traiecit voluntarios milites ordinauit centuriauitq;. Centuriata comitia vt Aſco. ſcribit dicunt cum ex ſexu & ætate fertur ſuffragium: quia per centenas turmas diuiſus erat populus romanus. Hinc ſuccenturio. A quo ſuccenturiati dicuntur milites non primæ: ſed ſecundæ centuriæ: vbi ad inſidiādum maxime collocabantur. Ex quo in ſuccenturijs: quaſi in inſidijs quēpiam poſitū appellamus. Ter. in phor. Nunc prior adito tu. ego inſidijs ero hic ſuccenturiatus: ſi quid deficies. Proprie aūt ſuccēturiare ſignificat, explendę cēturię gratia numerū ſupplere.

¶ Centuriatim ſignificat p centurias: ſiue abundāter/copioſeq; a centurijs quę in comitijs ferebant ſuffragia.

¶ Centūuiralia iudicia dicta ſunt a centū viris. Nā cum eſſent romæ. xxxv. tribus. quæ & curiæ ſunt dictæ. terni ex ſingulis tribub⁹ ſunt electi ad iudicādum qui centumuiri appellati ſunt. Et licet quinq;

ſupra centum fuerint tamen quo facilius numeren tur centumuiri dicti ſunt.

¶ Centuſſis a decem decuſſibus dicitur quę ſunt li brę cētum: vel a centum aſſibus qui erāt nūmi bre ues ex ære. vt centuſſe licetur. i. centum libris ven di p auctionem.

¶ Cinnamū similis ē arbuscula cū cinnamomo: vel eadē est q̄ & cinnamomū: de qua Oui. li. iii. fast. Cinnama tum primū captiuaq; thura dedisti.

¶ Cinnus per duplex nn capillus dī. Plau. in Tru. Tinctos cōpositos crispos cinnos tuos vnguēta tos. Proprie tñ cinnus ē plurimoꝝ cōmistio. Nam ab aliquibus potiōis gñs ex multis liquorib⁹ cōfectū putat. Ci. li. de ora. Cinus vtriusq; particeps vl vtriusq; quærimus expers. Vñ cōcinnus a. um. & concinno as. fiunt: de quibus alibi.

¶ Cincinnū per duplex nn: a κικι specie oleī: vt quī busdā videt: eosq; dūtaxat capillos significāt qui ita intorti sunt: vt oleo perfusi madescāt. Inde cincinnati dicunt. q ita capillos habent. Iuue. Altior hic quare cincinnus. Plaut. in Tru. Iā ego istos fictos cōpositos crispos cincinnos tuos vnguenta tos vsq; ex cerebro expellā. Hos capillos Mar. anulos vocat. Ait enī Vnus de toto peccauerat orbe comarum Anulus

¶ Ciner & cinis tā masc. q̄ fœm. gñis puluis in quē materia vsta redigit. Inde fit cinereus. a. um. vt color cinereus. Similiter cineraceus a. um. q̄d ē ex colore cineris. Ply. li. xxxiij. Terra est alia ruffa: alia cineracea. Cinericius a. um. vt panis subcinericius qui coctus est sub cinere.

¶ Cinefactum in cinerem dissolutum: a cinefacio: quod est in cinerem reduco. Figuratio: vt tepefactum & labefactum. Lucil. li. iij. Ad vos horrifico cinefactum te prope cūbet.

¶ Cinifones a cinere dicti sūt: & cinelones & cinerarij pro parasitis ab officio calamistrorū in cinere calefaciēdorū quib⁹ matronę capillos crispabāt Hor. Custodes lecticæ cinifones parasiti.

¶ Cingo is. xi. ctū. ablto post actō iūgit. Gel. Scuto pedestri & gladio hispanico cinctus cōtra Gallū cōstitit. Per trāslationē cingere ponit p circuire & circū sepire. Liui. li. i. Nam & muro lapideo cuius exordiū operis sabino bello turbatū erat vrbē quā nondum munierat cingere parat. Aliqñ tamen accusatiuo solum cōtentū est. Ply. Cū eum saltum venatores cinxissent. Dictum cingo quasi circūago Huius cōposita sunt. Accingo. circūcingo. discingo. De quo in accingo. Iricinctus. Liui. lib. x. Incinctū gabino cinctu super telū stantē. Intercingo Ply. Thebaicus intercinctus aures guttis inuenit in aphricæ parte. Præcingo. Idē qđ cingo. Plaut. in hac. Inde hippodromo & palęstra vbi reuenisses domū cincticulo pcinctus in sella apud magistrū assidēs tū librū legēs: si vnā peccauisses syllabā fieret coriū tā maculosum q̄ ē nutricis palliū. Interdū pcingere ē pparare. Vñ pręcinctos strenuos & expeditos dicimus Procingo: cingo: apparo. a quo procinctus apparatus bellicus: & expeditus. Oui. Hęc in procinctu carmina facta puta. Ply. Vinum curas vigorēq; animi impedit ad procinctū tēdētibus. Et procincta classis vocabat cū exercit⁹ cinctus erat cōfestim pugnaturus. Recingo. retrocingo: vel pro simplici ponit. Oui. li. me. Velāt caput tunicasq; recingunt. Succingo subtus cingo & ad cingulū alligo. Ci. lib. xii. Phil. Ser. Galbā eodem pugione succinctū in castra videtis: Et succingere est cinctu vestes ita colligere vt breuiores videant fiatq; homo ad agendū promptior. Vnde & succincta oratio nem. breuem dicimus & succincte breuiter. Hinc succingulum balteum dicimus: & succinctorium vestis genus breuissimę quo venter: & verenda teguntur: quod & semicinctium vocatur q; medium hominem cingat. i. vestiat.

¶ Cinctus us. a cingēdo sicut cingulū: q̄uis & pro statu sumat. Ver. Cinctuq; gabino. Huius dimi. est cincticulus. Plau. in hac. Cincticulo pręcinctus.

¶ Cingulū hoīs cinctoriū dicit: & p anulo quādoq; ponit quod digitū curuat.

¶ Cingula ę. qua cinguntur iumēta. Oui. de reme. Et noua velocē cingula lędat equum.

¶ Cippus instrumētū ad colligādos pedes. Terra quoq; in tumulū coaggregata dī: Cippus q̄q; etiam sepulchrū. Hor. in Ser. Mille pedes in fronte trecētos cippus in agrū hic dabat. Pręterea cippus columnā significat. Et est nomē viri propriū. Valer. max. li. vi. Genutio cippo prętore paludato portā egredienti subito velut cornua emersserunt.

¶ Circa p̄positio est: quæ quandoq; componitur. & postposita inuenitur ablatiuo loco cōiunctiōis casualis. Verg. Quocirca capere ante dolis. Interdum postponitur circum: vt circūcirca. Sed cum præponitur. significat iuxta: & tam locū q̄ numerum designat: vt circa forum visus es. Et circa tres annos tecum mansi.

¶ Circiter a circa fit: idēq; significat. Et refert modo ad tempus: vt circiter calendas Iunias. Modo ad locū. Cas. Hemina. Lapidē fuisse quadratum circiter in media arce iūctum candeliscq; versum. Modo ad numerum quem attenuare videt: vt circiter duo hominum millia cæsa sunt.

¶ Circũ præpoſitio acuto accẽtu deſignat in vlti
ma: ne accuſatiuus nominis circus vel aduerbium
eſſe putet. Hęc & cõponi ſolet & ſeparari. Separata
locũ tantum ſignificat ſicut & compoſita: vt circũ
theatrũ. Quandoq; loco aduerbij ponit. Ver. An
ne vides toto properari littore circũ. Componitur
autẽ cũ dictionibus ab a incipientibus: vt Circum
ago. C. vt circũcido. d. vt circũduco. e vt circumeo
f. vt circũfluo. i. vt circũiacio. a quo circũiectus. L
vt circumlinio. m. vt circũmunio. n. vt circunna
ſcor. p. vt circũpono. q. vt citcunquaq;. ſ. vt circũ
ſcribo. t. vt circuntuli. v. vt circũuenio. Verum iun
cta vocalibus integra ſcribi ſed nõ proferri debet:
vt circũago: circumeo ſcribant: ſed ꝓferant. circu
ago: circuo. Vnde Priſ. ait Circumeo & circũago:
& ſimilia nõ paterẽt eliſionem in pronũciatione ſi
tranſiret in ſequentẽ ſyllabã; m. Si vero iungat cũ
c. d. f. q. t. mutat m. in. n. vt circuncido. circundo.
circunfero. circunquaq;: circuntuli. Cũ alijs rema
net m integra: vt circumſcribo. circumuolo.

¶ Circũago ſignificat circũduco. Apul. Nudũq;
hominẽ circumagẽs omnibus oſtendebat. Interdũ
in ſequor. Curti. Nec vulneratũ & fere ſeminecẽ cir
cũagere deſtiterũt. Interdum retrouerto: cõuerto.
Ply. In ponte prętenui duabus capellis obuijs e di
uerſo cum circumactũ anguſtię nõ caperẽt nec reci
procationem longitudo.

¶ Circũcido pe. pro. Circũſeco. Col. lib. iii. Eiuſdẽ
ſpatij corticẽ circuncidito. & materiẽ delibrato

¶ Circũcolo pe. cor. circũhabito. Liui. li. v. Exce
pto Venetorũ angulo: q ſinũ circũcolunt maris.

¶ Circunduco & circũeo inter ſe differũt: quoniã
dicimus Hercules circuiuit terrã nõ circundedit. &
anulus circunda t digitũ nõ circũit. Circuitus tamẽ
vtrunq; cõplectitur. Cicero Catoni. Vallo & foſſa
circundedit.

¶ Circunfero pe. cor. Circũporto: circũduco. Sal.
Fuere itẽ ea tẽpeſtate q dicerẽt Catilinã oſtone ha
bita cũ ad iuſiurãdum populares cõſcios ſceleris
ſui adiiceret humani corpis ſanguine vino pmiſtũ
pateris circuntuliſſe. Per trãſlatiõẽ circũferre po
nit ꝓpurgare. Ver. li. vi. Idẽ ter ſocios pura circũ
tulit vnda Spargẽs rore leui. Nã luſtratio a circula
tione dicta eſt vel cæde vel victima.

¶ Circunfluo abundo. Ci. in Lęl. Et circũfluere oĩ
bus bonis copiis atq; in omni rerum abundantia
vtuere. Proprie tamẽ circunfluere eſt circũ aliquid
fluere: decurrere. Ply. Id oppidũ circunfluit amnis
Interdum concurrere. Idem. Poſtq; variæ vndiq;
gentes circunfluxere.

¶ Circũfluus a. um. quod circunfluit. Claud. lib. ij.
Et aurato trahitur circunflua ponto.

¶ Circunforani ſeu circunforanei. q circa fora cre
bro verſari ſolent venditantes aliquid aut emẽtes
aut ſciſcitantes: aut tempus inaniter terentes: aut
aduocationem quęrentes.

¶ Circũiacio circũpono. Aug. in Ser. de Io. Bap.
Neceſſe ẽ cũ ſũmo labore ex hoc mũdo rapere pal
mã ſalutis & quaſi excubãtibus & circumiectis ho
ſtibus obſeſſos fructus puigili intentione decerpe.

¶ Circũmitto. Liui. li. ii. Vincebatq; auxilio pauci
tas in iugo circũmiſſus veiens in vertices collis.

¶ Circũmunio circũſepio circũroboro. Col. li. iij.
Priuſq; pomariũ cõſtituas: q magnũ habere voles
circũmunito macerie aut foſſa ita vt non ſolum pe
cori ſed nec homini tranſitus ſit.

¶ Circũnaſcor. Ply. li. i. Lacus amaus in aſia circũ
naſcẽte abſinthio inficitur.

¶ Circumſidio. is. ad obſidẽdum eo ſeu me pono.
Salu. in aug. Igit Iugurtha oppidũ circumſedit &
vineis turribus & machinis oĩum generum expu
gnare aggredit. Circumſideo obſeſſum teneo. Li
ui. li. iii. In nos viri armati eſtis agitedum vbi hic
curiam circumſederitis.

¶ Circumſto circũdo. Ver. Circũſtãt aĩæ dextra læ
uaq; frequẽtes: Au. ad Hter. paſſuo vſus eſt. Q;q;
nos inqt negociorũ alienorũ eorũq; ſeculariũ cũ
ris circumſtemur ingẽtib⁹: tñ epiſtolę tuę breuitati
facile nõ ignoſcerẽ. Hinc circumſtãtię quæ in vna
quaq; cõtrouerſia queri ſolent & quaſi quęſtionem
circumſtant. Vide in dictione locus.

¶ Circũſiſto is. p circũdo ponit: ſiue ad obtinẽdũ
defendẽdum: ſeu offendẽdum circũ me pono⁹ Li.
li. i. Cẽturiones armati Metũ circũſiſtunt. Cæſar.
Si quis grauiori vulnere accepto deciderat circũſi
ſtebãt. i. firmabãt ſe circum fauẽtes ei & tela ab eo
arcẽtes. Ver. At feſſi tandem ciues infanda furentẽ
Armati circumſiſtunt

¶ Circũſcribo ſignificat prout ſonat. Per trãſlati
onẽ circũſcribere ẽ dolo in re cõtrahẽda atq; cõmer
ciis aliquẽ bonis priuare: vt apud Senecã de eo q
fratrẽ circũſcripſit in diuiſione hęreditatis cum ex
altera parte matrẽ fratris: ex altera oĩa bona poſu
iſſet. Am. pro decipe ſimpliciter poſuit: cũ inquit.
Sicut adã mulier circũſcripſit ita apoſtolum fœmi
na circũuenit. Aliqñ in bonã partẽ pro colligere &
cõpręhẽdere. Lact. Cuius ſciẽtiæ ſummã breuiter
circũſcribo vt neq; religio vlla ſine ſapiẽtia ſit nec
vlla ſine religione probanda ſapientia. Columel.
Diophanes bithynus vticẽſem totũ Dionyſij per
ni magõis interpretẽ per multa diffuſum volumia
ſex epitomis circumſcripſit.

¶ Circũſpicio. Iulii. li. i. Primo latebras circũſpi
cit. Hinc circũſpecto as. frequẽtatiuũ. Ter. in Eu.
Et ꝓperãs venit neſcio quid circũſpectat.

¶ Circũſpectus qui in oẽm partẽ circũſpectat: hoc
eſt prudens & ſagax. Col. li. i. Nã illa ſolẽnia ſunt
oĩbus circumſpectis vt ergaſtuli mancipia reco
gnoſcãt: vt explorẽt an diligenter vineta ſint: an
ipſę ędes cuſtodię ſatis tutę ſint.

¶ Circũſpicuus cõponitur ex circum & ſpicuus. &
eum ſignificat qui circumaſpicitur

¶ Circũuado pe. p. Liui. de ſecundo bel. mace. Re
pẽte anceps terror hinc muros aſcẽdentib⁹ roma
nis illic arce capta barbaros circũuaſit.

¶ Circũuenio idẽ qđ circundo. Liui. li. i. Sed cõſi
liũ & imperij ſimulatio fuit vt nec vobis ignoran
tibus deſeri vos auerteret a certamine animus: &
hoſtibus circumueniri ſe a tergo ratis terror ac fu
ga inijceretur. Aliquando circumuenire eſt circũ
munire. Sal. Præterea Conſulatum petere. Ci. An
to. quem ſibi collegam fore ſperabat hominẽ no
bilem familiarẽ & omnibus neceſſitudinibus cir
cumuentum. Aliquando decipere ſeu inſidijs in
uoluere. Tractum a venatoribus: qui feras laqueis
retibus & canibus circũuenire ſolent. Ci. lib. ii. offi.
Suũ quiſq; teneat & neq; tenuiores propter humi
litatem circumueniantur: nec locupletibus ad ſua:
vel tenẽda vel recuperãda obſit inuidia. Aliqñ op
primere. Sal. Cuiq; optimo litteras mittit ſe falſis

crimínib⁹ circũuẽtũ. Liui.li.vi. An placeret fœnó re circũuentã plębẽ poti⁹ q̃ ſortem creditã ſoluat corpus in neruum ac ſupplicia dare?

Circũueho is. a quo frequẽtatiuam circũuecto as. quod eſt ſępe circũfero. Ver.li.iii.geo. Singula dũ carptim circunuectamur amore.

¶ Circũuolito proprie Ver.li.i.ge. Aut arguta lacus circũuolitauit hirũdo. Col. per tranſlationẽ ꝑ crebro viſo ſeu pro celeriter circũdo vſus eſt. An honeſtius dixerim mercenarij ſaluatoris mẽdaciſſimũ aucupiũ circũuolitantis limina potentiorum.

¶ Circe ſolis & perſę nymphę filia: quæ habitauit nõ longe a caieta vrbe campanię in monte quodã olim inſula. Qui ab ea circeus ſiue circei & circeum oppidum Hinc circeienſes populi. Liui.lib.vi. Ad hoc latini herniciq; acceſſerunt & circeienſium quidam. Ci.lib.iij.de natu.deorũ. Circẽ quoq; coloni nĩi circeienſes religione colũt. Circei vero vt Plyauctor eſt. li.iii. quondam inſula immenſo quidem mari circũdata ſi Homero creditur vbi latiũ antiquũ terminabatur. Stra.li.v. Poſt antũ circeiũ eſt ſtad.cc.&.xc mons mari & paludibus inſtar habens inſulę. Habet caſtellũ & circes ſacellum & mineruę aram. Ver.lib.vij. Proxima circeæ raduntur littora terrę Diues inacceſſos vbi ſolis filia lucos Aſſiduo reſonat cantu. Homerus libro.κ. odyſſeę late proſequitur & quod Mercurius dedit añq̃ iret ad circen ξηρη μεν μεδαρ εσκε γαλακ τι δε εικε λον αγθοστμωλν δεμιν καλεουσι θεο: & ſubdit και το τεεγω κιρκης εωεθην ωερικαλλεος ενγης αμφιωολοι δαρατεωσ μαριενι μεταροισι ωενογτο τεσσαρες.

¶ Circius ventus nulli violẽtia inferior ſic dictus q̃ oĩa turbet ac circũ vertat. Hic peculiaris ẽ Gallię narbonenſis de quo Gel. Galli ventũ ex ſua terra flantẽ quem ſæuiſſimũ patiunt circiũ appellant a turbine opinor eius ac vertigine. Luc. Solus ſua littora turbat Circius & tuta prohibet ſtatiõe monechi. Ventus circius cũ loquare buccam implet. armatũ hominẽ & plauſtrũ oneratũ percellit. Cato Certiumnon circium appellat.

¶ Circus oñis in gyrum ambit⁹ a circuo ſecundũ Ser. Eſtq̃ figura plana vna tantũ linea contenta. in cuius medio punctus eſt: a quo omnes lineæ ad circũferentiã ductę inter ſe ſunt æquales. Et differt circus a globo: q̃ circus eſt planities rotunda vt; circuit⁹. Globus ſoliditas vndiq; rotũda vt eſt ſphæra & ſtaminum glomera. Ci.de natu.deo. Cũq; duę formę pręſtantiſſimę ſint ex ſolidis globis. Sic. n. ſphęram interpretari licet. Ex planis autem circus aut orbis. Vergil.libro.v. Mediaq; in valle theatri circus erat. Et. vi. Lucẽtemq; globũ lunę titaniaq; aſtra. Circus etiã dicit̃ locus muris ſeptus: Vnde circenſes ludi: q̃ in circo fierent. Fuerunt q; tres circi romæ. Circus maximus circus flaminius q & apollinaris & circus Neronis in vaticano.

¶ Circẽſes ludi dicti ſunt q̃ in circo fierẽt: ſiue quaſi circũenſes. Nã ante facta ſpectacula: vt quidam aſtruũt inter enſes & flumina locis virentibus agebant: & medio in loco munera ponebant: eq; vero vinctis curribus a circi carceribus diſcedentes ex vno latere recurrentes ad primam metam reducebantur. Nam circus oblongus in hemicycli ſpeciẽ deſinebat vbi reuoluebantur equi.

¶ Circulus & per ſyncopẽ circlus paruus circus.

¶ Circulo as. circundo. Col.li.xij. Iſq; debẽbit añ circulari foſſula quę repleat̃ lapidib⁹ & calce. Sene. Apion totam circulatus eſt greciã. i. obiuit omnes oras greciæ.

¶ Circulatorẽ quandoq; accipimus pro ciclico & circunforaneo qui ſua carmina coronæ recitet. Talis ab Horatio vocatur ciclicus. Is etiã qui in corona hominum aliquid agit circulator appellatur. Apul. Pręſtigiatorem ſtipatum mortalibus ſuas fallacias admirantibus vocat circulatorem. Sic em̃ inquit libro.i. Circulatorem aſpexi equeſtrem ſpatham pręacutam mucrone infeſto deuotaſſe. Paulus iureconſul. digeſtis de extraordinarijs criminibus. In circulatores qui ſerpentes circunferunt: & proponunt. Si cui ob quorum metum damnum datum eſt pro modo admiſſi actio dabitur. Hiero. Puerilia ſunt hæc: & circulatorum ludo ſimilia. Hinc

¶ Circulatorius a.um. qđ ad circulatores ſpectat. Vnde Quintilianus præcipit nobis parandã vim orandi nõ circulatoriam voluptatẽ ſpectantibus.

¶ Circulatim ſignificat per circulos. Sue. In ſummo publico luctu externarũ gentiũ multitudo circulatim ſuo quęq; more lamentata eſt.

¶ Circuitores docet Vlp. vulgo appellari q̃b⁹ veſtiarij vl̃ linteatij dãt veſtẽ circũ ferẽdã vl̃ diſtrahẽdam.

¶ Circitores publici vrbis cuſtodes.

¶ Circites pe. cor. circuli ex ęre facti.

¶ Circinus pe.cor. Inſtrumentũ quo circuli vertẽdo deſignantur. Vulgo ſextus dicitur.

¶ Circino as. pe:cor. rotũdũ facio. Ouid. Inclinat̃ curſus & eaſdem circinat aures.

¶ Cirri a q̃buſdã appellãt̃ capilli cõtorti ac piñ cri ſpati q̃les Picus martiꝰ: & alauda & grues in capitibus gerũt. Oui. Ciris & a tõſo nomẽ ẽ ſortita capillo. Oſtreorũ etiã capillamẽta dñr cirri. Mar.li.vii. Et oſtreorũ rapere liuidos cirros. Iñ cirratus. i. capillatus. Perſi. Ten cirratorũ centũ dictata fuiſſe ꝑ nihilo pẽdas. Ali cirros capillos capitis attonſos putant a græco κειρω attondeo incido. Cato de liberis educandis. Itaq; arbitrare primũ capillũ puerilẽ demptũ itẽ cirros ad Apollinẽ ponere ſolent. Iñ ipſius cirratos vocat pueros q̃ cum comã nutrierunt eam Veneri cõſecrant detonſam.

¶ Cirres ſunt oſtrea quędã capillata. Marti. Teq; iuuant cirres & pelle malandria cana.

¶ Cirricus inſula fuit in myſia quingẽtorũ fere ſtadiorũ ambitu admodũ fera x & duob⁹ põtibus iuncta cõtinẽti quæ iuxta pontẽ eiuſdẽ nois vrbẽ habuit: & portus duos clauſos & naualia.

¶ Cis & citra differũt q̃ cis magis proprijs nominibus fluminũ vel montiũ præponi ſolet: reliquis magis citra: vt cis rhenũ: cis padum: cis alpes. Citra cruorẽ: citra forũ: citra templum. Et habet quidem cis ſicut & citra contrariam ſignificationẽ de vltra. Nam hę parciculæ Citra: intra: vltra: vt docet Gel. apud veteres ſingularibus ſyllabis appellabantur. Cis & vls. Dicebaq; cis tyberim & vls tyberim: mox dici cœptũ eſt. Citra tyberim & vltra tyberim: & intra calendas: citra calendas. Conponiq; põt & ſeparari: vt Ciſalpina gallia & cis padũ. Sciendũ eſt aũt q̃ q̃uis cis habeat vim localẽ per tranſlationẽ tamen & in tẽpore & in aliis rebus vti poſſumus: vt cis definitum tẽpus veniſti: ſicut vltra tẽpus a nobis datũ veniſti. Cis naturę leges

hoc eſt minus q̃ patiant nature leges. Aliq̃ ponit pro vltra. Sal. Cis rhenũ atq; intra mare noſtrũ & oceanũ niſi qua in paludibus via fuit perdomita. Citra etiã quãdoq; pro ſine ponit. Col. In agricultura volũtas facultaſq; citra ſcientiã ſæpe magnã dominis afferunt iacturã. Sue. in Cęſa. Alijs citra ſenatus/ populiq; auctoritatem. i. ſine auctoritate. Quintil. lib. i. Tũ neq; citra muſicẽ grãmatice põt eſſe perfecta. Ply. lib. iij. Citra faſtidiũ nominent. Sene. Ede citra cruditatẽ: bibe citra ebrietatẽ. Q ñ q; ponitur pro ante: vt citra calendas. i. ante calendas. Sue. ĩ Au. Solebat etiã citra ſpectaculorũ dies ſi q̃ quid inuſitatũ dignũq; cognitu: &c. Fit autẽ citra & cis: a citra: citer citerior citimus

¶ Ciſalpina gallia quę & citerior gallia: & gallia togata dicitur a fluuio rubicone finitur. Cuius baſim alpes efficiant

¶ Ciſterna locus in quo colligitur aqua pluuia per euripos & canaliculos ſub ſtillicidio poſitos ad imbres ſuſcipiendos. Vlp. Ciſterna, aquã viuã nõ habet. Et quidẽ ciſternę imbribus concipiunt: ſed per glaream immiſſam in ſpõgias purificatis. Dicta ciſterna q; ſit cis. i. infra terram

¶ Ciſta genus vaſis cuius dimi. eſt ciſtula a quo fit aliud dim. ciſtella. Ci. li. i. ad Heren. ciſtellã proua ſe poſuit quo ſuffragia populi in creãdis magiſtratibus legibuſq; ferendis colligebant cũ ait Saturnius legem ferre cœpit: collegę intercedere ille nihil dominus ciſtellam detulit.

¶ Ciſiũ genus vehiculi biroti: a quo ciſiarij qui ciſiũ regũt. Cice. Detulit in quadã cauponula atq; ſe ibi occultans perportauit ad veſperũ. Inde Ciſio domũ venit capite inuoluto. Iuriſcõ. li. xx. digeſ. Si ciſiarius dũ cæteros tranſire cõtendit ciſiũ euertit & ſeruum quaſſauit vel occidit: puta ex locato eſſe in eum actionem.

¶ Ciſſeus rex thracię pater hecubę vxoris Priami A quo Ciſſeis patronymicũ. Eutipides in tragœdia: quæ εκαβη inſcribit. ϖολυδωρος εκαβησ παισ γεγωσ τησ κισσεωσ ϖριαμου τε πατροσ οσ μ. εϖει φρυγων ϖολιν κιγδυρος εσ χερ δορι ϖεσσειν ελληγικω δεισασεϖεξε ϖεμψε τρωικησ χθονος ϖολυμηστοροσ ϖροσ δωμα θρηικιου ξενου

¶ Ciſpius mons in vrbe roma exquilina in regione de noĩe ciſpi hoĩs dictus vt inquit Feſt. Var. li. .i. lin. latin. Exquilinus eſt ciſpius mons ſexticeps apud ędẽ Iunonis lucinę.

¶ Cithara ę. pe. cor. tamẽ κιθαρα εξ του κιρταειν Inſtrumentum muſicum alio nomine lyra appellatur: quam Hieron. ſcribit effict in modum deltę litterę cum chordis vigintiquattuor & per digitos variįs vocib⁹ tinnuliſq; ictibus in diuerſis modis cõcitari: de qua in dictione pſalteriũ aliqua dicuntur. Cythera cũ y & e anter pluralis tãtũ numeri. & neutri generis inſula eſt contra cretam: vti ſcribit Stra. In quam ferũt Venerem primum vectam concha marina. Vñ & cytherea dicta eſt: cuius ſecũda corripitur. cum in primitiuo producatur. Vergil. lib. x. Eſt paphos idaliumq; mihi: ſunt alta cythera. Idẽ Parce metu cytherę manẽt. Hanc Solinus cytheream a cythereo phœnicis filio vocauit. Porphyruſſam Aga. a preſtãtia purpurarum. Sed porphyrida Plynius. Eſt & cythera vna ex cicladibus inſulis. Et vt Laerti⁹ ſcribit Laconię inſula. Cytheron

vero mons Bœotię longe a thebis. Oui. li. iii. met. Vadit vbi feſtus facienda ad ſacra cytheron Cantibus & clara bacchãtum voce ſonabat. De hoc tñ in dictione parnaſſus: & in helicone.

¶ Citharœdus qui cithara canit. Iu. Accipis vxorẽ de q̃ citharœdus echion. Hic citharœdic⁹ a. um. Suet. in Ner. Itẽ ſtatuas ſuas citharœdico habitu.

¶ Cithariſtria quę cithara canit: ſicut a tympano tympaniſtria.

¶ Citharizo as. cithara cano. Hiero. in apoca. Sicut citharœdorũ citharizantiũ in citharis ſuis.

¶ Cithiriſta promontoriũ a quo Maſibiã vſq; na uigio. xxx. M. paſ. fiunt.

¶ Citharis pe. cor. pileus vel mitra põtificalis. gręce κιθαρισ.

¶ Cithiſus ſiue cithiſum arbuſcula quę facile vbiq; prouenit vtilis oñi gñe pecudũ: vt inquit Col.

¶ Citra prępoſitio. Vide in dictione cis.

¶ Citrus arbor nobiliſſima quę ſola apud Athlantẽ montẽ in mauritania naſcitur romanis quondã gratiſſima. Nam afferebatur ad ornamenta menſarum & lectulorum. Non multum creſcit & folia habet maiora q̃ laurus. Hinc citreus ea. eum. vt citreę męſę. Apud Dionẽ cedrũ & poma cedria pro citro & citrijs appellata inueniuntur. Alterius tamen generis ſunt citri athlãticę ex quib⁹, męſę fierent q̃ noſtrates citri vnde mala medica naſcunt. Hæ folio ſpectant arbuti fere aut lauri. Athlãticæ cupreſſo fœminæ ſilueſtri folio odore caudice. Dicitur & citrum neutro genere pro ligno.

¶ Citreũ vt cloatius ſcribit eſt perſicum malũ. De quo Ver. Felicis mali quo non pręſtantius vllum Oppius li. de ſylueſtribus arboribus. Citra idẽ malus & perſica. altera generat in Italia: & in media altera. Et paulopoſt de Citreo. Eſt aũt odoratiſſimũ ex quo interiectũ veſti: tineas necat. Fert etiã venenis cõtrariũ quod tritũ cum vino purgatione bidẽtes ſeruat viribus ſuis. Generant aũt in pſide mala citrea quę vulgo narantia dicuntur.

¶ Citus celer. Sal. Citus mõ: mõ tard⁹ inceſſus: hic citior citiſſim⁹. Plau. Nullã ego rẽ citiorẽ apud homines eſſe q̃ famam reor. Citiſſimus oĩm rediit. Cito aduerbiũ. Citius citiſſime. Interdum citus dicit ſeparatus. Verg. li. viii. Haud procul inde citę metium in diuerſa quadrigæ.

¶ Cito as. frequẽtatiuũ a cio q̃d ẽ voco. Ci. in Ver. Citat reũ nõ reſpõdet. Vide in cieo. Hui⁹ cõpoſita ſunt cõcito pen. cor. quod ſignificat ad irã puoco. Hinc cõcitatus iratus. Gel. Erat eñ aliquãto cõcitatior. Incito. recito. Excito. Suſcito. &c. quę ſunt in dictione cieo.

¶ Citatus vocat⁹ celer. Apu. Citato nõ teſtudineo greſſu.

¶ Citimus pe. cor. ſuperlatiuũ a cis. & idẽ eſt quod vltimus extrem⁹. Et citima vocat quę cœlo proxima ſunt. Ci. Quibus erat ea minima quę vltima cœlo citima terris luce lucebat aliena.

¶ Ciuis vrbis colonus a coeũdo dict⁹. q; vinculo quodam ſocietatis in vnũ coeat cœtũ: & ſub legibus viuat. Hinc ciuitas quę proprie eſt collecta ciuiũ multitudo ad iure viuendũ. Apul. Quod omnis ciuitas approbauit. Aliq̃ ciuitas dr̃ius ciuiũ. Ci. Qui ciuitate donat⁹ eſt. Vſurpatiue dicit vrbs hoc eſt ipſa mœnia: & ædificia. Sic dicimus apud ciuitatẽ Mantuam diuũ Iambonũ natũ eſſe: ibiq;

miraculis florere. Sciendū q̄ a ciuis nō fit cōciuis licet cōsuetudo inualuerit vt cōciues passim dicamus municipes nostros: cum tamē rectius dicatur hic meus ciuis est: siue meus municeps. Sic Cicero ciues suos dicit nusq̄ cōciues. Nam apud tertiam Tusculanam legimus (inquit) librum clitomachi: quē ille euersa carthagine misit consolandi causa ad captiuos ciues suos.

¶ Ciuilis & hoc ciuile qd ē ciuis seu quod ad ciuē pertinet: vt ciuilis mos: ciuile ius. Hinc ciuilitas quę ē quasi ciuilis mos: & accipit̄ p moderatione quadā atq; modestia magis ciui hominiq; politico q̄ imperatori conueniente quam in Augusto fuisse scribit. Sue. Clementię ciuilitatis: quę inquit eius multa & magna documenta sunt. Iul. Capitolinus laudat Antoninū pium: q; imperatorium fastigium ad summam ciuilitatem deduxerit.

¶ Ciuicus a.um. pe. cor. Idē qd ciuilis: vt ciuica corona quā ciuis ciui a quo seruatus fuisset in prælio testē vitæ dare solebat ex fronde querna: quoniā cibus antiquissimus e quercu capi cōsueuerat. Augu. li. xviiij. ci. dei. Satis apparet consequēs vt ad pacem ciuicam pax domestica referatur.

¶ Cius fluuius thracię ex peonibus & rhodope mōte profluens.

¶ Clades a calamis quasi calamides hoc ē calamitas vel quasi cades a cadēdo. Vel a κλαδαω quod est amputo: frango. Vnde κ λασμα fragmentum & confractio.

¶ Clæmens a claritate mētis: quasi cœli mēs: & is dr̄ q etiā remittit de eo qd posset psequi. Differt p Donati sentētia a placido. q; clęmens sit circa recte agentes: placidus circa delinquentes. Et clæmētis est nulli os lędere: placidi arridere oīb⁹: clęmēs animo: placidus vultu. Ter. in adel. Ille suam semper ęgit vitam in ocio comis clæmens placidus: nulli lędere os: arridere omnibus. Sunt etiā qui clęmentem ideo dici putēt q; colat mentē: nec eā vexet ira scendo. Hinc clementia & aduerbiū clęmēter quibus cōtraria sunt inclęmentia: & inclęmenter.

¶ Clam prępositio separatiua est & casualibus tātū p̄ponit̄: vt clam patre hoc egisti. Quādoq; reperitur loco aduerbij posita. Ver. Clā ferro incautū superat securus amorum. Sed oratores prępositionē potius accipiunt: siue iungatur ablatiuo: vt Prisci. sentit: siue actō vt Dona. opinat̄: vt clam me profectus est. i. me nesciente. Hinc cōpositū fit perclā quod est valde occulte

¶ Clanculū dim est. Ter. in Eu. In|cellulā ad tepatris penū omnē cōgerebam clanculum.

¶ Clandestinus a.um. pe. p. occultus: quasi clā de astu: hoc est vrbe. Manil. lib. i. Et clandestinis surgentia fraudibus arma. Syri. li. vij. Ceu clādestino traheretur fœdere bellum.

¶ Clandestino as. Lucil. Ait em̄ dicit clandestino tibi quod cōmissum fuerat.

¶ Clamare est vociferare. Vnde exclamatio. Quādoq; vocare. Plaut. Plaudunt partim clamitāt me vt reuertar. Huius cōposita sunt acclamo. Conclamo. Declamo. Exclamo. Inclamo. proclamo. prę clamo. reclamo. & succlamo: quę habent pe. prod.

¶ Clamor vox quę clamādo fit & proprie calamorum sonus: quasi calamor. Cū em̄ arundines vēto agitantur magnam vocem|emittūt. Dicitur & clamos sicut arbos.

¶ Clamosus a.um. a nominatiuo clamos: qd clamore obstrepit vociferaturq;. Iuue. Securū iubeāt clamoso insistere circo. Quintil. Non turbidus nō clamosus sit altercator.

¶ Clāgo is. xi. vel gui. tuba cano. grecū est κλαιω. Clangor em̄ vox tubarū est. Hiero. in li. numerorū. Si semel clangueris venient ad te principes Et in Esaia. Et erit in die illa clāget in tuba magna Interdū addit̄ tuba: vt in eodē. Filij aaron sacerdotis clangēt tubis. Hęc em̄ tria idem significant Clango: tuba cano: & tuba increpo. Clangor etiā dicit̄ sonorū anserum & aliar̄ rerū cōstrepētiū. Ci. li. ij. Tus. De aquila Iouis satelles pastu dilaniat ferotū iecore opimo farta & saciata affatim clangorē fundit vastū. Col. de anseribus li. ix. Eiusq; gn̄is anser prępcipue rusticis grat⁹ est: q; nec maximam curam poscit: & solertiorē custodiam præbet q̄ canis. Nam clangore prodit insidiantem.

¶ Clanius fluuius cāpaniæ iuxta acerras vrbem a κλαιω. qd est viola. q̄ illius ripę abundare dicūt vel vt Macro. existimat a Clanio gygante

¶ Clariū oppidū in cōfinio Colophoniorū: quod nō longe ab epheso esse perhibetur.

¶ Clarus fluuius s cacuminibus Alpium per plures valles excurrens in Istrum intrat

¶ Claros insula vna ex cycladibus: a qua vt Homerus inquit apollo clarius dictus est.

¶ Clarus a.um. proprie dr̄ quod est lucidū nō obscurum: vt clara dies. Figurate tn̄ pro insigni: atq; excellēti accipit̄: & eo q veluti fulgore quodā fame resplēdet: q & inclytus dicit̄: q̄uis plus sit inclytus q̄ clarus ꝓpter in: quę ibi auget. Hinc clarum hominem: & clara gesta dicimus. Item quoniā: quæ clara sunt ab omnibus cernuntur: Clarum etiā pro apto & manifesto sumit̄: vt clarus sermo: clara oratio Interdum ponitur pro audibili. Ter. Dic clare. A clarus fit cōpositū. Pręclarus: quod est valde clar⁹ Ci. O pręclarū custodē ouiū vt aiūt lupū. Aliquādo sumitur pro bono seu pro optimo. Idē in Lælio. Actum est præclare.

¶ Claritas luciditas: vt claritas solis. Aliqn̄ excellentia & splendor: vt Claritas generis: claritas rerū gestarū. Interdū facilitas: vt claritas orationis: dr̄ & claritudo. Sal. Cū p̄sertim tā multæ varięq; sint artes animi quibus summa claritudo paratur.

¶ Clarifico as. clarum facio: illustro.

¶ Clareo es. rui. clarus sum. vel manifestus seu notus sum: vt Claret q; mihi sis inimic⁹. Turpil. in prima figōe. Cui⁹ aduentu hodie claret cypros. Hinc

¶ Claresco: clarus fio. Aug. lib. vi. con. Grandior erat: tanq̄ si ista multo clarius claresceret totūq; occuparet magnitudine. Inde Inclaresco valde clar⁹ fio. Hiero. in Exo. Iamq; aduenerat tertius dies: & mane inclaruerat.

¶ Clarigo as. pe. cor. clare repeto a vocis claritate dictū. Ply. li. xxij. Hac semp & legati cum ad hostes clarigatūq; mitterent̄ vsi. i. res raptas clare repetitū. Nā cū Romani bellum indicere alicui volebant: pater patratus ꝓficiscebat̄ ad hostiū exercitū prefatus & quædā solēnia verba clara voce dicebat se bellū indicere ob certas causas.

¶ Clarigatio pręter p̄fatā significationē accipit̄ p tales nūmaria maxime q̄ principis vel reipubl. edicto conceditur. Liui. li. viij. Veliternis derecti muri: ipsi vrbe adducti iussi trans tyberim habita

re vti eius: qui cis tyberim captus fuisset ad mille pas. hoc ē pōdo clarigatio esset. Nec priusq; ēre pso luto: is qui cepisset extra vincula captū haberet.

¶ Clasma latine fragmentū & fractio dicitur.

¶ Classis ęquocū nom̄ ē: significat em̄ nauiū multitudinē a τῶ κλῶ hoc ē a lignis q̄uis abusiue p vna tantū naui ponat. Ver. li. vi. Lyciæ ductorē classis orontē: Significat & hoium collegia. Nā Liui. de Tul. Serui. rebus gestis scribit vrbem in quinq; classes diuisam: cēsumq; ab eo institutū fuisse rē saluberrimā tanto futurā imperio: quo pacis belliq; munia non viritim vt antea: sed pro habitu pecuniarū fierēt: tū classes centuriasq; hūc ordinē ex censu descripsit. Qui centūmillia æris aut maiorē cēsum haberēt: inter primarios numerabātur: & sub primę classis titulo. Ex his octoginta fecit cēturias. xl. senū. xl. Iuuenū. Seniores ad vrbis custodiā iuniores vt foris bellū gererēt. Arma his galea: clypeus: oceę: lorica. oīa ex ære: hęc vt tegumēta corporis essent. Præterea tela in hostē hastę & gladius. Additę sunt fabarum duæ centuriæ: quę sine armis stipēdia facerent: datum munus vt machinas in bello ferrarēt. Intra centum & lxxv. millia census. Secunda classis ex quibus. xx. centurię seniorum. xx. & iuniorū. Arma vt in superiore præter loricam. Tertia classis a. lxxv. ad quinquaginta millia census. Arma vt in superiore pręter ocreas. In quarta classe a quinquaginta ad. xxv. millia census centurię. xx. senio rum. xx. iuniorū. Arma mutata nihil pręter hastam: & verutum datum Quinta classis centurias. xxx. habuit fundas lapidesq; missiles gerētes. In his accēsi cornicines tibicines in tres centurias. Ex. xi. postea millibus vna centuria. Et fuit hęc immunis militia. Significat & classis equitum ordines. Ver. Scio me danais e classibus vnū. Vnde & classis procincta dicitur exercitus instructus. Apud antiquos classes clypeatę dicebantur: quos nunc exercitus vocamus. Sonitus quoq; tubarum & ipsa tuba classica nominantur: sicut a Ver. pro vtroq; vsurpatum est li. vii. Classica nāq; sonant. Liui. lib. v. Vocatis classico ad consiliū militibus. Et alibi. Concionē classico aduocari iussit. Capitur quādoq; pro signo bellico. Suet. Et ingēti spiritu classicū exorsus pertēdit ad alteram ripam. Vege. scribit classicū dici quod buccinatores per cornu dicunt: hoc insigne videt imperij qa classicū canit imperatore pręsente: vel cū in militē capitaliter aīaduertitur: quia hoc Imperatoris legibus fieri necesse est. Item classes testes vocabantur qui & classici.

¶ Classicus a. um. quod ē classis vel q̄d ad classem ptinet: vt classicū bellū: bellū nauale. Prop. lib. ij. Et canerem sicule classica bella fugæ.

¶ Classici dicebant nō oēs qui in classibus erāt: sed primę tantū classis hoies qui centū millia æris aut ampli⁹ censi erāt. Classici etiā dicebant pręcōes qui tuba vel cornu iussu magistratuum ex arce vel circū muros populū & comitiū vocabant: dicti a calando. i. vocando siue a clangore. Vnde classica pro ipsis tubis. Infra classem vero cęterarū classium q̄ minore summa æris q̄ qui in prima classe cēsebant. Et classici (vt docet Festus) dicebant testes qui signandis testamentis adhibebantur.

¶ Classiarius idē ē q̄d assiduus & diligēs: quia oīm classiū ciues semper parati erant ad omnē reipub. necessitatē: propter quod ab asse dando assidui dicebant. Apul. Et laudū eius classiarius atq; assidu⁹ pręco. Atq; priuatim quoscūq; in iudicū vocabāt iussu magistratuū dicebant Liburni q̄ fere e liburnia essent.

¶ Clathrus & clathrū vtroq; mō dicit. Sūt aūt clathra ligna q̄bus transuersis aliq̄d munimus sepimusve: vt fenestras quę od id clathrę dicunt. Et clathrare verbū q̄d significat clathris claudere. Quo Col. & Plau. vtunt. Nā in milite Plau. ait. Mirū est facinus quomō hæc hic trāsire potuerit. Nā certo neq; solariū apud nos neq; hortus vllus neq; fenestra nisi clathrata. Col. lib. ix. Spissi deinde clathri marginibus infiguntur: qui super aquā semp emineant etiā cum maris æstus intumuerit. Idem paulopost. Satis est vacerras inter pedes octonos defigere: sensq; ita clathrare ne spatiorū laxitas pecudi præbeat fugā. Cato clathros posuit pro lignis: quibus caueę muniuntur.

¶ Claua teli genus. quo hercules vtebat. Est em̄ fustis teres ad claui similitudinē capitatus. Ply. de lino. Iterū deinde in filo politur: illisum crebro in silice ex aqua: tectūq; rursus tundit clauis semper iniuria melius. Hinc claua herculis dicta id gen⁹ teli quo Hercules vtebatur.

¶ Clauator qui huiusmodi claua vtebatur.

¶ Clauis ē qua ostia: arculę. & id gēs multa & claudunt & aperiunt: a clam: q̄ q̄ celare volumus hac claudere soleam⁹. Vnde cōclauia loca quę sub vna eadēq; claue clausa sunt. Et cōclauatus locus vna claue clausus. Clauem Theodorus Samius primo monstrauit: a qua faber clauicularius.

¶ Clauicula dimi. a claui: vel a claua virga. Plyn. Clauiculę quoq; ipsę quibus repetūt vites tertę: & ex aqua potæ sistunt vomitionum consuetudinē:

¶ Clauiculari⁹ q̄ clauiculā. i. virgā vel clauē gerit.

¶ Clauiger vel clauigerus. Ouid. Clauiger inuidit vulcani occumbere prolem.

¶ Clauatus a. um. q̄d est clauoꝝ aculeis mō promi nentibus circūdatū. Nam & clauatę vestes hinc vocantur quas vulgus a verrucis clauo similibus verrucatas appellat.

¶ Clauus nauis gubernaculū siue temo q̄ eā dirigat rectāq; teneat. Ci. in Cato. Ille aūt clauū tenēs q̄etus sedet in puppi. Itē clauus dī quo quid affigitur a claudēdo. Nā ideo clauū figimus vt claudat seu cōtineat aliquid. Et clauus grece ηλκοσ gen⁹ tuberculi quod vulgo callus dicitur rotūda specie coloris albi fit in plantis digitisq; pedum maxime Sic appellatus quia ita pūgit vt q̄si clauus ferreus infixus videat. Nam caro durescit in callū semper fere pūgentē. Quo morbo Silius Italicus interiit se fert. De quo Ply. li. xix. epistolarū. Mō nunciatus est filius Italicus inedia finiuisse vitā. Causa mortis valitudo erat illi natus insanabilis clauus cuius tedio ad mortem inreuocabili constantia decurrit. Ply. li. xix. Clauis pedū illini itē lienis & temporum doloribus. Fiunt & callosa quędā in candido oculi tubercula. quę claui nominant oculorum. Arbores quoq; clauū huiusmōi patiunt: q̄ & fungius & patella dī. Præterea clauus est vestimenti genus velutī q̄busdam clauis aureis distinctum: quod & a plumarum similitudine plumatile vocabatur: & a verrucis clauo similibus verrucata vestis. Q̄ si latior ipsa vestis erat: latus clauus dicebatur. Hac

ſoli ſenatorès & patricij induebãtur. Vñ laticlauos appellari ſenatores legim⁹. Hor. lib. i. ſer. deſcribere volẽs ſenatorẽ dixit. Et latũ demiſit pectore clauũ. Sue. de Nero. A laticlauo cuius vxorẽ attrecta uerat cæſus. Ab Oui. Clauus ſimpliciter dicitur ꝓ ſenatoria dignitate illo verſu. Curia reſtabat claui mẽſura coacta eſt. Sue. de Au. Clauo nec lato: nec anguſto. Aliquando etiã ſacerdotes & põtifices lato clauo induebãtur. Silius. Sacrificã lato veſtẽ diſtinguere clauo. Pręclauũ pars veſtis erat quæ ante clauũ texebatur. Afra. Totũ diẽ præclauũ vnũ texere. Hinc etiã clauata dicunt vel veſtimẽta clauis intexta: vel calciamẽta clauis cõfixa. Et clauati ſoci q; ſola habeãt clauis intexta. Clauata vero ſunt veſtimẽta etiã ſi non ex auro: ſed aut ex cocco: aut aliſs coloribus clauos & verrucas habeãt. Lampri. in Alex. Cõuiuiũ neq; optimũ: neq; nimis parcum ſed nitoris ſummi fuit ita tamẽ vt pura mãtilia mitterẽtur ſępius cocco clauata: aurata vero nũq. Quę autẽ cũ auro. Auroclauata dicũtur: & auroclauatæ veſtes a textura aureorũ clauorũ. Vnde Tacitus imperator interdixit auroclauatis veſtibus.

¶ Clauiculus dimi. a clauo. Quo noie etiã vocatur capreolus in vite. Col. li. v. Ac ne q̃ relictę ſunt procellis ventorũ decutiãtur: molli & laxo vinculo ad ſurgẽtis ſubſequi cõueniet dũ clauiculis ſuis quaſi quibuſdam manibus adminicula cõpræhendãtur. Hic etiã Pãpinus a noſtris: & a greçis helice dicitur

¶ Clauari⁹ nomẽ eſt officij quo appellat⁹ eſt Sueto nij pater: ab eo q; p̃fectus fuit donatiuo impatorio inter milites diſpertiẽdo. Vñ Cor. Tacit⁹ ſcribit clauariũ donatiui nomẽ eſſe qui ait: Seditioſæ militũ voces terrebant clauariũ: donatiui nomen eſt.

¶ Claudia nomẽ virginis veſtalis: quę cũ in ſuſpitionẽ ſtupri veniſſet & ſimulachrũ matris Ideæ in vado Tyberis hęreret: ad comprobandã pudicitiã ſuam fertur cingulo duxiſſe nauẽ quã multa hominum milia trahere nequiuerant.

¶ Claudius Claudianus poeta ægyptius: vt greci & latini eius patriam affirmant: & ipſe de ſe ſic ſcribit contra vulgi errorem: floruit ſub Theodoſio & Honorio Auguſtis: eius opera in lucem & priſtinũ nitorem redegit Ponticus Virunius de vtraq; lingua benemeritus temporibus noſtris: & multa virtute humanitate: qui inter alia: quæ plurima ſcripſit de rebus nouis & inſolitis aliquando nobis cõmentarios in eũdem poetam plenos omni genere diſciplinarũ oſtendit: & quantũ poteſt curat imprimere magnos & diffuſos.

¶ Claudus quaſi pedibus clauſus. i. impeditus qui ex pedibus aut cruribus fœmoribuſve vitiatis nõ poſſunt paſſus facere. nam eos claudunt.

¶ Claudeo es. claudus incedo: qđ claudicare dicere ſolem⁹: q̃uis ꝓ errare qñq; ponat̃ ꝓ metaphorã.

¶ Clauditas ipſa actio. Ply. Repulſu durioris materiæ clauditatem illico affert.

¶ Claudo is. ſi. ſum. includo. Virg. li. iij. Geo. Aut intus clauſos ſecũ ad præſepia ſeruãt. Interdũ claudere ponitur pro circuire. Idem. Claudite nymphę dictęæ nymphę nemorũ iam claudite ſaltus. Interdum pro obſiſtere arcere: vt apud eundẽ lib. x. Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Vlpia. Clauſos pro vinctis accipit ſi modo ita vincti ſint vt omni modo erumpere nõ poſſint. Interdũ pro Claudicare. Saluſt. Nihil ſocordia claudebat. Idẽ in hiſto. Equi præ labore claudunt.

¶ Clauſtrum in plurali tam maſ. q̃ neu. generis eſt ꝓ loco in quo quid clauditur. Apud antiquos cloſtra pro clauſtra dicebantur.

¶ Clauſtrarius qui claues & cætera ad claudendum opera facit.

¶ Clauſtrinus. pe. prod. qui clauſtri ianuæ præeſt. Clauſtrinus. a. um. quod eſt clauſtri.

¶ Clauſula vocatur ſentẽtia. Hãc greci perihodon dicunt a breuitate & concluſione.

¶ Clazomene pe. pro. vrbs Ioniæ aſiaticæ quã cõdidit Paralus. Hæc prius grina nominabatur vicina colophoni. Vnde & Apollo grinæus dictus eſt apud Virg. quoniã ibi eſſet eius oraculum.

¶ Clazomenia inſula quæ Marathuſa dicit̃: a qua clazomenij quos in męonia ſitos eſſe conſtat.

¶ Cleantes nomẽ philoſophi: qui Zenonis attici ſcholã ſucceſſor excepit. Hic Phanij Aſij filiꝰ egregius pugil cũ Athenas veniſſet: & Zenoni adhærens generoſe philoſophatus eſt: & in hiſdẽ permãſit dogmatis. Celebratus maxime fuit in labore. Nam cũ valde pauper eſſet: mercenariã vitam agebat: & noctu quidem in hortis aquã hauriebat: per diem vero in ſermonib⁹ exercitabatur. Vnde phreanthes appellatus eſt: quaſi puteos hauriens. Tradunt illum: quæ a Zenone audierat oſſibus boum & teſtis fictilibus perſcribere ſolitum cum pecunia non ſuppeteret ad chartas emendas.

¶ Clearchus philoſophus fuit cuius meminit Hieronymus contra Iouinianũ.

¶ Cleone mediocre oppidum diſtat ab argo ſtad. cxx. a corintho. xc. Vnde Cleonæus. a. um. vt leo cleonæus qui & nemeæus. Luca. Ille cleonæi proiecit terga leonis.

¶ Clepo. is. pſi. tum. furor: furto ſurripio: tractum a κλεπτω verbo græco. Vnde cleptum furto ſub tractum. Liu. Si quis clepſit ne populo ſcelus eſto: neue cui cleptum erit. Plau. Rape: Clepe: harpaga. Cice. de repub. Non modo vt ſpartæ rapere vbi & pueri clepere diſcunt. Cleptes latine fur.

¶ Clepſydra. pe. cor. κλεπτω & υδωρ aqua. Nã ꝓpriũ furacis hominis qui cleptes dicitur: eſt velare & abſcondere: quæ clam & per inſidias ſurripuerit. Clepſydra vero duo ſignificat: fontem. ſ. & horologium aquariũ horas aqua dimetiens. Eſt enim fons Athenis in arce illa mineruæ quondam: nũc beatæ Mariæ virgini cõſecrata. Is per alueum ſub terraneũ latentẽq; fluens ſtadia. xx. ſurgit tandem in riuos ad vicũ phalereũ. Erat pręterea vas quoddam vitreum graciliter fiſtulatũ quod æqualibus dimenſionibus ſignatas horas oſtenderet. Ad cuius etiã fundum erat foramen quod aquam guttatim emitteret. Et ita horæ per aquæ diminutionem quot eſſent videri poterant. Itaq; non abſurde ſiue de fonte: ſiue de horologio accipias clepſydra nominatur ab aquæ furto: q; aquã aut velet aut furetur. Cæterũ Cic. in ſecunda Tuſculana pro horologio capit cum inquit. Cras ad clepſydrã Conſimilia ſunt hoc tempore clepſydris vaſcula illa apud nos vſitatiſſima quæ in medio inſtar duorum turbinũ coarctãtur ex quibus puluiſculũ per foramen minutũ ſenſim delabitur ex parte ſuperiore in inferiorẽ: atq; ita legitimũ tẽpus horæ metitur: vulgo dicitur horologium puluiſculi. Apud veteres oratoribus acturis cauſas forenſes p̃ſcribebatur tem-

CL.

pus dicendi datis clepſydris quibus exhauſtis am plius dicere vetabātur. Ply.in epiſtolis. Dixerā ho ris pene quinq; nam tribus clepſydris quas ſpatio ſiſſime acceperam ſunt additæ quattuor.

¶Cleros latine ſors:ſiue ſorte electus. Inde cleric⁹ ſortitus dici poteſt. Nam vt Hier. ad nepo. ſcribit propterea vocātur clerici quia de ſorte ſunt domi ni:vel quia dominus ipſe ſors.i. pars cleticorū eſt. Et quia vel ipſe pars dominieſt: vel dominū par tē habet:talē ſe exhibere debet:vt & ipſe poſſideat dominū:& ipſe poſſideatur a domino. Clerus etiā vermiculus alueatibus noxius. Aꝑ. Examina infe ſtantur clero ſicem̄ vocant vermiculos qui in paui mento naſcuntur:ex quibus creſcentibus velut a tanea obducitur alueo & faui carie pereunt. Hinc morb⁹ huiuſmodi cletus vocatur:hoc eſt fauus cū fœtu putrefactus. Cū vero morbo/aut ignauia/aut infœcunditate naturali fœtum nō peragunt.

¶Clibanus κλιβανοσ ελληνιϛι λεγεται pe.c. nō eſt ꝓprie furnus ſed forte quid ſimile furno: vel inſtrumentū quo aliquid coquitur ſub teſta: qđ ex ære ſeu ferro fieri ſolet:ſæpe etiā ope figulino. Ply. li.xix. Cortices quoq; decuſſi clibanis & furnis pꝛę bēt vſum. Vnde panis teſtaceus is dicit apud nos quē illi clibanitin. Scribitur a nōnullis cum y.κλυ βανοσ. De hoc & in dictiōe furnus. Col.li.iij. ſcri bit ſcrobem clibano ſimilē eſſe:vt imus q̄ ſummus patentior ſit:vt latius radices vagentur.

¶Cliens quaſi colens quia debet dominū honora re & eſt correlatiuū patroni. Nam patronus defen ſor cauſę eſt dictus quaſi pater. Cliens autem defen ſione indigens.i. litigator qui patronū colit & ſe quitur:vt ab eo defendatur. Huius dimi.eſt clientu lus. Aliquādo tamē cliens ponitur pro ſectatore & qui ſub tutela alterius & pene famulus eſt.

¶Clientela:clientum multitudo:necnon & eorum qui potentē aliquē ciuem principemve fauore pro ſequūtur:& cuius dignitatē factionēq; tutantur du cti aliqua mercede vel beneficio. Similiter cliente la dicitur clientiū officium erga patronos. Item di citur clientium ſiue clientarum genus. Cato enim Clienta fœmina dixit.

¶Clima atis.regio. Et clima apud Varronem quo quo verſus pedum eſt ſexaginta.

¶Clima x:latine ſcala:& figura quæ dicitur grada tio vt apud Ouid. Viderat hāc: vſamq; cupit: poti tutq; cupita. Hinc climatericus a.um.ſcalari⁹. Ply. in epiſtola ad caluiſiū. Habes climatericū tempus ſed euades. Ply.alter.lib.vij.natu.hiſtoriæ.clima teras nūcupauit legem ſcanſilē. Scanſili inquit an norum lege occidua quā climateras appellant. Cli matericum tempus dubioſum dicitur:quoniā chal dæi climateras appellāt pericula vitę: fortunarūq; hominū quę fieri grauiſſima in ſeptenariis dicūtur Nam ſeptimū quemq; annū periculoſum eſſe Cen ſorinus autumat. Alij Climatera periculoſum eſſe dicunt annū ſexageſimū tertium. Vnde Auguſtus ad Catum nepotem. Nam vt vides climatera com munē ſeniorum omniū tertium & ſexageſimū an nū euaſimus. Si quis hanc materiā diffuſius noſce re cupit cenſorium adeat.

¶Cline latine lectus:lectica menſa. Inde Hexacli nos torus diſcubitorius qui ſex capiebat. Mar. Et teſtudineum menſus quater hexaclinon.

¶Clinopale palæſtra lecti dicitur. κλινη græce le ctus & dicitur:diminu.clinidion.i.lectulus ϖαλαι palæſtra ſiue lucta. Sue.in Domi. Aſſiduitatē con cubitus velut exercitationis genus clinopalen vo cabat. Sic Virgilius nocturna bella nominat collu ctationes venereas: & ab Apuleio militia amato ria dicitur.

¶Clinicus pe.cor.medicus qui curat medicamētis dictus a lectis ægrotantiū quos frequentare ſolet quaſi lecticularius. Mar. Sote filia clinici.i.medici. Dicūtur & clinici qui ita morbo affecti ſunt:vt ſur gere e lecto non poſſint:nullaq; amplius de eorum ſalute ſpes eſt. Vnde legimus Petronillam volun tate Petri apoſtoli clinicam factam: quaſi paraliti cam ſideratamve propterea q; decumbentē graba to quem græci clinen vocant.

¶Clino.as. græcū eſt:& ſignificat inclino licet nō ſit in vſu:eius tamen cōpoſita vſurpātur:quæ ſunt acclino:declino:inclino:& reclino.pe.prod. Virg. lib.xij. Defigunt telluri haſtas & ſcuta reclināt. Cli ſis inclinatio.

¶Clio vna muſarū απο του κλεουσα gloria q̄ poetis gloria a cōpoſitis naſcat libris. Heſiodus in theogonia εγγεα θυγατερεσ μεγαλου Διοσεκ τεταυιαι κλειωτε ευτερπητε θαλειατε μελπο μενητε τερψιχορητε ερατωτε ϖολυμνιατε ουρανιητε καλλιοπητε ηδε ϖροφερεστα τητε ϛιμαυϖασωμ.

¶Clitius nomen fluuij in agro brixiano.

¶Clitorius: fons Arcadiæ: qui ſemel potus vini odium facit. Ouid.lib.xv.me. Clitorio quicunq; ſi tim de fonte leuauit: Vina fugit.

¶Clitomachus pe.cor.philoſophus carthaginen ſis qui Athenas venit annos natus quadraginta: auditiq; Carneadem:cuius & ſucceſſor fuit:tres ſe ctas ſectatus academicorū peripateticorū & ſtoico rum. Supra quadraginta volumina condidit. De quo Cice.lib.iij. Tuſ.mentionē facit.

¶Clitellæ dicūtur nō tm̄ quibus ſarcinæ colligatq; mulis:& id genus veterinis portātur:qui vulgo ba ſti vocātur:dictæq; hmōi animalis ornamentū ſit. Hor.in ſaty. Hinc muli clitellas tēpore ponūt. Sed etiā locus Romę propter ſimilitudinē. Et in via fla minea loca quædā deuexa ſubinde & acclinia: quo etiā nomine appellatur quoddā tormenti genus.

¶Clitellari⁹ q̄ clitellis vtitur. Vñ clitellarij muli di cūtur:qui neq; ephippiati ſunt/ neq; deſultorij: nec bigas aut quadrigas:aut currus ducunt:ſed clitella ti ferunt onera. Plau.in muſ. Muliones mulos clitel larios habent:ego habeo homines clitellarios:ma gni ſunt oneris quicquid imponas vehunt.

¶Clitumnus vmbriæ fluuius: de quo Ply. lib.xij. ſcribit q̄ animalia quę eū potauerint albos fœtus creant a κλειτοσ celebris quaſi celebris amnis. Si lius. Et lauat ingentem perfundens flumine ſacro Clitumnus taurum.

¶Cliuia auſpicia inqt Feſtus:q̄ aliquid fieri prohi bebant. Nam & omnia difficilia & ardua noiaban tur cliuia: vnde cliuus qui eſt locus molliter arduus & ꝓcolle ponitur. Hie.li.ij. Re. Porro Dauid aſcen debat cliuū oliuarū. Eſt & cliuus cuius compoſita poſſunt eſſe tam ſecundæ q̄ tertiæ decli. vt Accli uus.a.um.& Accliuis & hoc acclive. Decliuus & de cliuis: Procliuus & procliuis. quę habent pe. prod. Dictus cliuus a clino pro inclino.

¶Cloacæ pe.prod. loca caua per q̄ colluuies fluit

a cloacare: qđ eſt inquinare: ſiue a colluendo quaſi colluacæ. Fiſtulæ quoq; foſſę vbi & vię illæ ſubter raneæ parietibus in modũ aquęductuũ munitę per quas aquę pluuiæ extra vrbẽ vel fluuiũ dilabũtur: cloacę dicũtur: q; vrbẽ immũdicijs purgẽt. A Clodio albanorũ duce dictę. Plau. vero in Cur. Per ſtomachũ immũdę vetulæ aluũ cloacã noiauit. Age effunde hoc cito in barathrũ ꝓpere prolue cloacã.

¶ Cloſter latine filum vel nexus.

¶ Cloſtra a claudendo quaſi clauſtra.

¶ Clotho vna ex furijs infernalibus grẽce κλωθω circunuoluo: neo: deſtruo. Orpheus in hymnis aliqua dicit: ſed in magica ſua multa & obſcura vt mihi vir diuinus videatur. Heſiodus autem in theogonia dicit Themidos filias & Iouis clotho lachesin & atropon μοιρασθησ πλειστην τιμην τε μητιεταζευσ κλωθω τε λαχεσιν τε και ατροπον τε διδουσι θνητοισ ανθρωποισιν αγαθον τε κακον τε.

¶ Cludo. is. idem qđ claudo: quo veteres vtebãtur. Vnde in veteribus numiſmatib⁹ legimus Ianũ cluſit. Huius cõpoſita magis ſunt in vſu. Accludo vt in Gene. Egreſſus ad eos Loth poſt tergum accludens hoſtiũ ait. Concludo. circũcludo. excludo. includo. intercludo. introcludo. Occludo. Plau. Occluſit oſtiũ ancillæ. Præcludo antecludo. Col. lib. vij. Hirudo adhærẽs faucibus ſanguinẽ ducit: & in cremẽto ſuo tranſitũ cibis pręcludit. Recludo aperio. Virg. Veteres tellure recludit theſauros. Secludo ſeorſum claudo. Subtercludo q̃ habent. pe. pd.

¶ Clumæ ſunt folliculi hordei.

¶ Clunes nates ſiue natiũ tumor. tam maſc. q̃ fœ. ge. Plau. Quaſi lupus ab armis valeo: clunes infractos gero. Hora. Q; pulchrę clunes: breue q; caput ardua ceruix. Ab hoc ſimias clunas appellatas volũt: q; clunes tritas gerãt. Huius dimi. eſt cluniculę Gel. Cæterarũ auiũ atq; altiliũ niſi tantũ apponatur vt a cluniculis inferiore parte ſaturi fiant.

¶ Clunaculũ culter ſanguinarius q; ad clunes dependeat: vel quia clunes beſtiarum diuidat.

¶ Cluo. is. Cluere duo ſignificat. Nã & pro verbo eſſe capit. vt apđ Lucil. Et pugnare. Vnde cluacina Venus & clypeus: q; a cluẽdo. i. pugnãdo deducit.

¶ Clupea ciuitas aphricæ vicina carthagini.

¶Conduco is.pen.p.ſimul duco: vel pro ſimplici ponit. Plau.in epi. Mane me iuſſit ſenex cõducere aliquam fidicinam ſibi huc domum. Interdũ ſignificat aliquid pretio accipio. quod vulgo dicitur affícto ſeu ad appenſiõem vel ad militiam ſumo. Ci. Tito. Huic ego locum in proximo cõduxi. Plaut. in pſeu. Quantulo argẽti te conduxit pſeudolus? Interdum colligo congrego. Var. Mane ſuſcitat roſtra: populum in foro conducit. Interdum emo. Plaut. Cædendum conduxi ego illum. Interdum Conuerto. Lucil. Et virtute tua & claris conducere chartis. In tertia autem perſona: vel infinito ſignificat vtile eſſe. Et ſi de homine loquamur cum datiuo tantum conſtruitur. Col.li.i. Nam id minime conducit agricolę. Si autem de re alia tunc quãdo q; datiuum exigit. Plau.in cap. Vt potiſſimum qđ in rem recte conducat tuam id petam: id proſequar q; corde animo atq; viribus. Et iterum ibi. Nam ſi ea memorem quę ad ventris victum cõducunt mora eſt. Ci. Lentu. Et reipu. rationibus putem conducere. A conduco fit participium conductus a.um. & conductus us.nomen.

¶Conducibile: qđ vtile ẽ. Plau. in bac. Non ego iſtuc facinus mihi conducibile eſſe arbitror. Poteſt etiam dici conducibile quod cõdũci poteſt.

¶Conducticius a.um. quod conduci ſolet: vel cõducit: ſiue ex eorum numero eſt quę conducuntur. Plau. in epi. Sed vna me res turbat ratioq; apocidi quo modo oſtendam fidicinam aliquam conducticiam. Conducticia domus tamen dicitur quę cõducta eſt. Sic cõducticia opera dicitur mercenaria quę conducta eſt. Var. Omnes ij agri coluntur hominib⁹ ſeruis aut liberis aut vtriſq;. Liberis aut cũ ipſi colunt vt plęriq; pauperculi cũ ſua progenie aut mercenariis & conducticiis operis liberorum.

¶Confarreatio Vide in dictione difarreatio. A cõfarreo Apul. formauit participium confarreatur⁹ Talis inquit mulieris publicitus matrimonium cõfarreaturus..

¶Confero pe.cor.ſimul pono και ελλιγιστι φερω φερσισ και φορεω φορω. Cicero libro tertio offici. Omnes curas cogitationeſq; meas conferebam. Ponitur quandoq; pro Conſero. Verg. lib. ix. Et ſi conferre manu furor iraq; monſtrat. Quãdoq; pro tribuo. Ambr. Magna fœmina quę multo amplius inuenit quod Imperatori conferret: q̃ quod ab Imperatore acciperet. Quandoq; pro cõtollo. Verg. & conferre gradum & procedere longius audet. Quandoq; pro diſputo ſeu in cõperatiõnẽ deduco. Hier. in prolo. paral. Quẽdã auctorẽ qui apud hebræos in admirationibus habebatur aſſumpſi & contuli cum eo a vertice: vt aiunt vſq; ad extremũ vnguem. Et ſic cõfirmatus auſus ſum facere qđ iubebatis. Et dicim⁹ cõfero te illi: & cũ illo. Ouid. Confer amycleis medicatũ vulnus aheneis Murice cum tyrio turpius illud erit. Quandoq; pro paro diſpono. Plau. in Cur. Ita tuum conferato amare ſemper ſi ſapis neid qđ ames populus ſi ſciat tibi ſit ꝓbro. Quãdoq; ꝓ pro impono: injicio Idem in Am. Ne poſterius in me culpam conferas Quandoq; pro facio. Ter. in heau. Syrus cum illo veſtro conſuſurrat. conferuntq; cõſilia adoleſcentes. i. ſimul faciũt. Q ñq; pro cõiungo. Ci. ad Octa. Nam vt ordiar a principio: & perducam ad extremũ & nouiſſima conferam primis. Quandoq; pro tranſfero: traduco. Ter. in Eu. Metuet ſemper quẽ ipſa nunc capit fructũ ne qñ iratus tu alio cõferas. Idem ibi. Vſq; adeo ego illius ferre poſſum ineptias & magnifica verba: verba dũ ſint. Verũ enim ſi ad rẽ cõferentur: vapulabit. i. deducent. Quandoq; ꝓ contra fero. Li.li.i. Aliquotiens latinus exercitus cominus cũ romanis ſigna cõtulerat. Quandoq; pro Valeo ſeu proſum. Col. lib.i. Cæterum ad æſtiuos tẽperandos calores plurimũ cõferunt ſaliẽtes riui. Cõferre in pauca eſt cõcludere inquit. Ci.li.iij. offi. Cõferre verba in pauca ẽ reducere. Plau. Nũc verba in pauca cõferã. Col.li.i. Sitq; vtriq; proximũ horreũ quo conferat ruſticũ inſtrumentũ. i. in vnũ reducat. Et conferre donare: vt Multa cõtuli in Catonẽ. i. multa donaui Catoni. Similiter conferre ſic: vt Contuli me domum. & Contuli me ad Catonem.

¶Confercio is.ex con.& farcio. ſumitur ſicut cõpleo. Ci. in Catil. Vino languidi: confertí cibo ſertis redimiti vnguentis obliti. Inde confertus tantum: a quo confertiſſimus pro frequentiſſimus ſiue creberrimus. Li.li.ii. In confertiſſima turba ꝓpe regium tribunal conſtitit.

¶Conficio is.pen.cor. finio. perficio. Ci. Nam ſi hoc expectandũ ſit dum totum bellũ conficiã. Et in paſſiua voce: vt Vir inops fame frigore dolore conficitur. i. conſumitur & fere perit. Ci. Plagis cõfectum ante oculos tuos cecidiſſe. Lactan. libr. ij. pro deſtruo ſiue occido poſuit. Ignis quidem permiſceri cum aqua non poteſt. quia ſunt vtraq; inimica. Et ſi cominus venerint alterutrũ qđ ſuperauerit conficiat alterum neceſſe eſt. Idem ibi. Cum Annibal duos exercitus populi romani aſtu & virtute confecit. Et hoc eſt ex vi prępoſitionis con,

quę & in bonã & in malam partẽ accipi ſolet vt cõficere ꝓ perficere & pro cõſauciando trucidare. Iñ Confectores ferarum. Sue. in Tito. Notiſſima hie roſolymorũ oppugnatione. xii. propugnatores totidẽ ſagittarũ cõfecit ictibus. Itẽ cõficere eit facere. Teren. in phor. Bonas me abſente hic confeci ſtis nuptias. Item explicare. Ci. li. ij. offi. Honeſtatis pars confecta eſt quã tibi cupio eſſe notiſſimã. Item exequi: vt apud eundem. Si me amas confice: quamcunq; ei fidem dederis preſtabo. Itẽ colligere. Per magnam inquit idem in Ver. dices ex illa re pecuniam confici poſſe. Item frangere. Plyn. Nucem dentibus conficere ac plagę imponere. Itẽ conſumere. Tere. Quicũ hic non videant me credant conficere argentum ſuum. Ci. Nec me langoribus dedi quibus eſſem confectus. Item ſimul facere. Cice. Confeci quæ iuſſiſti omnia. Feſtus Confecerunt vna fecerunt. Lact. lib. ij. Quomõ poteſt ex multorũ deorũ aceruo vnus deus confici? Confectus etiã defeſſus dicit. Ci. li. ij. offi. Nec me langoribus dedi quibus eſſem confectus.

¶ Confido is. pe. p. Credo & certus ſum. Et tũ de ꝑterito: tũ de ꝑſenti: tũ de futuro tꝑe dĩ. De ꝑterito. Ci. Quoniã ꝓbatã rationẽ officij mei vobis eſſe confido. De ꝑſenti. Idẽ. Q; ẽ ꝙ a Cratippo noſtro principe huĩ⁹ memorię phõrum hęc te aſſidue audire cõfido. De futuro: vt apud eundẽ. Ita fore cõfidim⁹. Et dicimus confido tibi: & in te. Vergi. Et afflictis melius confidere rebus. Aliquando confidere ſignificat audere: quod in bonam & in malam partem accipitur. In bonam. Cic. li. iij. de legibus. Vir excellens & fortis confidere ſibi debet: & ſuæ vitæ & actę: & conſequenti. In malam etiam accipitur. Vnde confidentẽ dicimus qui leges iuraq; contẽnit & nihil timet. Quãobrẽ & pro temerario impudẽti & ꝑbo poni cõſueuit. Terẽ. in phor. Homo cõfidẽs ꝙ illũ diį oẽs perdãt. Ci. Qui fortis eſt idẽ fidẽs: quoniã cõfidẽs mala cõſuetudine loquendi in vitio ponit. Verg. Nã quis te iuuenũ cõfidẽtiſſime noſtras Iuſſit adire domos. Hinc confidentia: quæ ſicut docet Don. eſt audacia cũ improbitate. Ter in and. O ingentẽ cõfidentiam. Aliqñ tñ confidens ponitur pro conſtanti & graui. Idẽ ibi. Neſcio quis ſenex venit modo ellũ confidẽs. Do. Cõfidentẽ pro conſtanti non mala ſignificatione poſuit & confidẽtia conſtãtia duritia: patiẽtia. Plau. in aul. Scapularũ confidẽtia virtute vlmos freti. Et confidenter: conſtanter. Plau. Quę non delęt decet audacem eſſe confidenter. Quandoq; etiam Temerarie. Accius. Qui in puellæ domũ tam confidenter irrupit.

¶ Confiteor eris. ſſus. verbũ cõmune: ſimul aut totũ ſimul fateor ſeu affirmo. In ſignificatione actiua. Lac. li. v. Vt doceret q̃bus pœnis affici oporteret q̃ ſe cultores dei confiterent. In paſſiua. vt in Gorgonio matyre legit. Vt q̃d in illo crimẽ inducitur. q̃d a nobis oĩbus cõfitet. Duobus aliįs modis apud ſacras lĩas capit confiteri. Eſt em̃ confeſſio laudantis: ſeu gĩas agentis. Eſt & confeſſio gemẽtis. Cõfeſſio laudantis ad honorẽ pertinet eius qui laudat. Confeſſio gemẽtis ad pñiam pertinet eius qui confitet. Cõfitent em̃ hoies cũ laudant deum: cõfitent cũ accuſant ſe. Sed cũ ad pñiam refertur. cũ actõ cõſtruit & q̃ñq; cũ datiuo vltra actũm: vt in ꝑs. Dixi: cõfitebor aduerſum me iniuſtitiã meã dño. Cũ aũt ad laudẽ ſeu gratiarũ actionẽ: dtũm tã tũ exrgit: vt eſt illud Cõfiteor tibi dñe rex cœli & terræ. Solet aſſignari differẽtia inter confiteri & ꝓfiteri: q̃ illud neceſſitatis ſit: hoc voluntatis. Cic. pro Manili. Hoc ego non ſolum confiteor: verum etiam profiteor.

¶ Confeſſor: proprie qui confitetur rogatus: non qui alterius peccata audit.

¶ Conflare ſimul flare: q̃ ꝓprie dñr vẽti facere cũ ſunt diuerſi. Interdũ ẽ ſufflare. Plyn. Philiſcus offi ciũ pinxit pictoris ignẽ cõflãte puero. Interdũ ſignare q̃a hoc nõ niſi cõflato igne fieri poteſt. Vnde conflatã pecuniã dicim⁹: hoc eſt ſignatã. Interdũ concitare cõtrahere. Et vt plurimũ de malis dr̃. Dicim⁹ em̃ Tu tibi hodie cõflaſti inuidiã: inimicicias odiũ. Sal. Magnã illi inuidiã cõflauerãt vſq; adeo vt nõnulli eq̃tes ꝓpꝛi ro. q̃ ꝑſidij cã cũ telis erãt circũ ędẽ cõcordię. Dicimus qu oq̃. Mihi conflaui ęs alienũ. q̃d ẽ feci me debitorẽ alienę pecunię. Idem. Alienũ ęs grãde conflauerat quo flagitiũ aut facinus redimeret. Idẽ dr̃ ꝓ contraho: q̃bus correſpõdet Diſſoluo ęs alienũ q̃d eſt ęs alienũ q̃d cõflauerã reſtituo. Quintil. Nõ ego ęs alienũ luxuria contraxi. Ci. Patri perſuaſi vt ęs alienũ filij diſſoluerẽt Interdũ congregare. Lact. li. ii. Ita cõflauit ex his oĩbus ꝓpꝛium. Interdũ cõficere creare. Idẽ li. vij. Et q̃cquid ẽ in hoc opere mũdi cõflauit ac ꝓfecit ex nihilo. Verg. li. i. ge. Et curuę rigidũ falces cõflant in enſem. i. cuduntur: fabricantur.

¶ Conflages pe. p. dicunt loca in quę diuerſi confluunt venti a conflo as.

¶ Conflatile pe. cor. q̃d cõflando factũ eſt. Hier. in exo. Fecerũt ſibi vitulũ conflatilem.

¶ Cõfinis pe. p. q ſimul finit. Vſi cõfines agros dicim⁹ q̃ eodẽ loco finiũt. Vide in dictione finis.

¶ Confiniũ idem q̃d confinis. Col. lib. iiij. Mediocritas in electione loci maxime probatur quoniã in confinio boni maliq; poſita eſt. Lact. Ex quoꝝ cõfinio naſus exoriens ęquali porrectus iugo vtrã q; aciẽ ſimul & diſcernit & munit.

¶ Confligo. ĩs. pe. pro. ango: pugno: cum dimicãdo hoies ſe inuicẽ ſternũt: Sal. Optimũ fuit Caturus in tali re fortunã belli tẽtare ſtatuit cum Antonio q̃primum confligere. Hinc

¶ Cõflicto as. quod eſt frequẽter pugno: percutio ſimul affligo. Cice. li. ii. ad Herẽ. Malo magno eſt hoĩbus auaritia. idcirco q; hoies magnis & multis incõmodis conflictantur. i. concutiuntur: cõcertãtur: vexantur:

¶ Cõflictor deponens. Ter. in and. Nã q; cũ ingeniis cõflictatur huiuſmõi. i. atteritur.

¶ Confluere: cõcurrere: cõuenire: & ꝓprie de riuis dicitur q̃uis ad alia tranferat: Apulei. Plærique qui ad mercatum cõfluxerant interuenere. Plaut. in Epi. Ideo experior cui multa in vnum cõfluũt quę meũ pectus pulſant. Hinc cõfluus: & cõfluuiũ: vbi multi riui ſimul fluunt. Cõfluus a. um. quod ſimul fluit.

¶ Cõfluges penultima ꝓducta. Loca ſunt in quæ riui diuerſi defluunt.

¶ Cõformare quod eſt eiuſdem formę. Ambr: li. i offi. Vt quod habes largiaris pauperi & cõſortem & cõformem tuũ: adiuues. Per trãſlationem ſumit pro cõuenienti & cõgruo. Vnde conformo mas. conuenio. adapto: vt apud Apoſtolum. Nolite cõ

Nolite conformari huic ſęculo.
¶Conforto as.& cõfortor paſſiuum. Hier.li.z.ꝛ. Conforta bellatores tuos aduerſus vrbem: vt deſtruas eam.quod eſt anima & accende. Et illud. Cõfortare & eſto robuſtus.
¶Cõfundo perturbo & oĩa in vnũ miſceo. Aliquando confundere eſt terrere. Liui.li.vi.confuſaq; eã ex recẽti morſu animi cũ pater forte vidiſſet.
¶Cõfuto as.pen.cor.ex con & futo tedarguo. Vñ confutatio/ſignificat confundo interdũ: opprimo conuinco: conficio. Ter.in phor. Confutauit verbis admodũ iratũ patrem. Et eſt confutatio vt ait Ci.lib.i.ad heren. Contrariorum locorũ diſſolutio. Et confutare: commouere. Titi. Coquus magnum alienum quando feruit paula confutat trua..
¶Congrus & conger vtroq; modo dicitur ꝑ quodam piſcis genere.
¶Congero is.pe.cor.congrego & coaceruo. Tib. Diuitias alius fuluo ſibi congerat auro: Hinc congeſtiti⁹ a.um. qđ congeſtum eſt. Col.li.ii. Nõ deterius tamen etiam pinguibus harenis vel congeſtitia humo prouenium.
¶Congius menſurę gñs capax ſex ſextariorũ: vt inqt Priſci. Et eſt pars amphorę. Congius eñ cum deeſt efficit quidẽ vt ne ſit iuſtæ mẽſurę amphora ſed cum accedit & additur non ille vnus facit amphoram ſed ſupplet.
¶Congiariũ munus imperatoriũ ſiue donatio imperatoria vt ſcribit Sene. li.iiij.de benefi. Hoc donabatur populus ſicut donatiuo milites donabantur. Sic Ply.in panegyrico laudat Traianũ ꝙ congiarium populo dediſſet quo locupletatę ſunt tribus cũ donatiuũ milites accepiſſent: Huius cõgiarij diuerſę fuerunt ſũmę. Tiberius eñ congiariũ populo trecentos nũmos viritim dedit. Callicula cõgiarium populo bis dedit tricenis ſeſtertiis. Nero quddragenos nũmos populo diuiſit. Eſt & cõgiarium menſurę genus: vt apud Paulum iureconſu. Quintil.li.vi. Congiarium commune eſt liberalitatis atq; menſuræ.
¶Conglobo as.pe.cor.a globus fit: ſignificatq; coaduno. Hiero.li.ii.ꝛ. Et cõglobati in vnũ cuneum ſteterunt in ſummitate tumuli. Hinc conglobatim aduerbium quod ſignificat per globos. Aug. li.vi.con. Ipſa occurrebãt vndiq; aceruatim. & cõglobatim cernenti.
¶Congredior ſimul gradior. Var. Oñeſq; in vnã domũ cõgreſſi ſimul diſcubuere. Am. li.offi. Qui ſapientibus congreditur ſapiens erit. Et congredi eſt ad obſiſtendũ vel pugnandũ: vel diſputandũ ire. Gel. Quiter cũ hoſte congreſſus victor rediit. Vnde & congreſſus pro pugna. Salu. Multi eo congreſſu perierunt.
¶Congruo is.grui. Cõuenio. Tractũ a gruibus. q̃ nõ ſe ſegregãt ſiue cũ volãt: ſiue cũ paſcũt: Plaut. in Cur. Sane illi inter ſe cõgruũt cõcorditer. Vnde congruũ & incongruũ: congruens & incongruẽs Lact.li.ii. Eſt aũt peruerſum & incongruens vt ſimulachrũ hominis a ſimulachro dei colatur.
¶Conſcio is.pe.cor.a con & icio multis accõmodatur ſignificationibus. Ci.M.Celio. Sin ſe in intimũ cõſcire vellẽt nõ ſatis cõmode calciati & veſtiti id facere poſſent. Itẽ ibi. Atq; illo repentino hominũ impetũ ſe in fugã conieciſſe: Sal. Ex eo numero cõplures. Q. Metellus celer ꝓtor ex ſenatucõſulto cauſa cognita in vincula coniecerat. Plaut. in epi. Ornate epidice & pallioſũ tuũ in collũ cõiice Ter.in heau. Hęc vbi aperuit oſtiũ continuo hic ſe coniecit intro. Et ibi. Syre mi obſecro ne me in lætitiam fruſtra conijcias. Et in phor. Hinc me cõiice rem protinus in pedes, In quibus ſignificatio eſt: quod vernacula lingua dicimus butare. Interdũ in hoc verbo con auget: vt ſit conijcere ſimul vel omnes iacere. Liui.li.ij. Clamore ſubito vndiq; in vnũ hoſtem tela conijciũt. Cęſar.li i. Pro vallo carros obiecerant: & e loco ſuperiore in noſtros veniẽtes tela coniciebant. Per tranſlationem vero ſignificat interpretari: cogitare: colligere: diuinare. Idcit co tũ non exigit accuſatiuũ cũ prepoſitione: ſed naturali cõtentũ eſt: neq; tamẽ a prima ſignificatiõe alienum. Nam eũ quis aliquid coniicit. i. ſimul iacit confert quę agenda ſunt: & ſic cogitat & colligit & interpretat: diuinatq; quid agere debeat. Ter.in phor. Tu coniicito cętera. Et in Eu. Quid illud mali eſt nequeo ſatis mirari: neq; coniicere. Plautus in Cur. Mane ſis dum huic conicio ſomnium. Pro diuinare. Ci. poſuit li. de diuin. Num igitur aut haruſpex aut augur: aut vates quis aut ſonniãs melius coniecerit aut ex morbo euaſurum ægrotũ: aut ex periculo nauem aut ex inſidijs exercitum q̃ medicus q̃ gubernator: q̃ Imperator.
¶Cõiecto as.frequẽtatiuũ exiſtimo. iudico. Ter. in Eu. Neq; ſcio quid dicã aut quid coniectem.
¶Coniector interpres ſomniorũ & oĩm a coniectura: hoc eſt directione quadam rationis ad veritatẽ Cice. Defert ad coniectorem quidam ſomniaſſe ſe ouum pendere ex faſcia lecti cubicularis. Hiero.in prolo.li.ꝛ. Interroga quẽlibet hebręorum cui magis debeas acommodare fidem. Et ſi noſtra affirmauerit puto ꝙ eum non æſtimes coniectorem: vt in eodem loco ſimiliter diuinaret.
¶Coniectus us.directio quędã rationis ad veritatem a quo dicta eſt coniectura.
¶Coniectura cõiiciẽdi actus & eſt idẽ quod quis p rationem & ſigna & tẽpora & huiuſmõi conijcit. i. cogitat & colligit. Ci. Cornifi. Quantũ copiarum haberes cũ ipſe coniectura conſequi poteram: tũ ex litteris tuis cognoui.
¶Coniecturale adiectiuum qđ per coniecturã colligitur & ꝓponitur. Ci.lib.i.ad Heren. Coniecturalis eſt cum de facto controuerſia eſt. Hoc mõ Aiax in ſylua poſtq̃ reſciuit quę feciſſet: per inſaniã gladio incubuit: Vlyſſes interuenit: occiſum cõſpicatur corpore telum cruentũ teucer interuenit cũ fratrem occiſum inimicum fratris cum gladio cruento videt capitis arceſſit. Hic quoniam coniectura verum quęritur: de facto erit controuerſia: & ex eo conſtitutio coniecturalis nominatur.
¶Coniectariũ efficax atq; perfectum. Ci. Illud vero mihimet coniectarium.
¶Coniũ gñs herbę noxiũ q̃ cũ tritico naſcit. Ambro. Cũ tritico coniũ quid inter alimẽta vitę noxium reperit. Et niſi pĩſum fuerit cõſueuit ſaluti nocere. Et paulo poſt. Sturni veſcuntur conio quoniam qualitate ſui corporis venenum ſucci lætalis euadunt.
¶Coniugo ás.pe.cor.ſimul iugo quaſi in vnum iugum iungo. Vnde coniugatio in verbis dicta eſt apud grammaticos: ꝙ ſibi ad vnum ſonum multa coniungat: & quaſi vno iugo aſtringat. Cicero

in Cato. proprie dixit. Adminiculorum ordines capitum coniugatio & religatio & propagatio vitium sarmentorũ. Coniugata apud rhetores sunt q̃ ab vno genere veluti iugo flectuntur: vt a iusticia iustus iucte iustum. Hinc locum a coniugatis dicimus cum ita argumentamur. Si risus gaudium est ergo & ridere gaudere.

¶ Coniunx secundũ Priscianum & coniux sine n secundum Phocam a coniugo as. abiecta go syllaba & addita x. Iugum eñ instrumentum est: quo boues iugantur. i. iunguntur. Vnde iugari dicimus qui maritali iugo instar boũ colla subijciũt. Hora. Diua producas sobolẽ patrũq; prosperes Decreta super iugandis fœminis. prolisq; nouę feraci lege marita. Fœdera quoq; matrimonij vincula iugalia dicuntur.

¶ Coniugium matrimoniũ. Vergi. Coniugio iungam stabili propriãq; dicabo. Alij cõnubio legũt.

¶ Coniungo is. xi. ctũ. copulo. Tractũ a iugo. Inde coniunctura: coniunctio: coniunctiuus ua. um. & coniunctim.

¶ Coniuro as. pe. pro. quasi cõtra iuro: frequenter in malum dicitur: sicut & conspiro. Salu. Sed ante coniurauere pauci in quibus Catilina fuerat. Terẽ. Quę est hęc coniuratio vt omnes mulieres eadem ęque studeant? In bonum cum honesta causa fit. Vnde Mutius Scæuola. Trecenti inquit coniurauimus principes iuuentutis Romanę vt in te hac via grassaremur. Hora. Coniurat amicę.

¶ Conniueo es. & cõniuo is. iui. vel xi. ctũ. Conniuere est oculos genis integere. Plyn. li. xi. Grauiores alitum inferiore gena conniuent. Idem columbæ & similia vtraq; gena conniuent. Transfertur etiam ad alia. Gel. li. xv. dixit conniuere caua ventris & stomachi. Pro stipari claudi & contrahi. Hic conniuere quasi pro transire & non videre ponitur quandoq; Cice. in Phil. Quibusdam in rebus etiã conniueo. Idem pro Cęlio. Proh dij immortales cur interdum conniuetis in hominum sceleribus maximis? Sue. in Cęs. Delicta neq; obseruabat omnia: neq; pro modo exequebatur: sed desertorum: ac seditiosorum inquisitor: ac punitor accerrimus conniuebat in cęteris. idest reliqua vitia oculis veluti clausis præteribat tanq̃ dissimulanter illa contueretur. Habet hoc verbum ni syllabam productam. Silius. Conniuent solemq; pauent depręndere visu.

¶ Connubiũ ius legitimi matrimonij a nubo cui? prima producitur. Cũ in connubio quandoq; propter metri necessitatem corripiatur. Ver. Cõnubio iungam stabili. Est enim Sistole.

¶ Conon nomen proprium athenięnsis ducis qui Lacedæmonios profligauit: & athenas in pristinã libertatem restituit. Fuit & alius Conon Samius: astrologus de quo Proper. Me creat architę soboles babylonius orops. Oron & a proauo ducta conone domus.

¶ Conopœum cũ œ diph. tentoriũ seu velũ & papilio ille lineus vel laneus seu bombycinus qui toro circundatur ad arcendum culices quo maxime vtuntur alexandrini: q; ex nilo culices confluant: quos græci κωνωπας dicũt. Prop. li. iij. Fœdaq; Tarpeio conopœo tẽdere saxo. Sudas. κωνωπη πολισ και κωνωψ θηλικωσ πατρια αρστο φανειεν πλουτω ειδοσ μυιασ

¶ Conquinisco is. conquexi: caput inclino. Vide in dictione Oquinisco.

¶ Consalutare est vltro citroq; salutationẽ dare. Ci. li. ii. de ora. Qui cũ inter se vt ipsorum vsus ferebat amicissime consalutassent.

¶ Consanguinei dicuntur qui sanguine inter se cõnexi sunt.

¶ Conscius proprie qui rem scit. Cic. M. Rutilio. Cum & mihi conscius essem: quanti te facerem. Nonius tamen de verborum differentijs ait. Scius secum: cõscius cum alio scius est. Licet conscium indifferenter legamus. Salustius. Populares cõscios sceleris sui.

¶ Conscięntia scięntia. Ci. Nulla re tam lætari soleo q̃ officiorum meorum conscientia.

¶ Conscisco is. cõsentio: siue sciens consentięsq; infero. Cicero Mario. Mortem mihi cur consciscerem causa non est visa: cur optarem multę. Aliquãdo Consciscere est propter consensus: siue conscie effectum constituere aut decernere. Liui. libro primo. Censuit: consensit: consciuit: vt bellum cum priscis latinis fieret. Nec mirum. Scio enim siue sciscо decerno significat. Plautus in Cur. Rogationes plurimas propter vos popul⁹ sciuit: quas vos rogatas rumpitis. Cicero lib. iii. officio. Durius etiam athenienses sciuerunt vt æginitis qui classe valebant pollices præciderentur. Hinc scitum statutum: siue decretum. Liui. libro primo. Cætera quoq; omnia publica priuataq; sacra pontificis scitis subiecit. Inde plæbiscitum plæbis decretum. Cice. lib. i. ad Herenn. In rem confertur vt si quis ex testamento quod facere iussus est ex plębescito vetetur. Per translationem consciscere ponitur pro cõtrahere. Columel. lib. viij. Diligenięq; pastor stabulum quotidie conuerrit: nec patitur itercus humorem consciscere lutumve capris inimica. Sciẽdum estq; cõscisco: ascisco: desciscо præsciscо. & rescisco faciunt præterita in iui. sicut eorum primitiua: vt Priscianus quoq; de ascisco & desciscо sentire videtur. Et conscio quidem desciо & rescio raro sunt in vsu, sed magis conscisco: desciscо & rescisco. Ascio & præscio inueniuntur: q̃uis ascio non ita frequenter: sicut præscio: ascisco & pscisco: licet magis ascisco q̃ præscisco: eo q; ascio minus in vsu sit. Præscio vero magis. Cum ergo conscisco: desciscо & rescisco vsurpentur. non mirum est si cõscio: desciо: & rescio obsoluerunt: quoniam fere superfluum esset in eadem significatione vtraq; haberi. E diuerso autem scio ępissime reperitur: & non sciscо. Apud Plautum tamen legitur sciscam in Amp. Ocyus accurro vt sciscam quid velit. Præscio in vsu est: Præsciscо minus. Vergi. lib. iiij. Geor. Cõtinuo animos vulgi: & trepidantia bello Corda licet longe præsciscere. Ascio apud Columel. in præfatione. Et pecoribus parandis conseruandisq; quando & hanc ascimus: quasi agriculturæ partem.

¶ Cõscribo. vide in dictiõe scribo. Inde cõscripti qui in senatu scriptis annotati erant: qui per inopiam senatorum ex equestri ordine in senatorum numerum recipiebantur. Liui. lib. ii. Deinde quo plus virium in senatu frequentia etiam ordinis faceret: ędibus regis diminutum patrũ numerum primoribus equestris gradus lectis ad trecentorum summam expleuit. Traditum inde fertur: vt in senatũ

vocarẽt q̃ patres: quiq; cõſcripti eſſent: cõſcriptos videlicet in nouũ ſenatũ appellabant lectos.

¶ Conſecro as. penul. correpta. *Vide in dictione* ſacro as. Ci. lib. ii. Tuſc. Quaſi addicti & cõſecrati Hos Tertul. vocat cõſecraneos. Sidonius. Conſecraneos q cõſecrati ſunt: & q̃ſi mãcipati vni ſectæ.

¶ Cõſecraneum quod eſt conſecratum vocabulũ fere in caſtris repertum qualia ſunt conterraneum commilitaneum: militaneum: ſuffarraneum: limitaneum. Iulius Capitolinus in concione quadam Maximini Cęſaris. Commilitones inquit ſacrati: immo vero conſecranei. Alio loco. Nullam ciuitatem q̃ militanaum eſſe dixit

¶ Conſentio cõſentis: & conſentaneus nea. neũ. Quęre in dictione ſentio.

¶ Cõſentia ſacra q̃ ex cõſenſu multorũ ſũt ſtatuta.

¶ Conſequor penultima correp. ĩmediate ſequor. Verg. li. v. Quam deinde cloanthus conſequitur. Gellius lib. ii. Vter dies natalis haberi appellariq; debeat is in quem nox ea cõſecuta eſt: an qui dies noctem conſecutus eſt. Et conſequi obtinere: adipiſci. Ci. in Verrinis actiõe prima. Quod ego meo labore & vigiliis conſecutus ſum. Item exprimere Idem Cęſari iuniori. Extrema vero quanta & qualia ſint verbis conſequi non poſſum.

¶ Cõſequẽtia ẽ quę ex p̃cedentibus infertur.

¶ Cõſector in totũ vel ſępe ſequor. Lactan. lib. iij. Quæras ab his quid ſibi velint cũ fœminas tã rabide cõſectantur: vt vix diuelli queant.

¶ Conſectaneus accipiť pro eo q̃ in eadẽ hęreſi eſt

¶ Conſero ſeris penul. cor. conſerui cõſertũ. ſimul miſceo. Lact. libro quinto. Tum inter ſe manus cõſerere cœperũt & inſidiari & gloriam ſibi ex humano ſanguine comparare. Vñ milites cõſerti dicunť dum pugnant.

¶ Cõſero cõſeris penultima correpta cõſeui conſitum: ſimul ſero: dum pro planto ſeu ſemino ponitur. Ver. *En quis conſeuimus agros.* Lactan. li. ii. Quem in partibus orientis omni genere ligni arborumq; conſeuit. Col. lib. ii. Celerius etiam ſi eodem tempore ſtercores & lupino vel faba cõſeras. Inde conſitio. Ci. in Catone. Nec conſitiones modo delectant: ſed etiam inſitiones.

¶ Conſido cõſidis penultima pro. ſignificat mecũ alijs ad ſedendum: ſeu ad habitandum colloco. Liuius libr. primo. Conſederant vtrinq; pro caſtris duo exercitus periculi magis preſentis q̃ curę expertes. Col. lib. octauo. Neq; aut recubet: aut conſidat: ideſt ponat ſe ad ſedendum. Hier. Hęc in mente eius cogitatio incidit: nullum vltra ſe monachorum in Eremo conſediſſe.

¶ Cõſeſſus non eſt conſeſſio: ſed homines in vno loco ſedentes: ſicut conuẽtus non eſt conuentio: ſed hoĩes qui in vnũ locũ conueniunt.

¶ Conſyderor aris. a ſyderũ cõtemplatione dictũ ẽ

¶ Cõſyderatus dicit qui agenda conſyderat.

¶ Conſyderate cum conſyderatione

¶ Conſilio is. conſiluí: vel conſiliui cõſultũ. ſimul ſalio. Vñ Conſulto tas. frequentatiuum.

¶ Conſiliũ (vt inquit Cic. li. ii. artis veteris) eſt aliquid faciendi nõ faciẽdi ve ratio excogitata. Et cõſilium eſt quod conſiliarius præbet. Quandoq; cõſilium ſumitur pro iudicibus deputatis. Cicer. pro Roſcio. Qui ex ciuitate in ſenatum propter dignitatem: ex ſenatu in hoc conſilium delecti eſtis pro

O

pter ſecuritatem. Et infra Dij prohibeant iudices: vt hoc quod maiores conſilium publicum vocari voluerunt preſidium ſectorum exiſtimetur. Dictum conſilium vt quidam putant a con & ſileo q; vno conſulente ceteri conſileant. Vel a concilio vt ſit conſilium quaſi concilium. Sed magis a cõſilio fieri exiſtimo: quod ex con & ſalio componitur: eo q; in vnam ſententiam plurimum mentes conſiliant & conueniant. Vt enim exilium ab exilio is. ita conſilium a conſilio deſcendit. Conſiliũ dare eſt ſuadere. Quintil. Cum Ciceroni dabimus conſilium vt Antonium roget.

¶ Conſiliarius qui conſilium prębet.

¶ Conſilior aris. conſilium capio. p̃s. Accipere animam meam conſiliati ſunt.

¶ Conſulo lis. cõſului cõſultũ. penultima correp. cum accuſatiuo ſignificat conſilium peto: vt conſului doctos: ideſt a doctis conſilium petij. Quintilianus. Ego aures conſulens meas. Poteſt etiam *in hac ſignificatione habere duos accuſatiuos*: vt conſulo te bonum conſilium. Et aliquando genitiuum cum accuſatiuo. Macrobius. Conſulo te boni. Aliquando genitiuum ſine accuſatiuo. Plyni. lib. xxxiij. Quęrebat argentum auaritia. Bom cõſuluit interim inueniſſe minimũ rubentiſq; terrę ex cogitauit vſum. Cum datiuo neutrum eſt: & ſignificat conſilium do: vt Medicus conſuluit mihi. Interdum prouideo: proſpicio & preſidium fero. Sed hoc ſæpius in rebus inanimatis fit: vt conſule honori tuo. Conſule rebus tuis. Conſule ſalutituæ. id eſt prouide. Cicero. Cõſuli quidem te a Cæſare ſcribis: ſed ego tibi ab illo cũſuli mallem: hoc eſt Malẽ q; Cæſar prouideret tibi: q̃ te interrogaret. Ambro. Nec inuerecunda petitio quæ non ſibi ſed liberis conſulebat. Aliquando poſt datiuum iungimus accuſatiuum: vt conſulo tibi commodum tuum: hoc eſt do tibi conſilium: quod ſit futurum cõmodum. Quãdoq; accuſatiuum cum in: pro contra. Terentius. Peſſime iſtuc in te atq; illum conſulis. Interdum conſulere eſt deliberare: ſed *in plura* li tantum & abſolute: vt conſulunt ſenatores ideſt deliberant. Huius verbi compoſitũ eſt. perconſulo: quod eſt optime conſulo. Ter. in phor. Adeon rem redijſſe. vt qui mihi perconſultum optime velit eſſe.

¶ Conſulto as. conſilium frequenter capio: vel cõſilium frequenter do: ſiue frequenter delibero. Saluſtius Delecti quibus corpus animis firmum ingenium ſapientia validum erat reipub. conſultabant Liui. li. i. ad hęc conſultanda.

¶ Conſultor qui alium conſulit: ideſt qui conſiliũ ab alijs inquirit. Cicero pro Cornelio Balbo. Et enim ſi. Q. Scæuola ille augur cum de iure prædiatorio conſuleretur Iuriſconſultiſſimus conſultores ſuos nonunq̃ ad Furium & Camillum reijciebat: Idem pro Murena. Vigilas tu de nocte vt conſultoribus tuis reſpondeas. Accipitur quãdoq; pro eo qui alij conſulit: vt apud *Saluſtium in Iugurth.* Simul ab eo petiſt vt fautor conſultorq; ſibi adſit. Et in illo verſu prouerbiali. Conſilium malum cõſultori peſſimum eſt.

¶ Conſultus quãdo participium eſt ſignificat eũ qui conſulitur: hoc eſt a quo conſilium petitur: vt Medicus cõſultus dixit te febribus laborare. Quãdoq; nomẽ eſt & ponit ur pro prudentia atq; ſapiẽti

Ouidius libro primo de arte aman. Sit tibi credibilis ſermo conſultaq; verba. Ideſt prudentia ac ſapientię plena. Eſt autem nomen duobus modis. ſ. cum per ſe ponitur: Horatius. Eris tu qui modo miles Mercator tu conſultus mō ruſticus. Vel quando habet genitiuum. Liuius libro decimo. Callidos ſolerteſq; iuris atq; eloquentiæ conſultos. Hinc dicimus conſultus iuris: & iuris conſultior & conſultiſſimus. Idem libro primo: Cōſultiſſimus iuris vt illa quiſq; ætate eſſe poterat. Auguſtinus. Quanto conſultius reges non ſicut Herodes interficere quęrunt: ſed ſicut magi potius adorare. Sic iu conſultus poteſt eſſe participium & nomen.

¶ Conſultus conſultus: & conſultum pro re: quæ conſulitur. Horatius in epiſtolis. Qui conſulta patrum qui leges iuraq; ſeruat. Et conſultum decretū ſtatutum: quod aliquando reſoluitur in infinitiuū: vt illud Saluſtij. Nam & priuſq; incipias conſulto: & poſtq; cōſulueris mature facto opus eſt. ideſt conſulere ſiue vt conſulas.

¶ Conſulto aduerbium ideſt deliberate.

¶ Conſus conſiliorum deus putabatur qui ideo tēplum ſub tecto circo habebat vt oſtenderetur tectū eſſe debere conſilium. Hinc conſualia feſta: quę fiebant in honorem Conſi. Liuius libro primo. Ludos ex induſtria parat Neptuno equeſtri ſolennes conſualia vocant.

¶ Conſul. is. a conſulendo: q; conſuleret populū: & ſenatum. Nam & hoc conſulere veteres vocauerunt. Vnde adhuc remanet illud. Rogati bonum conſulitis: ideſt iudicatis. Poteſt etiam dici Conſul a conſilio conſilis: ſicut exul ab exilio & prędul a prędilio: mutatiōe i in u: vt in Inſulto: exulto & reſulto patet. Conſulo autem a cōſul. Nec obſtat q; conſul a conſulendo dicatur: quoniam ideo conſul creabatur: vt conſuleret: vtpote qui conſilium haberet in ſe prędipuum. Prius em̄ homo is exigitur: qui conſulat q̄ actus conſulendi fiat. Non ergo a conſulendo nominatus eſt conſul: quia a conſulo deriuetur: ſed q; ab ipſo conſule verbum conſulo exercetur. Et ideo ab ipſo qui conſulit deriuari conſulo æquiſſimum eſt. Var. Conſul nominat⁹ qa cōſuleret populū: & ſenatum. Et eſt conſul qui magiſtratū gerit: Procōſul qcū ptāte extraordinaria ad aliquā prouinciam adminiſtrandā mittitur.

¶ Conſulatus tus. officium vel dignitas. ſiue tempus quo conſul in officio eſt.

¶ Conſularis vir qui conſulatum geſſit: vel qui cōſulari dignitate dignus eſt. Cic. Lentulo. Q u. Maximo: qui filium conſularem amiſit.

¶ Conſiſto is. conſtiti: conſtanter & audacter ſto: firmor: quod eſt audacis & robuſti hominis. Plau. in Cur. Nec vobis quiſq; in foro frugi conſiſtere audet. ideſt ſe firmare. Liuius libr. primo. Cum inſtructę acies conſtitiſſent. Item erigor. Vergil. Conſtitit in digitos.

¶ Conſiſtorium locus in quo conſultandi gratia homines conſiſtunt. Poteſt etiam poni pro conſiſtentium multitudine. Item conſiſtoria dicuntur archiua cæſarea & Imperatoris palatinæ domus q̄ etiam vocantur Auguſtalia. Vnde conſiſtoriani ab Ambroſio dicuntur. qui ſenatorii ordinis: vel ampliſſimi ſunt: qui ad principale conſilium eligebantur: & Suidas κωνσιστοριον παρα ρωμαιοις ουτω λεγεται το συνεδριον και τοσυστημα ενθα περι των επιτηδειων βουλευονται.

¶ Conſolida herba eſt quę & conſerua & coagulū dicitur & græce ſtrygnon.

¶ Conſobrini qui ex duabus ſororibus ſunt editi quaſi conſororini. Amitini qui: quęve ex ſorore & fratre propagantur. Sed ferę vulgus omnes iſtos communi appellatione conſobrinos vocat. Item qui ex fratribus patruelibus: aut conſobrinis propagantur vel amitinis conſobrini vocātur. patrueles qui ex fratribus nati ſunt.

¶ Conſolor pe. pro. ſolatiū prędto & proprie verbis fit conſolatio. Ci. Sulpi. Dices quid me iſta res conſolatur in tantis tenebris & quaſi perpetuis rei publicę. Eſt omnino vix conſolabilis dolor. Inuenitur & in ſignificatione paſſiua. Aſinius. Sed cū ob ea quę ſperaueram dolebā cōſolabar ob eaquæ timui. Hinc conſolatorius oria. orium. vt Epiſtola conſolatoria.

¶ Conſono penul. correp. ſimul ſono. Var. de apibus. Cum iam euolaturę ſunt: aut etiā incœperūt conſonant vehementer. perinde vt milites faciūt cum caſtra mouent: Inde conſonantes dictę ſunt q; cum vocalibus ſonent non per ſe. Per tranſlationem conſonare ſignificat concordare: Hierony. ad Aſellam. Anteq̄ domum ſanctę Paulæ noſcerem totius in me vrbis ſtudia conſonabant: omnium pene iudicio dignus ſummo ſacerdotio decernebar. Hinc conſonantia vocum cōcordantia quę græce euphonia dicitur.

¶ Conſors cuiſdam ſortis. i. conditionis & fortunę & qualitatis in oīi negocio. Sappho ad phaonem. Non tantum alcæus conſors patriq; lyręq; Laudis habet. Conſors etiam dicitur qui tantundē ſortis attulit ad ſocietatem mercaturæ: q̄tum ille cum quo ſocietas eſt.

¶ Conſortium ipſa ſocietas: quę & cōſortio onis. id. Liui. li. vi. Quęnā iſta ſocietas q̄nā cōſortio eſt

¶ Conſpicio is. pe. cor. video. Vnde conſpectus p aſpectu. Verg. Vix e conſpectu ſiculę telluris in altum Vela dabant lęti.

¶ Conſpico as. pe. pro. & conſpicor deponens a con & ſpico vel ſpicor componitur. Spicor autem a ſpica vel a ſpiculis. Vnde & deſpico. cor. inſpico cor. Perſpico cor. ſuſpico or. Eſt autem conſpicari conſpicere: ſeu in conſpectu habere. Terenti. in Eun. Cur te ego in his conſpicor regionibus. Salu. in Iug. Cum interea Metellus monte digreditēs conſpicatur primo dubius quidnā inſolita facies oſtenderet. Inſpico protulit. Verg. li. ii. Geor. Per uigilat: ferroq; faces inſpicat acuto. Nec Priſcianum audiendum puto qui vult hęc verba a ſpicio fieri: quia ſi a ſpicio eſſent non conſpicor: ſed conſpicior faceret. Sicut conſternor & aſpernor a ſterno & aſperno ſecundum analogiam licet coniugationem mutent. Aſcē. Nihil tamen conſpicor pro cōſpicio cōe habet cū ſpica: præſertim cum ſecundam corripiat: licet inſpico pro acuo a ſpica eam producat.

¶ Conſpicuus a. um. a cōſpicor: ſicut perſpicuus a perſpicor: modo ſignificat ſagacē: perſpicacē acutū. Quintil. Conſpicuus ſagax callidus: modo clarum & qui ab omnibus conſpicit. Vñ Mar. Cōſpicuum amphitheatrum appellat.

¶ Cōſpicilia dicunt quæ ocularia vulgo vocant. Plau. Vitrū ecdo neceſſe eſt cōſpicilio vti.

¶Conſpiro pe.pro.ſimul ſpiro ſicut cõſlo ꝓprie ſumitur. Gel.li.i. Sed enim acheos Homerus pugnam indipiſci ait: non fidicularum tibiarumq; cõcentu conſpiratam. Col.li.iiij. Cœleſtes admittat imbres eoſq; alendis ſeminibus diſpenſet: ac ſuis omnibus partibus ad educandam prolem nouam conſpiret. Per tranſlationem conſpirare ſumitur pro coniurare. Vnde conſpiratio quę & in bonum & in malum capitur. In bonum. Ci. pro ligario fratrum conſpirationem dixit quaſi vnanimitatem. Idem lib.ii. offici. Magnas vtilitates adipiſcimur conſpiratione hominum atq; conſenſu. Et pro domo ſua. Hanc noſtram conſpirationem in repub. bene gerenda certi homines fictis ſermonibus diremerunt. Plyn. in epiſtolis. Proinde cõſpirate cõſentite: maiorẽq; animũ ex meo ſumite. Col. libro xii. Nihil quod aut maritus aut fœmina proprium eſſe iuris ſui diceret; ſed in cõmune conſpirabatur ab vtroq; in malum.

¶Conſpondeo.es. Quęre in dictione ſpondeo.

¶Conſterno as. aui. atum. ſignificat deiicio. Sal. Qua victoria elati hoſtes: noſtri territi atq; animis conſternati diſceſſere. Idem. Et qui ſine tectoribus exterriti aut ſaucij conſternantur. Inde conſternatio quę eſt concitatio quędam ſubita ex aliquo metu. Et a ſternutamento deduci videtur. q; eo toto concutimur corpore.

¶Conſterno.is. conſtraui & conſternui diuerſum eſt: & ſignificat impleo. Vergi. It ſtridor & alte Cõſternunt terram concuſſo ſtipite frondes. Et conſternere eſt ſilicare & paulmentũ ſupra facere. Col. li.i. Area ſi competit ita conſtituenda eſt: vt vel a domino vel certe a procuratore deſpici poſſit: eaq; optima eſt ſilice conſtrata q; & celeriter frumenta deteruntur non cedente ſolo pulſibus vngularum tribularum & eadem euentilata mundiora ſunt: lapilliſq; carent & glebulis.

¶Conſtituo diſpono. Ver. Quí teneãt (nam incuſta videt) homineſne ferę ne Quærere cõſtituit. Locum ſiue tempus determino. Cic. Mario. Quare ſi quid conſtitutum cum podagra habes: fac vt in alium differas diem. Quandoq; ſignificat conuenio & pactum facio. Ter. in Hecy. Nã conſtitui cũ quodam hoſpite me eſſe illũ conuenturam: Quandoq; formo & quaſi bonam diſpoſitionem in fundo. Vnde Cice. li.ij. Tuſcu. Metrodorus eum perfecte putat beatum cui corpus bene conſtitutum ſit: & exploratum id ita ſemper fore: quod medici recẽtiores barbare dicunt bene complexionatum. Et conſtitutio corporis dicitur ipſa complexio. Conſtitutio etiam quandoq; dicitur ſtatus quæ in cauſis potentiſſima eſt: cum ſit prima cauſarum conflictio. Vide in dictione Status. Aliquando conſtituere eſt gubernare moderari. Cicero. Ineuntis. n. ætatis inſcitia ſenum conſtituenda & regenda eſt prudentia. Interdum inſtituere decernere: a quo cõſtitutiones decreta dicuntur. Nonnunq; parare. Ci. Tametſi erat ignarus quãtum ſibi ac liberis ſuis iãtum mali conſtitueretur.

¶Conſtitutus a.um. participium. Cõſtitutus us. nomen quo hominum conſiſtentium multitudo ſignificatur.

¶Conſto as. conſtiti conſtitum & conſtatum. Luca. lib.ii. Conſtatura fides ſuperũ. Marti. Conſtatura fuit megalenſis purpura centum. Eſt autem conſtare conſtãter permanere perſeuerare ratum habere. Cice. Qua in ſententia ſi conſtare voluiſſent ſuam auctoritatem cum ſalute recuperaſſent. Idem libro primo Tuſcu. Et ſi tibi quidem conſtare vis omnes quicunq; nati ſunt erunt ve non ſolum miſeri: ſed etiam ſemper miſeri. Hoc eſt ſi hanc ſententiam: q; mors malum ſit firmam ratamq; habere vis. Dicimus etiam conſtat pedibus: conſtat animo pro firmat. Vergili⁹. Et paribus cylleniusalis conſtitit. Interdũ conſtare valere: & paſſiue ſumitur pro empto aut vendito. Plynius lib. xxxiii. Et omnibus pene annis mutari pro vt nauigationes conſtiterint. aut vt quiſq; mercatus ſit: aut aliquis prędualens manceps annonã flagellet. Ctce. Quid mihi conſtat charius q̃ ſi in foro emiſſem. Interdũ ſtare conſiſtere. Idem libro .i. Tuſcul. Animus quí ſi eſt horum quattuor generum, vnde omnia conſtare dicuntur. Interdum compoſitum eſſe. Idem vt hæc elementa ex quibus omnia conſtant. Interdum ſimul ſtare. Siſen. lib. iiij. hiſtoria. Multitudinem procul hoſtium conſtare viderunt. Interdum ſuppeditare. Iuue. Quis feret vxorẽ cui cõſtent oſia In tertia perſona ſumitur pro manifeſtum eſt. Ci. lib.ij. ad Cęſa. Iuniorem. Cum conſtet lupercis id vectigal dediſſe qui ante poterat id conſtare. Rurſus pro conuenit: vt dicitur eſſe corcordes: vt hoc mihi tecum conſtat: ideſt conuenio tecum in hoc & aſſentior tibi. Cic. lib.i. ad Heren. Adhuc quę dicta ſunt arbitror mihi conſtare cum cæteris artis ſcriptoribus. Rationem conſtare ſignificat æquam legitimumq; rationem aut oſtẽdi aut apparere oſtẽdi poſſe. Vlp. Plane ſi defendendi gratia aliquid fecerit rationem ei conſtare oportet. id eſt rationem eum iuſtam aut oſtendere aut facile poſſe oſtendere. A conſto q̃tum ad primam ſignificationem fit conſtans pro eo qui firmus eſt & tenax propoſiti: a quo conſtantia & conſtanter: quibus contraria ſunt: Inconſtans: Inconſtantia: & Inconſtanter. Vnde Cicero libro tertio ad Herenni. Inconſtanti geſtu teſtimoniorum inconſtantiam & inconſtanter locutum eſſe dixit.

¶Conſtruere ſimul ſtruere ordinare fabricare. Ci. in Cato. Vt nauẽ aut ædificiũ idem deſtruit facillime qui cõſtruxit: ſic hominem eadem optime quẽ conglutinauit natura diſſoluit.

¶Conſueſco is. eui. & conſuetus ſum: etum. in bono & in malo dicitur. In bono cum familiaritatem & conuerſationem quempiam cum aliquo habere ſignificat: vt ſit conſueſcere ſimul ſueſcere: ideſt ſimul conuerſari. Plau. in Aſi. Bene ſalutando conſueſcunt cõpellando blãditer. Ter. in Adel. Quid illi tandem credis fore animi miſero: qui cum illa conſueuit. ideſt conuerſatus eſt. In malo cum dicitur venerea dicitur. Idem in phorm. Cum eius conſuetudinis olim matrem in Lemno clanculum: ideſt coiuit. Similiter cõſuetudo de familiaritate. & de re venerea dicitur: vt apud eundem in Phor. Dũ expecto q̃ mox veniat qui hanc mihi adimat conſuetudinẽ. Et cõſueſcere eſt accipere in cõſuetudinẽ. Col. lib.ij. Iumentis præbeas medicam: ſed inter initia parcius dum conſueſcant: ne nouitas pabuli noceat. Item conſueſcere eſt viuere. Col. lib. ix. Nec magis humo q̃ ſtagno conſueuerunt.

¶Conſuo is. ſimul ſuo: cõpono: cõiungo. Plaut. in Am. Aduenisti audacię columẽ conſutis dolis:

ſmmo equidem tunicis conſutis huc aduenio non dolis.

¶Conſumo is.pe.pro.in nihilū redigo. Solinus. Sunt etiā in lycia ſaxa quæ viuentiū quoq; corpora adalligaca conſumunt.

¶Cōſummo as.per duplex mm ſummā ſimul capio. Lact.li.vii. Quoniā nec rationem totius myſterii magni conſūmauerat.in vnumq; collegerat nec ſummum bonum comprenderat. Col.libr.ij. Hac conſūmatione operum colligitur poſſe agrū ducentorum iugerum ſubigi duobus iugis boum totidem bubulcis. Et conſumare eſt perficere q; que perfecta ſunt: omnia ſibi ſumpſiſſe videantur Lactan.lib.vii.Mundum deus & hoc rerum natu te admirabile opus ſex dierum ſpatio conſumauit Vnde & conſumatus homo perfect⁹ dicitur.Mar. Quod magni traſeæ conſumatiq; Catonis. Col. Nullus eſt conſumate ſapientię.

¶Contagiū & contagio:& contages pe.pro.morbus qui ex cōtractu cōtrahit ex con & tango is.qđ eſt tango. Ver.Dira per incautum ſperpant contagia vulgus. Iuue.Critice polluces dedit hanc contagio labem. Lucre.li.iiij.Quę contage ſua pallo ribus omnia pingunt.

¶Contamino as.pe.cor.ex con & tamino. Et eſt proprie contaminare ſecundum Donatum cū res rei ita īmiſcetur vt neutra incorrupta maneat:ſed ſit in vtroq; corruptio. Sunt qui dicant Contaminare manibus lutulentis quicq; attingere ob hoc p fœdo & maculo ponitur.Qua ratione Teren. Cōtaminare fabulas dixit. Ambro.proprie ſuper Lucam.Hos ſacerdos repudiauit:ne alios quoq; eorum lepra cōtaminet. Liui.li.iiij.pro dedecoro poſuit.Contaminari ſanguinē ſuū patres: cōfundiq; iura gentium rebantur: quod plebs ægerrime ferens:nobilitatem arguebat eodem loco dicēs. An eſſe vlla maior aut inſignior contumelia poteſt: q; partem ciuitatis :velut contaminatam indignam connubio haberi. A contaminatus fit compoſitū incontaminatus de quo ibi.Quas quātaſq; res.C. Camuleium aggreſſum colluuionem gentium perturbationem auſpiciorum publicorū:priuatorūq; afferre ne quid incontaminati ſit. Sunt & attamino & intamino:quæ ſunt cōtraria. De primo Ambro.lib.i.offi.Ne tetigeritis:ne attaminaueritis:ne guſtaueritis:quę ſūt oīa ad corruptelā ipſo vſu. De ſecundo.Hora.Virtus repulſæ neſcia ſordidæ intaminatis fulget honoribus.ideſt incorruptis & indiminutis.

¶Contemno is.pſi.tum.ſperno.vilipēdo:et minus eſt q; deſpicio.Ci.in Ver.acti.iii.Quēq; cōtempſerit deſpexerit liberū eſſe dixerit vnq; Cōponit enim ex con pvalde & temno teijcio.Hinc contēptus us.deſpectio.

¶Contēpto as.frequentatiuum. Plau.Mirari noli neq; me contemptarier.

¶Contēplor aris.a tēplo dicitur.i. a loco qui ab omni parte aſpici poteſt:vel ex quo oīis pars poteſt videri:quem antiqui templum nominabant. Significatq; diligenter intueor:& cōſydero. Lact. lib.vi.Vel ſi cœleſte lumen quod dicimus ſolē cōtemplari velint. Aennius.Contempla & templū Cereris ad leuam aſpice. Inuenitur & contemplo as.Plau.in Aſi.Hem meum caput contēpla ſiquidem ex re conſultas tua.

¶Contēdo is.contra tēdo:quod eſt contra profiſcor.Cęſar li.i.Ipſe de quarta vigilia eodem itinere quo hoſtes ierant adeos contendit. Et contendere certare.Ver.lib.iiij.Quis talia demēs abnuat aut tecum malit contendere bello? Item ſignificat contendendo.ſiue cum conatu ac nixu petere ſeu aliquid aliud agere. Vnde contenta corpora dicimus:quæ omni nixu intenduntur aduerſus labores:vt in arcu neruus.Cice.libr.ij.Tuſc.Sunt quędam animi ſimilitudines cum corpore vt onera contentis corporibus facilius feruntur:remiſſis opprimunt.Cice.li.i.offi.Miſerrima omnino ambitio honorumq; cōtentio.Eſt enī cōtentio oratio acris ad confirmandum & confutandum accōmodata. Vnde a plyn.dicta eſt in epiſtolis oratio pugnax & contentioſa. Apud rhetores contentio dicitur exornatio ex contrarijs verbis concinnata. Quæ antitheton.ideſt contra poſitum dicitur:vt illud pro Cluē.Vicit pudorem libido:timorem audacia:rōnē amētia. Itē cōtinuare:vt lib.iij.de ora. Nihil perniciosius q; ſine intermiſſione contentio. Item Ire.Salu.in.Iug.Ex prœlio fugit in prouinciam.ac deinde Romam contendit. Item Feſtinare.Ver.Quę littora proxima curſu contendunt petere. Item aſtringere intorquere. vt libr.iiij.Geor. Tanto nate magis contende tenacia vincla .Item comparare.Ci.lib.i.ad Heren. Si noſtram cauſam laudando extollemus & aduerſariorum per contēſionē deprimemus. Itē extēdere. vt apud eundem Ex cōtentione vocis & ſūmiſſione facile dijudicabimus. Itē extorquere. Ci. Extremū aūt pręceptū in beneficijs operaq; dāda nequid cōtra æquitatē contendas. Itē iacere dirigere. Verg.Qui tñ aerias telū cōtendit in auras. Itē intēdere. Cic. Magna eſt animi cōtentio adhibēda. Idēq; fere eſt contentio & intentio cum vehementiā quandā ſignificāt in voce. Tracta ſimilitudine ab arcu ſeu cithara cui⁹ nerui q̄to vehementius intenduntur: tanto vehementiorē ſonum efficiunt.

¶Contineo es.pe.cor.cohibeo: ſeu me abſtineo: aut contra voluntatē me retineo:vt cū quis ob pudorē domi ſe cōtinet: ſeu ob paupertatē interdicit ſibi acceſſum in publicū.Ter.in phormi. Domi ſe continebat.Pro cohibere. Ambr.lib.i.offi. Revera iure ea fortitudo vocatur quando quiſquis ſeipſum propter Chriſtum vincit:iram continet: nullis illecebris emollitur. Vnde continens pro abſtinente & integro.Cuius contrarium eſt incontinēs Lact.lib.iij.Da libidinoſum adulterum ganeonē iam ſobrium caſtrum continentem videbis. Et cōtinere eſt intra ſe tenere. Sic dicimus vrbem continere homines: & locum continere locatum. Item continere cōtinuare.ideſt ſimul tenere.Vnde & cōtinens dicitur continuatum. Liui. Continens imperium vſq; ad nos habebitis.Cice.libro.ij.offic. Nec enim vlla res vehementer rempubli.continet q̄ fides:quę eſſe nulla pōt : niſi erit vicaria ſolutio rerum creditarum. Sue.in Cali.Per hūc pontē vltro citro cōmeauit biduo continenti.i. continuo. Curtius.Omnia velut continenti incendio ardere viſa.Ci.lib.i.Tuſ. Sed nihil te interpellabo: continentem orationem audire malo. Idem lib.ii.offi. Continere pro ſimul tenere poſuit & quaſi inuitū tenere cum inquit. Nec vlla res tam vehementer remp.continet q̄ fides.

¶ Continens participiũ ea potest significare q̃ cõtinent. Continẽs fœminini gñis sumitur pro terra quę non est insula: quã vulgo terrã firmã appellãt qualis est Italia: vt ex sicilia ad continentẽ parum intercapedinis est. Nam insula est quę mari circundatur: vt sicilia sardinia Isthmos ita vndiq; mari cingitur: vt tamen in aliqua parte continenti iungatur. Scribit Vlp. Continentes prouincias accipi debere eas quę Italiæ coniũctę sunt: vtputa galliam. Continens neu. generis a rhetoribus accipit pro firmamento rationis.

¶ Continentia fit a continẽs: de qua Ci. li. ii. offi. Sed valitudo sustentatur notitia sui corporis: & obseruatione earũ rerũ: quæ aut prodesse soleant: aut obesse. Et continẽtia in omni victu: omniq; cultu corporis tuendi causa: & in prętermittẽdis voluptatibus. Eius contraria est incontinentia.

¶ Continenter aduerbiũ modo significat parce. Plau. Q̃ q̃ illum pater arcte & continenter habet. Modo coniuncte iugiterq;. Idem. Trium dierum sitim continẽter tulit. Cęsar. Belgę cũ germanis bellum continenter gerunt.

¶ Contentus a. um. cum est participiũ a contineor passiuę significationis est. non actiuę: sicut putauit Valla quoniam ablatiuum habet: vt is accipiatur qui cõtinet ab eo q̃ animo suo satisfacit: siue etiã a se ipso contineatur. Nõ enim sicut compos qui possessor siue obtẽtor alicuius rei est: ita contentus accipit quoniam qui contẽtus est ab eo possessus est: a quo: vel quo contẽtus est: quia necesse est vt aliquid sit: a quo quis contineat. vt contentus dicatur: vt apud Ter. in Eun. Neq; tu vno contenta eras: neq; solus dedit. Quis hic exponat. Neq; tu vnum continebas qui animo satisfaceret tuo. Continere eñ cohibere est siue te siue alium ne quid fiat repræhensione dignum & ad virtutẽ ferme semper pertinet. Hoc autẽ loco culpat meretrix non q̃ se a libidine non contineret: sed q̃ vno nõ contenta erat. i. vno nõ continebat: vt ab alijs abstineret. Id etiam ostendit per affirmationem. Plaut. in Mer. Nam vxor cõtenta est quę bona est vno viro. Nec hic vxor bona cõtinet vnũ virũ: sed se cõtinet: si ue continetur vno viro: aut ab vno viro. Similiter Lactan. de ꝓphetis loquẽs. Contẽti temporali cibo quẽ deus submiſtraſſet. i. satisfacti vt nihil amplius expeterẽt. Plaut. in Mer. Immo dicamus sentibus leges. Cẽseo prius habeamus quas leges teneant: contentiq; sint. i. contineãt: vel pacati: vel lęti sint. Quę tamen omnia passiue sumuntur. Est etiam contentus participiũ a contendo.

¶ Continuus a. um. quod est sine interuallo a quo fit aduerbium continue pro perseueranter assidue. Continuo vero significat statim.

¶ Continuo as. perseuero: pago. Apul. Scaphas ascendere mari iter continuare.

¶ Cõtestari litẽ dicunt duo aut plures aduersarii q; ordinato iudicio vtraq; pars dicere solet. Testes estote. de hoc verbo cõtestor. Vide in dictiõe testor.

¶ Conticeo es. pe. cor. Cõticere ẽ simul vel oẽs tacere. Ver. Cõticuere oẽs intẽtiq; ora tenebãt. Hinc

¶ Conticesco is. quod ẽ cũ alijs tacitus fio. Plyn. li. xi. Tunc repẽte omnes conticescunt.

¶ Conticinũ noctis primũ tẽpus: quo oñia quiescendi gratia conticescunt.

¶ Contigno as. Vide in dictione tignus. Hinc cõtignatio quę est solariũ dom⁹ siue stratũ sit cœmẽto lateribus ve: siue nõ stratũ: qualia fere sunt solaria domorũ in apulia. Eoq; pro miraculo apud Liuiũ infert bouẽ in tertiã contignationẽ cõscendisse. Ply. Sesquipedalis paries non plus q̃ vnã cõtignationem tolerat. Est enim superior & inferior contignatio.

¶ Contingo is. cõtigi cõtactũ: idẽ q̃ tango. Col. li. i. Plurimisq; & his angustis illustratum teneſtris atq; a terra sic editis ne manu cõtingi possint. Ver. Funemq; manu contingere gaudẽt. Et in tertia pſona significat aliquid per sortẽ venire in portionem. Hiero. ad Damasum. Pater da mihi portionẽ substantię quę mihi contingit. In Eun. autem scribitur: quę me contingit. Ponitur & pro accidere siue euenire. Ci. li. v. Tus. Quod non modo singulis hominibus: sed potissimis philosophis contigit. Impersonale vero cum infinito: vt contingit mihi esse felici vel felicẽ. Quandoq; absolute: vt apd Ter. Hanc mihi expetiui: contigit: conueniunt mores. Ex quo datur intelligi non semper seruari q̃d aiunt. Contingere esse de malis quæ sumus veriti: obtinere de optatis. Accidere de inopinatis tã bonis q̃ malis.

¶ Contus sudes: siue hasta lõgior duriorq; ad percutiendũ apta. Ver. Assueti longo muros defendere conto. Vnde cõtatos milites Vegetius appellat Accipit & pro pertica ferrũ in capite habente qua nautę vtuntur ad loca nauib⁹ oporruna explorandа: a quo percontor. Donat⁹ deducit. Ver. Ipse ratẽ cõto subigit. Et græcũ nomen ostendit Sudas.

¶ Contor aris. Vide in dictione cunctor.

¶ Contortę res dicuntur perplexę: & perturbatę & sibiipsis minime cohęrẽtes. Et contortũ dicit cũ id quod sequitur non conuenit cũ superiore. Cic. li. i. de ora. Contortas res & sępe difficiles necessario perdiscimus.

¶ Contra prępositio est: quæ & separatur & cõponit significatq; aduersũ: locũ vel pſonã designãs. Separata est apud Ver. Contra Neptunũ & Venerẽ contraq; mineruã. Cõponitur autẽ cũ dictionib⁹ incipientibus a d. vt Contradico e vt contraeo u. vt contrauenio. Inuenitur etiã contra aduerbij loco positũ significans e regione. siue ex oppositо. vt Stat contra stariq; iubet. Et. Ctra elata mari respondet Cnosia tellus. Plautus in Am. Hostes crebri cadunt. nostri cõtra ingruũt. Aliquando ponitur pro vicissim. Ter. in Adel. In eo me oblecto solum idest charum mihi. ille vt item contra me habeat facio sedulo.

¶¶ Contradico. Au. li. ij. ci. dei. Dũ quo cũq; modo nostris disputationibus contradicant.

¶ Contraeo is. vado cõtra. Greg. Quia mũdi huius potestatibus cõtraire non pręsumerẽt nisi eos sancti spiritus fortitudo sodalisset.

¶ Contraho is. colligo: & oẽs in vnum congrego Lact. lib. iii. Præterea vt ad se multitudinẽ contrahat. Ver. Contrahimusq; viros. Quandoq; cõponо: conflo: vt ęs alienũ contraxi. Quandoq; committo. Cic. ad Qu Frez. Ea molestissime homines ferre debent: quæ ipsorum culpa contracta sunt. Quandoq; Paciscor: & conuentionem facio: vt fit in emendis vendendisq; mercibus. I dẽ li. iii. offi. Tollendũ est igitur ex rebus contrahendis omne mendaciũ. Et lib. i. Nulla vitæ pars neq; publicis

C

neq; priuatis: neq; forenſibus: neq; domeſticis in rebus: neq; ſi tecũ agas q̃d neq; ſi cum altero contrahas vacare officio poteſt. i. conferas: vel inuicẽ agas. Inde contractus. Quando q; conſtringo retraho: puta cũ neui contrahunt: & colliguntur frigore aut metu ita vt extẽdi nequeant. Vnde contractio. Idẽ. lib. i. Tuſc. Sed eo q; in hoc eſt omnis animi contractio ex metu mortis. Et lib. iiii. Animoſq; demittunt & contrahũt. ſ. timore. Quando q; cõquiro. Liui. libr. iiij. Bonaq; cõtracta precij regni mercandi publicarent. Cic. lib. i. ad Herẽni. A noſtra perſona beniuolentiam contrahemus: ſi neſtrũ officiũ ſine arogantia laudabimus. Cõtrahere frontẽ eſt fronti rugas inducere: quod vernacula lingua dicimus arufare. Plaut. in Am. Quid contraxiſtis frontem quia tragœdiam dixi hanc.

¶ Cõtracto as. ſimul tracto frequẽtatiuũ a cõtraho Lact. de opi. poſuit p cõpndo. Quę a nobis lõgæ remotę: neq; oculis contractari: neq; tangi manu: neq; percipi ſenſibus poſſunt.

¶ Contraſto as. Vide in dictione ſto.

¶ Contrauenio. Ci. li. i. Tuſ. Ego vero facile ſum paſſus ne in mentẽ mihi aliquid contraueniret: ita iſti faueo ſententię.

¶ Controuerſus a. um. quaſi aduerſus. Gel. Argumẽta aũt cenſebat aut probabilia eſſe debere aut p ſpicua & minime cõtrouerſa. Et cõtrouerſa res dicitur illa de qua eſt controuerſia.

¶ Cõtrouerſia eſt certarũ perſonarũ de re propria cõtentio. Ci. Elio procõſuli. Nullã oñino arbitramur de ea hęreditate cõtrouerſiã eũ hodie habituꝝ Sine cõtrouerſia ſignif. ſine dubio. Idẽ li. iii. offi. Panęt. q ſine cõtrouerſia de officiis accuratiſſime

¶ Controuerſioſus litigioſ⁹. Li. li. iii. (diſputauit. Quẽ eñ ſine hoc priuatę rei iudicẽ feciſſet vt controuerſioſam adiudicaret rem.

¶ Cõtrouerſor aris. ex cõtra & verſor p mutationẽ a in o. ſignificat cõtendo: verbũ deponẽs ab actiuo verſo factũ. Ci. in Protagora. Nũc a vobis protagora & Socrate poſtulo vt de iſto cõcedatis alter alteri: & inter vos de hmõi nõ controuerſemini.

¶ Cõtuberniũ verbũ caſtrẽſe ſicut ſcribit li. ii. de re mili. Vege. vocabatur manipulus. ab eo q; cõiunctis manibus pariter dimicabant. Et proprie decẽ milites ſub vno papilione degentes dicebãt cõtuberniũ: quibus pręerat decanus qui caput erat contubernii. Vnde accipit̃ peo conuictu & ſodalitate. Inde cõtubernales vulgo ſodales dicuntur. Et cõtubernalitatẽ Cyprianus appellat ſodalitatẽ. Dictũ cõtuberniũ a tabernis. Tabernę vero domus: quæ fiebant ex tabulis. Vnde & tabernacula dicta ſunt: licet ex tentoriis & pellibus fiant & cõtubernales dicti ſunt: q; iiſdẽ tabernis vtant. Col. lib. i. Sed qualicũq; villico cõtubernalis mulier aſſignata eſt: quę contineat eum.

¶ Contumax pe. cor. qui p tumorẽ inobediẽs eſt: q tribus ꝓpoſitis edictis vel vno pro tribus: quod vulgo peremptoriũ appellat̃: litteris euocatus prę ſentiã ſui facere contẽnit. Hinc cõtumacia. Dicit̃ quandoq; etiã in bonã partem. Cor. Tacitus Cõtumax etiã aduerſus tormenta ſeruorũ fides ſupremę clarorum virorum neceſſitates.

¶ Contumelia cõuitiũ a cõtendo ſeu vt Vlp. & Seneca aiunt: a cõtẽptu. Contumelioſus qui cõtumeliam inferre ſolet.

¶ Contũdo is. contudi pe. indifferẽte cõtuſum ſignificat ſimul ſiue totum tundo: frango cõminuo percutio. Hor. lib. i. Epi. Speratum meritis duram qui contudit hydram. Inde contuſum cõfractum. Col. li. vii. Plus etiam eiuſdẽ radix contuſa ꝓdeſt

¶ Cõuallis planicies ex oñi parte cõprẽnſa mõtibus collibuſq; dicta vt inq̃t Varro: q̃ſi cauata vallis. Vallis vero ex duob⁹ mõtib⁹ incluſa planities. Vel cõuallis dr̃ arcta vallis q̃ſi cõiũct a q̃les ſunt quas metaphorice fauces appellam⁹. Vñ cõuallis appellat̃ ſciſcio terræ manufacta ad deducendam aquã. Plyn. Flumina ad lauandã hanc materiã iugis montiũ duxere. Corrogos vocãt a corruatione pręcepiſſe libramẽto oportet vt fruaris quando influat. Itaq; altiſſimis partibus ducitur cõuallis & interualla ſuſtructis canalibus iungitur.

¶ Conuaſo as. pe. pro. ſignificat furto omnia colligo. Ter. in phor. Aliq̃d cõuaſaſſem: atq; hĩc me protinus conijcerem in pedes.

¶ Conuenire ſimul venire congregari coire. Liui. Poſtera die: arma capiunt: quo miſſi erãt cõueniũt Sal. Poſt q̃ vnũ in locũ oẽs cõuenere. Hinc conuẽtus. Per tranſlationẽ q̃nq; cõcordare. Ouidi. Non bene cõueniũt: nec in vna ſede morant̃ Maieſtas & amor. Quandoq; interpellare ſeu in iudiciũ vocare. Ci. in Ver. acti. ii. Nõ dubitat quin ſi ipſe vertẽ cõueniat ęquitate cauſę: auctoritate ſua cõmouere hominẽ poſſit. Quandoq; Statuere Apul. Conuenimus ad portũ q̃primũ ire. Quãdoq; alloqui nõ inuenire & videre tantũ. Ter. in An. Conueni hodie adueniẽs quẽdam mei loci hinc atq; ordinis hominẽ. Quandoq; aptũ conueniens & decens eſſe. Cic. in Hort. Nã quid vereris ne non cõueniat hoc ſtris ętatib⁹ iſta oratio q̃ ſpectat ad hortandũ. Qñ q; placere: pactum facere. & controuerſia carere. Sed in tertia perſona frequentius. Cic. lib. v. de fi. Hoc mihi cũ tuo fratre conuenit. i. ſine controuerſia eſt: & concordes ſumus. Dicimus etiã conuenit hoc inter nos: conuenit mihi tecũ. Cõuenit tibi me cũ quod dixiſti. i. in hoc quod dixiſti inter me & te ſine controuerſia eſt. Conuenit nobis inter nos. i. concordes inuicẽ ſumus. Iuue. Sęuis inter ſe conuenit vtris. Itẽ. Non conueniunt hæc fratri mecũ. i. diſſentimus ab inuicem in his. & diſſimiles ſumus Ter. Hæc mihi fratri mecũ non conueniunt. Non nunq̃ ſine ſuppoſito: ſed ſubintellecto. Augu. lib. ix. con. Cõuenerat inter nos ne paſſim cuiq̃ effunderet. Plau. in Cap. Nũc ita conuenit inter me atq; hunc Tindare. Et iterũ dicito patri quo pacto mihi conuenit de huius filio. Sic dicimus. De pretio cõuenit: ideſt concordes fuimus.

¶ Cõuenæ pe. cor. dicunt̃ q ex diuerſis populis gẽtibuſq; in vna mœnia conuenerũt ſimulq; coaleſcũt. Hiero. contra Vigi. Nimirũ reſpondet generi ſuo: vt q de latronũ & conuenarũ natus ẽ femine: quos conſul Põpeius edomita Hiſpania de pirenei iugis depoſuit: & in vnũ oppidũ congregauit. Vñ & conuenarum vrbs nomẽ accepit.

¶ Conuẽtio nomẽ generale eſt ad oñia pertinẽs: vt ſcribit Vlp. de q bus negocij cõtrahẽdi trãſigẽdiq; cauſa cõſentiũt q inter ſe agũt. Nã ſicut conuenire dr̃ q ex diuerſis locis in vnũ locũ cõueniũt ita q ex diuerſis animi motibus conſentiunt: & in vnam ſententiam concurrũt. Adeoq; conuẽtiõis nullũ eſſe contractũ: nullam eſſe obligationẽ: quæ

non habeat in ſe conuentionem: ſiue verbis / ſiue re fiat.

¶ Cõuentus dicit cũ hoies ſimul venerint. Fit autẽ quattuor modis. Vno cũ quẽlibet hoiem ab alio quo cõuentũ eſſe dicimus. Altero cum ſignificatur multitudo ex plurib⁹ hoim generibus cõtracta in vnum locum. Tertio cum a magiſtratibus iudicij cauſa popul⁹ cõgregat. Erant em in prouinciis ſtatuti cõuentus per rectores earũ ad iudicia facienda Vñ Ply. de Hiſpania. Nũc vniuerſa prouincia diuiditur in ſeptẽ conuẽtus. Idẽ li. iii. ſcribit in Bethica fuiſſe iuridicos cõuentus quattuor. Videlicet gaditanũ: cordubẽſem: aſtyſitanũ: hiſpalẽſem. Quarto cũ aliquẽ in locũ frequẽtia hoim ſupplicationis aut gratulationis gratia colligitur. Ponitur interdũ pro cõiugio. Iuue. Cõuẽtũ tamẽ & pactũ & ſpõſalia noſtra Tempeſtate paras.

¶ Cõuentum neutri gñis conuentionẽ ſignificat.

¶ Cõuenticulũ plerũq; in malã partẽ accipit. Hoc eſt p cõuẽtu ſeditioſorũ aut ſceleratorũ. Ci. p Sex. Cõuenticula hoim quę ciuitates nominantur.

¶ Cõuerto & cõuertor p eodẽ accipiunt. Plaut. in Am. Sed tamen fuga in ſe nemo conuertitur.

¶ Cõuexũ curuũ ex oñi parte declinatũ qualis ẽ natura cœli quod ex oñi parte ad terrã verſus declinatũ ẽ. Ver. Aſpice cõuexo nutantẽ põdere cœlũ. Hic cõuexitas ipſa porrectio aduerſus nos. tractũ a cõcauitate nauiũ quę extrinſecus huiuſmodi formã habet: quę alio noſe carinata dicitur.

¶ Cõuiciũ cõtumelia inq t labeo Iuriſcõſultus qua ſi cõuociũ mutata littera a cõcitatione: vel a conuẽtu. i. collatione vocũ. Cũ em in vnũ cõplures voces cõferũt: cõuiciũ dr. Cũ aũt nec in cœtu nec vociferatione dicit: nõ proprie cõuiciũ nominat. Feſtus tñ a vicis in quibus primo habitũ eſt deriuat. Alij dicũt cõuitiũ eſſe maledictũ cum cõtumelia & a vitio deriuari. Ci. Maledictũ aũt nihil habet propoſiti pręter cõtumeliã q̃ ſi petulãtius iactatur conuitiũ: ſin facetius vrbanitas nominatur.

¶ Cõuiciniũ vbi plures inter ſe vicini ſunt.

¶ Cõuictor aris. cõtumeliam dico: vt apud euang. Et qui cũ eo crucifixi erant: conuiciabantur ei.

¶ Cõuiuiũ a viuo fit: de quo Ci. Bñ maiores noſtri accubationẽ epularũ quia vitę cõiunctionẽ haberet: conuiuiũ nominauerunt. Hinc

¶ Cõuiuari cõuiuiũ facere: aut ſimul cibũ ſumere. Ter. in heau. Scortari volũt crebro cõuiuarier. Vñ cõuiuator dicit q parat cõuiuiũ. Cõuiuę vero & cõuictores dicunt inuitati ad cõuiuiũ. Scitũ cõuiuatorẽ appellat Liuius elegantẽ & nitidũ in apparatu cõuiuali. Greçe vt puto melius συμποσιοσεκτου ποινω ποωσω πεποωκα επιορκαι συμ. Suum enim videtur eſſe comeſſatio: vnde & græcus ſermo ſeruatur vulgariter.

¶ Conuictor dicit quotidian⁹ cõuiua & q nobiſcũ viuit familiariter. Hora. Nũc quia ſum tibi mecœnas conuictor. Sue. in Tibe. Nihilo lenior in cõuictores greculos.

¶ Cõuiuale quod ad cõuiuiũ ptinet. Liui. Multaq; conuiualia ex auro & argento vaſa.

¶ Cõuiuiones a cõbibẽdo cõpotores dicuntur.

¶ Cõuoluolus pen. cor. vermiculi genus minoris eruca corrodẽtis pubeſcẽtes vuas quẽ alij voluocẽ appellãt a cõuoluendo q ſe inuoluit in pampino.

¶ Conus ꝓprie nux picea. Col. li. vij. Remedio ſũt cupreſſini quindecim coni: totidẽq; Gallæ: ꝓpter quod geometrę eiuſmodi figuram conũ appellãt. Hinc Conus dicitur curuatura quę in ſũmitate Galeæ prominet ſuper quã criſtę ponunt: licet quandoq; pro criſta ponat: quẽ lingua vernacula pinatiũ vocamus. Et coniferę arbores: quę conos hoc eſt nuces pineas ſimiles ferunt. Ouid. Et coniferæ cypariſſi. Quicquid præterea tali formã eſt. Conoides dicitur. Vnde cupreſſus fœmina Conoides eſt quę in faſtigiũ cõuoluitur. Quidã etiã conum accipiunt pro capitio acuminato. Eſt & conus muſic⁹ Boe. in muſica. Si conum quẽ turbonẽ vocãt quis diligenter extornet.

¶ Κωνοειδης Conoides arbor ferẽs cupreſſos fœmina. Nã a rotunditate in acumẽ leuat.

¶ Coos ſiue cos ſiue coũ ſiue co. Inſula in mari ægeo ſeu vt quidã aiũt in Icario hodo ꝓxima & carię appoſita: quæ olim magna fuit & optime habitata & aſpectu iucũdiſſima ipſaq eo naufragãt. Ambitus eius quingẽtis & quinq; ginta ſtadijs claudit tota fertilis & optimo vino abũdans: Eſt & vrbs eo nomine antiquitus Aſtipalea vocata. Dicta a Coo meropis filia quę ibi regnauit. Strabo ſcribit nouẽ gentes & quinq; millia oppidorũ eſſe quorũ nullũ ſit minus co meropide. Hinc cous a. um. pe. pro. Vnde Hippocrates medicus diuinus & Apelles pictor egregius Coi dicti ſunt: cum in ea nati perhibeantur. Ouid. Si venerẽ Cous nunq; pinxiſſe Apelles. In primitiuo primi corripitur. In ſub urbano Coi æſculapij templum fuit valde inſigne & multis donis opulentũ inter quæ nuda Venus erat: quę poſtea Iulio Cæſari Romę dicata eſt. Sũt qui dicant apud hanc inſulam fieri veſtes tenuiſſimas ad fœminarum ornamentum. Vnde Oui. de arte. Siue erit in tyriis tyrios laudabis amictus. Siue erit in cois coa decere puta Sudas κωσ η ρησοσ οθεν ιωωκρατησο ιατροσ ητισ και μεροπισ λεγεται poſtea alibi ſubdit. κωοσ ωροσ σχιο μομενη αρχιοσ ελυνατο ερλομ ο δε κωοσ εξω.

¶ Copia a con & ope: vel a capio: vt ſit copia quaſi capia: q̃ multa capiat. et in ſingulari q̃dem abũdantiam: eloquẽtiam: facultatẽ: potẽſtatẽq; ſignificat: vt faciã tibi copiã ſpectandi ludos. Ouidi. Añ aut emoriar q̃ ſit tibi copia noſtri. Neq; apud oratores cũ alio verbo iungit. Poetæ cũ dotũgũt Ver. Poſtq̃ introgreſſi & coram data copia fandi. Cũ aliis verbis abundantiã ſignificat: vt magna copia frumẽti auecta eſt. Copia pecuniarũ & copia oſonis. Copia etiã dicit eloquentia quæ cõſtat verborũ copia. In plurali p eodẽ ſignificato q̃q; ſumit. Vt noui copias tuas & oim terũ copias habeo Peculiariter tamẽ ſignificat exercitus multitudinẽ vt copiæ Pompeij: copiæ Cæſaris. Aliquãdo etiã in ſingulari ponitur pro multitudine Põpeius ad Domiti. Nec ſolus cum iſta copia tantã multitudinem ſuſtinere poteris. Idẽ. Etiã atq; etiã hortor vt cũ omi copia q̃ primũ ad me venias. A copia copioſus a. um. pro abũdanti. Copiola dimi. Copio as qđ eſt copias augeo ſiue cogo ſicut lignor aquor: quę ſunt verba caſtrenſia.

¶ Copem veteres ꝓ copioſo poſuerũt. Plau. Atq; ego nũc vt glorioſum faciã & copi pectore. Hinc copona primũ: deinde caupona taberna vinaria. propter copiã rerũ quę ibi venduntur.

¶Coniſcare apud Quintili. ſignificat arietare: & fronte frontẽ percutere. Et ſatiati agni ludunt blandeq; coniſcant.

¶Coppe loc⁹ in grecia apud Orchomenon bœotię iuxta cephiſum amnem qui facit lacum coppa idem nominatum.

¶Cophinus pen. cor. latine corba. Iuue. Cũ dedit ille locum cophino fœnoq; relicto.

¶Copula cuiuſlibet rei duplex numerus. Vnde dicitur copula matrimonij. & copulo coniungo.

¶Coquo is. xi. ctũ. a cogendo: quoniam coctum cogẽdo coerceturyt ad vtilitatẽ veſcẽdi pducatur Et duo ſignificat. coquere. ſ. per ignẽ. Vñ aliquid dicit coctũ: vt carnes coctę. Et maturare. i. maturũ facere. Plyn. Aegreſcũt ſexagenis diebus ſiti maxime anteq̃ fici coquantur autumno. Amb. li. Hexa: Vñ aut arbores germinarent aut frumẽta vel ſata prũperent: vel orta coquerentur: niſi ea interior ignis animaret? Huius compoſita ſunt. Cõcoquo ſimul coqno: ſeu digero. Vnde concoqui dicitur cib⁹ calore ſtomachi. Plynius libro. xxvii. Theophraſtus celerius concoqui dextri lateris incubitu difficilius in ſupinis. Decoquo in totum coquo. Vide alibi. Excoquo perfecte coquo: digero. Hier. con. Ioui. Immolatus eſt pro nobis agn⁹ & aſperſi calidiſſimo rore hyſopi omnem pituitam noxiq; voluptatis excoximus. Columella Proprie cum ait. Vis frigoris excoquit terram. Incoquo coquẽdo applico. Nam cum metallũ aliquod deplũbamus: vel deargentamus: vel deauramus: incoquere dicimus. Vnde vaſa ænea ſtaono ad ignem ilita incoctilia dicuntur. Plyn. Deiñ & argentũ incoquere ſimili modo cœpere equorũ maxime ornamentis: iumẽtorũq; iugis. Proprie tñ incoquere ẽ intus coquere. Verg. li. iiij. Geor. Huius odorato radices incoque baccho. Percoquo valde ſeu pfecte coquo. Plyn. lib. xxiij. Bubulas carnes additi caules magno ligni cõpendio percoquunt. Similiter Diſcoquo. Idẽ li. xxix. Denas virides lacertas in decem ſextariis olei veteris diſcoquunt. Præcoquo ante coquo: vel ante maturo: A quo præcox fructus: & pręcoqua vua dicitur. i. pręmatura. Recoquo rurſus coquo. Plyn. An ſatis recoctum ſit. Et omnia habent pe. cor.

¶Coquito tas: pe. cor. frequentatiuum eſt.

¶Coquina a coquẽdo locus in quo dapes coquũtur: quę & culina a colendo: quaſi colina. Et dũ publica eſt popina dicitur.

¶Coquinari eſt coquinariã artẽ exercere. Plaut. Neq; ego vnq̃ niſi hodie ad bacchas veni in bacchanal coquinatum.

¶Coquus vel cocus: qui cibos coquit ac vendit q & coquinarius dicitur.

¶Coquinarius a. um. quod ad coquinam pertinet Vnde vaſa coquinaria dicta.

¶Coquinaria ę. ars coquẽdi quę ad victũ ſpectant.

¶Cor vnũ eſt ex viſcerib⁹. Nã omnia interiora viſcera dicũtur. In quo (vt inqt Ply.) habitat mens. Et ſcdm Ar. Cor fons ẽ venarũ arteriarũ & ſenſuum. Et ſicut ait Auicẽna. Eſt principium virtutis vitalis: fons vitę: & radix dicitur ab interprete Galenj. Aliqñ tñ accipit pro mẽte. Cic. lib. i. Tuſ. Cor ipſum animus videtur. Vnde concors: diſcors: excors: ſocors: vecors: grauicors: & cordatus.

¶Cordi eſt. i. delectat & placet. Ci. Ideoq; eo mihi magis eſt cordi. Ter. Si hę nuptię ſunt tibi cordi: ideſt iucundę.

¶Corculũ dimi. Plau. Meũ corculũ: meus mollicullus caſeus. Et corculũ acutũ q̃ſi cor ſapiẽs. Feſtus Corculũ dicebãt antiq; ſolertẽ & acutũ. Ci. li. i. Tuſ. Et naſſica ille prudẽs bis cõſul corculũ appellatus Ply. li. vii. Catos corculos apud romanos cognominatos eſſe refert qui ſapientia pręſtiterunt.

¶Cordatus homo. i. inſignis corde & pręſtãs memoria: q ſolertia multa pollet & ingenio quemadmodũ & corculũ. Aug. lib. i. ci. dei. Non itaq; cũ de diis victis illa cõſcriberentur poetis libuit mentiri ſed cordatos homines cogebat veritas confiteri. Lact. li. iii. Non inficior fuiſſe illũ paulo cordatiorem: q̃ cęteros: qui naturam rerum putauerunt ingenio poſſe compręhendi.

¶Cordoliũ cõmiſeratio: & q̃ſi dolor cordis. Plau. Mihi cordoliũ eſt. Idẽ in pen. Vbi tibi erit cordoliũ ſi quam ornatã melius forte aſpexeris.

¶Cordapſus morbus tenuioris inteſtini quẽ iuniores iliacum nominant.

¶Corchorus vile olus apud Plyn. Vnde prouerbiũ contra eos qui magnis honoribus inhiant cũ ipſi ſint nihili κορχοροσεμ λαχανοισ. ideſt corchorus inter olera.

¶Corduba ciuitas hiſpanię Senecę & Lucani pria

¶Corgo aduerbium apud veteres: quaſi ex corde ago: ideſt loquor.

¶Cordus a. um. qđ ſerotina fœtura natũ ẽ: vt cordũ fœnũ autũnale: quod autũno ſecañ. Col. Alũtur oues cõmodiſſime autũnali fœno quod cordũ vocatur. Itidem Corda frumenta dicta ſunt: quæ ſero matureſcunt. Et cordi agni ſerotini: qui poſt tẽpus debitũ naſcunt: quos vulgus vocabulo iñ deducto cordiſcos nominat. Ply. lib. viij. Gerunt partũ diebus. cl. poſtea cõcepti inualidi cordos vocabant antiqui poſt id tẽpus natos. Eſt ergo Cordus cognomẽ eorũ q tarde naſcunt: Vñ apd Sueto. Cordus Cremutius legit. Quo noie etiã dictus eſt alius ſcriptor hiſtoriarũ: quẽ ſequi ſe ait Iul. Capitoli. in vita Gordianorũ. mñ. Quinti. li. i. præcipit ſcrutandas eſſe a ſubtili præceptore origines nominum vnde Agrippa & Oppiter & Codrus & Poſthumius dicañ. Quidam tñ hoc nomẽ per h ſcribunt Chordus.

¶Coralíũ lapis rubei coloris. Am. li. hexa. Quo mõ etiã nõ indecorus lapis coraliũ in mari herba ſcit: ſi in aerẽ tranſferaț lapidis firmitate ſolidetur. Ply. Coralium religioſum imprimis geſtamẽ eſſe exiſtimant amoliẽdis periculis. Gignit in mari rubro & in perſico & circa orchadas inſulas & in ſicilo circa Drepanũ. Forma ei eſt fruticis: color viridis: braccę calidę: ſub aqua & molles exẽptę cõfeſtim duranț & rubeſcũt quaſi cornua. Diaſcorides. Το δεκοραλλιον οπερ ενιοι λιθοδενδρον καλουσει δοκει μεν ειναι φυτον εναλιον. Theophraſtus autem in libro de gemmis. Το γαρ κουραλλιον και γαρ τουθε ωσπερ λιθοσ φυεται δε πολη εν αερι δε λιθοσ γινεται. Hui⁹ nominis quidã primã producũt. Oui. li. iiij. me. Nũc quoq; coraliis eadẽ natura remãſit. Alii breuiant. Claud. Mergit ſe ſubito vellitq; corallia clotho.

¶Coraxis mons qui a ſeptentrione colchidẽ claudit. Eſt & fluuius eiuſdem nominis qui ex mõte ſui nominis oritur.

¶Coram ptępolitio ē: quę cõtrariã habet ſignifi-
cationē a clam: vt Coram ſenatu orationē habui.
Differt tamẽ a palã q̃ corã magis ad perſonas cer
tas: palam ad omnes refertur. Coram indiget adie
ctione: palam nõ indiget. Etiã differt ab ante ocu
los: q̃ ante oculos longe intelligi põt: coram ꝓxi
mitatẽ ſignificat. Ter. in eunu. Quę mihi ante ocu
los coram amatorem adduxti tuũ.

¶Corax a latinis dicit coruus. Ci. lib. de ora. Qua
re corãcẽ veſtrũ iſtũ patiamur. Hinc componitur
nocticorax ſeu nycticorax.

¶Coracinus pe. pro. coruinus. Plynius etiã piſcẽ
quendam coracinum appellauit.

¶Corambla herba quę oculos retũdit: & hebetes
facit. Ideoq; dicta corãbla. Nam κορα pupillã ſi-
gnificat αμβλυσ dicit retuſus & hebes.

¶Corbes: vaſa ex viminib⁹ facta cuiſingularis ẽ
hęc corbis. Ci. ꝓ Sex. Meſſoria ſe corbe cõtexit. di
ctę corbes ſcđm Var. ab eo q̃ ſpicas aliud ve quid
eo corruebãt. Hĩc minores dictę corbulę. Cato vil
licũ dixit habere oportere corbulas amerinas q̃t-
tuor. Col. vero ait. Corbulę decẽmodię trimodiæ
Poteſt etiã eſſe corbis gñis maſ. ſecundũ Priſcia.

¶Corbitę pe. ꝓ. naues onerarię dictę q̃ ĩ eatũ ma-
lo ſũmo ꝓ ſigno corbes ſolerẽt ſuſpẽdi. Plau. Tar
diores q̃ corbitę ſunt etiã in trãquillo mari.

¶Corbonã pe. cor. Iudæi ſacrũ theſaurariũ dicũt
Auctores Ioſephus & Euſebius.

¶Corcira pe. pro. Inſula ĩ Ionio mari olim phę
cia a phęaco dicta: qui genit⁹ fuit e nympha Aeſo
pi filia rapta a neptuno & ad inſulã delata: cui no-
mẽ fecit. Vbi grauida Neptuno peperit phęacũ q̃
fuit pater alcinoi. Luca. li. ii. Hinc late patet omne
fretũ ſeu vela ferant. In portus corcyra tuos ſeu le
ua petatur Illyris. Homerus autẽ libro η ϖαλα
τε εμην εχεμεν και εμοσ γαμβροσ καλεεσθαι
αυθι μεγων οικον δεπω και κτηματα δοιην
εικεθελωμιτε μενοισ. αεκοντα δεσ ουτισερυ
ξει φαιηκων. Ita enim ſemper vocat Homerus.

¶Corinthus vrbs Achaiæ fere in medio Iſthmi
peloponneſiaci ſita. Iſthmos græci vocant angu
ſtias peniſularum inter quas nobilitate peloponne-
ſiacę pręferuntur. Corinthus primo a Siſypho
latrone æoli filio fertur cõdita fuiſſe & corcyra no-
minata: authore Strabõe: poſtea Ephyre. Deinde
euerſa & inſtaurata a Corintho Horeſtis ſeu Iouis
filio: Corinthus eſt appellata olim celeberrima &
ditiſſima. Hęc habet arcem: quę Acrocorinthus di
citur. A corinthus fiunt corinthius & corinthiẽſis
adiectiua: quę ſic ab inuicem diſtinguntur. Corin-
thij ſunt qui corinthum habitant: ſeu qui ex corin-
tho nati ſunt. Corinthiẽſes: qui alibi nati ſunt ſed
negociantur corinthi. Sudas κορινθοσ απο κο
ρινθου του λαραθωγοσ ηατο κυρινθου του
ϖελοποσ.

¶Corinthia vaſa dicunt ex ęre corinthio fabrefa
cta q̃ auro argẽto q̃ cum ipſo ęre cõfuſis fiebant
Namęs corinthiũ maxime laudabat. Vñ factũ eſt
vt omnia vaſa ex ęre elegantia corinthia ſunt ap
pellata propter quæ apud veteres tanto in pretio
fuerũt ęris metalla vt argẽti quoq; atq; auri preciũ
tranſcenderint. Tria aũt ſunt genera corinthij ęris
vt docet Plyn. Candidũ qđ nitore accedit q̃ proxi
me argento. Alterũ in quo auri fuluus color cõſpi
citur. Tertiũ in quo ęqualis temperies omniũ fuit

¶Corinthiacus a. um. qđ ex corintho ē. Oui. li. iii. de triſ. Illa corinthiacis primũ mihi cognita terris

¶Corinthiarius a Suetonio poſitũ eſt pro amа-
tore nimio corinthiorũ vaſorum.

¶Coryciũ le bolze da caualcare. Sudas. κωρυ-
κιον κωρικοσ θυλακιου το ϖαρα ημιν βουλει
διον η πλεγμα δεκτικον αρτου.

¶Coriago morbus quo boues laborãt. Col. lib.
vii. Eſt & in feſta pellis bubulo pecori Coriaginẽ
ruſtici appellãt: cũ pellis ita tergori adhęret: vt ap-
prehenſa manib⁹ deduci a coſtis nõ poſſit. Ea res
nõ aliter accidit q̃ ſi bos aut ex langore aliquo ad
maciẽ pductus eſt: aut ſudãs in opere faciẽdo refri
xit. aut ſi ſub onere pluuia madefactus eſt.

¶Coriũ aĩalũ eſt p̃ſertim eorũ q̃ craſſiorẽ pellem
habẽt ac duriorẽ: quis quandoq; pro quacũq; pel
le dicat etiã reſũ inanimatarũ: & quandoq; tergus
Vergi. Tergora diripiũt coſtis. Apud Plyniũ co-
riũ terręeſt: nõ tam cutis eius facieſq; ſumma q̃ te-
ctoriũ & ſtatumẽ quoddã craſſius: cui & aliud quo
q; ſubeſſe põt coriũ. Nã in parietib⁹ ſtruẽd is ordi-
nes ipſi laterum coria a Vitruuio dñr: hoc eſt quæ
vulgo turba opificum appellat curſus. Dicitur &
cortus maſ. gñe. Plau. in Pe. Heri in tergo meo tris
facile corios cõtriuiſti bubulos. A coriũ fit exco-
rio as. quod eſt corium detraho.

¶Coriarius: q̃ coria cõcinnat pręſertim craſſiora.

¶Corycũ pe. cor. nomẽ ē vrbis & mõtis excęlſi in
cilicia optimũ crocũ ferẽtis. A quo coricius a. um.
vt crocũ coriciũ. Mar. Quod de coricio quę venit
aura croco. Coricus etiam portus.

¶Coriza morbus cũ humore obturatur naſus: la
tine grauedinem vocant.

¶Corycei dicũt curioſi. Ci. ad Atticũ. Oẽs em̃ co
rycei ſubauſcultare vident quod loquor. Nã tota
coryci mõtis aſiatici: ſeu vt quidã dicũt promõto
rij in creta pręternauigatio latronibus plena fuit:
qui diſperſi per portus ad mercatores furtim acce-
debant & ſubauſcultabãt quid terũ ferrent. & quo
nauigarent poſtea illis diſcedentibus adoriebatur
eos: ac deripebant. Ex quo factũ eſt: vt oẽs curio-
ſa: & ſecreta auſcultantes corycei dicerentur: Et in
prouerbio diceretur. Huncergo coryceus auſculta
uit: cuius cõſilia ſecreta patefacta ſunt.

¶Crythi pe. pro. ſunt thecæ arcuũ ſiue ſagittarũ
q̃uis ſagittarum proprie dicantur pharatræ: q̃uis
Nonius corici legat. Sta. li. ix. the. Cœleſtibus im
plet corython telis.

¶Corythus pen. cor. oppidũ Thuſcię prope Are
tiũ in paruo colle eiuſdẽ noĩs ſitũ a corytho Rege
poſitũ. Ver. li. ix. Nec ſatis extremas corythi pene
trauit ad vrbes. Quidã hæc duo nomina, ſcribunt
cum h in principio Chorytus.

¶Cornelia Romana Gracchorũ mater & maio-
ris aphricani filia: quę a Val. maxĩo laudat q̃ ma-
tronę cãpanę ornamẽta ſua pulcherrima oſtentan
ti: nõ aurũ nõ gẽmas, nõ deniq; veſtes oppoſuerit
ſed liberos: q̃ maxima ſunt matronarũ ornamẽta.

¶Cornaę. nomẽ eſt duarum vrbium.

¶Corn⁹ fœ. gñis tã quartę q̃ ſecũdę declin. ſcđm
Priſ. Hęc ramos hẽt duricie & rigiditate corníb⁹ ſi
miles fructũ circa ſolſtitia facit primo cãdidũ poſt
ea ſanguineũ. Ver. li. ix. Cõiecto ſternit iaculo vo-
lat itala cornus. i. telũ ex corno factũ. Cornũ gñis
neutri fructus. Idem Baccę lapidoſaq; corna.

¶Corneus a.um.quod à corno eſt. Plau. Durã ac corneam virgam. Poteſt etiam eſſe a cornu deductum nomen. Vnde hyberne coronæ corneę dictę ſunt quoniã negante tũ flores terra laminis e cornu tinctis fieri ſolebant.

¶Cornetũ locus vbi ſunt frequentes corni: ſicut a pino pinetum.

¶Cornu cornũ & hic cornus ſecundũ Priſ. A cuuore vt inqt Var. Ply. Dẽtes mobiles cõfirmat cerui ni cornus cinis. Omnibus fere caua ſunt cornua ceruis tantũ ſolida: & ſingulis annis decidua. Hic fiunt vnicornium: bicornium: tricornium. quadricornium. Per tranſlationẽ cornua fluminũ dicunt flexus curuitates alueorũ: q; multis in locis ad cornuũ ſimilitudinẽ flectant. Itẽ cornua antẽnaiũ ſignificãt vtranq; partem antẽnę. Ver. Cornua velatarũ obuertim⁹ antẽnarum. Simi'iter in prœlio Cornua dicunt vtraq; pars exercitus. In exercitu eñ eſt dextrũ & ſiniſtrũ cornu: & quod inter vtrũ q; eſt dicit mediũ. Itẽ cornu genus eſt tubę obtortę: a quo cornicines dicti ſunt.

¶Cornicen pe.co. qui cornu canit. Iuue. Quadraginta dedit gracchus ſeſtertia dotem Cornicini: ſiue hic recto cantauerit ere. Dictũ ita quia qđ nunc ex ere eſt: tunc fiebat bubulo cornu.

¶Corniger pe.cor. gerẽs cornua. Vñ bacchus corniger dict⁹ eſt: qa ſimulachro liberi patris cornua adiiciebantur: q; vini inuentor fuerit homines eñ nimio vini potu truces redduntur.

¶Cornigenus a.um. qđ eſt ex gñe cornua habentiũ: ſicut caprigenũ quod ẽ ex genere capratũ.

¶Cornipeta pe.cor. aĩal qđ cornib⁹ petit. i. ferit.

¶Corniculũ dimi. a cornu. Quo etiã noſtre vocatũ eſt oppidũ iuxta Tarquinios: a quo oppidani corniculani appellati ſunt.

¶Cornipes pe.cor. aĩal pedes habẽs: ſicut equus & capra: & huiuſmõi vnguiũ aut pedũ aĩalia. Oui. lib.ii. faſto. Cornipedi fauno cęſa de more capella. Nam Faunus caprinos pedes habere fertur.

¶Cornutus a.um. qđ habet cornua vt facies Moyſi cornuta erat. Põt etiã dici cornutũ qđ ꝓcedit ex cornu. Mar. Occubuit tandẽ cornuto ardore potitus: Cornutę quadrupedes a veteribus dicebantur elephanti. Nam qđ in his dentes multi dicunt cornua ſunt. Sed mirũ eſt quod ſcribit Sudas de Cornuto: & dicit duos mirabiles viros fuiſſe: vnum Liuium & Cornutum.

¶Cornicularius nomẽ eſt ordinis in militia: ſicut cõmentariẽſis & accẽſus. Docet Aſco. perinde ac cornicularius a corniculo ſic inclinet: vt a cornu cornicen. Nam qui corniculo militabat: is cornicularius dicebat. Liui. li.x. ſcribit Papiriũ cõſulem equites oẽs ob inſignẽ in bellis operã donaſſe corniculis armilliſq; argenteis: tanq̃ cornicula ſint inter donatitia ornamenta militaria

¶Cornix auis q̃ dux auiũ eſſe dicit. Vñ & cornices accipi ſolẽt pro iis q ſe ſapiẽtiores ac duces aliorũ videri volũt. Vñ Hiero. in quodã prologo vtit: & Cicero pro Murena. Hui⁹ dimi. eſt cornicula. Hier. ad Paulinũ. Malo alieni operis interpres exiſtere q̃ (vt quidam faciunt) informes corniculæ alienis me coloribus adornare.

¶Cornicor pe.pro. deponẽs: ſignificat more cornicum garrio. Perſius. Neſcio quid tecũ graue cornicaris inepte.

¶Corona eſt: quã greci στεφανον vocant: a nĩis olim ſtrophia a στροφειν quod eſt vertere. Poſtea per diminutionẽ ſtrophiola appellata: deinde a ferendo ſerta. Et cũ videa t corona a choro dici: caret tñ aſpiratione. Fuerũt aũt apud Romanos diuerſoq; generũ coronę in magno pretio habitæ. ſ. trũphalis: quæ fiebat ex lauro: & triumphanti dabat: quoniam ea arbor præcipue eſt lætitię victori arũq; nuncia. Obſidionalis quam liberati ab obſidione dabant ei qui ipſos liberauerat ex grãmine decerpto inde vnde obſeſſos ille ſeruaſſet. Nam vt ait Plyn. ſummum apud antiquos ſignum victoriæ erat: victos porrigere herbam e terra. Ciuica: quam ciuis ciui a quo ſeruatus eſt in prœlio teſtem vitę ſalutiſq; perceptę dat. Et hæc huiuſmodi erat Primo illignea poſtea magis placuit ex quærcu: quia ante cauſa vitę in hac arbore hominibus fuit qui glandibus veſcebantur. Etiam ex ilice. Muralis erat qua donabatur ab Imperatore qui primus murum ſubijt: inq; oppidũ hoſtium per vim aſcẽdit: & aurea erat. Vallaris: quæ & caſtrenſis dicitur ſimiliter aurea habens inſigne valli: hac donabatur: qui prim⁹ hoſtium caſtra pugna introiuit. Naualis quoq; aurea. quaſi roſtris auũ inſignita: qua donari conſueuerat: qui primus maritimo prœlio in nauem hoſtium vi tranſilibat. Oualis myrtea erat: qua vtebantur Imperatores: qui ouantes introibant ciuitatem: quando bellum leuiter: & ſine cruore perfeciſſent. Corona etiam dicitur ornamẽtum muliebre. Horatius lib.i. car. Et ſcindet hærẽtem coronam crinibus. Et corona ponitur pro cõuentu hominũ circũſtante. Item pro circulo circa lunam. Item pro ſigno cœleſti Ariadnę Minois filia: q̃ cõuerſa eſt a baccho. Ver. li.i Ge. Cnoſiaq; ardentis decedat ſtella coronę. Ferũt ariadnam coronam dono accepiſſe a Theſeo: inde nupſiſſe libero patri: & poſt eius mortem liber pater coronam in cœlo collocauit. Alij dicunt hanc coronam dediſſe bacchũ Ariadnę cum ad Minoem in creta venit: Alij dicũt coronam fuiſſe datam a Venere bacho in nuptijs deorum. Hęc cancro & leone exoriente occidit: exoritur cum Scorpio nonis Octobris: habet ſtellas nouẽ in rotundo diſpoſitas.

¶Corolla dimin. parua corona. Proper. Me iuuet externis poſitum languere corollis

¶Cornoula ſimiliter dim. Hie. li. iii. ꝑ. Et ſculpturæ inter iuncturas & inter coronulas.

¶Corono nas. coronã capiti impono.

¶Coronarius rij. qui coronas cõficit. Plyn. Factũ id eſt ex ingenio Glycerę coronarię dilectę illi. Coronarius a.um. quod ad coronas ptinet. Vnde aurum coronarium.

¶Coronamentũ coronarũ multitudo. Ply. Attiagppe coronamẽtis referta. Aliquãdo accipit pro floribus frõdibuſq; & alijs ex quibus coronę fiunt Idem in hortis ſeri & coronamenta iuſſit Cato inenarrabili florum maxime ſubtilitate.

¶Corolarium (auctore Varrone libr. i.) ſignificat id quod additũ eſt præterq̃ quod debitũ tanq̃ auctariũ quoddam & id quod ſupra menſurã vel põdus iuſtũ adijcit: a corollis nomẽ deductum q; ea cum placuerant auctores in ſcæna dari ſolitæ ſint Vnde & corolaria dicũtur ipſę coronę. Sue. in Aug. Itaq; corolaria & premia alienis quoq; muneribus ac ludis & crebra & grandia de ſuo offerebat

Plyn.lib.xxi. Paulatim & Romæ ſubrepſit appellatio corolis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & corolariis poſtq̃ lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur. Cic. in frumentaria. Noli hos colligere qui nũmulis corrogatis de nepotum bonis ac de ſcenicorum corolariis decimã emerunt. Hęc autẽ cum pretij parui forent factũ eſt vt corolariũ p̃ re leuiori accipiatur. Apul. ſymbolicos corolariũ vocauit poſticũ concubitũ cum ait. Mihi iam fatigato de propria liberalitate photis puerile obtulit corolarium.

¶Corone vrbs in peloponeſſo Meſſeniorũ a qua coronæus ſinus dictus eſt.

¶Coronea vrbs eſt in bœotia. Papi. Meſſe coroneam baccho gliſſanta colentes.

¶Coronis.idis. roſtrum nauis: finis: extremitas: apex: cornu: arcus: & huiuſmodi.

¶Corpus nõ ſolum pro maſſa compacta ex artubus & membris. Sene. Corpore truncato caput abeſt. Sed etiam pro ſola carne ponitur. Cic. Gallio. Ego hic cogito cõmorari quoad me reficiam: nam & vires & corpus amiſi. Mar. vtranq; ſignificationem poſuit. Viuebant laceri membris ſtillantibus artus: Incq; omni nuſq̃ corpore corpus erat. Hinc corpulentos dicimus obeſi corporis homines. Et corpus dicitur quod eſt cõpoſitũ ex materia & forma. Corpus (inquit Hiero.) q̃q̃ caro dicatur: interdum tamẽ æthereum vel aerium nominatur quod tactui viſuiq; non ſubiacet: & plærunq; viſibile eſt atq; tangibile. Vnde Apoſtolus corpora cœleſtia appellat & corpora terreſtria. Cœleſte corpus ſolis lunæ ſtellarum. Terreſtre ignis aeris terræ aquæ & reliquorũ quæ abſq; anima his ſentiuntur elementis Corporũ tria genera Põpo. eſſe affirmat. Vnũ quod vna ſpecie continetur: vt homo lignũ lapis. Alterũ quod ex cõtingentibus hoc eſt pluribus inter ſe cohærentibus conſtat: vt ædificium nauis armarium. Tertium quod ex diſtantibus compactũ eſt: vt puta ex pluribus corporib⁹ vni nomini ſubiectis: vt Populus Legio Grex. Hinc Corporeus. a. um. quod eſt ex ſubſtãtia corporis: vt lapis. Ediuerſo Incorporeum: vt virtus.

¶Corporale quod eſt vel habet corpus. Incorporale contrarium.

¶Corporo. as. interficio: & corpus ſine anima relinquo. Ennius. Corpus cõtemplatur vnde corporet vulnere. Hinc fiunt compoſita Concorporo & Incorporo.

¶Corporatura: corporis quãtitas hoc eſt habitus & ſtatus ipſius corporis. Vege. lib. i. ſcribit corporaturam boni tyronis implere ſex pedũ longitudinem. Col. lib. vij. Habilis enim & modica corporatura pecoris operarij debet eſſe: neruiſq; & muſculis robuſta nõ adipibus obeſa. Victr. lib. vi. Sed ex cœlo roſcidus aer in corpora fundens humorẽ efficit ampliores corporaturas.

¶Corporatio idem quod corporatura. Col. li. vij. Cuſtodiendũ eſt ne incorporatiõe vel ſtatura vel viribus impar cum valentiore iungatur.

¶Corrado. is. pe. p. ſimul ſiue totum rado: aufero vendo alieno. Terẽ. in Heau. Nihil relinquo in ædibus nec vas: nec veſtimentũ: corraſi omnia. i. vendidi vel alienaui. Lactã. lib. v. Non propter humanitatem quæ nulla in his erat: ſed vt omnia cupiditatis & auaritiæ inſtrumenta corraderent.

¶Corrigo. is. penul. correp. ex con & rego ſignificat emendo. Lactã. lib. iiij. Anteq̃ mores aliorum corrigas: tuos corrige.

¶Corripio. is. pe. cor. præhẽdo. Multi emẽ corripiuntur: qui tamen nõ corrigũtur. Aug. lib. pri. de ciui. dei. Ea ipſa tamẽ quæ cũ eis nõ perpetrant nolunt plærunq; corripere cũ fortaſſe poſſint aliquos corripiendo corrigere. Proprie autem corripere eſt aliquid celeriter rapere. Virg. Hic arcũq; manu: celereſq; ſagittas corripuit. Adaptatur hoc verbũ ad omnes actus humanos: vt corripitur ſomno corripitur febribus & multa alia huiuſmodi.

¶Corrumpo is. contamino: vitio deſtruo. Et tam ad animũ q̃ ad corpus refertur. Vndẽ corruptor & corruptela. Teren. in Adel. Piſces ex ſententia nactus ſum hi mihi ne corrũpantur, cautio eſt. Lactã. libro. iiij. Cœleſtes litteras corruperunt vt nouam ſibi doctrinã ſine vlla radice ac ſtabilitate componerent. Aliquando corrumpere eſt ſubornare inuitare & illicere. Plyn. lib. vij. Aduerſis ſtudijs copta odorum corruptum criminantibus.

¶Corruda. pe. prod. ſyluestris aſparagus vocabatur. Cato. In harũdineto corrudã ferito vnde aſparagi fiant. Var. lib. pri. rei ruſt. Item olera quę arida loca ſequuntur ſic: vt vmbroſis locis alta ſeras vt corruda non noceat q; ita petit aſparagus.

¶Cors cortis. Vide in dictione Cohors.

¶Corſica. penul. cor. inſula: quæ vt docet Strabo diſtat a Sardinia ſtadijs ſexaginta. Hãc greci Cyrnum appellant. Hæc maligne colitur q; aſpera ſit: & multis in locis inacceſſibilis. In ea ſunt caſtella Bleſinr. Carax: Emicome: Vapanes. Huius inſulæ longitudinem afferunt milliaria centum ſexaginta. Latitudinem ſeptuaginta. A Cyrno Herculis filio dicta eſt Cyrn⁹: vt placet Fabio pictori. A Corſica vero muliere cuius tautus cum ex continẽti in inſulam tranaſſet nomen quod habet rettulit. Scribit Strabo libro quinto. Captos a Romanis inſulę huius alpeſtres in admiratione fuiſſe q; diri hiſpidi inhumani ferino aſpectu viderentur. Hanc Romanis Mauri abſtulere: quam poſtea ademarcus in claſſe Genuenſi imperator recepit.

¶Cortina. penul. cor. multa ſignificat. Nam Cortinę ſunt vaſa in quibus pigmẽta coloreſq; coquũtur: quibus lanæ tinguntur: & vela pinguntur immerſa. Ply. lib. xix. Fere die liquatis cortina velis elutra tum mergitur in experimentũ. Et lib. xxxv Hoc cum fecere nõ apparet in velis: ſed in cortina pingi: mirumq; cum ſit vnus in cortina colos ex illo alius atq; alius ſit in veſte accipientis medicaminis. Ser. accipit cortinã pro tripode Apollinis vnde oraculum. Vel q; Apollinis tripos corio pythonis ſerpentis tectus ſit: vel certa illic reſponſa fundantur: quaſi certina. Virg. Neq; te Phœbi cortina fefellit. Vel quia illic cor vatis tenet. Illuc em̃ raptæ phœbades vaticinabantur. Cum autem hæ cortinæ Apollini delphico antiquitus dicarentur alio nomine Delphicæ ſunt nuncupatæ. Plyn. lib. xxxiiij. Ex ere factitauere & cortinas tripodum nomine delphicas quando donis maxime Apollinis delphici donabantur. Var. lib. iij. Cortina dicta eſt quod eſt inter terram & cœlum a ſimilitudine cortinæ Apollinis. Ea a corde q; inde ſortes primũ extimatæ. Cato. Cortinã plumbeam accipit pro vaſe quo oleum fluit: vbi oleum in torculario facto-

tes premunt. Ait enim Cortinam plumbeam in la cum ponito quo oleum fluat. Item Cortinę dicun tur aulæa & vela ad locum contegendū provt ver nacula lingua appellitam⁹. Vnde Hieron⁹. apud Exodum. Decem cortinas facito de byſſo retorta. Hæ etiã velaria ſeu velares a velis dictæ ſunt. Nam velum. plagę & ſtragula inter ſe germana ſunt. Itẽ locus velatus in theatro ex quo egrediuntur recita tores & mimi. Virg. Magni cortina theatri.

¶ Cortinale a cortina: ſumitur ꝓ loco in quo ſunt cortinæ: hoc eſt vaſa quib⁹ ſapa decoquitur. Col. lib. pri. Cortinale vel defrutum fiat: nec anguſtum nec obſcurũ ſit: vt ſine incõmodo miniſter: qui ſa pam decoquit verſari poſſit.

¶ Cortex tã maſculini q̃ fœminini generis eſt ve luti corium cuiuſcꝫ rei: vt in arboribus liber: & in cę teris rebus cruſta quædã ad tegendũ data. Nam co rium proprie animaliũ eſt. Ouid. li. pri. Meta. Sen tit adhuc trepida renouo ſub cortice pectus. Huius diminutiuũ eſt corticula. Columel. Corticulis teſo lutis. Hinc decortico. as. & Excortico.

¶ Cortona: ciuitas tuſciæ a qua cortonenſes. Dio nyſius vocat eam cortoniam quia inde cortonien ſes formauit. Hæc ante Corton dicebatur. Liu. lib. ix. Itaqꝫ a Peruſia & Cortone & Aretio: quæ ferme capita hetruriæ populorum erant.

¶ Corybantes a pupillis oculorum ſiue genis di cti ſunt. Græci κορυβαντιαꝫ eos dicunt qui ad ſi militudinem leporum oculis patentibus dormiũt quod etiã quidam corybantire dixerunt. Qui cum cuſtodes Iouis eſſent non modo excubare ſed etiã apertis oculis dormire cogebantur. Iuuenalis. De cõuiua corybanta videbis. Hi in Ida monte phry giæ ſaltando & cantando ſacra cybeles faciebãt & ſacerdotes exciſis teſtibus degebant. Dicti corybã tes ꝓ κορυβαντιαꝫ eos græci dicunt vt Strabo dicit qui capita ſaltando iactant furiſſꝫ agitentur Diodo. Corybantum ſcribit Iaſonis & cybdes fi lium fuiſſe ac ſimul cum Dardano ſacra matris de um in phrygiã detuliſſe eoſꝫ qui in ſacrificijs eius deæ incumbere voluerunt de ſuo nomine appellaſ ſe. Alij a Galea dictos volunt quę græce κορυσ di citur ꝓ galero quodam capita tecti inſaniendo lu derent. Sudas. κορυβαντεσ ενιοι τουσ κουρη τασ και τουσ κορυβαντασ τουσ αυτουσ υπει ληφασιμ. ησαν δε διοστροφεισ ουτοι και φυλακεσ τινεσ δε αυτουσ δεκαφασιν αλ λοι εννεα. ησαν δε τησ ρεασ παιδεσ και κο ρυβασο αυτοσ τοισ κουρησιν οι ησαν του διοστροφεισ και διδασκαλοι και τησ ρεασ παιδεσ.

¶ Coridalus penultima correpta græce κορυδα λοσ auis eſt a galea dicta: κορυσ enim latine ga lea. Vnde etiam noſtri galeritam niſi potius a gale ro & alaudam dicunt.

¶ Corydalla vrbs lyciæ.

¶ Corus ſine h. ventus occidentalis græce Arge ſtes dicitur: qui contra aquilonem flat. & producit primã. Iuuena. Atqꝫ habitas coros ſemper tollen dus & hauſtro. Quãdoqꝫ mutamus o in au & Cau rus dicimus. Virg. Semper hyems: ſemper ſpiran tes frigore cauri. Et Corus eſt menſuræ genus qua dragintaquinqꝫ modios continẽtis: modius vero capit vigintiduo ſeſtertia. Chorus cum h. conuen tum & multitudinẽ ſignificat & veluti coronam eo rum qui ad ludos conueniunt: ſiue ſaltantium atqꝫ canentium. Nam multorum vocibus & concentu conſtat: vt Seneca & Macrobius tradunt. Et apud priſcos ex ſeruis ſymphoniacis cõparabatur. Vn de apud Iuriſconſultos libro tertio de legatis. Si chorus legetur. perinde eſt ac quaſi ſinguli homi nes legati ſint. Hieronymus. Vbicunqꝫ chorus eſt ibi diuerſæ voces in vnum canticum congerũtur. Quomodo enim diuerſæ chordæ vnã vocem effi ciunt cantici: ſic & diuerſę voces cum ſimul fuerint congregatæ chorum domini efficiunt. Et a χαρα ſecundum Platonem libro ſecundo de leg. quæ eſt lætitia deducitur. Feſtus a corona deriuat: habetqꝫ primam correptam. Virgilius libro ſexto. Veſcen tes lætumqꝫ choro pæana canentes. Idem. Omnis quã chorus & ſocij comitentur ouantes. Hinc Cho rea & choraules. Hieronymus ad Dardanum ſcri bit Chorum eſſe muſicum inſtrumentũ ex ſimplici pelle cum duabus cicutis æreis ꝙ per primã inſpi ratur: & per ſecundam vox emittitur.

¶ Coruſcare non ſolum ſplendere ſed etiam vibra re ſignificat. Virgil. Talia vociferans ſequitur ſtri ctumqꝫ coruſcat mucronẽ. Et Criſpare. Idẽ. Tum ſyluis ſcæna coruſcis.

¶ Corylus penultima correpta. arbor & fructus a noſtris dicitur Auelana. Virg. lib. ij. Georg. Plan tis eduræ coryli naſcuntur. Coryletum locus con ſitus corylis. A Corylus etiam Columna opera di cta ſunt ex corylo arbore facta.

¶ Corymbi: vuæ hederarum quibus coronabatur bacchus. Tibullus. Sed varij flores & frõs redimi ta corymbis.

¶ Corynephoros: latine dicitur clauam ferens.

¶ Cos cotis. fœminini generis lapis quo cultri a cuũtur. Proprie tamen cos ſiue cotes cauteſve dici tur ſaxum aſperum atqꝫ abruptum. Virgilius. Q̃ ſit dura ſilex: aut ſtet marpeſia cautes. Sed qđ nos cotem vel cautem dicimus: Græci ακονην dicunt in vtroqꝫ ſignificato. Hinc Cotes ſiue Aconas ole arias & aquaticas dicimus: ꝙ illas ad ferrum oleo: has aqua madefacimus. Eſt & Cos nomen ciuita tis ſeu inſulæ: de qua ſupra in dictione Coos. Hui⁹ diminutiuum eſt coticula: de quo infra. Et compo ſitum Decotes.

¶ Coſſi vermes in ligno editi qui apud phryges & in ponto pro delicatiſſimis cibis ſumuntur. Hiero nymus cõtra Ioui. In ponto & phrygia luxuria eſt comediſſe xylophagion ita enim appellat coſſos vermes obeſos ex lignorũ carie naſcentes qui apd illos a⁹ patrefamilias in magnis redditibus compu tantur. Sic Plyni⁹ lib. xvij. Luxuria coſſos dobo rum delicatiores adhibere in cibo. A ſimilitudine horum coſſorum homines rugoſi corporis ab an tiquis coſſi dicti ſunt. Vnde & Coſſutiorum fami lia apd Romanos dicta eſt. Ex qua Coſſutia vxor Cæſaris. cuius meminit Suetonius in vita Cęſaris. Sic Coſſuuij & Coſſuuiani.

¶ Coſmus nomen proprium & latine dicitur orna tus & mundus. i. orbis a κοσμεω orno & decoro. Ponitur interdum pro ipſo vnguẽto: quo quis or natur. Martia. Qui coſmi redolẽt alabaſtra focię deorum. Fuit enim Coſmus nobilis vnguẽtarius: a quo vnguenta coſmiana dicta ſunt. Petronius. Affert nobis inquit alabaſtrum coſmiani. Coſmi cus adiectiuũ idem quod mundanus: & Microcoſ

mus paruus mundus:quo nomine vtitur Aríſtoteles pro homine.
¶Coſmographia cum accentu in penultima mundi deſcríptio. Coſmographus penultima correpta deſcríptor mundi.
¶Coſmeta.pe.prod.ornator:ſiue ancilla ſeruiens dominæ ad ornatum. Iuuena. Ponunt coſmetę tunicas. Et coſmeta imperator dicitur.
¶Coſtus fœminí generis: & coſtum radíx magni odoris:ſeu arbuſcula aromatica.Hiero.con.Iouí. Quomodo autem virginitati animę non præiudicat imitatio virginum diaboli: ita & verís ieiunijs coſtum iſidis & cybelæ & quorundam ciborum in æternum abſtinentia.
¶Coſta.Virgil.Et pede ſubigit terram fricat arbore coſtas.
¶Coſyros.pe.cor.nomen inſulę ſiculæ. Vnde Coſyrij dicũtur. Coſyra vero vnde coſyrei aphricana inſula eſt. Sunt tamẽ qui vnã inſulã eſſe velint.
¶Cotiæ: alpes dictæ ſunt a Cotio rege qui perdomitis gallis eas extruxit molib⁹ magnis compendiarias & viantibus oportunas.
¶Coticula diminutiuũ eſt a cote licet non ſeruet ſignificatum primitiui. Non enim eſt parua cos:ſed lapis quo fit auri vel argenti experimentum.Modicus quidem eſt & raro quaternas vncias longitudinis:binaſq; latitudinis excedens.
¶Cotile.pe.cor.grece κοτυλη omne concauum: poculi & menſuræ genus:ſextarius: iunctura coxę cum natibus:& pondus nouem vnciarum.
¶Cotylum ſcribit Strabo vocari locũ in Ida mõte. Vnde Scamandri & Granici & Aeſopi fluminũ origo.xv.mil.paſ.a ſcepſi:& inde nomen cotylo quaſi conceptaculum & acceptabulum ſignificet.
¶Cotyla eſt vas ſiue poculũ ad potãdũ:quo Diogenes cynicus vſus eſt anteq̃ vidiſſet puerum manu concaua bibentem.
¶Cotidie q̃uis a quoto & die componatur: per c. & non per q. ſcribendum eſſe quidam exiſtimant: quia tanta eſt affinitas inter c.& q.vt q.in c.mutari facile patiatur.vt ſequor ſecutus: loquor locut⁹. quis cuius.Vnde Quintilianus lib.pri.Inſti. Frigidora his alia:vt quicquid c.quartã haberet ne interrogare bis videremur:& quotidie nõ cotidie vt ſit quot diebus.Verum hęc iam etiam inter ipſas inceptias euanuerunt. Victorinus quoq; libro de orthographia per c.capitalem litteram ſcribere præcepit ſic inquiens. Cuis enim cocus a coquendo. & cotidie a quoto & die deriuata ſint:per c. & non per q.ſcribenda ſunt.
¶Cotones.pe.cor. a coton portus in mari arte & manu facti. Qui etiam Cotonía ſecundum Seruiũ dicũtur. Coton etiã nomen vrbis eſt in ſyría aqua hæc cotana vel coctana pluralis tantum numeri dicta ſunt pro quodam ficus paruę genere. Mar. Paruaq; cum canis venerunt cotana prunis. Plyn.lib. xiij. Syria in ficorum genere habet carycas & minores eius generis quæ cotana vocant.
¶Coturnix:auis aduena terreſtris magis q̃ ſublimis noſtri qualeã dicunt græce Ortyx. Vñ ortygometra. Dicta coturnix auctore Feſto a ſono vocis
¶Coctonum:nõnulli bambatium:vulgares indoctí bombicẽ.litterati xylon: ſiue goſſipion appellant genus illud lini candidiſſimũ ex ægypto.
¶Cothurni.tragica calciamenta quibus calciantur tragœdi qui in theatro dicturi ſunt alta voce. Sudas.κοθορνος υποληημα αμφοτερο δεξιον Eſt autem calciamẽti genus humile in modum crepidarum. ſed tale eſt vt dextro & leuo pedi conueniat. Aliquando capitur pro calciamento ſubleuato ſubere quo mulieres grandiores appareãt. Iuue. Si breue parui ſortita eſt lateris ſpatium breuiorq; videtur:Virgine pygmea nullis adiuta cothurnis. Aliquando pro alto dicendi genere. Virgilius. Sola ſophocleo tua carmina digna cothurno. A Cothurnus fit Cothurnatus.a.um. Mar. Grande cothurnati pone maronis opus.
¶Couinum rheda. Vnde Couinarius eques a Tacito nuncupatur qui ex equo couino depugnabat. Sunt qui equos couinafrios cataphrattos intelligunt. Idẽ in vita Agricolæ. Modia campi couinarius eques ſtrepitu ac diſcurſu complebat.
¶ Diſtillo. as. a quo Diſtillatio: quã græci catharrũ coryzam vel branchum vocant.

¶ Diſtineo. es. pe. cor. varie ſiue diuerſis rebus cauſis vc impeditũ teneo. Ci. Mario. Nos hic multitudine & celebritate iudiciorũ & nouis legibus ita diſtinemur: vt quottidie vota faciamus ne intercaleſ: vt q̃primum te videre poſſimus Et diſtinere arcere repellere. Vir. li. xi. Dũ diſtinet hoſtẽ Agger murorũ neq; inundant ſanguine foſſæ.

¶ Diſtare ſignificat differre Lact. li. ij. Alioquin inter deũ hoĩemq; diſtaret nihil: ſi conſilia & diſpoſitiones illius maieſtatis æternæ cogitatio aſſequereſ humana. Item Abeſſe. Ply. Quod circiter quinq;

millia paſſuũ diſtat ab vrbe. Hinc Diſtantia: q̃ modo differentiã: modo interuallũ ſignificat.

¶ Diſtito.as.pe.cor. frequẽtatiuũ. Col.li.viij. Diſtitent inter ſe aliquãto ſpatio ne in colluctatiõe alter alteri noceat.

¶ Diſtinguo is. diuido. Col.li.i. Sed & lateribus diſtingũtur granaria vt ſepatim q̃q; legumina ponãt

¶ Diſtringo valde ſeu varie ſtringo. Ci.lib.iij.offi. Fraus diſtringit nõ diſſoluit periuriũ. Quãdoq; de ſtrico ſeu radendo ſordes detergo. Vnde diſtringẽtes vocamus qui ſe poliũt & ſordes corporis radũt Id quod fere poſt quietẽ ſolẽt oẽs. Ply. de Liſippo. Plurima ex omnibus ſigna fecit fœcundiſſimæ artis inter quę diſtringentem ſe. Mar. Pergamus has miſit curuo diſtringere ferro. Non tam ſæpe teret lintea fullo tibi. Quandoq; ſignificat intendere mitari Tractũ a gladiatoribus qui contra aduerſarium ſuũ enſem ſtringunt. i. nudãt. Ci.li.iij.offi. Atille vt ingreſſus eſt confeſtim gladium diſtrinxit iuraq; ſe illum ſtatim interfecturũ. Quandoq; colligere. Col.li.vlti. Sereno cęlo manibus diſtringi oliuam oportet & ſubſtratis tegetibus aut cannis cribrari & purgari. Hier. Amos propheta paſtor & ruſticus mora ruborũ diſtringens: paucis verbis explicari nõ poteſt.

¶ Diſtraho diuerſe traho diuido. Teren. Q̃ ſi eo meæ fortunę redcũt abſtet vt diſtrahar. Virg.lib.vi. Turbatis diſtractus equis. A pul. per trãſlationem li.i. de Aſi. poſuit pro vendere. Caſeus recens erat & ſciti ſaporis admodũ cõmodus pretio diſtrahi. Item ponitur pro componere ſedare finire. Sue. in Cæſa. Apud eandẽ longo tẽpore ſacrificare: vota ſuſcipere cõtrouerſias quaſdam interpoſito per Cę ſatem iureiurando diſtrahere perſeuerauit.

¶ Diſtorqueo es. diuerſe torqueo. Ter. in Eu. Ah illud vide os vt ſibi carnifex diſtorſit.

¶ Diſturbo diſijcio. Ci. pro domo ſua. Etiam ſe videre diſtrahi a cõplexu ſuorũ: diſturbari tecta: diripi fortunas.

¶ Dito.as. a dis. ditis fit. ſignificatq; ditem facio.

¶ Diteo.es. diues ſũ. a quo Diteſco diues fio. Aug. li.i. ci. dei. Vt bonus ſeruus magnas facultates haberet ipſam dñi voluntatẽ cui pediſequus mente diteſceret: nec contriſtaretur ijs rebus viuẽs relictis quas fuerat cito moriens relicturus.

¶ Dithyrambus. vir theſbiacus. a quo creditur genus illud verſuum fuiſſe cognominatũ in honorem bacchi factum.

¶ Ditrochæus: pes. bis trochæus. Cõſtat. n. ex duobus trochæis. hoc eſt ex longa & breui: & iterũ lõga & breui: vt cantilena.

¶ Diuagor. pe. cor. varie vagor. Lact. lbi. iiij. Vbi aius in multa diſperſus huc atq; illuc diuagatur.

¶ Diuarico as. pe. cor. ex di. & varico. ſicut & p̃uaricor. ex præ & varicor. Vnde & actiuũ Varico intelligimus & Varicor deponens. licet nõ ſint in vſu. Et a Varicibus dicũtur. Significatq; Diuaricare diuidere: quod quidẽ facitũt qui ſtant diducti. Quintil. Varicare inquit ſupra modũ & inſtãdo deforme eſt: & accedente motu prope ſcænicũ. Hie. ad Euſt. Sedebit ad aquas ſolitudinis poſita vaga & diuaricabit pedes ſuos omni tranſeunti. & vſq; ad verticem polluetur. Cato. Arbores hoc modo putentur: rami diuaricentur: quos relinques. hoc eſt in diuerſas partes: brachia diſponãtur. Nonius diuaricari dictum eſt diſtendi ab iis qui vitio naturæ ita ſunt pedibus diſcretis vt eos in diuerſum habeant ſeperatos.

¶ Diuændo: diuiſim vel varie vændo: vt ſit huic & illi & modo hoc: modo illud. Liui.li.i. Cũ diuidenda pręda. xl. talenta argenti effeciſſet.

¶ Diuerbia partes comœdiarũ vbi plures perſonę verſantur a perſonarũ varietate dicta. Liu. Inde ad manũ cantari hiſtrionibus cœptũ diuerbiaq; tantũ ipſorum voci relicta.

¶ Diuerto. de vna re ad aliam verto. deflecto: vt cũ quod cœpi relinquo vt aliud agã. Siue alio me verto. Lact.li.viij. Sed huc neceſſario diuertendũ fuit vt oſtenderem tot ac tãta ingenia in rebus falſis eẽ cõſumpta. Et diuertere eſt hoſpitari. Col.lib.i. Hæc aũt prętercũtiũ viatorũ populatiõib⁹ & aſſiduis hoſpitiis diuertentiũ infeſtat rem familiarem.

¶ Diuerſito.as.pe.cor. frequentatiuũ a diuerto pro deflecto. Gel. ad ipſa platonis penetralia: ipſarũq; rerum pondera & dignitates pergendũ eſt nõ advocularum eius amœnitatẽ nec ad verborũ vetuſtates diuerſitandum.

¶ Diuerſor. aris. modo diuerto ſignificat. mõ conuerſor.

¶ Diuerſor qui in caupona hoſpitat. Ci. lib. ii. artis ve. Caupo cũ quibuſdam diuerſoribus illũ qui ante exierat cõſequitur. In itinere hominẽ cõprendit. homo in vrbem ab illo deditur.

¶ Diuerſoriũ a diuertẽdo accipitur pro villa. & quaſi pro hoſpitio q̃ ibi magis nos recipimus & cõmoramur q̃ habitemus. Ci. in Cato. Ex vita iſta diſcedo tanq̃ ex hoſpitio: nõ tanq̃ ex domo Cõmorãdi enĩ natura diuerſoriũ nobis nõ habitãdi dedit. Idẽ Fabio Gallo. Nę ego libentius emerim diuerſoriũ tarracinæ ne ſemper hoſpiti moleſtus ſim. proprie autẽ capitur pro hoſpitio vt apud eundẽ. Quieſcã in cæſaris ſermone quaſi in aliquo oportuno diuerſorio. Dicitur & Diuerſorius. a. um. vt Taberna diuerſoria. Sue. in nero. Diſpoſitæ per littora & ripas diuerſoriæ tabernæ.

¶ Diuerticulũ. eſt via per quã a militari via ſiue de itinere noſtro alio diuertimus. Ter. in Eu. Cum ſenſi redeo rurſus. male vero me habens: vbi ad ipſum veni diuerticulũ conſtiti Ser. Diuerticula ſunt ſemitæ tranſuerſæ quę ſunt a latere viæ militaris. Hiero. per ſimilitudinẽ ita accepit. li. de natiuitate virginis. Deniq; inquantũ recordari poſſum non verba ſed ſenſum ſcriptoris ſequens: & nũc eadem ſemita nõ hiſdem veſtigijs incedens: nũc quibuſdã diuerticulis ad eandẽ viam recurrens ſic narrationis ſtilũ tẽperabo: vt non alia dicam q̃ quæ aut ſcripta ſunt aut; cõſequẽter ſcribi potuerunt. Diuerticula etiã dicũtur domicilia in via ad quæ diuertendum ſit.

¶ Diuerſus: nõ ſolũ pro vario ſed etiã pro ſeparato ponitur.

¶ Diuortiũ: ſepatio. & proprie diſtractio matrimonij: inquit. Modeſtinus quod inter virũ & vxorem fieri dicitur. q̃uis ad alia etiã tranſferatur. Ci. Sic domeſtrinarũ facta diuortia. Virg. Obijciũt equites ſeſe ad diuortia nota. i. ad flexus viarum.

¶ Diuello is. li. ſũ. varie vello. Sal. Rapi virgines: pueros diuelli: liberos a cõplexu parentum. ελληνιστι σπαω λεγουσι και σωζω και ταπολλα ἐχουσιμ.

¶ Diues. a diuo fieri dicitur. q; qui diues eſt: quaſi deus nihil indigere videtur. Et modo conſtruitur

cum genitiuo: vt inſula diues opū. Modo cū ablto. Ci. li. ij. offi. Pub. Craſſus tum cognomine diues: tū copijs functus eſt ædilitio maximo munere. Et eſt generis omnis. facit enī accuſatiuū diuitem & hoc diues. Oui. li. i. de ar. Addidit externo marmore diues opus. Hinc diuitior cōperatiuum. Ci. Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus.

¶ Diuito as. pe. cor. diuitē facio. Acci. Nihil credo auguribus q aures verbis diuitant alienas: ſuas vt auro locupletent domus.

¶ Diuitiæ numero tantum multitudinis ita ab opibus differunt q diuitiæ ſint quibus vtamur: opes vt aliis opitulemur. Ci. Sunt ergo diuitiæ ad neceſſarium vſum: opes vero ad magnificentiam.

¶ Diuexo as. varie vexo. Lact. li. vij. Vt ſi qui forte tum fuerint boni prædę ſint ſceleratis ac diuexēt vndiq.

¶ Diuido is. pe. cor. ſi. ſum. cōpoſitū videtur licet eius ſimplex non legerim. Et eſt diuidere ſeparare partiri. Vir. Diuiſum imperiū cū ioue Cæſar habet. Ponitur & pro prædicare. Plau. in Aul. Me quidem hercle dicam palam non diuides. Quod & præcide re dicitur apud Martialem.

¶ Diuiſio vt Ci. li. i. ad Heren. ea eſt per quam aperimus quid cōueniat: quid in cōtrouerſia ſit: vel per quā exponimus quibus de rebus dicturi ſumus.

¶ Diuiſor cū ſit verbale nomē a diuido plærumq apud Ci. criminis eſt: hiq antiquitus diuiſores vocabantur qui pecunias inter tribus viritim candidatorum noīe diuidebant in creandis magiſtratibus: quos Plautus curiarū magiſtros vocat. Conſuerant enī petitores magiſtratuū apud Romanos pecunia largitioneq ſibi ſtudia conciliare ſuffragatorum. & percētūrias tribuſq diuidere nūmos. Cic. p Plan. Quā tibi cōmodū eſt vnā tribuū delige: tu doce id quod debes per quem ſequeſtrē: quo diuiſore corrupta ſit. Eſt & diuiſor qui pueros corrūpit. Cic. Pæto. Quid enī nō honeſtū eſt verbū diuiſor? At ineſt obſcœnū cui reſpondet intercapedo. Sūt ergo diuiſores nō ſolum criminoſi: ſed etiā obſcœnitāq in obſcœno coitu: prępoſteraq libidine nates diuidātur. Qui & emaſculatores & pædicones dīr

¶ Diuiſo as. pe. p. crebro ſiue more cōſueto vt parte mihi capiā diuido. Ci. li. ix. phil. In galliam inua ſit Antonius: in Aſiam dolobella in alienā vterq prouinciā: alteri ſe Brut⁹ obiecit impetūq furentis atq oia diripere cupiētis vitæ ſuę piculo colligauit

¶ Diuidū a diuiſione: ſicut dimidū a dimenſione. Ter. in adel. Totum diuidū face & pro eo dimidio

¶ Diuidia æ. tædiū. Actius. Huius me diuidia cogit plus q eſt par loqui. Interdū etiā dicit diſcordia

¶ Diuidicula caſtella ex quib⁹ a riuo cōmuni aquā quiſq in ſuum fundū ducit.

¶ Diuiduū quod ſeparabile & ſeparatū eſt. Cuius cōtrariū eſt Indiuiduū. Plau. in Ru. Diuiduū talentum facta. i. in duas partes diuiſum. Hinc diuidue: quod vernaculo ſermone dicimus p la meitade I dē in Caſ. Nam quod tibi ægre eſt idē mihi eſt diuidue

¶ Dius dicitur generoſus ἀπο τοῦ Διος. i. a iaue. Virg. li. xi. Quos ipſa decus ſibi dia Camilla. Dius in cōpoſitione accipitur pro die vt perdius.

¶ Diū ſubſtantiuū diuinū ſub cœlo lumen. Cęlum greci Διον dicunt. Vnde adhuc ſub dio fieri aliquid dicimus cum nō fit ſub tecto.

¶ Diuus a. um. idem quod diuinus: quod etiā dium dicimus: quaſi ἀπο τοῦ Διος hoc eſt a ioue genitū vel quia veteres in ſingulari diū dicebāt hoc eſt deum. Vnde nūc quoq in plurali dicimus a dio dii ſicut a deo dei. Cū autē dicimus diuam fœminā intelligimus eam quę ſua virtute diuinitatē meretur. Sic dicimus diuos imperatores: etiā dū ſunt in vita.

¶ Diuinus a. um. quod eſt dei: vel quod ad deū pertinet: vt opus diuinū: res diuinæ: quę vt Aug. lib. i. acad. inquit dicūtur per quas huiuſmodi diuinatio ipſa contingit. Hinc diuinitas ſicut a deo deitas.

¶ Diuinitus aduerbiū ſignificat a diuinis ſiue a deo ſicut humanitus ab humanis rem demōſtrat. Diuine vero & hūane ad deorū atq hoīm ſimilitudinē.

¶ Diuinipotēs q in diuinis poteſtatē habet. Apul. Saga et diuinipotens cœlum deponere.

¶ Diuino as. pe. pro. nō tantū de prēterito dicitur: ſed etiā de præſenti pro verū dico. Vnde prouerbium aiūt diuinare ſapientē: quia qui dicit verū de his diuin⁹ eſt Ter in Hecy. Plane hic diuinat. Nam id ē Plærūq tamē diuinare eſt augurari a quo diuinatio prouidentia futuorū: quæ quādoq etiā dicit iudicium. Nam cū de cōſtituendo accuſatore quæritur iudiciū quod ſuper ea re reddit cuinam potiſſimū ex duobus pluribus ve accuſatio in rēū permittatur ea res diuinatio appellatur Et vt ait Caius Baſſus id iudiciū diuinatio appellatur: quōniā diuinare iudicē quodammodo oporteat quam ſententiā ſeſe ferre par ſit. Alii diuinationē appellatā eſſe putant: quoniam cū accuſator & reus duæ res quaſi cognatę cōiūctæq ſint: neq vna ſine altera conſtare poſſit. In hoc tamen cauſæ genere reus quidem iam eſt ſed accuſator nondū eſt: & ideo diuinatione ſupplēdū eſt quiſnam accuſator futurus ſit. Ita Ciceronis prima verrinarum diuinatio inſcribitur: quia nō de facto: ſed de futuro quęritur: quæ eſt diuinatio vter debeat accuſare. Cicero an Cecilius. Alij putant diuinationem dici q res agatur ſine teſtibus & ſine tabulis & his remotis argumenta leuia ſequantur & iudices quaſi diuinent. Huius cōpoſitū eſt prædiuino: quod Ply. poſuit pro præſentio cum ait. li. x. Tum vniuerſæ prouolant ſi dies mitis futurus eſt. Prędiuinātenī vētos imbreſq: & tūc ſe continent tectis.

¶ Diu aduerbium pro die: a quo ſit Interdiu. Plau. Nec noctu nec diu quietus. Interdū ſignificat longo tempore. Vnde fit diutius longiori tempore.

¶ Diutiſſime longiſſimo tempore. Tamdiu tanto tempore: q̄diu q̄to tempore. Iam diu olim.

¶ Diutile pe. cor. aduerbiū diminutiuū ſignificat aliq̄diu: Gel. Cū diutile tacitus cogitando fuiſſem

¶ Diutinus a. um. pe. cor. longus ſeu cōtinuus. Ci. Libertatis deſyderio: tædioq diutinæ ſeruitutis.

¶ Diuturnus a. um. idem quod diutinus a diu deriuatum Cice. Diuturni ſilentij.

¶ Diurnus a. um. a die fit ſicut nocturnus a noctu. Vnde & diurni dicūtur libri in quibus ſcribūtur geſta ſingulorū dierū vulgo iornalas dicūtur. Iuue. Longi relegit tranſacta diurni. Alias diurnū accipitur pro victu atq mercede vnius diei Sene. Diurnum accipit: in centiculo dormit. Idem li. ij. cōtro. Conſors modo omnis fortunę diurnū petam.

¶ Diurno as. diu viuo: ſicut perenno as.

¶ Do as. dedi datum. Cuius cōpoſita ſi ſint ex monoſyllabis prępoſitionibus ſunt tertiæ coniugationis & præteritū geminant: vt reddo is. reddidi perdo is. perdidi. Excipitur ſedo as. aui. ex ſe do. Et di

citur verbũ datiuũ quoniã vltra accuſatiuũ poſtulat datiuum & quicq̃ dare ſedulo reperitur. Et ita datiuo delectatur vt qñq; duos datiuos exigat pro adſcribere ſeu imputare q̃ q̃ alter eorũ non ſemper ponatur: ſed ſubintelligitur. Cice. lib. ij. offi. Ne Marco quidẽ Scio vitio datũ q; in caritate annonæ aſſe modiũ dedit populo. Ter. vnũ tantum expreſſit. Nũc quam rem vitio dent quæſo aĩaduertite: ſubintelligiť poetæ. Plau. in am. Nũc tibi hanc paterã quæ dono mihi ob virtutẽ data eſt alcmena tibi dono. Hic dono vtrum caſus datiui an ablatiui ſit dubium videtur. Vtroq; modo ſumi poſſe cenſeo. In datiuo pro dedico capitur. Si aũt ablatiuũ eſſe velimus vt dono ſit quaſi nomine doni: Tũc do a propria ſignificatione nõ recedit. In qua Plau. tamen ipſi verbo accuſatiuũ vltra accuſatiuũ ſine prępoſitione dedit: ſed appoſitiue. Sic. Eſt ager ſub vrbe. Hic vobiſeũ dabo dotẽ ſorori. i. vt ſit dos: vel nomine dotis: vel pro dote. Aliqñ vltra datiuũ ponitť accuſatiuus cũ ad. Ci. Cornifi. Litteras ad te nunq̃ habui cui darẽ: quin dederim Idem ad. Q. Fratrem Oculos autẽ natura nobis vt equo & leoni ſetas & caudam & aures ad motus animorũ declarãdos dedit. Aliquãdo prẽter datiuũ ponitur accuſatiuus cũ in. Ter. in Phor. Dic quid velis dari tibi in manum vt herus his deſiſtat litibus. Non nũq̃ accuſatiuus ponitur cũ ad & datiuus remouetur. Cic. lib. ij. phil. Ad ſepulturã corpus vitrici ſui negata medatum. Interdũ ipſe actũs cũ in ponť. Plau. in Cap. Hoc ſi faxis dabo in caueam. Cic. Terentiæ. Invitã quod te des hoc tpe nihil eſt. i. ponas ſeu inducas. Quandoq; regit ablatiuũ cũ præpoſitione poſt datiuũ vt ſit quando dam⁹ per aliquẽ aliquid alicui ab aliquo Plau. in Cap. Sequere me viaticũ vt dem a trapezita tibi eadẽ opera a prætore ſumas ſyngraphum. Quandoq; nõ per ablatiuũ ſed per accuſatiuũ cum per. Col. li. ix. Aſcenſus deinde auibus ad tabulata pervtranq; cellam datur. Sæpius tamen poſt accuſatiuũ datiuum regit & hoc varijs actibus applicari ſolet. Plau. in Epi. Si ęquũ ſit me plus ſapere q̃ vos dederim vobis conſilium cautũ quod laudetis. In Cur. Nunc rei diuinæ operam dabo. In Mer. Meretrico morti dabo. In Cap. Do tibi operã ſi quid eſt quod me velis. Gel. Cretenſes quoq; prœlia ingredi ſolitos memoriæ datũ eſt. Capitur etiã ſicut vænditum: vt q; in caritate annonæ aſſe modium populo dederit. Item dare eſt offerre obijcere. Ter. in Ecy. Profecto hoc ſic eſt vt puto omnibus nobis: vt res dant ſeſe ita magni atq; humiles ſumus. Item accępere. Idem in eadem. Dabo iuſiurandum nihil eſſe iſtorũ tibi: Item inferre inducere. Vir. Magnam dabit ille ruinam arboribus. Item promittere. Ter. in Ecy. Si mihi fidem das te tacituram: dicam. Item permittere vt apud apoſtolũ ad Romanos. Dedit illis deus ſpiritũ compũctionis. i. permiſit vt haberent ſpiritũ cõpũctionis. Item dicere. Ter. in Heau. Nunc quãobrẽ has partes didicerim paucis dabo. Item obtẽperare. Idem in Adel. Da te mihi. i. accõmoda te meæ volũtati. Item proſtituere. Mar. Caſta igitur nulla eſt? caſtæ ſunt mille quid ergo caſta facit? nõ dat nõ tamen ille negat. Item facere. Ter. in Adel. O æſchine pol haud paternũ iſtuc dediſti. Item concitare vt apud eũdẽ in Eu. Ludum iocũq; dices fuiſſe illum alterũ præ vt huius rabies quæ dabit. Dare pœnas eſt ſuſtinere. Lact. li. vii. Sed tamẽ

docent nos ſanctæ litteræ quẽadmodũ pœnas impij ſunt daturi. Dare veniam eſt concedere quod petitur. Ter. Da veniam quæſo filio tuo. Cic. de ora. Dabis hanc venaã mi frater. Dare operim eſt adiuuare inſeruire. Ter. in Phor. Nos operam dabamus phœdriæ. Dare poteſtatẽ eſt rem in alteri⁹ arbitrio permittere. Ply. Vt qui ſuarum omnium rerum poteſtatem auũculo dederat. Dare fidem eſt aliquid ſãcte promittere. Dare in manũ ſignificat ſeparati: & ſine arbitro aut interp̃te: vt cũ p̃uaricator aut iudex corrupt⁹ accipit pecuniã. Do me in diſciplinã ſignificat do operã diſciplinę. Amb. Sed relictis oĩbus in diſciplinam ſe prophcticam daret. Datũ eſt. i. fato decretoq; conceſſum eſt: vt Non dabitur regnis eſte prohibere latinis. Huius verbi cõpoſita ſunt. Abdo. Addo. Cõdo. Circũdo. Credo. Dedo. Edo Indo. Obdo. Perdo. Prodo. Prædo. A quo & prædor paſſiuũ de quo alibi. Reddo. Subdo. Sedo. Satiſdo peſſundo. Vænundo. Trado. & Mando.

¶ Doceo es. cui. doctũ. Cuiuſcunq; rei cognitionẽ do. cõſtruiť q;cũ duob⁹ accuſatiuis. vt doceo te litteras. Aliquando cũ vno tantũ licet alius poſſet intelligi. Aliquãdo pretiũ exprimitur in ablto vel genitiuo. Ci. li. ij. phi. Iã inuideo magiſtro tuo qui te tanta mercede quãta iam proferam: nihil ſapere docuit Iuue: Tenta griſogonus q̃ti doceat: vel pollio quãti. Aliquãdo cũ ablatiuo. Ci. Pæto. Socratẽ fidib⁹ docuit. Vir. li. nij. Paucis aduerte docebo. Aliquando cũ ablto cũ de. Sal. in Iug. Tametſi legatos miſerat qui ſenatũ de cæde fratris de fortunis edocerent. Aliqñ abſolute. Virg. Docuit poſt exitus ingens. Ponť etiã docere pro monere quod quidam barbare dicũt aduiſare. Ci. Apio Pul. Ne litteras q̃dem vllas accepi quæ me docerent quid ageres: aut vbi te viſurus eſſem. Huius compoſita ſunt. Addoceo Dedoceo. Edoceo. Perdoceo: quæ ambo ſignificant perfecte doceo. Sal. Cicero per legatos cuncta edoctus. Plau. in ſti. Nam illa omnes artes perdocet. Prædoceo prius docco. Sal. in Iug. Cæterũ illi qui centurijs præerant prædocti a duce arma ornatumq; mutauerant. Subdoceo loco alicuius doceo. Aug. li. vitj. con. Nebridius amicicię noſtrę ceſſerat: vt omniũ noſtrũ familiariſſimo Verecundo mediolanẽſi & ciui & grammatico ſubdoceret vehementer deſyderanti.

¶ Doctus dicitur qui rationẽ rei tantũ tenet. Perit⁹ qui cũ ratione experientiã & conſuetudinem tenet απειρος πειρας. i. experientia. Itaq; min⁹ eſt doctus q̃ peritus. Ci. in Sal. Satis docte atq; perite feciſti. Idem lib. iij. offi. Itaq; cum ſint doctia peritis deſciſcunt facile a ſententia. Maiorẽ tamẽ vim habet doctus q̃ eruditus. Idem lib. i. offi. Nec ſolũ vitii ac præſentes ſtudioſos diſcendi eruditũ atq; docent: ſed hocidẽ etiã poſt mortẽ monumẽtis litterarum aſſequuntur. Nec mirũ eſt q; minus ſit eruditus q̃ doctus. quoniã rudis & eruditus cõtraria ſũt. Ply. Sedere cœpit ſententia hæc: pariterq; & eruditum vulgus & rude in eã curſu vadit. Quintil. lib. i. A pædagogis exigat vt ſint eruditi quo adoleſcentes erudire queant: aut ſe nõ eruditos eſſe ſciant: ne mala pro bona illos imbuant litterarũ eruditione. eos inſuper redarguens q; cedere p̃cipiendi peritis indignãtur: vt aĩaduertatur ſi pædagogos decet eſſe eruditos. profecto p̃ceptores par eſt: nõ ſolũ eruditos ſed doctos atq; peritos eſſe debere. Doctus

cũ quo cõponitur indoctus. nomẽ est tam & si parti cipiũ esse possit sed tamen ablatiuũ regit. Ci. lib. ii. off. Nec me angoribus dedi quibus essem cõfectus nisi refutissem: nec rursum indignis docto homine voluptatibus. Idem Cornifi. Sed proxime scripsi de optimo genere dicendi. in quo sæpe suspicatus sum te a iudicio nostro. sicut doctũ hominem a nõ indocto paulum dissidere. Semidoctus similiter et participiũ & nomẽ esse potest. Plau. in asi. Tua ista culpa est quæ discipulũ semidoctũ. abste amoues.

¶ Docilis pe. co. qui attente vult audire. inq t. Cic. li. i. ad heren. Vel docilis qui facile docet. Lactã de opi. Nam si te in litteris nihil aliud q̃ linquã instruẽ tibus auditorẽ satis strennuũ prębuisti quanto magis in his veris & ad vitã pertinentibus docilior esse debebis Var. li. i. de re rus. Cassius scribit hæc operios parandos esse qui laborẽ ferre possint ne minores annorũ viginti duorum & ad agriculturã dociles. Hinc Docilitas aptitudo qua quis facile docet. Ply. li. viii. de elephantis. Nam quod ad docilitatẽ attinet: regẽ adorant.

¶ Dotilis qui idoneus est vt doceatur. vt libro. iij. Re. Dabis igitur cor docibile seruo tuo vt iudicare possit populũ tuũ. Hiero. Ingeniũ docile & sine doctore docibile est. Laur. Val. cõtra Prisc. ita differit. Docilis qui facile docet: & qui natura aptus est doceri. Sic Cyprianus. Docibilis est qui est ad discẽdi patientiam lenis & mitis. Aug. Omnes regni illius homines docibiles dei erũt. non ab hominibus audient.

¶ Doctrina dicitur vt a doctore proficiscitur: disciplina vt a discipulo cõprehenditur.

¶ Documentũ a prẽterito docui fit: sicut a monui monumentũ. Et est id quod nos docet: siue ex quo quid docemur. Sal. Quarũ rerũ ego maxime hæc documenta habeo. q̃ in bello. sæpius vindicatum est in eos q cõtra imperiũ in hostẽ pugnauerãt.

¶ Docus: latine tignũ vel trabes. Ply. li. ij. Trabes ignęque quas docos vocant.

¶ Dodona. pe. pro. ciuitas epiri: iuxta quã propinquum erat nemus ioui sacrum vbi quercus vocales fuisse dicũt. Hinc Dodonæus. a. um. Vir. li. iij. Stipatq; carinis ingẽs argentũ dodonæosq; lebetas.

¶ Dodrans dicitur dẽpto quadrante ex vncia nouem partes assis.

¶ Dogma. tis. & Dogmatatũ græci dicunt. Δοκεω το οιω εοτι οθεν Δογματα ερχεται nostri mõ decretum: modo scitum: modo placitum appellant. Sunt. n. dogmata vniuscuiusq; sectę decreta quę vt inquit. Ci. prodere scelus est nõ minus q̃ patriam: si ne quibus nec sectæ philosophorũ: nec religionum vires constare possunt. Vnde Laertius ait sectã eam nõ appellari quę dogmata nõ habet. Scribit Aug. li. de ci. dei se ex Varrõis philosophia collegisse dogmata fuisse solo habitu inter se diuersa. Vnde etiã dogmata illa dicũtur quæ synodus sanctorũ scruit & Athanasius cõscripsit. Artes quoq; liberales habent decreta sua non tantũ præcepta sicut Medicina. Itaq; est alia Hippocratis secta. alia asclepiadis Alia Themisonis. Præterea nulla ars contẽplatiua sine decretis suis est. Ply. frequẽter placita appellat vt illud ex li. ij. Babyloniorum placita motus terrę hiatusq; & cætera omnia vi siderũ existimant fieri. Idem magorũ placita appellat.

¶ Dogmatistes qui alicuius dogma sequitur. Hier. Nunc vero cum interpres magis apostoli fuerim q̃ dogmatistes.

¶ Dolo as. ascia cędo vel dolabra seu falce. Prope. Stipes aceruus eram properanti falce dolatus. Dicitur & Dolio. is. liui. itum. Var. in Aga. Nun q̃ cælatus in manu dextra scyphus cælo dolit⁹ artẽ ostẽtat mentoris. Huius verbi cẽ posita sunt Dedolo & Edolo. de quibus locis suis.

¶ Dolabra. pe. cor. instrumentũ fabrorũ quo ligna dolant. Col. li. iij. Quę falce amputari non possunt aucta dolabra abradito.

¶ Dolobella. diminutiuũ a dolabra. Idem li. v. Sẽper circa crus dolobella dimouẽda est terra.

¶ Dolabro. as. ascia vel dolobra diminuo.

¶ Dolor est animi vel corporis cruciatus a dolando. i. minuendo. Augentur. n. corpora lætitia: dolore minuuntur.

¶ Dolentia. idem quod dolor. cuius cõtrariũ est indolentia. Ci. Vt qui rem expetendam vel voluptate vel indolentia metiuntur.

¶ Doloro. as. dolore afficio.

¶ Dolorificus. a. um. quod dolorem facit.

¶ Doleo. es. dolui itũ. vnde dolituras. Augus. lib. xxi. ci. dei. Quẽadmodũ dicimus hominũ corpora viua futura q̃ semper arsura atq; dolitura. nec tamẽ aliquando sint moritura. Hoc verbum si ad corpus referatur neutrũ acquisitiuum est: vt oculi dolent viro tuo. Sin de rebus alienis: Effectiuũ est: vt doleo tuis rebus aduersis. Aliquando etiã cũ accusatiuo: vt doleo tuã miseriã. Sal. quasi dolens eius casum. Huius cõposita sunt Condoleo: quod est simul: vel in totũ doleo. Plau. in tru. Date iam soleas atq; intro me ducite actutũ nam mihi de vento misere cõdolut caput. Dedoleo. de quo alibi.

¶ Dolus. a delendo: vel a dolando. i. lędendo & minuendo. Nam & græce Δολος læsio dicitur. & accipitur pro fraude & machinatione quę fit ad fallendũ aliquẽ. Veteres tamẽ etiã in bonã partẽ accipiebant pro solertia & callidit⁹te q̃ aduersus hostes adhibetur. Vnde nunc dolũ malũ dicimus. quoniã et bonus dolus dicebatur. Hinc Dolosus pro inuidioso. Subdolus ocultus deceptor a sub. i. subtus. Dolus etiã propriũ nomen fuit auctoris Mendesii. Cuius meminit Col. li. octauo.

¶ Dolon nomen proprium viri troiani egregia pedum pernicitate prediti.

¶ Dolones a fallendo dicti sunt ingentes cõti ferro breuissimo q̃ decipiantẽ speciem prẽferant ligni: intus aũt ferrũ acutum habeant. Virg. li. vij. Sęuosq; gerunt in bella dolones. Vbi Ser. ait dolonẽ flagellum esse intra cuius virgã lateat pugio. Apud Liuium accipi videntur dolones pro armamentis naualibus vbi scribitur. Sublatis raptim doloribꝰ ephesum petit fuga. Sudas tamẽ Δολωρεσ τα μικραλια χαλασαντεσ τα μεγα λα αρμορα τοισ μικροισ αδηδο λωρεσκα λουσιν εωσεσθαι και αυθισ Δολωγησ προβα λομεγοστου παγτοσ στολου γαυσ ο λιγασ ταυταισ τουσ Δολωγας εωσαρα μεγοσ εωλει οιδε ρωμαιοι ωλησι ογγενο μενοι καθει λογ τουσ Δολωγασ

¶ Dolia sunt vasa grandia quibus vinũ recondit. Ter. Repleui omnia dolia: oẽs serias. Veteres dolia fictilia in cellis vinariis seruabant. Quæ si duas aures habuissent diotæ dicebãtur. Iuriscõsulti scribũt. vino legato cũ vasis dolia legata nõ sunt: quia. s.

vino legato cũ vaſis. dolia legata nõ ſunt: quia.ſ. ea mente vinũ in dolia cõdimus: vt ex his poſtea in amphoras vel cados diffundamus. Et hoc eſt vinũ quod diffuſum nominat. Iuuc. Ille capillato diffuſum conſule potat.

¶ Doliola. diminutiuũ a doliis. Vnde & locus in vrbe fuit ſic vocatus: quia inuadentibus gallis ſenonibus ſacra romanorũ in eodem loco doliolis condita illic defoſſa fuerunt a flamine Quirinali ſicut Liui. li. v. ſcribit.

¶ Doliaris & hoc doliare quod ad dolia pertinet. Vnde Plau. in pſeu. feſtiuiter appellat anum vẽtrio ſam doliarem.

¶ Dolopes. pe. cor. populi theſſalię: vt oſtẽdit Lu. Plynius vero ſcribit eſſe populos ætoliæ.

¶ Doma. atis. tectũ ελληνιϛι γαρ τοιαυτα λεγεται και δομοϛ και το δομα. τοϛ. Nam vt inquit Hieronym⁹: in ægypto & in Palæſtina vbi vel ſcripti Diuui libri vel interpretati ſunt: non habent in tectis culmina ſed domata: quę romæ vel ſolaria: vel mediana vocantur ideſt plana tecta quę trãſuerſis trabibus ſuſtentãtur. Deniq; & Petrus in actibus apoſtolorũ quando aſcendit in doma: in tectũ ędificij aſcendiſſe credendus eſt. Et quando præcipitur nobis: vt faciamus domati noſtro coronã: hoc præcipitur vt in tecto faciamus per circuitũ quaſdã eminẽtias: ne facilis in præceps ſit lapſus. & in cuãgelio Quæ audiſtis in aure: dicite ſuper domata.

¶ Domus proprie ædificiũ ad habitandũ factũ qđ ex tecto & parietibus conſtat. ο δομοϛ ελληνικα λεξιϛ ϵϛι Impropre pro quocũq; habitaculo. Vnde et templa & auiũ nidi domus dicũtur. Vir. li. vj. Oſtia iamq; domus patuere ingentia centũ Sponte ſua. Idem Antiquaſq; domos auiũ cum ſtirpib⁹ imis: eruit. Aliquando domus dicit familia. Idem li. v. Sergeſtuſq; domus tenet a quo Sergia nomen Aliquando ſumitur pro vna tota gente. Idem Cũ domus aſſarici, volẽs intelligi romanos: qui de Aſſarico per troianos originẽ ducunt. Et in ſacris litteris. Domus iacob dicitur. iam ingens hebræorũ populus. Aliquando pro patria: vt Da propriam tymbręe domũ. da mœnia feſſis. Et ſciendũ q; domus facit genitiuũ domus. & domi. datiuũ domui. accuſatiuũ domũ vocatiuum domus. Ablatiuũ domo. Sed cũ dicimus domi locũ ſignificam⁹ in quo quis manet. Cũ vero domus. tunc ędificiũ quod ex tecto & parietibus conſtat: vt domi manco. non domus. Et partem domus demolitus ſum non domi. Et ſuperiora domus aſcendi non domi. Domi & in domo idem ſignificat. Quinti. In domo furtum factum ab eo qui domi fuit. Dicimus etiã reuertor domũ & ad domũ. Exeo domo: vel e domo. Et quomã frequenter iũgitur cũ his pronominibus mea tua ſua noſtra & veſtra: & vni nomini aliena. Nõ eſt dicendũ q; domus ſit aduerbiũ: vt eram domi męę. Tu eras domi tuæ & ſic de cæteris. Ci. Qui cum iſta ætate & forma alienæ domi nolo dicere. Q; ſi non ponantur hæc pronomina ſubintelligũtur; vt domi ero. i. męę. Huius nominis diminutiua ſunt Domuſcula domũcula. & Domũcio. Apul. Iam denicq; nec larem requiro: nec domũcionẽ paro.

¶ Domeſticus: a. um. quod ad domum pertinet. vt domeſtica negocia. Aliquãdo domeſticus dicitur manſuetus ac mitis. Ply. Mite aial atq; domeſticũ. Ht domeſtici dicũtur qui ex eadẽ domo ſunt: & nobiſcum habitant.

¶ Domeſticatim aduerbiũ ſignificat per varias domos, ſiue per domeſticos. Sue. in Cæſare. Quorũ vt q̃ maxime expectatio eſſet ea quæ ad epulũ pertinerent q̃uis macellarijs oblocata eſſet domeſticatim apparabat.

¶ Domiciliũ habitatio longi temporis. Vnde mutare domiciliũ dicũtur qui migrant vt aliam vrbem habitent tanq̃ illius ciues futuri. Nam qui ad tẽpus habitat mox inde diſceſſurus. domũ quidẽ poteſt habere quã cõduxit. domiciliũ autẽ nõ habet. Gel. Qui domiciliũ in italia non haberet.

¶ Domo. as. domui itũ. vel domaui atũ. Vede domitor & domator. Oui. de triſ. Quid tibi de tetrico referam domitore chymærę. Tibul. Te duce nõ aliter cõuerſus terga domator Nam vt docet Priſ. verba primæ cõiugationis formãtia preteritũ in ui. diuiſas antiqui tertia declinatione declinare ſolebant Ex quo patet. q̃ a prima coniugatione preteritum terminatur in aui. ſuppinũ in atũ. deriuatiua in atorium. Q ę aũt in ui diuiſas. a tertia ſumptũ eſt. q̃uis vt plurimũ in prima cõiugatione declinẽtur. Eſt autẽ domare quaſi ſub domo & poteſtate vel mea vel alicuius facere ſiue manſuefacere: & domeſticũ reddere. Vnde equorũ domitores dicũtur & domitiatq; indomiti equi. Indomitæ gẽtes feroces. Per trãſlationem domare ſignificat vincere a quo domitos hoſtes dicimus ideſt victos. & domitos populos in poteſtatẽ tedactos. Hic componitur perdomo pe. cor. quod eſt valde domo vel ad finẽ domo Iuſti. li. i. Terminos v ſq; libyæ perdomuit.

¶ Domitura. ræ. domãdi actus. Ply. Domitura boum in trimatu optima. Col. li. vij. Curãdũ ne in domitura bos calce aut cornu quem q̃ cõtingat.

¶ Domitalis aptus ad domandũ.

¶ Dominus. a domo fit & is proprie dicitur qui domui præeſt & qui dom⁹ imperiũ habet. Item dñi appellatio ad eos extenditur qui rei alicuius proprietatem habent. etiam ſi vſusfructus alienus ſit. Abſue tamẽ & filijfamilias & cæteri liberi qui in poteſtate ſunt & vſufructuarij dñi dicuntur. Item dominus vocatur cui ſeruitur: & cui populi ſubſunt. Vir. Romanos rerũ dominos. Hinc dominiũ pro imperio & vir dominorũ. Rurſus cñs dicit marit⁹ Idẽ li. iiij. Connubia noſtra reppulit ac dominũ æneam in regna recepit. Item mulierum amator: & domina pro amica ſeu amante dicitur. Oui. Hæc tibi ſub domino eſt pyrrhæ puella ſuo. Et iterum. Nam furor in dominã temeraria brachia mouit. Item ponitur pro cõuiuij exhibitore. Var. Aut cñm aut vinũ aut aliud quid laudato Dominus quoq; ac domina ſumi ſolent pro deo ac dea. Ouid. Et domino ſolueręe vota ioui. A dominus fiunt deriuatiua. Dominicus domitius & Domitianus.

¶ Dominor. aris. impũ gero Et modo genitiuum regit. Hier. in eccleſiaſtico. Et dominatus eſt beſtiarum. Modo datiuũ. Vir. Victis dominabitur argis. Modo accuſatiuũ cũ in. Ouid. li. i. me. Et q̃d domi nari in cętera poſſet: ſtatus homo. Ci. Fęlix ſenect⁹ ſi vſq; ad vltimũ ſpiritũ dominabitur in ſuos. Modo ablatiuum ſimiliter cum in. Ser. ſulp. Ciceroni. Quũ caſus & natura in bonis dominatur. Vir. li. ii. Incenſa danai dominãtur in vrbe. Inde fit Dominatio. imperiũ. & Dominatus principatus.

¶ Dona ſunt q̃ aut propiciandis dijs dantur: aut

nominibus pro benefactis q̃ nulla necessitate iuris sed sponte prestant. Ouid. Munera crede mihi placant homines q̃ deos q̃. Placatur donis iuppiter ipse datis. Aliquãdo Donũ dicit de rebus perniciosis Virg. Quas illi philomela dapes: quę dona parabit Donã honorariũ id est quod datur patrono. Λατρεια και Δωρα ρ εστ η dorium.

¶ Dono.as. vnde donatio: quã. Vlp. dici proprie existimat: cũ quis ea mente dat vt statim velit accipientis fieri: nec vllo casu ad se reuerti: & ꝓpter nullam aliam causam facit q̃ vt liberalitatẽ & munificentiam exerceat. Q. si sub conditione fiat: non est vera donatio. Et dicimus. Dono tibi munus. & Dono te munere. Donare ciuitate est efficere ciues. & iura ciuium dare. Huius verbi cõposita sunt. Condono quod quandoq̃ pro simplici ponitur: quãdoq̃ significat quic q̃ ad aliorũ petitionẽ do. & quandoq̃ ignosco. Ter. in phor. Argẽtũ quod habes cõdonamus tibi. Sal. Haud facile alteri⁹ libidini male facta cõdonabã. Redono ponit ꝓ simplici. Aug. Redona quod rogam⁹: excusa quod tuemus. Et habent pe. pro.

¶ Donatus dicit cui aliquid dono datum est. Cui⁹ contrariũ est indonatus. Vir. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.

¶ Donaria: loca vbi reponuntur dona quæ deo offeruntur. Abusiue ipsa templa. Virg. li. iii. Ge. Tempore non alio dicũt regionibus illis Quęsitas ad sacra boues iunonis & vris Imparib⁹ ductos alta ad donaria currus. Gel. li. ij. Vbi reponi solerent vetera quæ ex eo templo collapsa essent: & alia quędam religiose donariis consecrata. Apul. Ibi donarum deæ perq̃ opulentũ plurima auri & argenti ratio in lancibus spectaculis poculis & huiusmodi vtensilibus. Quod est contra Laur. Vallã qui Seruium culpat. Aliquando Donaria dicũtur ipsa dona. Vnde Spartianus scribit: Antoninũ dedisse populo congiarium & militibus donariũ Hiero. super Ioel. Vespasianus & Titus Rome tẽplo pacis ædificato vasa tẽpli hierosolymitani & vniuersa donaria in delubro illius cõsecrarunt.

¶ Donatiuus. qui donare potest. Paulus iurisco. Si duobus debitorib⁹ mortis causa donatiuus creditor vni acceptum tulit & conualuerit eligere potest vtri condicat.

¶ Donatiuũ: munus quod a principe vel imperatore donatur. Aug. Magnũ quippe donatiuũ suis militibus attulit quo eos nõ solum copiose ditauit sed etiam ad certandũ inuictissime confortauit.

¶ Donaticæ coronę dicebantur quibus veteres in ludis vtebantur.

¶ Donec aduerbiũ modo tempus finitũ designat: vt dormiã donec exciter ab aliquo: Mõ infinitũ vt apud apostolũ. Oportet illũ regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nũquid tam diu regnaturus donec incipiãt esse sub pedibus eius inimici. & postq̃ fuerint sub pedibus tunc regnare desistet? cum vtiq; tunc magis regnare incipiet cũ inimici cœperint esse sub pedibus eius? Et in p̃s. Sicut oculi ancillæ in manib⁹ dñę suæ: ita oculi nri ad dñm deũ nostrũ donec misereatur nostri Ergo tãdiu oculos habebit ad deũ donec misericordiã ipetret: & postq̃ ipetrauerit: oculos torquebit ad terras? cũ alibi dicat. Oculi mei defecerũt in salutare tuũ? Iungitur aũt donec tã indicatiuo q̃ subiũctiuo cũ significat tẽpus finitũ: vt seruiã tibi donec viuo. i. q̃diu viuo. Seruiã tibi donec moriar. i. vsq; ad mortẽ.

¶ Donysa. Insula est in mari ægeo.

¶ Dorcas adis. aial dama. seu caprea. ab eo q̃ acute videat. hoc est απο του οξεως ορκαμ.

¶ Dormio. is. verbũ absolutũ q̃uis actũ quãdoq̃ habeat. Amb. li. i. offi. Soporẽ quietis habere non possunt quẽ ille dormiuit q̃ resurrexit Huius cõposita sunt. Addormio a quo Addormisco. quod est cõtrariũ verbi. Expergiscor. Sue. de Clau. Et quotiens post cibũ addormisceret quod ei fere accidebat: oleatũ ac palmularũ ossibus incessabatur. Obdormio quod mõ dormio: modo soporor significat. Prædormio ante dormio. Redormio euigilo. Ply. In redormitione varia fuisse somnia apparet.

¶ Dormito. as. pe. pro. frequẽtatiuũ est. q̃uis diminutionẽ significati quãdoq̃ habeat Hor. Quãdoq̃ bonus dormitat homerus. Et in psalmo ecce non dormitabit neq̃ dormiet.

¶ Dorsum: & Dorsus. us. secũdũ probũ dicitur tosta posterior pars: q̃ ea pars corporis deuexa sit deorsum. Hier. in Ezechi. inter vestibulũ & altare quasi. xxxv. viri dorsa habentes contra templũ diũ & faciẽ ad orientẽ. Est. n. tergũ. Q. d. nõ solũ dr de hominibus: cæterisq̃ aialibus sed etiã de inanimatis: vt de littoribus aquis mõtibus & huiusmodi. Vir. Dorsum immane mari sũmo. Idẽ. Nãq̃ infligta vadis dorso dũ pẽdet iniquo. Significat enim duriorem arenam: vt inquit Ser. quæ remeantibus fluctibus et euntibus densatur quod a nautis pulsamus vocat.

¶ Dorsualia tegumẽta: quib⁹ equi & boues tegunt. Iul. capitolinus. Processerũt cẽteri albi boues cornibus auro iugatis & dorsualibus apricis discoloribus pręfulgentes.

¶ Dorsuarius. a. um. q. d. dorso aliq̃d fert. Var. Greges fiũt fere mercatores & eorũq̃ e brũdusio aut Apulia asellis dorsuariis cõportãt ad mare oleũ aut vinũ.

¶ Doris nympha quędã maris Oceani & Tethyos filia quã Nereo fratri vxorẽ dedit. Et interpretatur amaritudo Vnde & a poetis ponitur pro mari. Vir. in Gallo. Doris amara suã non intermisceat vndã.

¶ Doriscus: vrbs littoralis thraciæ fere ex oppositio ad samothracã & a dori nympha. hoc est deamariũ noiatur. Iuxta hanc herodoto teste campus est magnus eiusdẽ per quẽ Hebrus amnis defluit.

¶ Doria & Dorica noia sunt partis achaię: q̃ ꝓpinqua est athenis dicente Platone li. iij. legum. Dori pro achiuis mutato nomine appellati propter dori cum a quo exules restituti fuerunt. Ser. vero super ii. Aene. Dorica inquit a doro neptuni filio dicit. Dores sunt populi doricæ iuxta æoliam.

¶ Dory. cũ y. nomẽ oppidi põtici: quod apud nos lanceam significat.

¶ Dorycles nomen filij priami & interpretari põt lanceę gloria Δορυ lancea vel asta κλεος gloria.

¶ Doryphorus. pe. cor. latine speculator vel satelles dicitur portans lanceam. Et est nomẽ viri ꝓprium. de quo Quintil. li. v. Curtius Cognatorũ darii Regis turbã. xv. M. hominũ fuisse multebriter promemodũ cultã luxu: magis q̃ decoris armis cõspicuam doryphori vocabãtur.

¶ Dorophorus. latine dona ferens dicitur.

¶ Dorylaus: nomen fluuij in phrygia.

¶ Dorcium nomen fœminæ diminutionis siue adulationis causa sic prolatum ab Δωρον quasi

dulce & amabile dorum.
¶ Dorodoche. nomen propriũ vxoris Icarĩ.
¶ Dos. dicitur cũ datur & accipitur. Nisi enĩ accipe retur: dos nõ esset. Et datione & acceptione firmat Nec potest videri datũ id quod nõ sit acceptum. Et nõ solũ ea q̃ marito ab vxore dantur: sed etiã quicquid alicui datũ est vel a natura vel ab hoĩbus. Vnde dotes animi dicũtur. prudẽtia: iustitia: fortitudo & huiusmodi. Et dotes corpis. pulchritudo: robur: incolumitas & his similia.
¶ Dotalc: quod ad dotẽ pertinet: siue quod vulgo dicitur per dotẽ. Vnde dotalia bona: dotales fundi Plau. in asi. Dotalẽ seruũ Saureã vxor tua adduxit cui plus in manu sit q̃ tibi Idẽ in mili. Hasce ẽdis dicas dotales tuas. Liuiti. Hæc tibi a me dotalia dona accedent.
¶ Doto as. dotẽ do. Hiero. in exo. Dotabit eam: & homo habebit eam in vxorẽ. Vnde dotatũ hominem dicimus qui dotem habet. & indotatũ qui dotem nõ habet. Plau. in asi. Hæ sunt atq; aliæ multæ in magnis dotibus incõmoditates sumptusq; intolerabiles. Nam q̃ indotata est ea in potestate est viri Dotatæ mactant & damno & malo viros.
¶ Doxa latine maiestas & opinio dicitur. Vñ & para doxa: q̃ admiratione digna sunt & opinionẽ hominũ superãt Interdũ dicitur gloria. vnde Eudoxa vera gloria. vel potius prẽter opinionẽ.
¶ Drachma: genus ponderis ex. xviii. siliquis. i. tribus scrupulis cõstans. Est & genus numismatis. Vnde Iul. pollux Drachmon athenis numisma qd̃ etiã bos dicebatur: quia boue signatus erat.
¶ Dragma atis. Δραω το ποιεω οθεν το Δραγμα οτι γενεσθαι apud græcos dicitur: quod nos rapinam siue manipulũ dicimus.
¶ Dratna: atis. sine. c. & sine. g. dicitur vt in scænis agi fabula solet. vbi diuersæ personæ introducũtur & aliis accedentibus alis aũt discedẽtibus a diuersis & ad diuersos textus narrationis expletur. sicut in comœdijs. quod genus carminis inquit. Hiero. cantari solebat Vnde etiam apud cantica scribitur. Ante torũ huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis. Hinc Dramaticus stilus dicitur q̃ mimus nõ est vbi poeta nusq̃ loquitur vt sunt. Comœdię & Tragœdię exegymatic⁹ in quo solus poeta. Mimus vbi promiscue & poeta & persona.
¶ Draco genus animalis venenosi. Ply. li. viij. scribit veris draconibus ora parua esse & admodũ non dehiscentia: sed arctas fistulas per quas trahũt spiritus & linguas exerũt. Apud indos & æthiopas dracones sunt. xx. cubitorũ. Dictus draco a Δερκω. Nam habet aciẽ peracutã. Dracones etiã dicũtur a Ply. li. viij. ex tortuositatum similitudine palmites emeriti pluribusq; annis indurati.
¶ Dracũcul⁹ diminutiuũ: significat parũ draconẽ
¶ Dracæna cũ diphthõgo. draconis fœmina: quæ & draca quoq; dici potest.
¶ Dracontium herba.
¶ Drãgiana prouincia in Asia maiori. Quã Ptole ab occasu & septẽtrione Aria & bagao mõte terminari ait. ab oriente Arachosia.
¶ Draucus. Vide in dictione pathicus.
¶ Drepanũ. pe. cor. promõtotiũ: siue vrbs a curuo situ instar falcis Δρεπανον. n. falx dicit. Nõ lõge abest ab Eryce monte trãs lilybeũ. Vel ab eo q̃ Saturnus ãputatis virilib⁹ paternis illuc falcẽ proiecerit Ouid. li. de fas. Quiq; locus curuę noĩa falcis habet
¶ Dryades: nymphe siluarũ ab arborib⁹. Nã apud græcos Δρυσ ois arbor dicebatur q̃uis postea pro quercu vsurpata sit. Hæ. n. syluas habitare dicũtur.
¶ Dryas. nomẽ propriũ viri thessali amici nestoris
¶ Dryopes: populi epirotici. De quibus Vir. li. iiij. Creteseq; dryopesq; fremũt pictiq; agathyrsi.
¶ Dryidę: cicti sunt quidã gallorũ religiosi & sapiẽtes a quercubus Ply. lib. xvi. Nihil habent dryidæ. Ita. n. galli suos appellant magos. Sue. Dryidarũ religionẽ apud gallos diræ immanitatis tantũ ciuibus sub Augusto interdictã Claudi⁹ imperator quĩtus penitus aboleuit. Sidas Δρυιδαι παρα τα λαταισοι φιλοσοφοι και σεμνοθεοι.
¶ Drylon. fluuius dalmatiæ: qui per mediã mysiã pergens in danubiũ influit.
¶ Dromos latine Cursus. Et accipitur. nõ solũ pro actu currendi. sed etiã pro loco vbi curritur. Sue. in Nero. Elephanto supersedens peragratũ dromorũ decucurrit.
¶ Dromedarius: a ĩal a currendi velocitate dictum
¶ Dubius: dicit qui duas vias habeat & vtrã eligat nesciẽs. sicut ambiguũ: qd̃ in ambas agi partes possit. Ci. li. i. ad Heren. Dubiũ genus est cũ habet in se causa & honestatis & turpitudinis partem.
¶ Dubio. as. in dubio sũ. Plau. Dubiat quid agat.
¶ Dubito. as. idem qd̃ dubio. Cui⁹ composita sũt Addubito. quod est etiã vel a dubito. Liui. li. ij. Proditoribus extẽplo in vincula cõiectis delegatis paululũ addubitatũ est. Ci. Cecinæ. Habes augurĩũ meũ quo si quid addubitarẽ nõ potius vterer q̃ illa cõsolatione. Subdubito parũ dubito Idẽ Cęlio. Hæc eo pluribus scripsi q; mihi significabãt litterę tuæ subdubitare qua esses erga illũ voluntate. A dubito fiunt Dubitatio & dubietas. aduerbia dubitanter. quod est a dubitãs. & Dubitanter: a dubitatus. Cæcil. imperator clamat de medio vt velites a sinistro cornu remoueant & gallis nõ dubitãter immittant. Sisen. Quod hostem nõ dubitatum cũ pluteis & scalis iter facere cernebat.
¶ Duco. is. xi. ctũ. proprie ducimus volentes. trahimus inuitos. Sene. Fata volentẽ ducũt: nolentẽ trahũt. Quandoq; ducere significat respicere iudicare: existimare. Ci. Ego si mei cõmodi rationẽ ducerem: te mecũ esse maxime vellem. Vir. li. x. Tanton me crimie dignũ duxisti. Quãdoq; inescare allicere: & delectatione quacã demulcere. Ci. in ver. ac. ii. Si quis honore aut gloria ducitur. Quãdoq; Voluere pertractare. Vir. li. vi. Sic equidẽ cuceb㠃 animo. rebarq; futurũ. Quãdoq; nudare educere. Idem li. xii. Ille tamen clypeo. obiecto cõcursus in hostem Ibat & auxiliũ ducto mucrõe petebat qñq; cõtrahere. Idẽ. Astrũ quo segetes gauderẽt frugib⁹ & quo Duceret apricis in collib⁹ vua colorẽ Quãdoq; agere scu pati. Idẽ: Nate dea potes hoc sub casu cucere somnos? Quãdoq; struere erigere. Idẽ Pars ducere muros: molitiq; arcẽ. Q ñq; auertere siue cõtrahere Mar Qui ducis vultus & i. õ legis ista libẽter. Quãdoq; in longũ ꝓtrahere. Ci. ad Ca farẽ. iuniorẽ. li. i. Neres duceret fecim⁹ vt Hercules antiarius in aliũ locũ trãsferret? Quãdoq; dimittere descẽdere. Plau. in aul. Vbi ille abit ego me duco ab arbore. quãdoq; Gerere. Vir. li. viij. Hi bellũ assiduc ducũt cũ gẽte latina. quandoq; ad sepulturã efferre Persius. Nerio iam tertia ducitur vxor. quandoq; ad supplicũ cu-

cere: vt apud Cuttium ait Hermolaus ad Alexandrum. Nos duci iube. Dicit & de re obſcœna. Plau. ſi tenetis ducite ne diſrũpamini. Hinc etiam ductor pro vibratore & lumborũ ad cõcinniorẽ venerem præſtandã quaſſore. Huius verbi cõpoſita ſũt Abduco. Adduco. quæ ſunt contraria Conduco. Circunduco. Deduco. Diduco. Educo. Induco. Introduco. Obduco. Perduco. produco. Reduco. Seduco. Subduco. Superduco. & Traduco.

¶ Ducto. as. ſæpe duco: aut huc illucq; duco gubernо Sal. Huc accedebat. q;. L. Silla exercitũ quẽ inaſia ductauerat quo ſibi fidũ faceret contra morem maiorũ luxurioſe nimiſq; liberaliter habuerat. Plau. in cap. me vt libitũ eſt ductauit dolus. Ductare etiã apud Plau. eſt ſcortum conducere qui pudendã eſſe vocẽ oſtendit dicens. Errabo potius q̃ quis me ductet. Et Quint. ait. Ductare exercitum non ſine rubore dici.

¶ Ductito. as. ſæpe circũduco. Ter. in adel. Tu inter eas reſtim ductitans ſaltabis.

¶ Duco as. guberno. Var. Ab eo q; ſit ducare q eſt dux: aut ductor qui ita inducit vt doceat pe. corre.

¶ Ducatus. us. ipſa ducandi actio vt eſt illud. Si cęcus cæco ducatũ præſtet: ambo in foueam cadunt. Et ducatus dicitur regio cui dux dominat: vel etiã ipſa ducis dignitas præfectura & imperiũ. Iul. Cap. Petenti ſignũ prima die tribuno dedit militi mun⁹ exprobrans vtiq; ſegnitiem temporũ ſuperiorum quod quidẽ etiã ante in omnibus ducatibus dederat. Scribit Lãprid. Heliogabalum præpoſituras & ducatus & officia palatina vændidiſſe. Hoc nomẽ peculiariter datum eſt Spoletanę vrbi. cuius regio. Vmbria dicitur ab auctoribus. Cuius fines a fonte Tyberis vſq; ad Anienis fluuij ſiniſtrã ripam. Vbi videlicet Anio tyberim illabitur Ducatus. ati eſt aureus nũmus ducalis.

¶ Ductus. us. ipſa ductio. Vnde aquæ ductus aquarum deductio.

¶ Duces dicti ſunt qui alios ducũt. Vnde & ducem belli dicimus & ducẽ gregis. Ductor & ductrix nomina verbalia. Vir. Ductores danaum.

¶ Ductarius a. um. Vnde ductarius funis dictus eſt qui per orbiculos trocleæ traiicitur.

¶ Ductile pe. cor. quod facile ducitur attenuaturq;. Vnde æs ductile quod malleis obſequitur attenuaturq; in laminas. Ductilis ſcęna dicebatur cum tractis tabulatis hac atq; illac ſpecies picturæ interior videbatur.

¶ Ductim aduerbiũ ſignificat cũ mora.

¶ Dudũ quaſi diu dũ. eandẽ vim habet quã tamdudum: ita vt qñq; diem nõ trãſcendat: vt ducũ intraui: dudum te expecto. i. hora eſt vel duę: vel tres ex quo intraui: & ex quo te expecto quãdoq; etiã tranſcẽdit diẽ. Ply li. iiij. Fabri qui dudum aſſueti apud pœnos. Et li. xviiij. Nam dudũ ex eadem hiſpania zoeliten venit in italiã plagis vtiliſſimũ.

¶ Duellũ. bellũ quod duabus partibus de victoria cõtendentibus dimicatur: nõ tantũ duorum: vt quidam exiſtimauerũt ſed multorũ & ipſorum exercituũ. Alio quin nõ diceret a Plauto duellũ inter thebanos & theleboos Et ab Horatio. Gratia barbarie lento colliſa duello. Hinc perduellis & perduellio.

¶ Duello. as. bello. Vnde duellator q duellũ pagit. Plau. in cap. Domi belliq; duellatores optimi.

¶ Dullus. nomẽ ciuis romani qui primꝰ romę naual certamine triũphauit. Is iam ſenex & trementi corpore in quodã turgio audiuit exprobrari ſibi os fœtidũ. & triſtis ſe domũ cõtulit. Cũq; vxori q̃ſtus eſſet. quare nũq̃ ſe monuiſſet: vt huic vitio mederet. Feciſſem inquit illa niſi putaſſem oibus viris ſic os olere.

¶ Dulce ſuaue: quod quidam a delicio deducũt: q; dulcia maxime alliciãt. Eius cõpoſita ſunt Predulce valde dulce. Subdulce aliquantulũ dulce. Dulciloquus pe. cor. dulciter loquens. Dulciſſu⁹ dulciter fluens. Dulciſonus pe. cor. dulciter ſonans.

¶ Dulcidulus. a. um. diminutiuũ eſt.

¶ Dulcedo. dulcitas. dulcitudo & dulcor in eodem ſenſu accipiũtur. Ply. Cõtracta dulcorẽ amittit. Neuius: O ſuauis linguæ ſonitus. O dulcitas alę. Actius. Tanta hinc in corda dulcitudo inuaſit.

¶ Dulciarius panis qui cõficitur ex ſaccharo & nucibus pineis vel amygdalis ad ientacula: vt eſt qui vulgo dicitur Marzapanus. Piſtor dulciarius q panes & mellita cõcinnat edulia: de quo Marti. Mille tibi dulces operũ manus illa figuras Extruit. huic vni parca laborat apis. Lãprid. de heliogabalo. Dulciarios habuit qui de dulcibus exhiberent quę cũq; eoqui de diuerſis edulib⁹ exhibuiſſent. Vbi dulciarius ſignificat ſimpliciter concinatorẽ edulium mellitorũ: & operis piſtorij dulcedine conditi.

¶ Dulceo. es. cui a quo Dulceſco. is. dulcis fio. Cato in cato. Primo vua ẽ pera acerba guſtatu: deinde maturata dulceſcit. Huius compoſitũ eſt Obdulceſco. quod eſt in totũ dulcis fio. Aug. li. vij. cõ. Nã ſi primo ſanctis tuis litteris informatus eſſem: & in earũ familiaritate obdulcuiſſes mihi & poſt in illa volumina icidiſſem fortaſſe abripuiſſent me a ſolidamẽto pietatis.

¶ Dulco. as. dulce facio. Sidonius Apol. ad Agricolã: Pareo libens laudaturus vitę tam dulcatæ ſolicitius ingenuitatẽ. Hinc Edulco. as. quod eſt valde dulco. Cn. Martius. Quapropter edulcare cõuenit tutã: curaſq; acerbas ſenſim gubernare.

¶ Dulcacidũ pe. cor. dicitur id quod dulciſſimis rebus eſt illitum.

¶ Dulia cũ accentu in pe. latine hominis ſeruit⁹ dicitur Δουλοσ. ſeruitus. Δουλη ancilla. Δουλικοσ ſeruilis. Hinc fit cõpoſitũ. hyperdulia.

¶ Dulichiũ inſula in Maliacho mari ſeu vt quidam aiũt Ionio vna Echinadũ corinthio proxima. ante Leucada in qua regnauit Vlyſſes. In ſit Dulichi⁹. a. um. Prop. Aut cũ dulichias pallas ſpatiat ad aras.

¶ Dum aduerbiũ tẽporale eſt & modo pro qñ ponitur: vt dũ dormis fures domũ intrant. Modo pro donec Sal. Poſtremo neq; ſumptui: neq; moleſtiæ ſuę parcere dũ illos obnoxios fidoſq; ſibi faceret. i. donec vel vt Modo pro poſtq̃ cũ cõiugitur pterito ſubiũctiui. Mar. Audieris dũ grande ſophos. i. poſt q̃ audieris. Et poſita poſt nec. vel nõ: vel haud ſemper aduerbiũ temporis eſt: vt nec dum nõdũ. haud dum pro nõ adhuc. Eſt etiã cõiunctio. & ſignificat mõ. pourche. Sal Neq; id qb⁹ modis aſſequeret dũ ſibi regnũ pararet quicq̃ penſi habebat. Aliqñ dũmodo. domẽte chc. Hiero. Dũ perſecutionis finem preſtolat: neceſſitatẽ in voluptatẽ vertit. Ponit nõ nunq̃ pro expletiua. Terẽ. Adesdũ pauets te volo. Cõponitur cũ qui. vt quidũ. Cũ age. vt Agedum. Cũ modo. vt dũmodo. & Taxat: vt dumtaxat.

¶ Dumtaxat. cõponit ex dũ aduerbio. & taxo. as.

pro æſtimo. Et nõ recipit. ſed etiã. Ci. pro deſotaro. Quod ipſum & ſi iniquũ eſt in tuo dũtaxat periculo. Solũ vero & tantũ. & modo recipiũt.

¶ Dumus generis maſculi. dicit oĩs ſpina. A quo dumoſus. a. um. frondoſus ſpinoſus vepribus plenus. Virg. Dumoſa pendere procul de rupe videbo Dumetũ locus vbi ſunt dumi. Antiqui dumetoſũ locũ dicebant pro dumoſo. Et quę nos dumeta: appellabant Dumetica.

¶ Duo. is. dui dutum ſignificat do. Plau. in cap. At ob eam rem mihi libellã pro eo argenti ne duis.

¶ Duo. & ambo. ſicuti docet Priſ. gtõs & actõs ſecũdum ſecundã declinationẽ proferunt duorũ ambo rum duos ambos. q̃uis in neutro differentiæ cauſa duũ ſoleat dici. vt duum miliũ amphorarũ. Nec non & accuſatiuus maſculinorũ eſt qñq; ſimilis nominatiuo profertur in neutro more græco. Horat. Duo ſi diſcordia vexet inertis Vir. Si duo p̃terea tales idæa tuliſſet terra viros. i. duos. A duo fit duodecim. a quo duodecimus. & Duodenus. duodenarius. duodeuigenti & huiuſmodi. Ducẽti. ducentẽ Duodecies. duodeuities. ducenties. duodeuigeſimus ducenteſimus.

¶ Duplaris numerus dicit in quo minor bis numeratur. Duplares ſiue duplarij torquati dicebãtur milites qui in legione romana ob virtutẽ duplas conſequebantur annonas. ſicut ſimplares. quibus vna & ſemis annona dabatur.

¶ Duplex quandoq; ſignificat duo. Vir. Duplices tendens ad ſydera palmas. Ci. li. iiij. ad herẽ. Duplices ſimilitudines eſſe debent. Quandoq; latũ. Vir. Duplici aptantur cẽtalia dorſo. Duplices tantum numero pluralı. & genero maſ. tabellarũ genus eſt in quibus litterę ſcribi ſolebant. Quæ quidẽ aliquã do etiam Triplices erant in quib⁹ res amatoriæ ſcribebantur. Mar. Tũc triplices noſtros nõvilia dona putabis Cũ ſe venturã ſcribet amica tibi. Sic duplices triplices quadruplices & quinduplices porticus dicuntur in quibus ordines colũnarũ duplicati triplicati quadruplicati & quincuplicati ſunt. Vi&. lib. v. In duplici palæſtrarũ porticu collocanda eſſe cõ plura mẽbra ſcribit.

¶ Duplico. as. duplicẽ facio: gemino. Hiero. Duplicauit annonã. Interdũ Augere. Sal. Et maurus victus duplicauerat bellũ. Virg. Et ſol creſcẽtes decedens duplicat vmbras. Hinc Conduplico & Reduplico.

¶ Duram quidã putant eſſe nomẽ fluuij iuxta quẽ Cigantes turrem babel fecerunt. Alij volũt eſſe cãpum. Vnde apud Danielem. In campo durã ſtatuã Naduchodonoſor ſtatuã.

¶ Duria: ſiue Durias. nomen fluuij Valentię proximi: vt ſcribit Pompo. Hunc Sal. vocat Turiam li. iiij. hiſt. Inter lcua mœniũ dextrũ flumen Turia cẽt Valentiam paruo interuallo prętefluit. Clau. Floribus & roſeis formoſus turia ripis. Grammatici formoſum legerent. q̃ vnũ amnũ Turia neutro genere proferri putent. Aug. Priſcianoq; auctoribus. Ptol. Hac parte Turulim vocat amnẽ. Eſt in luſitania quoq; Durius. Quẽ Strabo. duriam. multi Doriam appellant. Sirius Durium. Aitenim. Hinc certant pactole tibi duriuſq; taguſq;.

¶ Duro. as. durum facio: firmo: ſolido. Colu. li. vij. Annicula mula recte a matre repellit: & amota mõtibus aut feris locis paſcatur vt vngulas duret: ſitq;

poſtea longis itineribus habilis. Per tranſlationẽ. Quintil. li. i. Multa linguę vitia niſi primis annis in emendabili in poſterum prauitate durantur. Et durare eſt tolerare. Virgilius. Durate & voſmet rebus ſeruate ſecundis. In qua ſignificatione quãdoq; cõtra naturã iungitur accuſatiuus maxime apud poetas. Hora. lib. i. car. Vix durare carinæ poſſunt imperioſius æquor. Nam ſicut dicimus clamare hominem ideſt cum clamore vocare. ſic durare æquor id eſt per duriciem ferre. Item Durare perſiſtere, perſeuerare. Plau. in am. Durare nequeo in ędibus ita me probri dedecoris a viro argutã meo. Huius compoſita ſunt Eduro valde durum facio. & quaſi ad laborem aſſuefacio. Columel. Quare docendus & a puericia ruſticis operibus edurandus futurus villicus. Induro: vt indurabo cor pharaonis. Obduro vt eſt apud Deutero. Non obdurabis cor tuum. Quæ fere idem cum ſimplici ſignificãt. Præduro cito duro Col. Verum eſt in opere difficilior. q̃ neq; humentem fodere poſſis: q̃ ſi glutinoſiſſima nec nimium ſicca quia nimium prędituratur. Perduro, valde vel ad finem duro. Idem lib. viij. Eſt etiam non ingrati ſaporis iniuria perduratus. Terẽ. in hecy. Sãcte adiurat non poſſe apud nos pamphilo ſe abſente pdurare. Reduro quod eſt aperio contra id quod dicit. Obduro vt inquit No. Et oĩa habent pe. pro.

¶ Dureo. es. durui durus ſum. A quo Dureſco durus fio. Col. li. ix. Plumulæ ſub cauda clunibus detrahendæ neſtercore coinquinatę dureſcant. Luca. tamen. Toſoſq; induruit artus. ab indureo. in eadẽ ſignificatione qua induro protuliſſe videtur. Sed huiuſmodi pręterita raro a dureo compoſitis repetiunt. ſæpe autem ab his quæ a dureſco ſunt. Indureſco. Virg. libro iij. Ge. Styriaq; impexis induruit horrida barbis: ideſt valde dura: ſiue in ſe dura facta eſt. Col. lib. ij. Iuſta enim fieri nequeunt cum induruerit ager. Obdureſco vndiq; durus fio. Cice. M. Cælio. Magno dolore me affeciſſent litteræ tuæ niſi & ratio ipſa depuliſſet omnes moleſtias. & diutuna deſperatione rerum obduruiſſet animus. Prędureſco valde durus fio. Col. libro vij. Verum neq; ante tertiũ. neq; poſt quintum annũ iuuencos domare placet. cum illa ætas adhuc tenera eſt. hæc iam præduruit ideſt nimis dura facta eſt.

¶ Durus. a. um. quod eſt ſolidum ac firmũ. & firmitate naturæ corruptionem ſui non facile admittit. Cuius contrarium eſt molle in quo eſt natura luxurioſior. nec ad contraria repellenda ſufficiens Virg. Sed duris genuit te cautib⁹ horrẽs Caucaſus. p trãſlationem capitur modo pro patiente ac tolerante laborum. Idem. Scipiadas duros bello. Et gens dura & aſpera cultu. Modo pro aſpero & nocente. Idẽ Aut durum tineæ genus. Modo pro crudeli. quoniam nulla humanitate molleſcit. vt apud eundem Quid iuuenis magnum cui verſat in oſſibus ignẽ Durus amor?

¶ Dure & duriter. aduerbia ſic inter ſe differunt. ſecundum Do. q̃ duriter ſit ſine ſenſu laboris. Dure crudeliter. Illud ad laborem. Hoc ad ſæuitiã refertur. Sed dure in alterum. duriter in nos aliquid facimus. Ter in an. Primum hæc pudice vitam parce: ac duriter agebat lana & tela victum quæritans

¶ Duricia & Duricies æque dicũtur de firmitate aſperitate crudelitateq;. Ci. in cato. Quanta in altero comitas. in altero duricies.

¶ Durabile, quod durare poteſt. Ouid. Quod caret alterna requie durabile non eſt.

¶ Duramen. & Duramentũ. brachiũ vitis. Col. lib. v. Sed vt caput trunci pedali fere ſpatio ſit inferius iugo: quaternisq; brachijs quæ duramenta quidam vocant. diuidatur in totidẽ partis. alio nomine duramina nuncupantur. Idem. Conſiderandum erit cuius longitudinis ſint duramina quę excedãt prædictam menſuram.

¶ Duracinę vuę dicũtur quæ duram & firmã corticem habent a duritiæ: vel a duris acinis. Auguſtus in epiſtolis. Dum lectica ex regia redeo: panis vnciam cum paucis acinis vuę duracinę comedi.

¶ Duracina perſica dicuntur: quorũ corpus ligno adhæret: auelliq; nequit. Ply. lib. v. Sed perſicorũ palma duracinis.

¶ Duricoria: dicũtur quę ſunt duri corii Vnde ficus duricoriæ. quæ habent duram corticẽ.

¶ Dyas: latine dualitas Δυο duo.

¶ Dynaſtia. vis potentatus: Dynaſtes dominus regni: potens optimas. ἀπο του Δυναϲθαι. vt hi qui magiſtratus gerunt: & iudiciis præſunt. Scribit Strabo: reges dynaſtas vocari propterea q; plurimũ poſſunt pollẽtq;: & populos quo velint aut vi: aut perſuaſione perducãt. Ci. ad Atticũ. Erit nebulo iſte cum iſtis dynaſtis in gratia.

¶ Dyrrachiũ: fuit ciuitas in epiro. quæ prius Epidãnos vocabatur. De qua Luca. in principio. Dyrrhachii rapiendas tendit ad arces. Dicta Dyrrhachiũ a nomine Dyrrhachij qui portũ vrbi adiecit. Vide in dictione Epidannum.

¶ Dys præpoſitio greca quę in cõpoſitione malũ vel difficile aut impoſſibile ſignificat.

¶ Dyſcolus penul. corre. difficilis maluſve ſiue pernicioſus. ex Δυσ & κελομαι iubeo. Ita vt diſcolus dicatur cui difficulter iubetur Dyoſcolia difficultas

¶ Dyſenteria. dici poteſt inteſtinorum exulceratio ex Δυσ qđ malum denotat. & εντερον inteſtinum Et latine Tormina auctore Celſo dicuntur. Vide in dictione Tormina.

¶ Dyſuria. & Stranguria difficultas vrinę dicitur. Quæ vt Galenus inquit fit ex veſticæ paſſionibus vrinam ſupprimens. Quod quidẽ ſine calculis & inflãmatione poteſt accidere. Hoc Cato ſignificat cũ ait. Quibus ægre lotium it.

¶ Dyſphilus pe. cor. quaſi malus amicus. Iuue. Nõ eſt romano cuiq̃ locus hic vbi regnat prothogenes aliquis vel dyſphilus.

¶ Dyſpepſia: difficilis concoctio.

¶ Dyſpnea: ſpirandi difficultas. Docet Hippocrates in aphoriſmis in ſenectute ſtragurias dyſpneas dyſurias caceſias eſſe frequẽtes. Δυσ εξι μοριον και κωσκαι πυρεω και πονοϲ.

EEt Exp̃poſitiones ſunt q̃ & ſeperãt & cõponũtur. Sepatę mõtpales ſunt: vt Ex illo celebratus honos. Modo locales: vt Excelo. Modo ponũtur pro a. vel ab vt Audiui e patre meo. modo ſignificãt pro. vel ad. vt Ex dignitate. ex vſu: ex vtilitate. hoc eſt pro dignitate: vel ad dignitatẽ. E rep pro rep. Modo ſecundũ: vt ex Platonis ſententia. ideſt ſecũdũ platonis ſententiam. ſiue pro Platonis ſententia. Modo in Cic. E renibus laborabat. i. morbum patiebatur in renibus. Compoſitæ quandoq; priuationem indicant: vt Elinguis. Exanguis. Quandoq; vehementiam vel perfectionem: vt Eludo. Exoro. Quãdoq; Extra vt Educo Excludo. Componitur aũt. e. cum. b. vt Ebibo. d. vt Educo. G. vt Egredior. i. vt Elicio. l. vt Eludo. m. vt Emitto. n. vt Enitor. r. vt Erigo. u. vt Eueho. Ex vero componitur cum a. vt Exaudio. C. vt Excurro. Et vt Exeo. F. vt Efficio. O. vt Exoleo. P. vt Expello. Q. vt Exquiro S. vt Exequor. T. vt Extendo: V. vt Exuro. Verum quãdo poſt ex ſequitur. f. mutatur. x. in. f. vt effundo Cum vero ſequitur. x. abiiciatur. ſ. vt Exequor & Exicco in alijs integra manet.

¶ Eantes. nomen propriũ hyſtorici Cizyceni qui fuit ætate qua pygmalion in oriente regnabat.

¶ Ear. latine ver. a quo Earinus. vernus.

¶ Eatenus. pe. cor. ſignificat vſq; eo. vel adeũ modum. Cui reſpõdet Quatenus vſq; quo. Hier. Quia & ſi in ſanctis patrib⁹ & prophetis gratia fuiſſe creditur: non tamen eatenus plena. Sue. in Tyber. Ac primo eatenus interueniebat nequid perperã fieret.

¶ Ebenus vel Ebenum pe. cor. nomen græcum. & Arabicanus dicitur. Lignũ nigrum eſt ſolidũ pulchrum aptumq; ocularibus medicinis. Hæc arbor naſcitur in india quæ cæſa dureſcit in lapidem. vriturq; odore iucundo. Vir. lib. ij. Geo. Sola india nigrum fert ebenũ Aetius amelinus ita ſcribit εβενος ξυλον ιστιτων ιϲχυλοραμα λυομηνων ρυπτικησ και λευκοτερουϲ εϲτι Δυναμεωϲ οθεν και τα ταιϲ κοραιϲ εωϲ κοτουντα πεπωϲιστευται ρυπωτεινταιϲ τε αλλαιϲ οφθαλμικαιϲ μιγνυται Δυναμεωϲ.

¶ Ebrius: & Ebria a bria quod eſt vas vinariũ. Eſt enim ebrius qui nimio potu alienatus eſt mẽte. Cuius contrarium eſt ſobrius. quaſi ſine ebrietate. qui in cibo & potu temperans eſt: & qui nõ eſt actu ebrius. Vnde nõ ſobrius pro ebrio ſumitur. Mar. Et nõ ſobria verba ſubnotaſti. Hinc Ebrietas: quam Cato dicebat nihil aliud eſſe q̃ inſanam voluntariam. Interdum ebrius ponitur pro pleno & abundanti. Plau. Facite mihi cœna vt ebria ſit. i. abundans & opipare parata. Ebrioſus qui ſæpe fit ebrius. a quo Ebrioſitas. Huius contrariũ eſt Sobrioſus. ſobrietatis affectator. quo vſus eſt Cyprianus. Inter ebrium & ebrioſum hoc intereſt. Nam poteſt qui ebrius eſt tum primum eſſe. nec habere hoc vitium: & qui ebrioſus eſt ſæpe extra ebrietatem eſſe. Sic ebrietas ab ebrioſitate ſeiungitur q; alterũ affectionis ſit: alterum habitus.

¶ Ebrio. as. ebrium facio. Vnde & inebrio verba actiua. Hiero. lib. ii. Re. Et inebriauit eum. Plau. in aul. Homo ebriatus ſomno ſanari ſolet. Aliquãdo Ebriari ſeu inebriari ſumitur pro impleri ſeu quaſi ſatiari: vt apud apoſtolũ. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria.

¶ Ebriulo. as. pe. correp. ebrium facio. Sunt tamẽ qui hæc aſpirent ab hauriendo potu illa deducentes.

¶ Ebron. mons palæſtinorũ: haud longe a Gaza: Syrię ciuitate.

¶ Ebur & Ebor vtroq; modo dicitur pro elephãti dente: quaſi e barrho. i. elephanto. Hor. Quid tibi vis mulier nigris dignißima barrhis?

¶ Eburneus. a. um. quod eſt ex ebore aut quod ſũ-

ſtar eboris album eſt: vt Eburnea facies. Ouidi. lib. iij. me. Impubeſq; genas & eburnea colla decuſq; græce. ελεφαντινοσ.

¶ Eburnus. a. um. idem quod Eburneꝰ. Tibu. Hãc primũ veniens plectro modulatus eburno. Luc. li. ij. Legitimęq; faces gradibuſq; accliuis eburnis.

¶ Eboreus a. um. ab Ebor fit: ſicut a marmor marmorcus. Eburneus vero & eburnꝰ ab Ebur. Et ſignificat qđ eſt ex ſolido ebore. Quitila. li. vi. Cum in triũpho Cæſaris Eborea oppida eſſent tranſlata.

¶ Eboratus. a. um. quod extrinſecus ex ebore eſt. Quod & eburatũ dicitur. Plau. in Perſa. Lectos eburatos auratos.

¶ Ebudes. inſulæ ſunt quinq; nũero: in oceano britãnico anguſto freto diuiſæ cuius incolæ vt ſcribit Solinus lacte ſolum & piſcibus vitã agunt.

¶ Ebulum. herba eſt faciens baccas in ſimilitudinẽ ſambuci. Columella libro ſecundo. Sed citra hoc experimentũ multa ſunt quæ & dulcem terrã & frumentis habilem ſignificent vt iuncus & calamus gramen & trifolium: ebulum: rubi: pruni ſylueſtres & alia complura. Idem Et rutilas ebuli creat vuida baccas. Legitur & ebulus.

¶ Ebullo as. erumpo. crepo. Tractum a bulla quæ æſtiuo tempore ex aqua pluuia fingitur in ſpeciem pilæ & facile rũpitur. Perſius. Oſi ebullet patrui pręclarum funus.

¶ Eburones populi gallię qui per fraudem multos ex Cæſaris exercitu trucidarunt.

¶ Ebuſus inſula quę cuniculos nõ habet. Pompo. Ebuſus aſalium quæ nocent adeo expers: vt nec ea quidẽ quæ de agreſtibus mitia ſunt generet: aut inuecta ſuſtineat.

¶ Ecbatana numero plurali. pe. cor. Metropolis ẽ Mediæ: vel vt quidã exiſtimãt regionis magnę nomẽ. Eſt & Ecbatana vrbs in ſyria quæ Epiphania quandoq; vocata fuit: ac per. g. etiã ſcribi poſſe quidam teſtantur Egbatana.

¶ Ecbaſis. pe. cor. latine dici poteſt excurſus Nam cõponit ab εκ & βαλισμα και αλλως εκ του βαι νω quod eſt egreſſus. vt Virg. li. i. ge. deſcribẽs tempeſtatẽ præcauendam a ruſticis.

¶ Ecce. aduerbiũ demonſtrandi quod apud Virg. aliquid repentinũ inſperatũq; ſignificat: vt Ecce autem gemini a tenedo trãquilla per alta Horreſco referens Scribit Aſconius etiã hoc propriũ eſſe Ciceronis vt in rebus iprouiſis hac particula vtatur cũ apud alios interdũ in rebus lætis vſurpetur. Ouid. Ecce Corina venit. & modo actõ: modo ntõ iũgit.

¶ Echemythia ab εχεμυθεω latine taciturnitas.

¶ Eccũ. eccam. eccos. eccas. quaſi ecce eum: ecce eã ecce eos: ecce eas: Sic Ellũ ecce illũ. Ellam ecce illã. Ita exponit Do. Ter. in an. Eccũ video. Alij expo nũt. Eccum ecce hic ſubintellige virum de quo agebam: Eccam ecce hic ſubintellige fœminã de qua agebamus. Ellum ecce illic. ſ. virũ reſoluendo p ad uerbia nõ per nomina vt apud eundẽ. Eccum me. quod nõ licet exponi ecce eũ me.

¶ Eccubi. per duplex. cc. & pe. cor. Cõponitur ex ecce & vbi.

¶ Ecquis ex. en. pro ecce. & quis. vbi. n. ratione. q. ſequentis mutatur in: c. Ex quo oſtenditur eandem vim habere. c. & q. Et ſignificat nunquis. Nã particula. en. iuncta dictionib⁹ incipiẽtibus a. q. interrogatiue poſitis ſignificat an: vel ne. vel nũ. vt Ecqđ nõne? nũquid Ter. in eu. Ecquid nos amas de fidicina hac. i. aliquantulũne amas propter fidicinam. Ouid. li. ij. faſt. Ecquid in officio torus eſt ſocialis: & ecquid Cõiugibus noſtris mutua cura ſumus?

¶ Ecquando. i. nunqñ. vel an aliquãdo. & aliquo tempore.

¶ Eccleſia. latine Cœtus conciliũ: cõcio: congregatio. Eccleſiaſtes. concionator.

¶ Echinades. pe. cor. Inſulæ ſunt Herodoto teſte in Maleaco mari ex oppoſito ad oſtium Acheloi. De quibus Luc. Craſſis oblimat echinadas vndis. Sene. in Troade. declinat. Echina. æ. pe. pro. Quo libet vento faciles echinæ.

¶ Echinus. pe. pro. Tegmen ſpinoſũ quo ſeruãtur caſtaneæ. vulgo Riciũ vocant. Vñ caſtaneę echinatæ. Ply. nuces vocamus & caſtaneas q̃q̃ accommodattores glandiũ generi: armatũ his echinato cortice vallum eſt. Ab huius tegminis ſimilitudine dictus eſt Echinus piſcis quidam quẽ Ply. ſcribit eſſe cancrorũ gñs in quibus ſpinæ pro pedibus ſunt: in gredi huic eſt in orbẽ volui. Græci. n. εχινον hirtũ vocãt: Mar. Iſte licet digitos teſtudine pũgat acuta Cortice depoſito mollis echinus erit. Saxa petit in ter q̃ ſe locat ne a fluctibus iactet. De hoc Ambr. li. hexa. ſic ſcribit. Echinus aĩal exiguũ vile ac deſpicabile maritimũ loquor. plærũq; index futuræ tempeſtatis aut tranquillitatis annũcius ſolet eſſe nauigãtibus. Deniq; cũ procellã ventorũ p̃ſenſerit calculũ validũ arripit: eũq; velut ſuburrã vehit: & tanq̃ anchoram trahit ne excutiatur fluctibus. Itaq; ſuis ſe librat viribus: ſed alieno ſtabilit & regitur ponderе. Quo indicio nautæ velut ſignũ futurę perturbationis capeſſũt. & ſibi pręcauent. ne ꝑeos imparatos turbo improuiſus inueniat. Hic alio nomine a Latinis Erinaceus dictus eſt. Eſt & Echinus apud græcos terreſtre animal: cui ẽ apud noſtros Hęricio nomen quod ipſum ab hęrendo deductũ eſt: & æque ſpinis hirſutus eſt atq; maritimus echinus. De quo Ambr. eodem li. Echinus iſte terrenus quem vulgo hæriciũ vocant ſi quid inſidiarũ præſenſerit ſpinis ſuis clauditur atq; in ſua arma ſe colligit. Præterea Echinus genus vaſis ænei eſt in quo calices lauantur: quam alii Ampullam dicũt eſſe vitreã. Hor. in Ser. Pocula cũ cyatho duo ſuſtinet: aſtat echinus. Et Echinus echini & echinuntis ciuitas fuit de qua Cice. in Arato. Dicitur excelſis errans in collibus amẽs Quos tenet ægæo defixa in gurgite echinus Hoc etiam nomine dicta eſt alia ciuitas in phthioti de in faucibus Sperchij amnis vt inquit Ply. vna cum Ptolemæo.

¶ Echeneis: genus piſciculi quẽ ferũt per aquã ſiſtere nauem q̃uis immenſam & velo & remis concitatam ne poſſit iter inſtitutũ pagere απο του εχω habeo tẽeo & ραυσ nauis ſiue ab εχομαι hęreo ραυσ nauis q; nauem teneat. vel naualibus tabulemẽtis adhærens remorari compellat. Plynius libro nouo Eſt paruus admodũ piſcis aſſuetus petris echeneis appellatus. Hoc carinis adhærente naues tardi⁹ ire credũtur. Inde noĩe impoſito Remora a morando dicitur latine. Ob quã rem a græcis ita dicitur a noſtris Remora. Remiligoq; noſatur. Luc. li. vi. Non puppim retinẽs euro tẽdẽte rudẽtes In mediis echeneis aquis. Ambro. Alios in exiguo corpore tantum validitatis aſſumere vt maximas nauium plenis currentes velis in mediis fluctibus ſiſtant: ſicut

breuis piſciculus echeneis tanta facilitate memora-
tur nauem ingentē ſtatuere: vt quaſi radicatam ma-
ri hærere videas nec moueri. Aliquādiu eni immo-
bilem ſeruat. Ferunt hūc piſcem fluxum graudarū
vtero ſiſtere: partuſq; ad puerperiū continere.
¶ Echidna. latine hydra ea potiſſimū quę ab hercu
le interfecta eſt. Ouid. lib. iiij. faſ. Sanguine centauri
lerneæ ſanguis echidnæ. Miſtus ad auxiliū tempo-
ra nulla dabat. Vide in dictione Excetra.
¶ Echo ſoni vel vocis repercuſſio. Græce ηχω ſo
nus: & ηχεω reſono. Oui. libro. iij. me. Planxerunt
dryades plangentibus aſſonat echo. Fit. n. in con-
uallibus et locis cōcameratis: vbi ſcinditur reſultās
aer: in q̄bus acceptę voces nūeroſiore repcuſſu mul
tiplicentur: nomenq; echo eiuſmodi voci a græcis
datum eſt vt Ply. li. xxx. ſcribit: quoniā non eſt va
gandi liberrimus cāpus ſed obiectu reflectit. Quæ
cauſa etiā multas voces multis in locis reciprocas
facit ſicuti in vrbe Cyzico turres ſeptē acceptas vo
ces multiplicāt. Et olympię porticus fuit: quā hep-
taphonon appellant. quoniam ſepties eadem vox
redditur. In hanc ſententiā ait Lucr. Sex etiam ac
ſeptem loca vidi reddere voces: Vnā cum iaceres
ita colles collibus ipſi Verba repulſantes iterabant
verba refert. hęc echo a latinis dicitur imago. Val.
Flaccus. lib. iij. argo. Rurſus hylan & rurſus hylan
per longa reclamat Auia reſonſant ſyluæ & vaga
certat imago. Hora. Quē deum cuius recinit ioco-
ſa nomen imago. vbi Porphyrio expoſuit q̄ ima-
go dicitur quaſi imitago.
¶ Echos ηχους etiā græci vocant argutas valles
ab ηχεω vt inquit Col. li. x.
¶ Eclegma. atis. latine linctum dicimus frequentiſ
ſimū medicis omnibus. Sūt enim Eclegmata quæ
fiunt lingendi gratia: nō edendi neq; deuorādi hoc
eſt cum aliquid in ore tenentes paulatim diſtilando
ſorbemus απο του εκκαι λεγω γινεται εκλεγ-
ματα.
¶ Econas. vocant imagines ex membris aliquorū
ſimilitudine expreſſas: inquit Plynius li. xxiiij. Vn
de & Feoncula diminutiuū. Sue. in Nero. Pro ſum
mo inquit numine: tribuſq; in die ſacrificijs colere
perſeuerauit eoncula puellarem. Dicitur etiā Ico-
na & Iconcula.
¶ Eclipſis latine defectio. Eclipticus defectiuus
εκλειπω deficio.
¶ Ecthlipſis. latine Eliſio: Cæſura eſt qua. m. cum
vocali eliditur. Ab aliquibus Elepſis. A quintil.
Detractio tranſfertur. υπο εκκαι θλιβω.
¶ Ectaſis dici poteſt productio. Figura eſt qua ſyl-
laba naturaliter correpta producit. Ab εκτινω pro
duco. Dicitur a nonnullis Extaſis. vt Italiam fato
profugus.
¶ Ecctaſis latine ſtupor. grę. εκστασις Au. in pſal.
interpretatione Ectaſis exceſſum mētis ſignificat.
Quæ fit vel pauore vel aliqua reuelatiōe in qua om
nes ſancti fuerunt quibus arcana dei mundū iſtum
excedentia reuelata ſunt ita vt de eorum memoria
laberentur interna.
¶ Ecloga. electio explanatio ab εκλεγω quod eſt
eligo. Vnde & Exceptus dicitur ſicut teſtatur Eu-
ſebius li. de eccle. hyſtoria. neq; ſermonē de capris
ſignificat. Tunc eni ægloga dicitur.
¶ Ectrapeli. quaſi horrentes & auerſati cōmunē et
vſitatum naturæ modum.

¶ Ectropiū. dicitur cū inferior palpebra parum ſur
ſum attollitur: ſed pendēs hyat: nec cum ſuperiore
cōmittitur. Lagophtalmos vero cum ſuperior pal-
pebra non deſcendit.
¶ Ecyra. pe. cor. ſocrus latine dicit. Vnde Terentij
fabula. Similiter εκυρος ſocer: pater viri. Sunt ta-
men qui hoc nomen aſpirent.
¶ Eculeus vide in dictione Equuleus.
¶ Edo. es. eſt. edi. eſum. vel eſtū. Dicitur & Edo. is.
correpta prima ſyllaba ab εζω quod ſignificat Ve-
ſcor. Virg. Eſt mollis flamma medullas. Infinito.
Eſſe in paſſiuo Edor eris: eſtur pręteritū Eſus. Ply.
li. xx. Et in ægypto propter eius amaritudinē non
eſtur. Quandoq; Edo ſignificat cōſumo. Huius cō
poſita ſunt Adedo quod eſt cōſumo. Virg. Nam ſę
pe fauos ignotus adedit ſtellio. Ambedo circūedo
Idem. Ambeſas malis abſumere menſas. Come-
do: a quo Excomedo. Exedo. Obedo. Peredo & ſu
peredo: quæ habent pe. cor. Ab Edo deducuntur.
Eſito. as. & Eſurio. & quæ ſequūtur.
¶ Edax. accipitur pro vorace conſumptore. a quo
Edacitas: pro Ingluuie.
¶ Edo. onis. idē quod Eda x. qui & Manduco dicit
¶ Edeatræ dicti ſunt qui præſunt regijs epulis.
¶ Edilia dicūtur omnia quę ad eſum pertinēt. Gel.
Quod ex ſalutis vſu foret vt edilia quidem omnia
defenderet ab arteria depelleretq; in ſtomachum &
pulmonem.
¶ Edones. pe. cor. ſunt populi Thraciæ maritimi
q̄ q̄ apud græcos per. ω. ſcribatur.
¶ Edonij etiā thraciæ populi mediterranei. Virg.
Ac velut edoni. boreæ.
¶ Edonus: mons eſt apud eoſdem populos. a quo
edoni populi.
¶ Edonides mulieres bacchantes qnę furore diui-
no agitatæ myſteria bacchi celebrabant. variis aūt
nominibus appellabantur huiuſmodi bacchantes.
Nam & Euanes & Thyades: & Mimallonides. &
Mænades & Baſſarides. De his Ouid. Protinus in
ſyluis matres edonidas omnis.
¶ Edeſſa: nomen ciuitatis quo ſignificatur aquarū
impetus. Hinc Edeſſenſes populi. Stra Trans eu-
pharen eſt bambyce quā Edeſſam & hierapolin vo
cant in qua Atergatim ſyriam deam colunt.
¶ Edico. edicis. penul. produ. ſignifiat Iubeo pro-
nūcio decerno & eſt ꝓprie magiſtratuū. Vnde Edi-
cta quę ſunt Conſulū prætorum & ædilium litterę
quibus aliquid imperatur. Mandare eſt gerendū ali
quid aſſequendumq; cōmittere Pręcipere magiſtro
rum ſeu magiſtratuum & ſuperiorū. Iubere frequen
ter pro imperare. Edicere etiam eſt oſtendere & de-
clarare quaſi extradicere. Vnde legimus de Apo-
ſtolo Ioanne q̄ compulſus fuerit diuinam natiuita
tem edicere.
¶ Ediſſero. ediſſeris. penultima correpta extra diſ-
ſero explano declaro. Pacu. Ediſſere fabulam hanc
Virg. li. ij. Mihiq; Ediſſere vera roganti.
¶ Edolo. edolas. penultima correpta ꝓfecte dolo.
polio. Nonius. Edolare fabrorum eſt cum materia-
rum cōplanatur aſpertas. Vi. ſi ſunt eo verbo lauda
di ſcriptores vetuſtatis etiam ad alias fabricas rerū
Vnum ego libellū non edolem.
¶ Edom. Eſau dictus eſt ob coctionem rufæ lentis
cuius edulio primogenita perdidit. Hebræi nāq; vt
Ioſephus libro ſecundo ſcribit Edom rubeū dicūt

Vnde & regio in qua regnabat Esau Edom dicta est: quã græci honestius Idumæã denominauerunt Hæc nunc regio inquit Hiero. Gebalena dicitur q̃ est in finibus Eleutheropoleos: vbi habitabãt ante chorrei q interpretantur liberi. Vñ & ipsa vrbs post ea sortita vocabulũ est. Nunc viculus palæstinę est a conditore sic impositio nomine alio nomine dicitur Seir. pilosus & hispidus. Vnde & mõtes Idumeorũ appellantur montes Seir.

¶ Educo. educis. penul. produc. extra duco. Liui. li. i. In aciem copias eduxit. Vir. pro extraho posuit libro decimo. Hoc dicens eduxit corpore telum. Aliquando Educere est Erigere. Idem libro sexto Aramq; sepulchri cõgerere arboribus: cæloq; educere certant. Aliquando Nutrire Terentius in adel. Inde ego hunc maiorẽ adoptaui mihi: eduxi a paruulo, habui: amaui pro meo. Sed nos magis Educare dicimus q̃ educere. Virgilius libro sexto. Quatuor hic iuuenes totidem quos educat vfens.

¶ Educo. educas. penul. correpta nutrio. Vnde liberorũ educatio.

¶ Edurum nõ durũ. quasi extra durum. Ibi enim e priuationẽ significat vt in enode. Nã eduras coryllos dicimus. Hoc est non duras.

¶ Edulis penul. producta a quod manducari potest. Hora. Vinea summittit capreas non semper edulis

¶ Edulitũ dicitur quicquid ad prandiũ cœnãq; edẽdi gratia apponitur & sumimus præter panẽ. Hier. Cuius edulio primogenita perdidit.

¶ Eetion. nomen patris Andromaches, qui apud Ciliciæ thebas imperabat. Homerus. lib. iliad. xxi. κρηΔε μυοθεο ρα οι Δωκε Χρυση α ΦρωΔιτη ηματι τω ο τε μιν κορυθαιολος ηκα τεθε εκ τωρ εκ Δομου ηετιωνος sed nota cassandram in prædam venisse agamemnoni: eiusq; concubinã fuisse vnde Euripides in Hecubæ tragœdia τροσ σοισι τωλευροισ τωαισεμη κομιζεται η Φοιβασιμ κα λουσι κασανΔραμ Φρυγεσ.

¶ Effarcio. is. effarsi. tũ. maxime impleo. Cæsar libro septimo. Hæc aũt quæ diximus interualla ingrãdibus in fronte saxis effarciuntur.

¶ Effata sunt vltimæ p̃cationes augurũ quas post fines auspiciorũ extra vrbem sunt effati. vt Varro & Seruius aiunt. Effari enĩ proprie eloqui est. Virg. Sic effatus vestigia pressit.

¶ Effaxillo. as. ab Axilla fit & significat Exero. q̃ exerto brachio axilla ostendatur.

¶ Effero. penul. cor. ers. extra fero sed oio. græcum est φερω φερεισ και μελλω ποισω εστι παρα γω μαλαι. Vir. li. ii. Mene efferre pedẽ genitor. Hinc Efferri cadauer dicitur cum celebratur funus vel dũ sepelitur: quasi extra domũ ferri. Siquidem veteres solebant extra vrbem sepeliri nisi fuisset magistratus. Honestiores tamen circa vias. Vnde frequenter epitaphij ad viatores dirigũtur. Luc. Depugnabunt pro te ipsi & morientur ac se vltro efferent. Et efferri dicũtur mala quæ patiendo vincimus. & quasi tumulamus. Ci. li. iiij. tus. Neq; tam terribilis vlla fandi ratio est neq; sors neq; ira cælitum inuentum malum qd̃ nõ natura humana patiendo hęc efferat id est vincat subdta sepeliat. Interdũ Efferre est p̃uehere exaltare. Virg. Extulit hæc decios marios magnosq; camillos. Interdũ Laudare q̃is ad idẽ reduci possit. Nam cum dicimus. Effero illius facta eum euehimus ab humiliori gradu ad altiorẽ. Sed hæc per translationẽ. Nam proprie idẽ alibi. Ostendit dextram insurgens entellus: et alte extulit id est in altum leuauit. Interdum proferre; vt apud eundem. Vt belli signum laurenti turnus ab arce extulit. Interdum Eleuare minuereq; quasi extra ferre hoc est euacuare. Ci. li. ij. de ora. Illa autem quæ aut conciliationis causa leuiter aut permotionis vehementer aguntur contrarijs commotionibus efferenda sunt: vt odio beniuolentia misericordia inuidia tollatur.

¶ Effero. as. pe. cor. efferũ. hoc est crudelem instar feræ facio. Sta. li. achil. Et raptum superis mars eferat aurum. Ambr. Efferauerat herodes vniuersos. Hieronymus in Daniele deponẽti vsus est cũ inquit Cum appropinquasset prope arietẽ efferat⁹ est in eum. Efferare etiã est quod vernacula lingua dicimus Insaluatichire. Liui. li. ij. Obsita erat squalore vestis fœdior corporis habitus pallore ac macie perempti. Ad hæc promissa barba capilli efferauerant speciẽ oris. Lact. li. iij. Nam si hõ ad aspectũ alterius hominis efferaretur quod facere videmus animãtes quorũ natura soliuaga est: nulla esset hominum societas.

¶ Efficio. is. pe. cor. pfectionẽ denotat. Ter. in an. Quid est quod mea ars efficere hoc possit amplius. Inde effect⁹ is & Efficientia.

¶ Efficax: dicit qd̃ ad agẽdũ aliquid vim habet. ac maxime conducit. Hinc Efficacia q̃ est vis.

¶ Effingo. is. valde fingo. Fx. n. auget: vel quasi naturalia formo. & ad alterius formã fingo: & qualem volo fingendo formam repræsento. Quintil. Nam mihi videt. M. Tullius cũ se totũ ad imitationem græcorũ contulisset: effinxisse vim Demosthenis: copiam Platonis: iucunditatẽ Isocratis.

¶ Effigies: signũ est ad viuã alterius similitudinẽ: vel ad veritatis imaginẽ factũ tam in picturis q̃ in sculpturis. Ponit & quãdoq; p aspectu. Dicit etiã Effigia. Plau. in ru. Veneris effigia hęc quidẽ est.

¶ Effigio, effigias ad effigiem formo. Augustin⁹ lib. vii. ci. dei. Quid sũt idola nisi q; oculos habẽt & non videbunt & quicquid tale de materiis licet a fabro effigiatis tamen vita sensuq; carentibus dicendũ fuit. Ineffigiatus autem qui non habet aliquam formã.

Effilatum. Vide in dictione Filo.

Efflagito. efflagitas cũ clamore seu cũ magna instantia flagito. Virgilius Ille simul fugiens rutulos simul increpat omnes No ie quemq; vocans notũq; efflagitat ensem. Quintil. ad Tripho. Efflagitasti quottidiano cõuicio: vt libros quos de institutione oratoria scripserã iam emittere incipere tamen a flamma cõponitur.

¶ Efflictim aduerbiũ significat valde. Plau. in pe. Earũ hic adolescens ad terrã efflictim petit.

¶ Efflo. as. extra flo. spiro. Varro li. i. reirus. Præterea q; ab sole toto die illustrat salubrior est: q; & bestiolæ si quæ prope nascũtur aut inferũtur: aut efflantur: aut aritudine cito pereunt. Inde efflare animam dicimus. Sue. Priusq̃ efflaret animã pro mortuo deferi iussit.

¶ Effloreo. es. a quo Efforesco. Vide in dictione defloreo.

¶ Effluo. extra fluo. effluendor. lact. lib. i. Siue igit a Melisseo sicut Didymus tradidit colendorũ deorum ritus efluxit.

¶Effodio is.pe.p.extra fodio. Plau.in cur. Esterquilinio effossa tua illic præda est.

¶Effœmino as.pe.cor.in mulicbrē mollicię· at; ꝑ lasciuiam cōuerto. Sal. Ea quasi venenis malis imbuta corpus animumq; virilem effœminat. Ci.li.i.tus. Cogitationibus molestissimis effœminamur. Vñ & effœminati molles & lasciui dñr.

¶Effœta cum œ diph. accipitur q̄ fœtū emisit: vt illud Col.li.viii.primus effœtæ partus amouēdus est quoniā tyrūcula: nec recte nutrit. Item sumitur effœtus ꝑ fœtu qui emissus est. Idem li.ix. Pullos oportet singulos vt quisq; natꝰ sit tollere: sed vno die in cubili sinere cū matre & aqua ciboq; abstinere dū omnes excludant. Postero die cum grex fuerit effœtus: hoc modo deponatur. Effœta quoq; dr̄ quæ non amplius parit quasi frequenti partu lassata. Ply. Est aūt tanta gallinis fœcunditas vt aliquę ꝺ sexagena pariant oua: aliquæ quotidie: aliquæ bis die: aliquæ in tantū: vt effœtæ moriantur. Hinc effœtus fœtu destitutus eneruatus exhaustus & lassatus. A si militudine mulierum: quas partus debiles reddit. Virg. Frigentq; effœtæ in corpore vires Similiter effœtam tellurē dicim⁹. vt idem li.i.geo. Effœtos cinerem immūdū iactare per agros. Vbi Ser. Cōtinua fertilitate lassatos sicuti etiā frequēti ptu effœta dr̄ mulier. Col in præfatione. Q ꝺ existiment vbertate nimia prioris ætui defatigatum & effœtum solum nequire pristina benignitate prębere mortalibus alimenta. Ci.in Cato. Libidinosa & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti: id est debile & infirmum quia vacuum viribus & eneruatum.

¶Effœnus. Vide in dictione Frænum.

¶Effugio is.pe.cor.extra fugio cuado. Vñ Effugiū & Effugia æ. Vide in dictione Fugio.

¶Effundo is.extra spargo. Lact.li.i. Nam præter verborum licentiam quibus obscœnitas oīs effunditur. Plau. Totāq; effudit fideliam. i. sparsit quicquid in fidelia erat. Per translationē Effundere ponitur pro cōsumare. Ci.li.ii.offi. Multi patrimonia effuderunt incōsulte largiendo. Quandoq; ꝑemittere. Virg. Ruuntq; effusi carcere currus. Quādoq; pro Prosternere ꝑfligare. Sal. Effuso ac ꝑfligato pcditatu paulatim retrocedere cœperunt.

¶Effutio is.pe.p.inepte & inconsulte eloquor eua cuo. Translatio a vase futili: quod patulo ore fundo acuto instabile nihil in se contineat. Et ipse futilis dicitur qui nihil intra se continet: & semper inanis est. Hora. Effutire leues indigna trœgedia versus. Var. Euax verbum nihil significat sed Effutitū naturaliter est. Nonius. Effutire exponit pro dicere cum mendacio adducitq; Ciceronem. li.v.tus. vbi sic ait. Nec hoc sic agit: vt ex tempore quasi effutire videatur.

¶Egelidor.pe.cor.regelor: geluq; dissoluor. ¦ Sidoni. Egelidarentur fibræ glaciales.

¶Egeo es.egui.alicuius rei necessitatem habeo: & tam gentiuo q̄ ꝺatiuo iungit. Plau.in asi. Quia tui abeuntis egeo. Lact.li.v. Tanta esse innocētię vim vt non egeat nec armis nec viribus. Hinc componitur Indigeo. Deriuantur vero. Egestas paupertas Egens: egentior: egentissimus. Aug.li.i.cō. Opibꝰ egentissimo.

¶Egenus pe.p.qui aliquid habet & aliquo indiget pauper qui nihil habet. Inops sine ope.

¶Egestosus: ab egestate formaī sicut a sobrio sobriosus. Cyprianus. Cum nulla fuerit oportunitas scandali vbi transeunter qd̄ peius est egestosam habuerit mansionem.

¶Egeria: nympha cui sacrificabant p̄gnantes: q̄ eam putabant facile fœtam aluo egerere.

¶Egero is.pe.cor.ssi.stū. Vide in dictione. Gero.

¶Egregius a.um.excellēs: qd̄ ex toto grege eligit. Et egregius eminēs & præstans. Terentius in An. Forma egregia & ætate integra. Hinc contra grammaticorum regulas. Iuuenalis formauit comperatiuum. Egregius cœnat meliusq; miserrimus. Sic Lucre. Nimirum nihil egregius q̄ res secernere apertas a dubiis. Egregie aduerbium Excellenter q̄uis etiā vsurpetur ꝑ valde nimis: vt apud Ter. in an. Horę ille nihil egregie præter cætera studebat.

¶Egredior: extra gradior exeo. Lact.li.ii. Ille vero cū egressus esset ex arca. Dicimusq; egredior tēplo & e templo: & templum. i. extra gradior tēplū. Inde Egressus & Egressio.

¶Egurgito as.pe.cor.significat exhaurio. Plautꝰ. in Epi. Atq; egurgitem domo prorsus.

¶Eho. Interiectio est ad se vocantis: vel nutus est intentionē deposcētis eius cū quo vult loqui. Ter. in an. Ehodum ad me. Alias interiectio admirantis vt apud eundem. Eho. an tute ītellexti. hoc assimularier.

¶Ei: datiuus ab is.ea.id. aliquando habet qualitatis vim. Ter. in an. Ei ne ego vt aduersor? hoc est talitam bono. In metro plærumq; monosyllaba dictio est sicut cui & huic licet quandoq; etiā duarum syllabarū reperiāt: vbi e modo corripitur: mō ꝑducitur. Iuue. Iuuenes hortantur: vt illam Ire viam ꝑgant & eidem incumbere sectæ. Lucr. li.vi. Scilicet & fluuius qui visus maximus ei.

¶Eia mō adhortātis ē: mō corripiētis ἐλληνιστὶ εἰα καὶ ρίμα ὑπο του ἐαω ἐω.

¶Eicio is. extra iacio excludo. Virg. Nec nō Tarquinū eiectum Porsenna videbar accipere. Q ñq; Extendo. Idem. Eiectoq; incumbit cernuus armo Eiectum quoq; ꝑ naufrago idem posuit. Eiectum littore egentem excepi. Hinc Eiectitius a.um. Ply. Vulua eiecto partu melior q̄ edito. Eiectitia vocat illa: hęc porcaria.

¶Elabor.pe.p.extra labor: effugio eo modo quo lubricus anguis aut anguilla manu prensa lapsu fugit. Virg. Ecce autē lapsus pyrrhi de cęde polites. Plau. in cap. Ea spes elapsa est. i. effugit. Hier. in prologo Iob. Vt si velis anguillam aut murenulā strictis tenere manibus quanto fortius presseris tanto citius elabit. Ci. per translationē. Hic fratre suo censore qui ꝓximus ante me fuerat elapsus est. hoc est accusatorum veluti p̄sentium manꝰ effugit.

¶Elaboro as. Vide in dictione laboro.

¶Elamitę pe.p.dicti sūt persarū principes. ab Elā filio Sem. vt ait Iosephus.

¶Elaphos pe.cor.latine ceruus. Vñ Tragelaphus Hircinus ceruus.

¶Elatus pe.p.sublimis: excelsus: eminens: supbꝰ ab Effero rs.

¶Electra teste hesiodo nympha oceani & Tethyos filia: vxorq; Atlantis cuius filia q̄dam etiā Electra dicta fuit quæ Ioui Dardanum pepit dicēte Virg. li.viii. Dardanus iliacę primꝰ pater vrbis & auctor Electra vt grai perhibent atlantide cretus. Et sub-

dit. Electrã maximus atlas edidit ethereos humero
qui sustinet orbes. Alia fuit Electra Horestis soror.
¶ Electryon. Amphitryonis frater & filius Alcæi.
¶ Electrũ: gũmi siue lachryma succusve ex arbori
bus pinei generis pfluens: qđ a latinis Succinũ di-
cit: nascit vt inquit Ply. in exoticis insulis sub me-
tali specie & glessũ dicũt barbari. Hinc electriferas
insulas glessarias. Cuius coloris similitudine puto
eam mistura electrum dici quæ ex parte quadam
auri & argenti conficitur dicente Plynio li. xxxiiii.
Aurum in quo quinta argenti portio est electrum
vocatur.
¶ Eleemosyna mun⁹ quod inopi datur ab ελεοσ
quod miseratione significat. Q đ nomẽ apud gen-
tiles raro legitur cũ apud christianos frequẽtissimũ
inueniat. Spartianus de Caracalla. Non tenax in
largitionẽ non lentus in eleemosynam.
¶ Elegans pe. cor. nomẽ est nõ participiũ ab eligo
vt Ci. li. de opti. dicendi gñe inuere videt cũ inquit
Nam si vt in epularũ apparatu magnificentia rece-
dens nõ se parcũ solũ: sed etiã elegãtẽ videri volet
eliget quibus vtatur. Sunt em̃ plærę aptæ huius
ipsius oratoris de quo loquor parsimoniæ. Est igit
elegans idẽ qđ cultus ornatus politus quasi qui eli-
gere sciat: aut qui ipse sibi sit eligendus. Ter. Regẽ
elegantẽ narras. Hinc elegantia.
¶ Elegãtia dicta ẽ q sit electa & separata a vulgari
opinione. & accipit p cultu & ornatu q̃ tñ apud ve-
teres nõ ad ingenii opa: sed dũtaxat ad intimis amœ
nũ lætumq cultum ac victum applicabat. Nec sine
vitio erat: nunc elegans solũ laudãdo dr: vt elegãs
oratio. Est & Elegantia elocutionis pars quæ facit
vt vnũqđq verbũ pure aperteq dici videat. Huius
duæ sunt partes latinitas & explanatio. Latinitas
quæ sermonẽ purũ seruat ab omni vitio. Explana
tio est quæ reddit aptam & dilucidã orõnẽ. Ea dua
bus rebus cõparat. s. vt vsitatis verbis vtamur & p
priis. Vsitata sunt q̃ versant in cõsuetudine quotidi
ana. Propria sunt q̃ eius rei de qua loquimur verba
sunt aut esse possunt.
¶ Elegia pe. tp. siue Elegeia miserabilis vel misera
ab ελεεω misereor ελεοσ miseria. Vnde Elegi ver
sus dicti sunt q ad fistulã luctus cantari soliti erant
aut q his miserabiles hoim ærũnæ & amoris que-
rimoniæ decantant. Romani id gen⁹ carminis qđ
cum lamentatione adcanitur mortuis næniam nũ-
cuparunt. Vnde tractum vt epitaphia quoq defun
ctorũ elegis versibus scribantur. Ouid. Flebilis in-
dignos elegeia solue capillos. Ah nimis ex vero
nunc tibi nomen erit. Dicit Elegiũ metrũ & Elegia
& per diminutionem Elegidion. Persius. Non si
qua elegidia crudi dictarunt pceres. Penultima hu
ius nois Elegia a poetis longa pfert. Mar. Detineat
cultis aut elegia comis Ouid. li. de reme. Blãda pha
retratos elegeia cantet amores. Statius vero li. i. syl
uarum. Quas inter multum petulans elegia ppin-
quat. Huius metri princeps fuit Callimachus. Secũ
dus Philetas. Ab elegus fit elegiacus a. um. Elegio
graphus qui elegiam scribit.
¶ Elementa sunt principia oium rerũ a quibus su-
mitur incremẽtum & in q̃ resoluunt. Vnde notas lĩa
rum scriptores elemẽta vocãt eo q sint principia ora-
tionis. Nam ex dictionibus syllabæ: ex syllabis lit-
teræ fiunt ad similitudinẽ mũdi elementorũ. Sicut
em̃ illa coeuntia omne corpus efficiunt, sic hę con-
iunctæ litteralem vocem quasi corpus aliquod cõ-
ponunt. Inde elementariæ litteræ dictæ sunt primi
tiuæ. Iulius Capitolinus. Puer inquit litteris elemẽ
tariis: & calculo imbutus. Sic lex moysi & omne ve
tus testamentũ elementum dicitur ab apostolo qui
bus quasi ab elementis & religionis exordiis deum
discimus. Quomodo em̃ elemẽta inquit Hiero. ap
pellantur litteræ per quas syllabas ac verba coniũ-
gimus & ad texendam orationẽ longa meditatiõe
pcedimus. Ars quoq musica habet elementa sua.
Et geometria ab elementis incipit linearũ. Et dia-
lectica atq medicina habent στοιχεια suas sic
elementis veteris testamẽti vt ad euangelicam ple-
nitudinẽ veniat sancti viri erudit infantia. A Sene
ca senex elementarius dicit cũ ait li. v. epla. Tur-
pis & ridicula res est elementarius senex. Sunt autẽ
quattuor elementa rerum principia. Aer. Ignis: ter
ra: aqua: & oia ex his gignuntur aluntur q: ab alen
do dicta vel potius vt Hiero. scribit in cõmentario
epistolæ ad hebręos eleuamẽta quasi elemẽta: eo q
ex ipsis cætera originẽ sumant: initia videlicet & fũ
damenta creaturarum. A quibus dã etiã dñr Elimẽ-
ta p i. litteram quasi fabricamenta: ab eo quod est
Elimo as. q ex eis fabricata sint omĩa. De his quat
tuor elementis sic scribit. Amb. li. hexa. Est autem
terra arida & frigida. Aqua frigida & humida. Aer
calidus & humidus. Ignis calidus et siccus. Et sic si
bi per has iugales qualitates singula miscent elemẽ
ta. Nam terra cum sit acidæ & frigidæ qualitatis cõ
nectitur aquæ per cognationẽ qualitatis frigidę. Et
per aquã aeri: quia humidus est aer. Aqua ergo tan
q̃ brachiis quibusdam duobus rigoris & humoris:
altero terrã: altero aerẽ videtur amplecti. Frigido
terram: aerem humido. Aer quoq medi⁹ inter duo
compugnantia per naturam: hoc est inter aquam &
ignem vtrumq illud elementũ cõciliat sibi: quia &
aquis humore & igni calore cõiũgitur. Ignis quoq
cum sit calidus & siccus natura calore aeri: cõnectit
Siccitate aũt in cõmunionẽ terrę ac societatẽ refun
ditur: atq ita sibi per hunc & choras quẽdã cõcordię
societatisq cõueniunt. Vnde & greci. στοιχεια dñr:
quę latine elementa dicimus q sibi cõueniant & cõ
cinunt. Pyt & agoras ceteriq physici principia quat
tuor elementa ppposuerunt ex quibus aialia constãt
quę in corporis nostris euidenter apparent carnes
& ossa terrena sunt: humor & sudor aquatici respira
tio ex aere. Calor ex igne. Ab elementis habemus
corpus adeo & animum.
¶ Elenchos græce reprehensio argumentũ & idem
fere qđ syllabos quasi comprensio sicut Ci. ad At
ticum scribit. Sed latini indicẽ dicũt. Etem̃ quomõ
librorũ indices & pulchritudine & varietate colorũ
& magnitudine litterarũ libros exornãt: & res alias
sui indices: ita hi gestantiũ habitũ illustrare & quasi
indices eorũ vident esse ἀπο του ελεγχειο quod si
gnificat arguere ac patefacere: id quod solent indi-
ces ab indicando noiati. Sunt em̃ Elenchi marga-
ritę pceriores fastigiata lõgitudine. Ply. Elenchos
appellant fastigiata longitudine alabastrorum fi-
gura in pleno definentes orbe. Iuue. Auribus extẽ
sis magnos cõmisit elenchos. Et hi quidẽ bini aut
terni fœminarum auribus suspẽdebantur. Item ca
uillatorium dictum elenchos appellatur. Vnde & p
quodã argumenti gẽre sumitur. Vnde sophistici elẽ
chi apparentes redargutiui.

¶ Elephas tis. & Elephantus ti. animal notũ q̃uis p Ebore: hoc eſt elephanti dente qñq; ponat. Vir. li. geo. In fortibus pugnã ex auro ſolidoq; elephanto. Elephanti biennio vtero graueſcunt nec ãplius q̃ ſemel gignunt: nec plures q̃ ſingulos. Viuũt annos trecentos. Hos primũ vidit italia pyrrhi regis bello in lucanis: & boues lucas noſauit. Boues a magnitudine. Quoniã noſtri maximã quadrupedem quã haberent vocarent bouẽ. Lucas a lucanis. Alii lucam quaſi libycã dictam volunt q; ex aphrica huiuſmodi beluæ primo fuerint in italiã ductæ. Var. a luce lucas appellatas exiſtimat q; elephãti relucebant ꝓpter inauratos regios clypeos qui in turrib⁹ his erectis cõſpiciebant. Neuius. Atq; pri⁹ locuſta pariet lucã bouẽ. Auſo. Vt lucas boues olim reſumpto præferoces prœlio fugit iuuentus romula.

¶ Elephantinus a. um. pe. cor. nomẽ poſſeſſiuũ: vt pellis elephantina.

¶ Elephantia ſiue elephantiaſis: & Elephas: eſt ceu lepræ quoddã genus elephãto⁹ ſicuti mile crebris ſumma corporis parte maculis: ac tumoribus rubore paulatim ſe in atrũ vertente. His nõ ora tantum: atq; manus ſed ſuræ ac pedes inflant: vt hinc recẽtio⁹ plerisq; non alios putent eſſe elephantiacos: q̃ quibus crura ſic intumeſcunt: vt pedes elephãto⁹ habere videantur. Origo morbi ex atra bile: nõ quidem omni: ſed retorrida morbus inexpugnabilis: atq; vt cãcer vnius partis: ſic elephas totius corporis quaſi cancer exiſtimatur. Caſſiodorus. Cutis aſalis elephanti vlceroſis vallibus exaratur a qua trãſportaneorũ nefanda inquit paſſio nomen accepit. Ply. li. xxvi. Elephãtiaſis nõ fuit in italia ante Cn. Pompei tempora.

¶ Elephantiacus: qui morbũ elephantiæ habet.

¶ Elephãtina vrbs q̃ diſtat a thebis ægyptiis vigiti & octingentis ſtadiis.

¶ Elephantis idis. nomẽ viri qui libellos ſcripſit quib⁹ varia gña concubitus varioſq; coeundi mõs cõplexus eſt. Mar. Nec molles elephãtidis libelli.

¶ Elephantini libri apud priſcos fuerunt in quibus ſenatuſcõſulta ſcribebant q̃ ad principes ptinebãt

¶ Eleo es. maculo. Lucil. Si hic veſtimenta eleuit luto ab eo riſũ magnũ ad cachinũ iprudẽs ſubiicit.

¶ Eleuies purgatio. Idem. Vt eleuiẽ facere per vẽtum velis.

¶ Elea ciuitas lucanię quã quidã Helã a fonte noiauerunt. Alii a palude dictam opinantur quæ græce τὸ ἕλος dicitur. Ab elea dicti ſunt eleatæ Parmenides phũs. & Zeno Pythagorici ambo ꝓ quos eleã inſtitutis legibuſq; bene formatam fuiſſe autumat Stra. li. vi.

¶ Eleus dictus bacchus: q̃ſi pi⁹ pr̃: q; libertatẽ hoibus præſtet: græci ἔλεον miſericordiam dicunt.

¶ Eleuſis: & eleuſin ciuitas in Attica ꝓuincia non lõge ab athenis in qua regnauit Eleuſius: quem Ceres docuit oẽm agriculturam & in ea myſtica cereris celebrabant: a qua tota ꝓuincia Eleuſina dicta eſt. Ouid. Cercyonis letũ vidit cerealis eleuſis. In hac Triptolomus natus eſt. Stephanus byzantius πολις εστι ωνομασθηλε υπο του υιου ιεπου και πολλα περι της δημητρος.

¶ Eleotheſium latine vnctuariũ: & ſumitur ꝓ loco in quo vnctores vngere ſolebant corpora poſt lauationem.

¶ Eleutherius nomẽ viri quo ſignificat apud nos liberalis ingenuus ſeruator liberatorq; Eleutheria libertas.

¶ Eleutheros flumẽ. Ply. li. ix. Teſtudines Phœnicio mari vltro veniunt ſtatuto tẽpore anni in amnẽ Eleutherũ effuſa multitudine.

¶ Eleuo as. pe. cor. ſurſum leuo: in altũ tollo. Plau. Cape dũ lapidẽ hunc atq; eleua. I tẽ ſignificat aufero. vnde Eleuatũ ꝓ ablato ponitur. I tẽ extra leuo minuo extenuo & res geſtas verbis deprimo. Tractum a re ponderoſa: quæ vt par ſit eleuatur. i. imminuitur. Liu. li. iii. Maior inquit ſi vana noſtra. P. C. auctoritas ad plebẽ eſt: vos eleuatis eam quippe qa plebs ſenatuſconſultũ in cõtinuandis magiſtratib⁹ ſoluit. Idẽ li. xxviii. Q. Fabius res geſtas in hiſpania eleuauit. i. depreſſit. Quintil. li. v. Gentium ſiẽ vniuerſarũ eleuata teſtimonia ab oratoribus ſcim⁹

¶ Eleucus fluuius qui mediæ magnã partẽ irrigat.

¶ Elicio is. pe. cor. cui. citũ. vel xi. ctum. ſignificat educo extraho. vnde illecebræ argentariæ dictę ſũt meretrices ab eliciendo argento.

¶ Electo as. frequentatiuũ formatũ ab electũ ſupino. Plau. in aſi. Ibo aduerbium atq; electabo quicquid illud ſit. Hoc eſt mulcebo: & bono modo ſępe foras exire faciam.

¶ Elicito as. pe. cor. frequentatiuũ formatũ a ſupino elicitum. Syllabarũ tẽpora notamus cũ etiã in ſimplici medicina de q̃ galen⁹ facit opuſculũ laudat orthographiã cuius titulus eſt εισ ωοσα και τινα χρησιμον ερευετο το διαστελλασθαι τασημαι ομενον τῶν ονοματῶν.

¶ Elices pe. cor. ſulci aquarũ per quos aqua collecta educitur.

¶ Elico as. pe. cor. inuerto.

Elico onis. pe. cor. Inuerſor: & inuolutor rerum.

¶ Elido is. pe. p. ſi. ſum. effrigo exprimo excludo præfoco: diſſipo occido. Ci. li. ii. tuſ. Hæ ſunt illæ fibræ ſtirpiũ quas initio dixi perſequendæ & omẽs elidendæ ne vlla vnq̃ poſſit exiſtere. Plau. in ru. Iubeo oculos elidere. Sue. in Cæſa. Ac ſępe ptę turba eliſi exanimatiq; ſunt. Vir. Geminoſq; premẽs eliſerit angues. Item elidere eſt colligere. Idẽ li. iii. Ter ſpumã eliſam & rorantia vidimus aſtra.

¶ Eligo is. pe. cor. Vide in dictione Deligo.

¶ Elimino as. pe. cor. extra limem eiicio: excludo. Actius. Egredere exi. effer te: elimina vrbe.

¶ Elis ciuitas arcadiæ. iuxta quam Alpheus fluui⁹ oriẽ. Hinc eleus. a. um. Vir. li. iii. geo. Hic vel ad elei metas & maxima campi Sudabit ſpatia.

¶ Elinguis qui ſine lingua eſt. Item qui mutus eſt & loqui non põt: etiã ſi linguam habeat. Amb. Mutus es: elinguem te feci.

¶ Elinguo as. linguam extraho: ſeu lingua priuo. Plau. in aul. Si hercle ego te nõ elinguandã dedero vſq; ab radicibus: impero: auctorq; ſum vt me cuiuis caſtrandum loces.

¶ Eliquo as. pe. cor. Vide in dictione Liquo as.

¶ Eliſſa fuit nomẽ ꝓpriũ Didonis. Nam Dido lingua phœnicia latine virago dicitur.

¶ Elimo as. pe. p. Vide in dictione Delimo.

¶ Elixum dicit aqua coctũ q; lix ignis cinis appellat. Nã cinere ollę ſuppoſito coqui ſolẽt carnes nõ aſſandæ. Var. aũt per tranſlationem calceos elixos ſcribit quaſi madefactos vt eſt caro quæ elixatur.

¶ Elixo as. aqua coquo. Lau. Valla. Quod in prãdio carnes quaſdã parum elixaſſet.

¶ Elogium teſtificatio de aliquo honoris vel vitu
perationis cauſa. Et aliqñ ſimplex teſtificatio ſnīæ
vt Ci. Solonis quidē ſapientis elogiū eſt quo ſe ne
gat velle ſuā mortē dolore amicoꝝ & tachrymis va
care vituperationis. Quintil. Non eſt iudices q̄ pu
tetis ideo nullū adiectū ad exhęredationē iuuenis
elogiū quia deſcelere cōſtaret. Honoris. Ci. in Ca.
Quāta in Attilio Calatino: in quē illud elogiū vni
cūplurimæ cōſētiūt gētes ppli primariū fuiſſe virū
Sene. Deceſſit negociator teſtamento oīm bonoꝝ
ſuorū reliquit formoſam vxorē hęredē & adiecit
elogiū: Quia pudicam comperi. Dicitur etiam elo
gius: ſicut Epitaphium & epitaphius.

Figo is. xi. ctum. & xum. ſecūdum Diome. Scauum referentem qui ait Sagitta confictus. vſus tñ eſt per x. Eſt autem figere qđ vernacula lingua dicimus ficare. Hiero. ad helio. Cerne manus iudææ quas fixeras cerne latus romane qđ foderas. Interdum ponitur p plantare. Virg. li. iiii. geo. Ipſe feraces figat humo plantas. Interdum pro percutere ferire. Iuue. Cum tenet vxorē ducat ſpado: meuia tuſcum: figat aprum: & nuda teneat venabula māma Huiꝰ compoſita ſunt Affigo iuxta figo appono. Lact. li. iiii. At illi comprehenſum ac pontio pilato qui tum legatus ſyriam regebat oblatum cruci affigi poſtulauerunt. Aliquādo iuxta planto. Virg. li. ii. Ge. Nec ſemine iacto Cōcretam patitur radicem affigere terrę. Aliquādo digitis ficus facio qđ in vituperium fieri ſolet. Lact. lib. v. Si quis attigerit ex iſtis inepte religioſis: vt ſunt nimia ſuperſtitiōe impatientes inſectentur etiam maledictis: & vix lecto fortaſſe principio affigat proiiciat execretur: ſeq̄ ī expiabili ſcelere contaminari atq̄ aſtringi putet ſi hæc aut legat patienter aut audiat. Cōfigo ſimul figo. Defigo deorſum figo planto aut mitto. Col. li. iii. Tum in terrā bene paſtinatam & ſtercoratam rectum ſarmētum defigito. Vir. li. ii. geo. Altius & penitus terrę defigitur arbos æſculus in primis. Lact. li. ii. Oculos ſuos ab alto deiiciunt ſoloq̄ defigunt. Perſius poſuit pro ferio vel tranſfodio. Ore teris modico pallentes radere mores Doctus & ingenuo culpam defigere ludo. Infigo intus figo. Col. li. ii. Nam pecudes molli ſolo infigunt vngulas. Hiero. per tranſlationem in prologo Iob. p̄adſcribo poſuit. Error inquit mihi geminus infigitur. Præfigo ante figo: ſeu intus claudo. Vir. li. iii. ge. Multi iam excretos p̄hibent a matribus hædos: primaq̄ præfigunt ferratis ora capiſtris. Suffigo ſubtus figo: ſiue ſuper clauis figo. Lact. li. iiii. Quid de huius crucis indignitate dicimus in qua deus a cultoribꝰ dei ſuſpenſus eſt atq̄ ſuffixus? Refigo rurſus ſiue valde figo. Col. li. v. Nam ſiue prope truncum defigit palus pedali tamen ſpacio refigendus eſt. Virg. lib. iiii. geo. Aulas & cærea regna refigunt. Tranſigo vltra ſeu ab vna parte ad aliam figo. Liui. li. i. Stricto itaq̄ gladio ſimul verbis increpans tranſfigit puellam.

Figmentum quod factum eſt a fingo fingis. vt eſt apud apoſtolum. Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit: quare me ſic finxiſti? Aliquādo figmētum dicitur mendacium & ſimulatio: vt ſunt figmēta poetarum.

Figulus pe. cor. fictor dicitur qui ex creta atq̄ argylla opera facit.

Figulina: ſeu quod magis a doctis vſurpatur per ſyncopen Figlina pe. p. officina eſt in qua figulus opera facit. Et opera ipſa figlina & fictilia dicūtur. Ply. lib. xxxiiii. Vruntur omnia ea crudo fictili in fornacibus donec figlina percoquatur. Item figlina dicit ars figulorū. Idē li. xxxv. Figlinarum opera imbricibꝰ tabulis tegulisq̄ ad balneas māmatis vel ad tecta coctilibus laterculis fundamentiſq̄ aut quæ rota fiunt.

Figura a fingo dr forma aſpectus qualitas. Vnde figurę apud grammaticos: & figuræ ſententiarū Col. li. viii. ad heren. Sunt igitur tria genera quę nos figuras apppellamus in quibus oībus ratio non vitioſe cōſumitur. Vnam grauem: alteram mediocrē tertiam attenuatam vocamus.

Figuro as. pe. pro. formo & figurā ſpono. Lact. lib. ii. Hominem figurauit ex limo terræ. Et oratio figurata dicitur per figuras facta. Figurate aduerbium ſignificat per figuram. Compoſita ſunt Configuro: quod eſt compono & ſimul formo. Idem li. vii. Quoniam homo ex rebus diuerſis ac repugnātibus configuratus eſt anima & corpore. Prefiguro de quo infra.

Filum ꝓprie quod ex lino lana ve trahendo dicitur: hoc eſt lilinamentum. Luci. Surge mulier duce filum non malū. Aliquando ponitur pro linea. Var. Sumptoq̄ atramento ſutorio filum duxit. Hinc filo as. cuius paſſiuum eſt filor: a quo Effilo. Effilatū ēm dicimus qđ extra veſtimentū filo contextū eſt qđ rectū quoq̄ a quibuſdā dicitur. Eſt autem filare filum ducere.

Filiſtim regio quę nunc dicit Aſcalon: & contra regio paleſtinorum.

Filix genus herbæ ſatis notæ. Col. li. ii. Iunci & graminis pernicies repaſtinationem filicis frequēs extirpatio. Nam conſtat Filicem ſationibus & ſtercoratione facilius interimi. Huius diminutiuum eſt Filicula.

Fimbria omis veſtium extremitas. Antiqui Fibrū dicebant extremū. Vſi in veſtimētis fimbrię: & in iecore extremæ ꝑtes fibrę nūcupanť. Fimbriata vrticę folia eſſe ſcribit Ply. Ex quo colligim⁹ quas

lis ſit poſitura & flexura fimbriarũ. Fimbria quoq; nomẽ fuit romani ciuis crudelitate inſignis.

¶ Fimus ļętamen dicitur.

¶ Fimum quod nos fritillum & aluſolum dicimus in quo coniectæ teſſeræ agitateq; miſcentur. Hora. Mitteret in fimum.

¶ Fingo is.xi.ctum.compono formo. Vnde & figuli dicuntur: & vas fictile qđ formatur vt ſit & aliquã formam habeat. Salu. Quæ natura ventri prona atq; obediẽtia finxit. Lact.li.i. Itaq; hoīes eorũ ſimulacra finxerunt vt habetent aliquod ex imaginum contemplatione ſolatium. Eſt enim generale vocabulum ad oīa quæ ingenio manuq; artificioſe formantur. Ci.li.i.offi. Apium examina non fingẽ dom̃ fauom̃ cauſa congregant: ſed cũ congregabilia natura ſint fingunt fauos. Et fingere ſimulare eſt: qm̃ ea quæ ſimulamus ita formam° atq; componimus vt vera eſſe videant. Ci.de fi.bo. Talibus exẽplis non fictæ ſolum fabulæ: ſed etiam hiſtoriæ refertæ. Hinc fictio fictum & figmentũ. Huius verbi compoſita ſunt Affingo: quod eſt ſupra fingo vel compono. Lact.li.iiii. Nihil nos affingimus: nihil nos addimus. Habeant hæc qui fecerunt. legebant in quos hæc dicta ſunt. Cõfingo ſimul fingo ſimulo. Ter. in phor. Oīa hæc confingam quod erit mihi bonum atq; cõmodum cum tu horum nihil refelles vincam ſcilicet. Diffingo quod fictum formatũ q; fuerat remoueo. Hora.li.ii.car. Neq; diffinget infectumq; reddet. Seneca. Diſſipatum inſtaurat atq; diffingit id eſt ī diuerſas formas fingit. Effingo de quo ſupra.

¶ Findo is.fidi fiſſum.per.duplex ſſ ſignificat ſcindo. Ci.li.iii. Curabis vt pręacutiſſima falce ab ea pte qua bifurca eſt ſcindas eam. Huius cõpoſita ſũt. Diffindo: qđ eſt in diuerſas partes findo. Virg. Et media liquefacto tempora plũbo diffidit: ac multa porrectũ extendit arena. Infindo: intus findo. Idẽ Quæ iubeant telluri infindere ſulcos. Fiſſile Fiſſura & quadrifidus deriuatiua ſunt.

¶ Finis generis tam maſ. q̃ fœ. Virg. Quem das finẽ rex magne labor̃: Idẽ. Hæc finis priami. Et eſt finis terminus ſiue extremitas in vnaquaq; re: hoc eſt id in quo vnaquæq; terminatur res. Sic dicitur finis terminationis. Sicut pratum dicitur finiri vbi terminatur: vt apud Eſaiam. Cuius regni nõ erit finis. Eſt & finis conſumationis. Vnde dicimus domus finitur quãdo conſummat. Et veſtis finita eſt qñ conſuta eſt vt indui poſſit. p̃s. Oīs conſũmationis vidi finem. Rurſus eſt finis cõſumptionis. Sic dicimus cibum eſſe finitum & cãdelã finitã: qñ conſũpta eſt: vt ī Geñ. Finis vniuerſę carnis venit coram me. Eſt & finis iutentionis: ſic dicitur. talis eſt finis huius operarii. i. intentio: vt apud Iob. Sicut mercenarius p̃ſtolatur finem operis ſui. Hinc artifices finem vocant id ad quod oīa referunt: & cuius gratia cætera fiunt: vt finis medici eſt curare. Finis oratoris eſt bene dicere. Cõpoſita ab hoc noīe ſunt Affinis & Cõfinis pe.p. Vñ confines agri dicũtur qui eodem loco finiũt. Hiero. in plo. li. Reg. Syrorum quoq; lingua & chaldęor̃ quæ hebręę magna ex parte confinis eſt.

¶ Finio is.iui.itum.perficio. Apuleius ſine op° finiã: qđ incepi. Aliqñ finire eſt terminũ ponere metari. Vnde finitores. Huius verbi cõpoſita ſunt Definio Diffinio & Præfinio.

¶ Finitor pe.p. dicebat qui nũc Agrimẽſor. Plau. in penu. Eius nũc regionis limites cõfinia determinabo eius rei ego factus ſum finitor.

¶ Finale quod ad finẽ pertinet. Vñ finalis cã.

¶ Finitimus.a.um.pe.cor. qđ ppe eſt. Liui. lib. i. Iã res romana adeo erat valida vt cuilibet finitimarũ ciuitatum bello par eſſet.

¶ Fio is. factus. ſignificationẽ paſſiuã habet. Hier. Equor̃ curſus clamore pernicior fit. i. efficitur: græcũ tamẽ eſt φυω φυσω ετι του μελλοντος και περφυκα ειν τω παρακειμενω. Et infinitiuo Fiere, habet: ſecundum rectam declinationm quod patet per eius compoſita. Confire & Suffire: licet & confieri dicatur. Virg. li. iiii. Confieri poſſit paucis aduerte docebo. Quæ duo & ſi a verbo paſſiuam ſignificationem habẽte deſcendant: actionem tamẽ denotant. Virg. At ſuffire thymo cæraſq; recidere inanes Quis dubitet. Confio tamen in paſſiua ſignificatione reperitur p cõficior: vt apud Macro. Oportet diem qui ex quadrãtibus confit intercalare. i. cõficitur. Col. li. ii. Tria ſtercoris genera ſunt p̃cipua qđ ex auibus: quod ex hoībus: quod ex pecudibus confit. Defit. de quo alibi. Exfio. infit incipit. Habet efñ ſignificationẽ actiuam. Li. li. i. Tum ita Tullus infit. Antiqui tamen fior dixerunt. Vnde Cato cenſorinus de Lucio inquit. Græco ritu fiebantur ſaturnalia. Cuius ia finitiuus eſt Firi. p quo vt Priſ. docet iuterpoſita e dicimus de vſu fieri. Cõſtruitur modo cum ablatiuo: vt hoc factum eſt a te modo cum ntõ: vt ille fit doctus. Ponitur quãdoq; pro æſtimor. Ci. in Læl. Tertius vero ille finis terrimus vt q̃ti quiſq; ſe ipſe faciat: tãti fiat ab amicis. Quandoq; pro appareo & innoteſco. Apoſtolus ad ro. Vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum. Et illud fiat deus verax. i. appareat innoteſcat. In tertia perſona quandoq; pro euenit cõtingit. Idem li. i. offi. Fit autem interdum: vt nõ nulli omiſſa imitatione matorũ ſuor̃ quoddam inſtitutum cõſequant. Fieri põt: p poſſibile eſt ab oratoribus vſurpatur. Habet fio ea compoſita quæ facio: vt Calefio Frigefio &c.

¶ Firmus ſtabilis: conſtans a ferendo dictus q; cõſtanter oīa ferat. Hinc firmitas: q̃ & firmitudo dicit̃ p ſtabilitate & conſtantia. Plau. Si iſtã firmitudinẽ animi obtines ſalui ſumus. Itẽ firmus dr̃ munitus fortificatus. Ci. Firmus ab equitatu: qđ eſt munit° ab equitibus: firmus per equites. Et eſt ornatus dicendi modus vt Cicero fuit clarus ab eloquentia. Huius cõtrarium eſt infirmus. i. debilis.

¶ Firmo as. ſtabilio fortifico. Liui. Firmatq; eum aphricis maxime p̃ſidiis. Lact. li. iiii. Superſt vt verbis facta firmentur. Huius cõpoſita ſunt Affirmo: Confirmo p approbo roboro. Lact. li. iiii. Debet ergo doctor ille perfectus & docere ita pręcipiendo & confirmare faciendo. Et p Certifico. Ci. Treba. Balbus mihi confirmauit te diuitem futurũ. Infirmo non firmo: ſiue deficere cadereve facio. Lact. li. v. Vbi aũt religionis eius cõtra quã perorabat infirmare voluit rationẽ Refirmo rurſus firmo. Offirmo de quo infra.

¶ Firmamentum ſoliditas & ſtabilimentum. Ci. li. primo ad heren. Nam in ea nec ratio quare fecerit quæritur nec firmamentum quæritur quoniam nõ ſubeſt ratio. Vnde firmamentum dictum eſt cælũ a firmitate. Augu. Hoc ſane nouerint nec nomen fir

mamenti cogere vt ſtare cælum putemus. Firmamentum enim non propter ſtationem: ſed propter firmitatem aut propter intrãſgreſſibilem terminũ ſuperiorum & inferiorum aquarum vocatum intelligere licet.

¶ Fiſci fiſcinę & fiſcellæ ſunt vaſa ad maioris ſummæ pecunias capiẽdas q̃ marſupia. Vnde quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ q̃ priuatę: dicitur Fiſcus pecunia publica. ꝓprie tamẽ apud idoneos auctores fiſcus principis dicit̃ erariũ vero publicũ. Ply. ad Traia. At fortaſſe non eadẽ ſeueritate fiſcũ q̃ ærariũ cohibes: imo tanto maiore q̃to plus tibi licere de tuo q̃ de publico credis. Iuriſconſulti ſcribũt res fiſcales quaſi ꝓprię & priuatę principis ſunt Inde confiſcari ſolet dici in publicũ ius ærarii redigere. Sue. in Aug. Deuictiſq; his & cõfiſcatis ꝓmiſſa veteranis ꝑmia ſoluerentur.

¶ Fiſcale quod ad fiſcum pertinet: vt ius fiſcale: fiſcalis cauſa.

¶ Fiſcina pe. cor. a fiſcus prẽter regulã alioꝝ a primitiuis habẽtibus c deſcendentiũ: vt Mancus mãcinus. Eſt aũt Fiſcina genus vaſis ꝓ capienda maioris ſummæ pecunia. Vnde Aſco. Sportæ ſportulę & ſportellę nũmoꝝ ſunt receptacula. Et ſacci ſaculi & ſaccelli: crumenę: manticę & marſupia. Ita fiſci fiſcinæ fiſcellę. Fit aũt plærũq; ex iunco qđ alii caniſtrum: alii calathum dicunt. Virg. Et facilis rubra texatur fiſcina virga. Dicta eſt fiſcina vt inquit Var. a ferendo. Ea namq; feruntur paleæ: fœnum frondes & id genus reliqua. Ouid. Vñ data eſt ægre fiſcina frondis oui. Et Ply. Frondarias fiſcinas quattuor implere frõdatorem iuſtum eſſe autumat. Fiſcina item olei factores vtuntur: vt Idem libro xv. oſtendit. Huius diminutiua ſunt Fiſcella & Fiſcinula.

¶ Fiſcella vas vimíncum aut ex iuncis quo lac colatur dum caſcus imprimitur vel in quo caſei ferun tur. Hiero. ad Ruſti. Vel Fiſcellam texe iunco vel caniſtrũ plecte viminibus. Tibul. Tunc fiſcella leui detexta eſt vimine iunci Raraq; per nexus eſt via facta ſero. Fiſcella etiam e viminibus funiculiſve cõtexta: dicit̃ qua boum ora fauceſq; iumentoꝝ capiſtrant̃. Ply. li. xviii. Fiſcellis capiſtrari boues oportet ne germinũ tenera decerpant.

¶ Fiſcellus ab antiquis dicebatur caſei mollis appetitor. Quo noſce etiam dictus eſt mõs in italia nõ longe a Tyberi.

¶ Fiſon fluuius quẽ noſtri Gangen vocant de paradiſo exiens. Vide Phiſon.

¶ Fiſſile quod fiſſum eſt: vt fiſſilis arbor. Ply. lib. xvi. Milleq; fiſſile rimis hoc lignum. Quandoq; dicitur fiſſile pe. cor. quia finditur quaſi fiſſibile. Idẽ paulo ante. Hæc maxime fiſſilia alia frangi celeriora q̃ findi. Virg. Nam ꝓmi cuneis ſcindebant fiſſile lignum.

¶ Fiſtula ꝓprie dicitur per quam aqua educit̃ fuſa a fundendo ſiue ferendo ſicut Tubi a tumore & canales a canna q̃ ad earum ſimilitudinem facti ſunt ego tamẽ grecum puto φυσαω inflo fitum dicunt vulgo. Hiero. li. ii. Reg. Tetigiſſet domatũ fiſtulas. A cuius ſimilitudine inſtrumentum muſicum quo flatu canit̃. Cuius pan dicitur inuẽtor fuiſſe. Vir. Septẽ ꝯpacta ſicutis fiſtula. & vlcus altũ anguſtum & calloſum in corpore fiſtulæ nomen ſortitur ſiue ex vulnere ſit: ſiue ex vitio ortũ qđ ad ſuppurationem venerit. Et fiſtula in homine per quã ſpiratur: ſeu cibus deiicitur. Nam duas eſſe fiſtulas ſcribit Lact. li. de opi. hois. ſpiritualem. ſ. & cibalem illa ſpiritum meare: hac cibum potumq; deſcendere. Et hæ a faucibus incipiunt. Spiritalem Cor. aſperam arteriam noſtrat. Sed alia alii eſt ſuperpoſita. Nam interior gula vocatur: quæ a celſo ſtomachus nũcupatur: quia ſtomacho connectitur. & per quã cibus demittitur. Exterior vero Epigloſſis dicitur. Quæ operculum habet carthilaginoſum: quod claudit foramẽ cum cibus voratur. hoc ſublinguiũ: ſiue lingua minor appellatur. Rurſus fiſtula arbor aromatica: ſed parua quæ & caſe adicitur: quæ pro ſui breuitate a quibuſdam inter herbas odoriferas numeratur: & ad curãdas viſcerũ moleſtias valet.

¶ Fiſtulator accipitur pro tibicine: vt eſt apud Gellium.

¶ Fiſtulo as. Fiſtulã ago & in modũ ſpõgiæ quicq̃ facio. Ply. Et pumicis fiſtulans vice.

¶ Fiſtuloſus a. um. quod eſt ſpongiæ mõ factum: hoc eſt foraminibus plenum. Col. li. viii. de Caſeo. Deinde quo tenerior permaneat: clauſo neq; vẽtis obnoxio loco ſtipatur per complura tabulata. Sic neq; fiſtuloſus: neq; falſus: neq; aridꝰ ꝓuenit. Quorũ vitioꝝ primũ ſolet accidere ſi parum preſſus. Secundũ ſi nimio ſale ĩbutus: tertiũ ſi ſole exuſtus eſt.

¶ Flabrũ quaſi flatio a flo as. Proper. Neq; hic boreæ flabra: neq; arma timet. i. flantes ventos. Virg. Nec flabra nec imbres. Verum Ser. Putat tantũ flabra numero plurali dici.

¶ Flabellũ diminutiuũ a flabro: & accipit̃ ꝓ inſtrumento quo fit vẽtilatio per æſtatẽ ad refrigerandũ corpus. Ter. Heus tu dore cape hoc flabellũ & ventulum huic ita facito dũ lauamur. Oui. de arte. Profuit & tenui ventos mouiſſe flabello.

¶ Flacces oliuaꝝ purgamẽta. Ply. In amurca & flacibus hæ ſunt carnes & illæ fæces.

¶ Flaccũ dicit̃ tritũ. Et flacco habere: quaſi ad terẽdũ habere. Plau. Perii flacco habebit iã illic homo lumbos meos. Hinc fit deflacco as.

¶ Flaccidus a. um. a flaccis dt̃ quod eſt languidum Vnde flaccidi ſiue flacci dñt quoꝝ aures pendulę & non arrectæ ſunt. Col. li. viii. Caper flaccidis & prægrauantibus auribus exiguo capite habetur optimus. Hinc cognomẽ familiæ romanæ ductum eſt: vt flacci appellentur: qui aures deorſum pendentes habent.

¶ Flacceo es. cui. langueo. Hiero. in Eſaia. Et erũt irrigua eius flaccentia: a quo flacceſco languidꝰ fio Col. li. iii. Paucis deinde horis dum flacceſcat in ſole habeto. Deinde in vmbra aſſiccato & ita condito Compoſitum eſt Conflacceo quo vſus eſt. Gel. li. primo ꝓ detumeſco. Nam fluctus inquit qui flante aquilone maximi & crebriſſimi excitantur ſimulac ventus poſuit ſternũtur & cõflacceſcunt: & mox fluctus eſſe deſinunt.

¶ Flagella diminutiuum a flagris ſummæ arborũ partes et virgę ſiue capita minorum ſarmentorum vbi naſcitur vua: q̃ caro his percuſſa flagret: q̃ quis aliqui a flando potius dici velint: q̃ ventorum crebros ſuſtincãt flatus. Col. lib. v. At certe in ordinariis vitibus vtiq; obtinendum eſt: ne pluribus flagellis emancientur niſi ſi propaginibus futuris proſpiciemus. Var. li. i. de re ruſ. Emucidum ſarmẽtum ꝓpter infirmitatem ſterile neq; ex ſe poteſt eiicere

vitē quam vocāt minorē flagellū: maiorem etiam vnde vuæ naſcuntur palmam priore littera muta ta in d dalma aventi flatu dicta.

¶ Flagello as. quaſi flagello cędo. Sicut Verbero a verbere: & fuſtigo a fuſte. Et flagellare increpare eſt atq; perſonare.

¶ Flagro as. ardeo a flamma vel a flatu quo alitur: incendium qñ flatu excitaſ ignis. Vir. Flagrātiſq; dei vultum. Tranſfertur qñq; ad deſyderiū amoris odii: irę: virtutis: aut vitii. Lact. li. i. Quid Apollo pater eius nōne ob amorē quo flagrabat tut piſſimę gregem pauit alienū. Et li. vii. Qui auaritia inopū. in explicabili quadā ſiti flagrant. Liui. li. ii. Ciuitas ſecum ipſa diſcors inteſtino inter patres plebemq; flagrabat odio. Huius cōpoſita ſunt. Cōflagro: qđ eſt totum ſimul flagro. Lact. li. iii. Capitolium non ſemel ſed ſæpius fulmine ictum conflagrauit. Deflagro de quo ſupra.

¶ Flagratores dicebantur illi: qui mercede flagri cędi ſe pertimebant

¶ Flagriones. dicti ſūt ſeruiq; flagris ſubiecti ſint vt verberones a verbere.

¶ Flagitium eſt vitiū flagitatione. i. reprēſione dignū. Nā flagitatio ad ſtrepitū dicitur. Flāma enim flagella & flagitare. i. perſonare dici intelligim⁹ qm̄ ſine ſonitu non ſunt. Et eſt flagitium generale ad omnia mala. Ci. in Cato. Stupra vero & adulteria & omne tale flagitium nullis aliis illecebris excitari niſi voluptatibus. Aliquando ſignificat errorē: vt pote rem vel flagris vel increpatione dignam. Ci. Tantam ne obliuionem inquit in ſcripto prędertim vt ne legens quidem ſenſerit quantum flagitii admiſiſſet.

¶ Flagitioſus ſceleratus. Salu. In tanta tamq; corrupta ciuitate id qđ factu facillimum erat ęium flagitioſorū atq; facinoſorum circū ſe tanq̄ ſtipatorū cateruas habebat.

¶ Flagito as a flāma deductum videtur: vt ſit quaſi flammas agito. Flagitare enim ꝓprie eſt vehemēter cū inſtantia clāmore ac ſtrepitu poſcere cum flagella, flāma & ſine ſonitu crepituq; non ſint vt docet Donatus in eu. Ter. Lact. li. iiii. Succlamare cœperunt & crucem eius violentis vocibus flagitare. Hiero. in prolo. paral'. Deniq; cum a me nuper flagitaſſetis vt vobis paralipomenon latino ſermōe tranſferrem. Habet hoc verbum in ſe maiorem vim q̄ poſtulo. Et qñq; actō tantum iūgitur: vt Ci. pro Quintio: q̄ q̄ hoc cauſa poſtulat: & ſi poſtulat non tamen flagitat: qñq; habet actm̄ cum ablatiuo mediante ꝓpoſitione. Cæſar cō. i. interim quotidie Cęſar ab heduis frumentum qđ eſſent polliciti flagitat Quandoq; conſtruitur cum duobus accuſatiuis: vt apud Sue. in Vitel. Tum fœneratorū & ſtipulatoꝝ publicanorūq; qui vnq̄ ſe aut romæ debitum: aut ī via portoriū flagitaſſent vix vlli pepercit. Hui⁹ cō poſita ſunt Conflagito. Ply. li. xxx. Tanta populi romani contumacia fuit: vt magnis theatri clamoribus reponi apoximenon conflagitauerit. Efflagito: de quo ſupra.

¶ Flamma a græco Φλεγω Φλεξω ardeo. Iñ Flāmifer. Ponit interdū metaphorice flamma ꝓpericulo. Ci. li. ii. tuſ. Quid de cupiditāte honorū loquar. Quæ flamma eſt per quam non cucurrerint hi qui hæc olim punctis ſingulis colligebant. I dē in Bruto dixit Galbam eripuiſſe ſeſe de flamma iudicii: cū ſignificare vellet eum liberatum eſſe a periculo iudicialis dānationis. Terē. in eu. Ex flamma te petere cibum poſſe arbitror. De fumo tendere ad flāmam ſignificat ire in periculum.

¶ Flāmeus a. um. Col. li. vi. Quędam partes eiꝰ regionis ſic infeſtanſ euro quē incolæ vulturnum appellant: & niſi vites tegminibus opacētur velut haſitu flāmeo fructus vratur.

¶ Flāmiuomus a. um. pe. cor. qđ flammas vomit.

¶ Flameum genus veli rubri ſeu crocei quod geſtabatur a mulieribus nuper nuptis: ſic dictū q; eo aſſidue vtebatur flaminica. i. flaminis vxor cui nō licebat facere diuortiū. Et eodē modo tegebatur nupta flameo vt perpetuo cum viro maneret. Luc. de Martia iterum nubente catoni: Lutea demiſſos velarunt flamea vultus. Huius diminutiuū eſt flameolū. Iuue. Sedet illa parato flameolo.

¶ Flaminium tegumen quo matronæ capita tegebant.

¶ Flaminica ſacerdotula: ſiue flaminis dialis vxor

¶ Flaminia flaminis domus. Et flaminia via romę a Flaminio dicta.

¶ Flamearius infector flamei coloris violæ luteę q̄ flamea appellatur: quæ & Inteola a noſtris dī: ſicut violarius qui veolaceo tingit. Hinc flamea appellabant veſtimenta lutei coloris: quibus flaminica vtebatur a quo & veſtes quib⁹ amiciebantur nouæ nuptæ ſimiliter vocabantur flaminicæ.

¶ Flaminius ſacroꝝ ꝓminiſter. Eſt etiā ꝓprium nomen ciuis romani a quo via flaminia: arcus flaminius & forum flaminium.

¶ Flamatica arbor fulmine icta.

¶ Flamen neu. ge. flatus dī: ſiue voci ducta forami na muſicoꝝ inſtrumentorū. Hor. Cur berecynthię ceſſant flamina tibiæ. Maſculino autem ſacerdotē ſignificat. Et flamines cognomen accipiunt ab eo deo cui ſacra faciūt: vt flamē dialis a dio. i. ioue q̄ſi Iouialis Martialis a marte & Quirinalis a romulo. Aug. li. ii. de ci. dei. ſcribit romanos tres tantū flamines inſtituiſſe tribus numinibus dialē ioui. Martialē marti. Quirinalem romulo: dicti flamines ſacerdotes a filo quo cinctum caput habebant: vt docet Var. Seruius ſic habet. Flamines in capite habebāt pileū: qđ cū per æſtus ferre non poſſent: filo tantū capita religare cœperunt. Nam nudis penitus capitibus incedere nefas fuerat. Vñ a filo quo vtebanſ flamines dicti ſunt quaſi filamines.

¶ Flāmo as. flāmā produco. Vir. li. iii. geo. Exilit inſiccū & flammantia lumina torquēs ſęuit agris. Hinc cōponitur inflāmo qđ eſt valde vel intus flāmo. Ci. Curioni. Nō feci inflāmādi tui cauſa: ſed teſtificandi amoris mei.

¶ Flameſcere eſt flāmā fieri accendi. Vnde in hymno dicimus, flāmeſcat igne charitas: accēdat ardor proximos.

¶ Flādria germaniæ regio ad littora oceani ſeptētrionalis poſita Varios habet populos q priſco nomine Cimbri dicti ſunt.

¶ Flator: & flatus. Vide in dictione Flo as.

¶ Flauus color ex viridi rufo & albo cōcretus: hoc eſt fuluo clarior qualis eſt color auri. Et attribuitur quandoq; melli. Mar. Flaua mella: quandoq; capillis. Ouid. lib. ii. fa. Forma placet niueuſq; color flauiq; capilli. Quādoq; bladis maturis. Virg. li. i. ge. Neq; illum flaua ceres alto nequicq̄ ſpectat olym-

pō. Vbi. Ser. Flaua ceres dicitur ꝓpter aristatū maturitatē. Sic flauam aquam flauas frōdes olearum dicimus. Virg. li. iii. ge. Turbidus & torquens flauētis hister arenas.

¶ Flaueo es. flaui. fulgeo & auri colorem reddo a flāmo q̄ sit color non dissimilis flammæ: vel a flando q̄ flata metalla eum colorem habent. Col. li. ii. Sed æqualiter flauētibus iam satis anteq̄ ex toto grana incurescant cum rubicūdum colorē traxerunt: messis facienda est.

¶ Faueſcere est flauū fieri. Virg. Molli paulatim flauescet campus arista.

¶ Flecto is. xi. xū. inclino voluo duco. Ter. i hecy. Istuc est sape vbicūq; opus sit possis animum flectere Virg. li. ii. geo. Et ipsa flectere luctantis inter vineta iuuencos. Ser. Cum quadam moderatione ducere ne tenera adhuc virgulta concutiantur. Huius cō posita sunt Circūflecto: Circūplico: Circuo. Virgi. Prestat trinacrii metas lustrare pachini Cessantem longos & circunflectere cursus. Deflecto de quo supra. Inflecto. Aug. li. viii. de ci. dei. Socrates primꝰ vniuersam philosophiam ad corrigendos cōponē dosq; mores inflexisse memoratur. Reflecto in idē flecto. Offlecto de quo infra.

¶ Flexo is. xi. xum. eiusdē significationis est cū flecto. Prisc. A necto tamē nexui qd̄ tñ etiā necto nexi dicentes & nexus: vt flexo flexi & flexus.

¶ Flexile pe. cor. quod flexū est: vt vitis flexilis q̄ flexa sit: & lapsu erratico torqueatur.

¶ Flegeton. Vide phlegeton quia græcum est.

¶ Flegma. Vide in phlegma. Suidas Φλεγμα ου λεγεται πρωτον απο τροφης. πρωτον γαρ απο τροφης το αιμα. το και φλεγμα πρωτον των απεπτων: εστι δε και αλλα απεπτα απο θερμου φλεγματος μετα βαλλεται οξυς χολος περι τον στομαχον εστιν ουν ουχα πλως πρωτον αλλα των πρα πεπτων.

¶ Flema dicitur cum ex labore vię languis defluit circa talos.

¶ Fleo es. eui. etum. cū lachrymis plango. Ideo tātum hominū est: sicut rideo. Hinc fletus participiū. Virg. Hic multū fleti ad superos belloq; caduci. i. nobiles & cōspicui quoꝝ mortē magna lamātatio sequitur. Fletus substātiuū. Compositū est Defleo: qd̄ est valde fleo. Ci. li. i. tus. Nō exercitu amisso nudus in seruoꝝ ferrum & manus incidisset: nō liberi defleti nō fortunę omnes a victoribus possiderentē grecum tñ est κλαιω. μ. κλαυσω.

¶ Flebile: quod dignū est vt fleatur: a quo flebiliter aduerbiū cum fletu.

¶ Fligo is. xi. ctū. affligo quo vsi sunt antiqui. Vsi & flictus ꝓ afflictus. Sirꝰ. Galea horrida flictu Aduersæ arcescit galeę. Liui. Ipse se in terram fligit cadens. Cuius composita sunt. Affligo: confligo: infligo: & ꝓfligo: quę habent pe. p. Est autem affligere proprie prosternere & in terram extendere. Ply. At canis ille horrentibus per totum corpus villis ingenti primū latratu intonuit: mox in ceruicē assultans contraq; bælluam exurgens hinc & illinc artifici dimicatione qua maxime opus esset infestans atq; euitans donec assidua rotaq; vertigine afflixit ad casum eius tellure concussa. Cęsar. Neq; si quo afflictę casu fuerint erigere sese atq; eleuare possunt. Per translationē ponitur ꝓ perturbare vexare. Seneca. Vt animum variis curis afflictum oratione leni-

rem. Hinc Afflicto as. frequentatiuū: de quo & aliis compositis locis suis.

¶ Flo as. aui. atū. spiro. Hinc Flatus tus. ꝓ spiritu & flatus ventus quia et ipse spiritus est. Et flatores antiquitus tibicenes dicebant: q̄ flando tibias sonarent. Et flabellum. Aliquādo flare signare est: q̄ es siue aurum siue argentum flando: hoc est flatu caleſaciendo signetur. Hinc flatū es & flata pecunia dī. Eius cōposita sunt Afflo qd̄ est aliquid spiro. Ci. in cato. Cum admiraretur lysander & ꝓceritates arborum & directos in quincuncē ordines & humū subactam atq; puram & suauitatem odoꝝ qui afflarētur e floribus. Et in hymno. Impleta gaudent viscera afflata sancto spiritu. Per trāslationē. Lactā. li. vii. Non vidisse nec comprendisse philosophos veritatem: sed ita leuiter odoratos: vt tñ vnde eos odoril le sapientię tā suauis: tam iucundus afflauerit: nullo modo senserit. i. attigerit vel aspserit. Virg. Nāq; ipsa decorē cęsariem nato genitrix lumenq; iuuētæ purpureū & lętos oculis afflarat honores. i. flando dederat. Diffio: flatu dispergo: distribuo. Plau. Cuius tu legiōes difflauisti spiritu. Lucil. li. xxvi. Pars difflatur vento: pars autē obrigescit frigore. Deflo deorsum vel valde flo. Var. Vas fictile eo q̄ est leuissimum ac summum deflatum vt traiiciant in alia vasa. Inflo Turgefacio quales sunt vtres vento distenti. Transferturq; ad animum. Lact. li. vi. Si efferatur ira: superbia tumidus inflatur. Tractum a folle qui flatu turgescit. Hinc inflare ꝓ pulsare: siue tibia canere. Virg. Tu calamos inflare leues ego dicere versus. Perflo valde flo: siue multum commoueo. Idem. Et terras turbine perflant. Reflo retro vel contra spiro. Ci. lib. i. tus. Sin autem reflantibꝰ vētis reiicienur tū eodem paulo tardius referamur necesse est. Idem li. ii. offi. Nam cum prospero flatu eius vtimur ad exitus quehimur optatos: & cum reflauerit affligimur. Sufflo subtus spiro: siue suppflo & turgefacio. Nonius. Sufflatum dicitur tumidum & quasi vēto quodam latius factum. Et suffla re flatum facere. Augu. lib. xii. de ci. dei. Quid est aliud sufflare q̄ flatum facere. Idem paulo ante. Et cum virum terreno formasset ex puluere eiq; afflasufflando indidisset: siue potius sufflando fecisset. Conflo & Efflo alibi. A sufflo etiā fiunt duo cōpositā insufflo & Exufflo.

¶ Floces vini vuaꝝ purgamēta hoc est vinacę sicut flaces oliuarū: fex a vinaciis expressa. Cęcil. Ae depolego neq; florē: neq; floces volo mihi: vinum volo. Gel. Appuleius edit: & floces bibit.

¶ Floci lanaꝝ particulæ diuisæ a velleribus inutiliter euolantes: & per cōminutionē Floculi. Var. Diligentiores tegeticulis subiectis oues tondere solēt ne qui floci intereant. Ply. Nascuntur in robore ptulæ nucibus non absimiles intus habentes floculos molles lucernarum luminibus aptos. Nam & si ne oleo flagrant.

¶ Flocifacio & Flocipendo a floco ꝓ cōtēno: & in nulla ęstimatiōe habeo. Plau. in epi. Dum tibi ego placeā atq; obsequar meū tergum flocifacio.

¶ Flora dea q̄dā a romanis in honore habita.

¶ Floralia eius deæ luci seu festa. Floralia etiā dicūtur loca in quibus sunt flores. Var. li. i. de re rus. Nec minus ea discriminunda in conserendo quæ sunt fructuosa ꝓpter voluptatē: vt quæ pomaria ac floralia appellantur.

¶Flores dicti ſunt qui ex arboribus vel herbis col liguntur. Cuius diminutiuũ Eloſculi.
¶Floreus.a.um.quod eſt totũ ex floribus.
¶Floridus.a.um.quod floribꝰ abũdat. Tibul. Cũ poſti florida ſerta darem.
¶Floreo.es.rui. Florere.eſt floridũ eẽ ſeu flores habere Ci.li.i.tu. Segetes largiri fruges: florere oĩa: fõtes ſcatere. Per trãſlationẽ Florere eſt ſplẽdere: aut in aliqua proſperitate eſſe: ſiue excellere Ci.in Læl. Magnãq; græciã quæ nũc quidẽ deleta eſt: tum florebat inſtitutis & præceptis. Lact.li.v. Iniuſti ac deum neſcientes & diuitijs & potẽtia & honoribus florent. Hiero. Alium iuuenili ætate florentẽ in amœniſſimos hortulos præcepit adduci. Huius compoſita Defloreo. Effloreo. de quibus alibi. & Refloreo quod eſt rurſus floreo. Eſt & Floro.as. vnde & prꝫfloro. Gel. Et expectatio te ſpei ſuſpenſum fatigabit & futuri gaudii fructũ ſpes tibi iam ꝓflorauerit.
¶Floreſcere eſt floridũ fieri. Col.li.v. Ventiq; nebulam & rorem peſtiferũ celeriter aſſiccant: multũq; ad floreſcendũ & ad bonitatẽ vini cõferũt. Var. lib.i. de re ruſ. Pratũ aqua defendi debet anteq; floreſcere incipiat.
¶Floridare idẽ quod florere. Vnde ꝓtata floridantia dicũtur.
¶Fluo.is.xi.xum. proprie decurro. Vir.lib.i.geo Hæc argenti viuos æriſq; metalla Oſtẽdit venis atq; auro plurima fluxit. Quoniã vero ea quę fluũt latius diffundi videtur fluere quãdoq; capitur pro latius atq; vbertius excreſcere. Idem lib.iij. geor. Tũ denicq; dura exerce imperia & ramos cõpeſce fluentes. Rurſus quia q̃ decurrũt quodã mõ minui videtur Fluere pro deficere ſumitur. Idem Ex illo fluere ac retro ſublapſa referi Spes danaũ. Hinc fluxa dicimus quæ inſtabilia ac momẽtanea ſunt & cito peritura. Et fluere procedere naſci. Lact.lib.iij. Ab hac gente proximi quiq; populi multitudine increſcente fluxerunt. Item Tranſire. Hiero. Iam altera fluxerat dies. Huius compoſita ſunt. Affluo. Confluo. Defluo de quibus ſupra. Circũfluo. de quo Ci. in Læl. per trãſlationẽ dixit. Et circũfluere omnibꝰ copijs atq; in omni rerum abundãtia viuere. Proprie: Ply. Id oppidum circũfluit amnis. Aliquando ſignificat concurrere. Idem Poſtq; variæ vndiq; gentes circũfluxere. Hinc circũfluxus pro concurſu. & circũfluus qui circumfluit. Diffluo varie fluo. Lact. lib. vij. Nam ſi terrenũ & fragile corpus poſt ſeceſſum animæ nõ ſtatim defluit in terrã quæ tabeſcit ex qua illi origo eſt. Per tranſlationẽ luxurior prodigus ſum. Item conſumor ac deficio. Ter in heau. Vt illius animũ qui nunc luxuria & laſciuia diffluit retũdam & redigã. Influo. intus fluo. Col. libro primo. Sed ampla ſtabula ſic ordinẽtur neq; humor influere poſſit. Cæſar. A lacu lemano. qui in flumẽ rhodanũ influit. Cice. in Læl. per tranſlationem dixit. Quibus blandictis. C. papirius conſul nuper influebat in aures. i. facile introibat vel perſonabat. Interfluo. in medio fluo. Perfluo & trãſfluo per medium fluo. ſpargo non contineo. Teren. Plenus rimarum ſum huc atq; illuc perfluo. Profluo de quo alibi. Præfluo ante fluo. vnde præfluxus & prę fluuiũ pro fluore alicuius rei ante facto. Præterfluo vltra vel ante fluo. Liu. libro primo. Infima valle præterfluit tybris. Quintil. Per tranſlationẽ lib. xi Omnis diſciplina memoria conſtat. fruſtraq; docemur ſi quicquid audimus præterfluat. Refluo retro ſiue rurſus fluo. vnde fluxus & refluxus. Superfluo ſuperabũdo a quo ſuperfluus.a.um. Col.li.iiij. Per medullã tranſmittit quicquid aquarũ cęleſtiũ ſuper fluxit: Subterfluo inferius fluo.
¶Fluito.as. penultima corre. frequentatiuũ ſignificat ſæpe ſiue continue fluo. Liui.li.i. Tenet fama cũ fluitãtẽ alueũ in quo expoſiti erant pueri tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet. Et fluitare eſt ſupernatare Ply. Oẽs piſces cũ ſunt extincti fluitãt exceptis anguillis. Aliquãdo Fluitare eſt ſoluti ac relaxari.
¶Fluus.a.um. quaſi fluens. ſed in cõpoſitione magis in vſu vt mellifluus quaſi fluens melle.
¶Fluidus.a.um. penul. cor. modo fluentẽ: mõ humectum ſignificat.
¶Fluor. fluxus. & fluxio idem ſignificãt ideſt pro fluuiũ. Aug. li. vij. ci. dei. Sed ibi eſt dea. Mena quę mẽſtruis fluoribus prꝫeſt.
¶Flueſcere eſt fluidũ fieri: reſolui. Aug. lib. xxi. ci. dei. Agrigentinũ Sicilię ſalẽ perhibẽt cũ fuerit ad motus igni velut in aqua flueſcere.
¶Fluxus a.um. quod eſt inſtabile momentaneum & cito periturum. Vnde Fluxæ res dicuntur. Poet. Nos tibi ne fluxas phrygiæ res vertere fundo Conamur. Sal. Nam diuitiarũ & formę gloria fluxa & fragilis habetur. Aliquãdo capitur pro largo & minime abſtricto. Vnde parthorum veſtimẽta fluxa fuiſſe Laucanus ſcribit: Illic & laxas veſtes & fluxa virorum velamenta vides. Et fluxi dicuntur libidinoſi molles effœminati. Sue. in Tybe. Druſus animi fluxioris. remiſſioriſq; vitæ erat. Cyprianus. Vtq; ad hoc venimus vt in comparatione fluxorum de ſanctorũ virtutibus diſputemus. Idẽ Fluxuras libidines vocat. ſcribens caſtitatem eſſe exarmaturam fluxurarum.
¶Fluuius. a fluo. is. q; fluat ſemper. Idẽ quod flumen.
¶Fluuiale. quod ex fluuio eſt: vt aqua fluuialis.
¶Fluuiatile. pe. cor. quod in fluuio viuit: vt piſces fluuiatilis. Fluuiatilis auis. Fluuiatilis arena quę in fluuijs eſt. Ply. Arenæ tria ſunt genera. foſſitia: cui quarta pars calcis addi debet. Fluuiatili aut marinæ tertia.
¶Fluuior.aris. depo. ſumitur ꝑ Abundo: vt apud Ioſephum li. xviij. Nihil intereſt intereos an diues fluuiatur: an pauper defraudatur.
¶Flumẽ ſimiliter a fluo. proprie eſt aqua fluuij decurrens: & maior eſt q̃ riuus. Et flumina dicuntur q̃ perennia ſunt: & continue fluunt. Torrẽtes qui eſtate ſiccantur. Sed quando hoc nomen genitiuo iungitur, capitur pro fluxu ſeu curſu. Ply. Ne flumini eius riui eſſet impedimento. Hinc flumẽtana porta romæ quã tyberis vrbẽ intrans in ſiniſtra ripæ parte relinquit, dicta q; Tuberis quãdoq; in eam influxerit.
¶Fluentum: paruum flumen: ſiue decurſus aquæ. Hiero. in Ioſue: Trans fluenta iordanis. Amb. li. hexa. Itaq; cũ tanta de terris erũpãt maximorũ fluenta annniũ Nilus effuſo ægyptũ ſtagnãs flumine.
¶Flumineus.a.um. vt aqua flumínea quæ ex flumine colligitur.
¶Fluminoſus.a.um. quod fluminibus abundat: vt regio fluminoſa.
¶Fluctio. Catarrhus dicitur.
¶Fluctus a fluo. & eſt aqua mota in vnum collecta

FL. FO.

quæ vnda dici ſolet.

¶ Fluctiuagus: qui fluctuando vagatur.

¶ Fluctuoſus. vndoſus procelloſus inquietus. Et per tranſlationē fluctuans anima dicitur quēadmodum æſtuans cum ira aut curis aut libidine alio ve morbo agitatur.

¶ Fluctuare. iactari cōmoueri: in dubio eē: & inſtar nauis fluctibus agitari. Vir. li. ij. geo. Ac late fluctuat omnis ære renitenti tellus. Vnde Fluctuatus pro iactato. Ply. Delos diu fluctuata vt ꝓditur ſola motū terrę nō ſenſit. Et li. viij. Fluctuatuſq; ſimilis ex animi. Proprie vero eſt fluct⁹. i. vndas facere. Plau. in ru. Ita fluctuare video vehementer mare. Item ſignificat ſuper vndas eſſe. Ply. li. xxxvi. Lapidem e ſcyro inſula integrū fluctuare tradunt: eundē cōminutum mergi.

¶ Fluſtrū. ſtatus maris cū fluctibus nō agitatur.

¶ Fluctuatim aduerbiū. iactanter ſolute. Afra. Volo fluctuatim ire ad illū.

¶ Flutæ anguillæ ſiue murenæ dicebātur in freto ſiculo: quæ græce plotę quaſi nauigabiles dicuntur. q; in ſumma aqua mergi nō poſſūt. Macro. Accercebātur muræneę ad piſcinas abuſq; freto ſiculo. Illæ enim optimę eſſe credūtur præſertim q̄ græce plotæ: latine Flutæ dicūtur: q; in ſummo ſupernatantes ſole torrefactæ curuare ſe poſſe & in aquam mergere deſinunt.

¶ Fluonia: Iuno quā mulieres colebāt: q; ſāguinis fluorē in cōceptu retinere putabatur.

¶ Focus a fouēdo: vel a flāmis dicit id i quo ignis ſeruatur vel ipſa ignis fomēta. Ouid. li. vi. faſto. At focus a flāmis & q; fouet oia dictus. Idem. Thure vacēt aræ ſtentq; ſine igne foci. Tibullus Dum meus aſſiduo luceat igne focus. Cat. de re ru. Folia ſubdito in foco calido: ſub teſta coquito: leniter. Ponitur etiam quandoq; pro priuatis domibus ſicut ara pro templo.

¶ Foculus diminutiuū. qui etiā circūfertur a teſta teſtulæ triualiter nomē adeptus. Gel. Tum illa foculū corā rege cū igni appoſuit & tres libros ex nouē deurit. Val. max. li. i. Cū Carbaſum quē optimū habebat foculo impoſuiſſet. ſubito ignis emicuit.

¶ Focula dicūtur nutrimenta. Plau. in perſa. Nam iam intus ventris fumant focula.

¶ Foculo as. pe. cor. nutrio ſeu foueo. Nonius. Focula dicta ſunt nutrimenta. vnde & foculare dicitur vt fouere.

¶ Focillus. diminit. eſt a foculus: a quo focillo.

¶ Focillo. as. & Focillor deponens ſignificat nutrio. Var. li. ij. de vi. pa. Sed ſuum quiq; cōmodū focillantur. Hinc cōponitur Refocillo qđ eſt Recreo

¶ Focarius. a. um. quod ad focū pertinet. Hiero. li. i. Reg. Filias veſtras faciet ſibi vnguētarias & focarias.

¶ Focale pe. pro. genus ligaminis ad fauces velut faſcia quædā collū ambiens: q; fauces perfringere nō ſineret & pronūciationi cōduceret. Seneca. lib. iij. quęſtionū naturaliū. Videbis quoſdā gracles & palliolo focaliq; circūdatos pallētes & ægros. Quintil. li. xi. Palliolū ſicut faſcias quibus cruta veſtiuntur. & focalia & ligamina auriū ſola excuſare poteſt valitudo. Dictū Focale a faucibus au in o mutata. Quidā etiā accipiūt focale ꝓ ferro quo ignito criſpant crines. Et ſic habet primā cor. cū a foco deſcēdat Hor. in ſer. Faſciolas cubitale focalia: potus vt ille Dicitur a collo furtim carpſiſſe coronas.

¶ Focaneus palmes dicit: qui in fauce vitis naſcitur: vt eſt apud Columellā. li. v. Videtur inquit focaneus palmes qui ſolet in bifurco medius prorepere Et idcirco eū prędicto vocabulo ruſtici appellant. q; inter duo brachia ſua ſe diuidit vitis enat⁹ velut fauces obſidet: at vtriuſq; duramē trahens alimēta prorepit. Et li. vi. Focaneus eſt qui inter duo brachia velut in vena de medio naſcitur.

¶ Fodio is. fodi foſſum. cauo aro vt Fodere nō valeo. mendicare erubeſco. Vir. li. vi. Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos. Hinc fouea. Et fodere forare. Hiero. ad helio. Cerne manus iudæe quas fixeras. cerne latus romane qđ foderas. Huius cōpoſita ſunt Confodio. quod eſt Cauo ferio. ſiue in totū foro. Plau. in aul. Hic apud me confodere hortū iuſſi. Sal. Inter confertiſſimos incurrit ibiq; pugnando confoditur. Circūfodio circum cauo Col. lib. iij. Arborē quā depoſueris ſæpius circūfodito. Defodio Vide loco ſuo. Effodio. extra fodio Plau. in aul. Oculos ego hercle iſtos improba effodiam tibi ne me obſeruare poſſis ſiquid rerū geram Infodio intus fodio aut intus planto pono ſeu ſepelio. Col. lib. iiij. Campeſtris locus alte duos pedes infodiendus eſt. Hiero. in gen. At ille infodit eas ſubter terebynthū. Vir. li. ii. Ge. Ante ſupinatas aquiloni oſtendere glebas q̄ letū infodias vitis genus. i. obruas. Perfodio valde cauo. rūpo ferro ꝓforo. Plau. in aſi. Vbi parietes perfoderis. Col. li. xi. Tu grauibus raſtris cūctantia perfode terga Lact. li. iiij. Sed tantūmodo latus eius perfoderunt. Gel. li. ij. Quadringēti omnes tum vna perfoſſi gladiis aut miſſilibus operti cadunt. Præfodio. ante fodio. Ply. li. xvij. Præfodere ſcrobes ante ſi fieri poſſet: tāto donec pingui ceſpite obducantur. Refodio rurſus fodio. Ply. mus marinus in terras ſcrobe effoſſa parit oua & rurſus obruit ſra trigeſimo die refoſſa aperit. fœtūq; in aquam ducit. Suffodio ſubter cauo. Col. li. ii. Neq; ſuem velim⁹ impaſci quoniā roſtro ſuffodiat & ceſpites excitet. Tranſfodio trans. ſiue vltra ab vno latere ad aliud fodio. Ouid. Gemino tranſfodi vulnere pectus. Et hæc oia habēt fo. ſyllabam correptam.

¶ Fodico. as. pen. cor. idem qđ fodio. Ci. li. iij. tu. Non eſt enī in poteſtate fodicātibus eis rebus quas malas opinamur diſſimulatio vel obliuio. Hor. Emamus qui fodicet latus.

¶ Fodina pe. pro. locus vbi quid foditur aut aurī fodina vbi foditur aurū Ply. Odor ex argenti fodinis inimicus oībus aīalibus. ſed maxime canibus.

¶ Fœcundus. a. um. quod fructū facit a faciendo ſeu ferendo q; ferax ſit & ſæpe fructū faciat. Ouid. li. iiij. faſ. Fœde ferens bos eſt fœcūdaq; dicta ferēdo. Hinc etiam fœtus nomen habere putāt. Interdum ſumitur pro abūdanti & pleno. Hora. Fœcūdi calices quē non fecere diſertum? Huius contrarium eſt infœcundus nō ferax. Vir. li. ii. Geo. Sponte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras Infœcūda quidem. Inde infœcūditas pro ſterilitate. ſicut fœcunditas pro abundantia. Col. Sæpenumero ciuitatis noſtræ principes audio culpantes modo agrorum infœcunditatē. modo cæli per multa iam tempora noxiam frugibus intemperiē.

¶ Fœcundo. as. abundantē ſeu fructiferum facio. Vir. lib. iiij. Ge. Et viridē ægyptū nigra fœcundat

arena.

¶ Fœtus.tus. a ferendo vt inquit. Ouid: seu a fouẽdo quoniã & dum in vtero est. & postq̃ eductus fœtus est a matre fouetur. i. calefit. Est autem fœtus generale nomen ad omnia animalia etiam si sint oua. Etiam ad arbores. Vir. libro primo ge. Hic segetes illic venũt fœlicius vuæ Arborei fœtus alibi. idest fructus vt poma.

¶ Fœtus.a.um. plenus. Vir. Loca fœta furentib⁹ haustris. Et fœta mulier dicitur grauida. Idem non. insueta graues tẽtabũt pascua fœtas. Item dicitur partu liberata hoc ẽ q̃ pepit. vt Fecerat & viridi fœtam mauortis in antro. Enixã autẽ fuisse lac quod pueris prębebatur ostendit. Col. lib. viii. Huic pecudi nocet æstus & p̃cipue fœtæ quę gelicidio hyemis conceptum fecit. Huius composita sunt Confœtus. Festus. Confœtus sus dicebatur qui cũ omni fœtu adhibebatur ad sacrificiũ. Defœtus & effœtus de quibus alibi.

¶ Fœtuosus a.um. qd̃ est plenũ fœtu. Hieron. contra Ioui. Lippientem iam deformẽ atq; fœtuosam synagogæ typum prętulisse. retinet hoc nomen u quoniã fœtus est quartæ declinatiõis: sic sumptuosus fructuosus luctuosus actuosus quęstuosus. Quę veniũt ab alijs declinationibus nõ tenẽt. u. vt fabulosus dolosus vitiosus portentosus & huiusmodi.

¶ Fœtura: genitura & pariendi tẽpus. Varr. li. ij. de re rus. Appello fœturã a conceptu ad partũ. hi enĩ primi pręgnationis & extremi fines. Vñ & pro animaliũ prouentu ponitur. Vir. Si fœtura gregẽ suppleuerit aure⁹ esto. Ply. Optima fœtura est post vernum æquinoctiũ. Trãsfertur etiã ad inanimata: vt fœturã pratorũ. Idem ad opus suum transtulit: cũ in principio ait. Opus natũ apud me proxima fœtura licentiore epistola narrare constitui.

¶ Fœtifico.as. fœtũ facio. pario. Ply. li. x. Accipitres fortius massiliæ fœtificant. vnde & Fœtificus a.um.

¶ Fœto as. fœtum emitto. Col. li. viij. Circa paludes in quibus plærunq; fœtant. Aug. lib. v. ci. dei. Cur alios eligũt dies accõmodatos ponendis vitibus: alios pecoribus vel domãdis vel admittendis maribus quibus equarũ vel boũ fœtẽtur armenta.

¶ Fœdus.eris. a ferio vt quibusdã placet: cũ. œ. vt o longa sit. quoniã ferio. c. breuẽ habeat. Mos. n. fuit antiquis vt in fœdere faciendo porca ferirẽt. Vir. li. viij. Stabãt & cæsa firmabãt fœdere parca. Quidam hoc nomẽ a fecialibus. i. sacerdotib⁹ deriuãt: per quos fiunt fœdera Alij a fide: quia in fœdere interponebatur fides. Et proprie fœdus dicitur pax quæ fit inter dimicãtes. Accipit etiã qñq; pro lege. vt apud Virg. Regemq; dedit qui fœdere certo.

¶ Fœdero.as. pe. cor. fœdus facio. Vnde fœderati dicũtur populi qui fœdere icto cũ populo romano societatẽ coiuerunt. Namq; inter ciuitates puinciarũ aliæ fœderatorũ: aliæ stipendiariæ dicebãtur.

¶ Fœdifragus. pe. cor. qui fœdera frangit.

¶ Fœdus.a.um. quod est deforme. Ter. in eu. Nũc tibi videtur fœdus. quia illã nõ habet. Ponitur quãdoq; pro Execrando. Vir. li. vii. Aduersusq; refugit fœda ministeria. Quãdoq; pro crudeli. Ter. in eu. O facinus fœdum. Do. Fœdũ crudele Ea enim quæ crudelia sunt & nefaria ipsa crudelitate fœda & maculosa dici possunt.

¶ Fœdare polluere inquinare quasi foras edere. i. manifestare. Nam fœda vel corporis vel animi foras eduntur. Vñ fœdare foras dare. Vir. Impulerat ferro argolicas fœdare latebras. Lact. li. v. per metaphoram. Sed fortasse nõ ipsius vitium sed poetę fuit qui insignẽ pietate virum insigni scelere fœdauerit. Et Fœdare lacerare cruẽtare. Sũt qui hoc verbum a fœtu deriuari putent. quoniam fœtãdo mares polluũtur.

¶ Fœlix.a fœnus quidam deducũt conuersione n in l quasi beatus. hoc est diues & fœnore plen⁹. Et dicitur qui prosperitatẽ habet. Virg. Viuite fœlices quibus est fortuna peracta iam sua. Aliquãdo dicitẽ qui alios facit esse fœlices. Idem. Sis fœlix nostrũq; leues quæcũq; laborẽ. i. prospera & benigna. Ali quando commodũ vtile. Mar. Illa manus quondã studiorũ fida meorũ. Et fœlix domino notaq; cæsaribus. Aliquando pingue fœcundũ. Vñ fœlices arbores quę ferũtur & fructũ ferunt. Huic contrarium est infœlix. qd̃ quandoq; ponitur pro aduerso. Vir. lib. vii. Quę potui infœlix. i. aduersa troianis. Quandoq; pro nõ fœcundo. Idem. Infœlix loliũ ac steriles dominãtur auenæ.

¶ Fœlicitas. prosperitas. cui⁹ contrariũ est infœlicitas. Interdũ fœlicitas ponitur pro dea quã romani venerabantur. Aug. lib. iiij. ci. dei. Quid fœlicitas. dea est: ædem accepit: aram meruit: sacra ei congrua persoluta sunt.

¶ Fœlicito. fœlicẽ facio. Cuius contrariũ est infœlicito. quod est destruo. q⁹ tam de diuitijs q̃ de homine dicitur. Plau. in penu. Dii illum infœlicitent omnes.

¶ Fœmina. æ. mulier a fœto. as. Hinc fœmineus. a.um. & Fœmininus a.um. Diminutiua Fœmella. Fœminella & Fœminula. A fœmina etiam fit Effœmino.

¶ Fœnus.oris. vsura. dicitur a fœtu. Nihil enĩ aliud est fœnus q̃ fœtus hoc est partus pecuniæ. Quidam tamen a fundo. quod cũ. o. non. u. apud antiquos scribebatur. q⁹ prouẽtus sit ex naturali terræ fructu. postea vero ad vsuram translatũ quasi pecunia per se fructum producat sicut terra. Hinc vsura vorax auidumq; in tẽpore. Plau. in asi. Nam si mutuo nõ potero. certũ est accipiã sumã fœnore.

¶ Fœnusculũ: diminutiuũ. Plau. Ad danistã addere fœnusculum.

¶ Fœnebre. pe. ad placitũ qd̃ ad fœnus pertinet: vt lex fœnebris de credita pecunia. Si quidem creditu nummi alios pariunt.

¶ Fœnero. as. pe. cor. cũ actõ. & fœneror cũ dat. uo idem significant. quę tam pro dante q̃ accipiente sumũtur. Quod est cõtra Laurentiũ vallã. Hier. in Ecclesiastico. Qui facit misericordiã fœneratur proximo suo. Et postea. Fœnerare proximo tuo in tẽpore necessitatis illius. Ci. Vt em̃ benefici liberalesq; simus nõ vt exigam⁹ gratiã: neq; em̃ beneficium fœneramur sed natura propensi ad liberalitatem sumus. i. fœnori damus. Mat. Hæc sapit: hæc omnis fœnerat vna deos. Aug. in p̃s: interpretatione. Audi scripturã quomodo fœneres dominũ Fœnerat dominũ qui misereť pauperis.

¶ Fœneror, cũ abltõ. significat ad vsurã accipio vt est apud li. digesto. xxxi. Si aũt aliquis eorũ voluerit vęndere partẽ suam vel fœnerari super eam potestatem habeat vęndere cohęredi suo. & fœnerari ab eo. Res fœnerata q̃ ad fœnus tradita est.

¶ Fœnerator q̃ dat ad fœnus. grẽce danísta vocaẽ
¶ Fœneratus. tus. Idem quod fœneratio. i. mutatio ad vsuram.
¶ Fœneratitiꝰ. a. um. quod ꝙ datũ est fœnori: vel qđ ad fœnus pertinet. Fœneratitia pecunia quę ex vsuris collecta est.
¶ Fœnum dictũ est. q ꝙ sine cura fœnus prębeat: vel q ꝙ herbæ eædem manẽtes quotannis nouas pariant. Hinc Fœnile pro loco in quo seruatur fœnum
¶ Fœneus. a. um. quod ex fœno factũ est. Aug. li. iiij. cõ. Popularis gloriæ sectãtes inanitatẽ vsq; ad theatricos plausus & contẽtiosa certamina & agonem coronarũ fœnearũ.
¶ Fœnarius. a. um. qđ ad fœnũ pertinet: vt falces fœnariæ quibus fœnũ secamus: q̃ aptæ sunt.
¶ Fœnisex. cis. qui fœnũ secat Ply. li. xviij. Igitur cornu propter oleũ ad crus ligato fœnisex incedebat. Idem Fœniseca. æ. pe. cor. qui fœnarijs falcibus fœnũ in pratis secat. Col. li. ij Ita necubi ferramentũ fœnisecis possit offendere. Varr. lib. i. de re rus. Herba in pratis ad speciẽ fœnisecæ nata nõ modo nõ euellenda in nutricatu sed etiam nõ calcanda Idem nõ multo post. Sicilienda prata. i. falcibus cõ sectanda quę fœnisecæ p̃terierũt.
¶ Fœnisecĩ. ipsa fœni sectio & veluti messis fœni Idem in eodẽ. Nec primo anno rigari nec pasci ante secunda fœnisecia ne herbæ vellantur: obtritꝙ hebetentur.
¶ Fœniculũ a fœnore vt quidã existimant. quasi paruum fœnus. q ꝙ semẽ terræ mandatũ magno fœnore reddat fructũ. Græci Marathron vocant. oculorum claritati mire confert. angues per hyemẽ mẽbrana corpori obducta fœniculi cibo impedimentum illud exuũt. quod Senectus & Vernatio appellatur.
¶ Fœteo. es. male oleo. Fœtidus malolẽs. Fœtor malus odor Plau. in asi. Dic amabo an fœtet. ania vxoris tuæ.
¶ Folium. græci φυλλον dicũt. Sed ideo per simplex I scribitur quia antiqui nõ geminabant consonãtes. Est aũt foliũ quod in libris ponitur a palmarum foliis in quibus olim scribi solebãt & græca voce philura appellatur. Cuius extremitas margo dicitur. & pagina vtraq; pars folij Nam folium duas paginas habet. Veteres etiam quarundã arborũ libris hoc est corticibus scribere solebant. Ex quo libri & per diminutionẽ libelli: & codices a codice q & caudex vocatur ex quo cortex extrahitur. Hinc componũtur Trifolium quinq; foliũ. græce pentaphyllon. Latifoliũ. quod habet lata folia. Millefolium græce Miriophyllon. herba & huiusmodi multa
¶ Frumentaceus. a. um. qđ ex frumento eſt. Hier. Maior turba hordeaceis panibus minor frumentaceis paſcitur.

¶ Frumentarius. a. um. qđ ad frumẽtũ pertinet: vt frumentarius ager: frumẽtarius negociator: frumẽtaria lex: quæ tractat de frumentis.

¶ Frumẽtor. aris. frumentũ colligo: & Frumẽtatio frumenti collectio. Et Frumentator. qui frumentatum profectus eſt.

¶ Fruſus. genus ruborũ tenue ſpinis minoribus & nõ aduncis.

¶ Frutex dicitur qui ad iuſtã magnitudinẽ arboris nõ aſſurgit & ſtatura ſimilis ẽ multis hęrbis. ſed nõ demoritur: neq; areſcit vt hęrba. Nam tertiũ eſt qđ nec arborẽ: nec fruticẽ proprie dixeris vt eſt vitis. Aliquando frutex ponitur p ſtirpe. Sue. de Veſpa. Singulos repente ramos a frutice dedit.

¶ Frutetũ ſeu Fruticetũ ybi multi frutices ſunt.

¶ Frutetoſus locus fruticibus abũdãs. Ply. li. xix. Siccis hæc & ſabuloſis locis frutetoſiſq; naſcũtur.

¶ Frutico. as. pc. cor. pollulo & quaſi frutices emitto: Ply. li. xvij. Quod ſupra terrã eſt e matre radiu bet vt fruticet. Eſt & fruticor deponẽs Ci. ad Atticũ Exciſa eſt. n. arbor nõ euulſa: itaq; q̃ fruticet vides

¶ Fruticeſcere eſt fruticem fieri. Ply. Puniceæ oleę quia celeriter fruticeſcũt.

¶ Fruſtũ rei cuiuſcũq; particula: ſic dictũ q; facile feratur. Virg. Pars in fruſta ſecant. Cat. Fruſto panis cõduci poteſt vel vti taceat: vel vti loquaſ. Huius diminutiuũ eſt Fruſtulũ a quo Fruſtillũ.

¶ Fruſtatim aduerbiũ ſignificat per fruſtra. Fruſtil latim per fruſtilla. Plau. in Cur. Iam ego te faciã vt hic formicæ te fruſtillatim differant.

¶ Fruſtra aduerbiũ. ſignificat incaſſum.

¶ Fruſtro. as. decipio. Cęſar. Nõ fruſtrabo vos milites. Inuenitur & fruſtror verbũ cõmune ſecundũ Priſ. Plau. in Am. Neſcio quis pręſtigiator hãc fruſtratur mulierẽ. Paſſiue. Feneſtella. Fruſtrat⁹ igitur a ſpe deiectus in caſtra ſe recepit. Et fruſtra agere. Col. in p̃fa. Sæpe magnã dominis afferunt iacturã cũ imprudẽter facta opera fruſtrantur expenſas. i. proficiũt ſiue fruſtra agũt. Idem ibi. Syderũ ortus & occaſus memoria repetat ne imbribus vẽtiſq; imminentibus opera incohet. laborẽq; fruſtretur.

¶ Frutinal. dictũ eſt templũ Veneris frutæ.

¶ Fucinę pe. cor. lacus in quarta regione italię prope Albenſes Marſorũ populos. Quo etiã noie dictus eſt lacus volſcorũ. Mar. Fucinus & pigri taceãtur ſtagna neronis. Virg. li. vii. Tenemus Angitię vitrea te fucinus vnda Te liquidi flevere lacus.

¶ Fucus genus apis ſine aculeo ſed maior ape quę non mellificat neq; operam aliquã prębet in faciũdo opere niſi q; ad fouendos fœtus concalefacien do actiuat & conſumit alimenta quæ apes congeſ ſerunt. Virgi. Ignauum fucos pecus a præſepibus arcẽt. Hæc alio noie dicitur fur vt inquit Var. Col. lib. x. Fucus genus amplioris incremẽti ſimillimũ apis & immune ſine doctrina fauis aſſidẽs. De hoc Ply. libr. xi. Fuci ſunt ſine aculeo imperfectæ apes nouiſſimęq; a feſſis & iam emeritis incohatæ ſefotinus fœtus: & quaſi ſeruitia verarũ apum quãobrẽ imperant his primoſq; in opera expellunt tardantes ſine clementia puniũt. Dictus fucus: vt inquit. Ply. quia furtim mella deuorat. Hoc etiam noie dicta eſt hęrba ſecundũ Ser. qua tinguntur veſtes. Et fucus color ipſe Cæruleus qui virore cõmendatur: & purpuriſſa ſeu Ceruſatus dicitur. Siue medicamẽtum. Plau. Vitia corporis fuco occulunt. Sine Vnguentũ quale Myrrhabolanũ & myrrha q̃bus odoramẽtis mulieres capillos perũgebãt. Tibul. Quid fuco ſplendẽte comas: ornare quid vngues Artifices docta ſubſecuiſſe manu? Per trãſlationẽ ſumit pro fraude aſtutia ſiue inſidiis in quibus veritas occultatur. Teren. in Eu. per impluuiũ fucum factum mulieri. Quidã tamẽ hoc nomen per. ph. ſcribunt tam pro animali. q; a φαρω deducãt eo q; apum labores comedat: q̃ pro hęrba q̃ græce φυκος dicit Sed alii nõ a φαρω ſed a φηκηρ deducũt.

¶ Fuco. fucas. coloro. Vnde fucatæ mulieres dicũtur quæ vel medicamentis quibuſdam colorantur: vel vitia corporis inductis coloribus tegunt. Virgil. libr. ii. ge. Alba neq; aſſyrio fucatur lana veneno. Trãſfertur etiã ad alia. Lact. li. ii. Sic veritas fu-

cata mendacio eſt. Ambr. in Lucā. Plebē dominus ſimplicem requiſiuit quæ phalerare audita & fucare neſciret.

¶ Fucilis. penul. cor. falſus. vt res fucilis. i. falſa & quaſi fucata.

¶ Fugo. as. expello & in fugā cōuerto. Lact. lib. i. Saturnus cū fugatus eſſet a filio.

¶ Fugio. is. gi. itū. contrariū eſt Fugo. Fugere eſſi eſt cū curſu & celeritate diſcedere. Virg. Nos patriā fugimus Dicitur etiā de nauigationibus. Virg. Tendunt vela nothi fugimus ſpumātibus vndis. Plau. Remigio veloq; quantū potes feſtina & fuge. Aliquando capitur pro facere. Plau. in cap. At fugam fugitis ſcio quā rem agatis. Aliquando pro decipere vel fruſtra facere. Teren. in heau. Vide ne in mea vita tu tibi laudē is quæſitum ſcelus: vbi ſi paululū modo quid te fugerit ego perierim. Aliquādo pro Neſcire ſeu nō recordari. Lact. libro primo. Quod illū ipſum poetam minime fugit. Cic. lib. i. tuſ. Niſi quæ me forte fugiūt. hæ ſunt fere omniū de animo ſententię. Aliquādo pro Cedere. Ply. li. xxxvii. Fictitiæ ſacrificationis candicantiā fugiūt. Hoc eſt fictitias ad impreſſionē ſacrificātis cedere. quod gēmarii hodieq; appellant fugere. Hinc ortū vt vina quę annis cedūt. hoc eſt ætatē ferre nō poſſunt fugere dicātur. vt Cic. in offi. Huius compoſita ſunt. Aufugio. alio fugio. quod ex ab & fugio cōponit. b. in u. mutata vt fieret vox pronūciatu audituq; lenior. Hier. ad Helio. Dominus ne a turbis rex cōſti tueretur aufugit. Cōfugio ſimul fugio cōcurro: aut totū ſimul reduco. Lact. li. ii. Cōſtituit aſylū: eo paſſim confugerūt ex finitimis locis peſſimi. Liui. Inde Turnus rutuliq; diffiſi rebus ſuis ad florētes etruſcorū opes Mezentiūq; regem eorū cōfugiūt. Hiero. Ad ſanctarū grauitatē ſcripturarū confugimus Hinc Confugiū & Confugela. Defugio. Diffugio. de quib⁹ alibi. Effugio extra fugio diſcedo deuito. Lact. li. iiij. Neq; cultores deorū pœnā ſempiternæ mortis effugient. Interdū celeriter tranſeo. Virgi. lib. iij. Effugimus ſcopulos ita hæ laertia regna. Interdum nō bene ſcio. Aug. ad Hiero. Satis nequeo admirari ſi aliquid adhuc in hebraicis litteris inueniatur qd' tot interpretes illius linguæ peritiſſimos effugerit. Interdū. Effugere eſt in totū fugere. Ter. in an. Nullon ego chremetis pacto affinitatem effugere potero. Hinc Effugium: & Effugia. æ. ſicut Lana & lanitium. Perfugio: quod eſt auxilii gratia ad aliquē fugio Vnde perfugiū. Et perfugere eſt perfecte fugere. Vnde perfuga qui ad hoſtes tranſit & perfugit. Refugio retrofugio. Ply. li. ix. Venātes refugere. ſ. piſces ipſos venantes in ſuas cauernas. Gel. Poſtea cū prelio victus in vltima regione refugiſſet. Et Refugere confugere. Vñ Refugium. Per tranſlationē ponitur pro deuitare recuſare & odio habere. Lact. li. vi. Illos qui aut voluptates aut diuitias nō refugiunt ab hac publica & celebri via modice ſegregat. Aug. lib. ci. dei. i. Sed aliud eſt qd' carnis ſenſus infirmiter pauidus refugit: aliud qd' mētis ratio diligenter enucleata conuincit. Col. lib. iiij Idq; adeo plurimi dubitent vt multi refugiant & reformidēt talem poſitionē ruris. Profugio: longe fugio a quo profugus. Subterfugio. ſecreto aut aſtute fugio vel veto. Ci. pro. Cecilio. Qui volunt pœnam aliquā ſubtergere aut calamitatē eo ſolū vertunt. Suffugio. latenter fugio. Sue. vero pro retro fugio in Tibe. poſuit Adulationes adeo auerſatus eſt vt neminē ſenatorū ad lectica ſuā admiſerit: cōſularē vero ſatiſfaciētē ſibi ac per genua orare conātem ita ſuffugerit vt caderet ſupinus. Tranſfugio tranſeūdo fugio ab vno ad aliū locū. Vñ Tranſfuga qui ad hoſtes fugit. Liui. lib. i. Sextus filius eius qui minimus ex tribus erat tranſfugit ex cōpoſito gabios. Sal. Modo harū: modo illarū partiū leuiſſime tranſfuga. Et oſa habent. fu. ſyllabā correptā.

¶ Fugito. as. pe. cor. ſæpe fugio: ſiue fugiendi conſuetudinē habeo. Plau. in aſi. Herū noſmet fugitare cenſes? Ter. in Eu. Fugitādo fugi ne quis me cognoſceret.

¶ Fuga. ipſe fugiendi actus. Virg. pro curſu poſuit Vel qualis equos threiſſa fatigat Harpalice: volucrēq; fuga preuertit hebrū. Et Quintil. nauigationem dixit fugā: ſiue naues fugiētes q̄ velocē faciūt curſum. Aliquādo fuga dicit Impet⁹. Vir. Ille volat ſimul arua fuga ſimul æquora verrit. Fuga vero maſ. gñe cōponitur variis modis: vt pfuga trāſfuga lucifuga noctifuga: ſolifuga lucrifuga Plau. Cū hos adhuc adii lucrifugas damni cupidos.

¶ Fugia. lætitiæ dea a fugatis hoſtibus dicta.

¶ Fugax. qui facile fugit Significat. n. habitum & abūdantiā rei cuius eſt habit⁹ vt edax bibax. Aug. Terrena gaudia cōſecrantes rebuſq; fugacibus inhiantes. Quādoq; tñ ponit pro celeri & veloci. Vñ fugacē equū dicimus velocē. Hinc Fugacior fugacciſſimus: fugacitas & diminutiuū fugaculus.

¶ Fugitiuus ſeruus dicit qui a dño ea mēte recedit ne ad eū redeat etiā ſi mutato cōſilio ad eū reuertit. Et fugitiu⁹ eſt qui extra domini domū fugæ cauſa vt ſe a dño celaret māſit. Itē fugitiuus eſt qui eo ſe cōfert vnde eū dñs recuperare nō poſſit: aut abduci. Qui aūt incēdiū: ruinā hoſtē aut præceptorē cui in diſciplinā traditus erat: quia immoderate eo vtebatur aufugit nō fugitiuus dicendus eſt.

¶ Fugitiuarius. a. um. quod libēter ſeu facile fugit. Var. li. vii. Idoneus ſub dio ſumēdus eſt locus cochleariis quē totū circū aq̄ claudas ne quas ibi poſueris ad partū nō liberos earū ſed ipſas q̄ras. aquā inquā fundendā ne fugitiuariis ſit parādus locus.

¶ Fugitiuæ aquę dicūtur q bus ex publico riuo fluentibus furtim quis ac nō ſuo iure vtitur.

¶ Fugalia feſta ſiue ludi. Aug. li. ii. ci. dei. Sed demōſtrentur loca talibus aliq̄n cōuēticulis cōſecrata nō vbi ludi agerent obſcœnis vocib⁹ & morib⁹ hiſtrionū: nec vbi fugalia celebrarentur effuſa omnium licentia turpitudinum: & vere fugalia ſed pudoris & honeſtatis.

¶ Fulcio. is. ſi. tum. munio ſuſtēto fortifico. Iuu. Nos vrbē colimus tenui tibicine fultam. Huius cōpoſitū eſt ſuffulcio: Var. vt maioribus perticis ſuffultæ vites auras nō pertimeſcant.

¶ Fultura ſuſtētatio. Ply. Vt eximātur trabes ſine fulturis ac reponantur.

¶ Fulcra a fulciendo. i. ſuſtinēdo dicta ſūt. Sūt. n. tabulæ cōpactæ ſeu ſpōdæ in quibus lecti imponūtur. q; toros fulciāt. Virg. Fulgent genialibus altis aurea fulcra toris. Gel. Neq; apud eius lecti fulcrū capſam eſſe cū ſtrue aut ferro oportet. Sue. in clau. Adhibebāt omni cœnę & liberos ſuos cum pueris puelliſq; nobilibus qui more veteri ad fulcra lectorum ſedentes veſcerentur. Sunt qui lecti pedes fulcra interpretētur. Alii ſummas lectorū partes. Nec

ſolum de lectis dicitur ſed etiam de alijs. Ambr. li-
bro hexa. Non ergo fundamentis ſuis nixa ſubſi-
ſtit nec fulcris ſuis ſtabilis perſeuerat: ſed dominus
ſtatuit eam: & firmamẽto volũtatis ſuæ cõtinet.
¶ Fulica. pe. cor. auis quæ & Fulix dicitur marina
vel ſtagnenſis vt inquit Aug. paulo ſupra magni-
tudinẽ colũbæ. a furuo. i. nigro dicta. Virgi. lib. ij.
geo. In ſicco ludũt fulicæ. q; aũt quidam liber im-
preſſus dictionariũ appellet φηνη male interpreta
tus eſt auctoritate Aeliani in libris de animalib⁹ &
Euſtathii: & homeri quaſi in fine lib. iii. odyſ. ipſa
φηνη auis eſt ægypti magna. homer⁹ ωσαρα φω
νησασ α ωεση γλαυκω ωιο αθηνη φηνηι δο-
μεν θαμβοσ δελε ωαντας ιδοντοσ ſed Sui-
das φηνι ειδοσ ορνεου ιερον αετου inepta. n. eſſet
homeri cõparatio pro fulica.
¶ Fuligo. pe. pro. ſimiliter a furuo. i. nigro.
¶ Fulgur ſplendor.
¶ Fulgidus. a. um. pe. cor. clarus ſplendidus.
¶ Fulgeo. es. ſi. ſum. a φλοξ deducitur quod apud
græcos flammã ſignificat. Vñ & pro Lucere & ſplẽ
dorẽ emittere ſummiſ Luc. li. x. Fulget gẽma toris
& iaſpide fulua ſupellex. Et Fulgere vt inquit Feſtus
pro ferire priſci dicebant. Vñ Fulgur dictũ eſt. Hu-
ius cõpoſita ſunt Affulgeo ad aliquid fulgeo Lui.
Et nauiũ ſpeciẽ de cælo affulſiſſe. Confulgeo ſimul
totus fulgeo. Plau. in Am. Ardere cenſui ædes ita
tum cõfulgebant. Effulgeo ſplendore emitto p̃ ful
geo. vide loco ſuo. Refulgeo ſplendorẽ reddo. Per
ſius. Q; ſi doloſi ſpes refulſerit nũmi.
¶ Fulgo. is. ſi. ſum. tertiæ cõiugationis in eadẽ ſi-
gnificatione. Virgi. li. vi. Illę autem paribus quas
fulgere cernis in armis. Idem lib. ix. Auroq; efful-
gere fluctus.
¶ Fulgur. uris. & Fulgus. vris. vel oris. pe. cor. ſi-
cut Tergus. oris. Vel Fulgus eris. ſicut Munus. eris
Et eſt lux illa & quaſi vibratio luminis q̃ ante cerni
tur q̃ tonitruũ audiatur. Cõſtat aũt fulmẽ & fulgur
æque ignẽ eſſe. Sed fulguratio vt inquit Seneca ni-
hil aliud eſt q̃ flamma: futura fulmẽ ſi plus virũ ha
buiſſet: ſiue fulmẽ nõ perlatũ vſq; in terras. Fulmẽ
eſt fulguratio perducta in terras & ipſum vt ita dicã
telũ. Ply. Fulmẽ eſt cũ ictus in nube aut vapor erũ
pit arcẽs cũ longiore tractu nitiſ fulgetra: hinc aũt
naturalium cauſarũ ſcrutatores q; fulgura ex nubi
um colliſione generẽtur in morem ſilicũ duriorum
quos cũ comploſeris ſibi medius ex his ignis extri
tus elabitur atq; ita cũ fulgore pariter & tonitrua
mugite: tonitrua ſcilicet ſonitu indicãte & fulgura
excuſſi luminis claritate.
¶ Fulgurĭtas ſplendor. Lucil. Luporũ aciem clarũ
& fulguritatẽ arborum.
¶ Fulgetrũ. idem qd̃ fulgur & fulguratio.
¶ Fulguro. as. pe. cor. fulgur emitto: ſeu fulgure af
flor vnde Fulguratũ fulgure tactũ vel exuſtum.
¶ Fulgurator. fulgurũ inſpector.
¶ Fulgurio. ris. pe. cor. fulgur iacio. Neuius. Sane
a ſuo ſonitu claro fulguriuit Iuppiter. i. fulgure af-
flauit. Feſtus. Fulguratũ id eſt qd̃ fulmine ictũ Qui
locus ſtatim fieri religioſus putabatur: q; eum deus
ſibi dicaſſe videretur.
¶ Fulmẽ. vapor ignitus cõpactus & ſolidus impe-
tuoſe cadens qui e nubibus excitatur. Virg. li. i. ge.
Ipſe pater media nymborũ in nocte corulca fulmi
na molitur dextra.

¶ Fulminare. eſt fulmen iacere. Sene. Minore etiã
igne ad fulgurandũ q; ad fulminandũ opus eſt. Et
fulminatũ fulmine ictũ.
¶ Fullones. qui curanda poliendaq; veſtimẽta ac-
cipiunt a fouendis aqua calida veſtibus. Inde Ars
fullonia dicitur.
¶ Fuluus. color dicit qui ex rufo & viridi videtur
eſſe miſtus in aliis plus viridis: in aliis plus ruſi ha-
bens: ſicut docta diligentiſſimus fuluã aquilã dicit
& iaſpidẽ: fuluos galeros: fuluũ aurũ: & arenã fuluã
& fuluũ leonem: & fuluum æs.
¶ Fumus. a furuo. a quo Fumoſus: fumo abundãs
Fumeus ex fumo exiſtẽs. Infumibulũ per quod fu
mus erumpit.
¶ Funariũ locus vbi vina fumo cõdiebant. Mar.
Improba maſſilię quicquid funaria cogũt Accipit
ætatẽ quiſquis ab igne cadus. Nãvina fumo p̃cocẽ
trahũt maturitatem & celerius vetuſteſcunt: vt do-
cet. Col.
¶ Fumo. as. fumũ educo. Virg. Et iam ſũma pro-
cul villarũ culmina fumant. Huius cõpoſitũ eſt. In
fumo. pe. pro. quod eſt ad fumũ ſicco.
¶ Fumigo. as. pe. cor. ponitur pro Suffio. & Fumi
gatio. pro ſuffitu.
¶ Fumifico. as. idem quod fumigo. Plau. Eiq; vt
arabico fumificem odore.
¶ Fundi. orũ. vrbs latinorũ mediterranea. Dicitur
& fundanus ager.
¶ Fũdus ager: q; fundat quotannis multa. Vel q;
ſit rei familiaris fundamẽtũ. Nam pecuniarũ ratio
labilis eſt. Vel ideo fundus dicitur q; planus ſit ad
ſimilitudinẽ fundi vaſorum Et fundi appellatione
inquit Florẽtinus iuriſcõ. Omne ædificiũ & omnis
ager continet. Sed in vſu vrbana ædificia ædes: ru
ſticæ villæ dicuntur.
¶ Funda. qua lapides rotãtur. Virg. li. i. ge. Stup-
pea torquentẽ balearis verbera fundæ. Eſt etiã fun
da rætis genꝰ quod in orbẽ ſpargitur: quod & ræti-
culũ dici ſolet. Idem in eodẽ. Funda iam verberat
amnẽ. Accipit quãdoq; pro ſacculo ſeu marſupio
in modũ rætis facto in quo pecuniæ & alia gerũtur.
Macro. Cũq; acceſſiſſet ad ſellam demiſſa in funcã
pauperẽ manu paucos denarios ꝓtulit quos prin-
cipi daret. Quod ſacculi genus etiã ræticulũ vocat
Hor. Ræticulũ panis vænales inter honuſto Forte
vehas humero. Aliquãdo pro Circulo ex auro ſiue
alio metallo quo gẽmæ ita nectũtur vt aurũ nõ niſi
margines amplectatur. Ply. Funda includũtur per
ſpicue cæteris ſubiicitur aurichalcũ.
¶ Funditores. qui fũda dimicãt. Sal. Ipſe cũ expe
peditis cohortibus adhuc funditorũ & ſagittario-
rum delecta manu.
¶ Fundibulari ſimiliter qui fũda dimicãt.
¶ Fundũ. ima pars cuiuſq; rei q̃ aliquid liquoris in
ſe cõtineat: vel ad continẽdũ facta ẽ: vt dolij nauis
aluei fluminis: lacus: maris. Hinc fũdamẽtũ & pro-
fundũ quod proprie imũ ſignificat vt ꝓfundũ ma-
re. dictũ q; procul habeat fundũ.
¶ Fundus. pe. cor. aduerbiũ. ſignificat a fundo. ſi-
cut Cælitus a cælo.
¶ Fundamẽ. & fundamẽtũ vtroq; modo dicit pro
eo ſup quod qd̃ fũdat. Au. li. xviij. ci. dei. A quib⁹
tantũ prima cœpta fũdamina & altare cõſtructũ é.
¶ Fundo. as. firmo: & quaſi fundamentũ facio: ſta
bilio. Pro quo etiã dicere ſolemus Ieci fũdamẽtum

Transfertur & ad corporalia. Quintil. Fundata tã paternis auitiſq; opibus domũ exhaurit. Cic. Quã tum in me fuit ieci fundamẽta pacis. Huius cõpoſita ſunt. Ffundo.as quod eſt a fundo cuerto. Cæci. Res publica amiſſo & effundato pulcherrimo non paruam fecerat iacturam. Suffundo ſubiicio. Var. Qui in domibus lateritiis paululũ modo lapidib⁹ ſuffundatis vt humorẽ fugerent habitabant.

¶ Fundo.is.fudi.fuſum. liquefacio. Vnde metalla dicũtur fuſa. i. liquefacta Ply. Fuſo ac ſuper iniecto plũbo. Hinc Fuſile. Fuſor. & Fuſorius. Quoniam vero quę fuſa ac liquida ſunt ſpargi ſolent: fundere pro ſpargere ponitur. Clau. Et peſſima fudit Vina cadis. Lact. li. vi. Fundendus ad vltimũ cruor: oĩa deniq; amara & grauiora patientur ferẽda. Aliquãdo pro Proſternere. Vir. Nec prius abſiſtit q̃ ſeptẽ ingentia victor Corpora fundat humo. Aliquãdo pro Profligare quod vernacula lingua dicim⁹ mettere in rotta. Liu. li. i. Exercitũ fundit fuſum perſequitur. Aliquando pro abundanter præbere. Virg. Ipſa tibi blandos fundẽt cunabula flores Aliquãdo pro large loqui. Idem lib. iij. Talia fundebat lachrymans. Aliquãdo pro Demittere vt apud eundem. Criſtiſq; a vertice flammã fundit. Huius cõpoſita ſunt. Affundo: ad aliquid fũdo. Ply. Exprimitur foliis ſuccus molliſſimis in pila tuſis affuſo paulatim vino auſtero. Cõfundo perturbo opprimo: ſiue omnia in vnũ miſceo coniungo. Liu. li. i. Alterius vrbis duo populi in vnũ confuſi ſunt. Virg. li. iij. Qui nũc ore arethuſa tuo ſiculis cõfunditur vndis. i. coniũgitur Ply. Et ſi miſceantur facile cõfundunt colorẽ. i. perturbant. Circũfundo. circum circa ſpargo. Apul. Atq; eo liquore ſtabulũ omne circũfundit. Virg. Vndiq; viſendi ſtudio troiana iuuẽtus circunfuſa ruit. Defundo. Deorſum fundo. Ci. lib. iiij. ad heren. Nam vt forte hic in balneas venit cœpit poſtq̃ defuſus eſt defricari. Diffundo. Effundo. de quibus ſupra. Infundo intus fundo. Col. li. vi. Merumq; faucibus ſi æſtuauerint boues infundet Hier. Cæleſtis plane imber virgineũ in vellus placido ſe infudit elapſu. Hinc Infundibulũ. Quãdoq; infundere eſt ſupra fundere. Vir. lib. i. ge. Certatim largos humeris infundere rores. Quandoq; abundanter fundere. Hiero. li. ij. Feſtina & veni quoniã infuderunt philiſtim ſuper terrã. Interfundo: in medio fundo. Ambr. de filio prodigo. Et quaſi interfuſo luxuriæ æſtu ſęcularis diuortia habere ſanctorum. Offundo. Perfundo. valde ſiue per oẽs partes fundo ſpargo. Ouid. Perfuditq; genas lachrymis. Hiero. Vere plena per quã largo ſancti ſpiritus imbre perfuſa eſt oĩs creatura. Profundo Refundo rependo Seneca. Id erat non tam accipere beneficiũ q̃ refundere. Interdũ reſtituo qđ ſparſum erat. Idẽ Quicquid deerit ex meo refundã. Interdũ Reiſcio. Vt Oẽm culpam in te refundã Interdum retro fundo euomo. Ply. Quod heſterna crapula ingurgitauerat palã refudit. Suffundo eſt ſupra fundo, aut deorſum iniicio. Col. li. vii. Laſſæ & æſtuãti mulæ ad os in fauces dimittitur: verũq; in os ſuffunditur Plau. in Cur. Mane ſuffundã aquulam. Interdũ foris infecus ſpargo cũ infundo potius de interiori parte dicatur. Vir. li. i. ge. At ſi virgineũ ſuffuderit ore ruborem ventus erit. Ser. Suffuderit foris infecus habuerit. Hinc Suffuſio qui morbus eſt oculorũ vulgo Cataracta vocant. hęc pacenteſi curatur. Eſt aũ item παρακέντησις q̃ manu fit a chirurgis dũ curari aliter morbi nõ poſſunt. Inũgitur prius locus: deinde vel acus vel hamulus infingitur, Idq; pacẽteſis dicitur. Interdũ Suffũdere eſt ſubiicere: a quo ſuffundatum ſubiectũ dicimus. Tractũ a fundamẽto. Var. Qui in domib⁹ lateritiis paululũ modo lapidibus ſuffundatis vt humorẽ fugerẽt habitabãt. Interdum Cõfundo: ſiue rubore perfundo. Hiero. Hæc & hmõi Theophraſtus differens quẽ non ſuffundat chriſtianorũ quorũ couerſatio eſt in cęlis? Cic. pro Inſpergo poſuit. ad Lentulũ ſcribẽs. Noui animũ cũ mihi amiciſſimũ tum nulla in cæteros maliuolentia ſuffuſum. Superfundo. Lact. lib. vi. Extinguitur protinus tanq̃ igni aquam ſuperfuderis. Trãſfundo de vno ad aliud fundo ſpargo mitto ve. Cice. Dolobellæ. Libentius omnes meas laudes ſi modo ſunt aliquæ meæ laudes ad te tranſfuderim q̃ aliquã partẽ exhauſerim ex tuis. Cato de re ruſ. Vbi dies. xxx. præterierint tranſfundito. ita relinquito.

¶ Fundito.as.peuu.cor. ſæpe fundo. Plau. in am. Dñ cruciatu tuo. iſtæc hodie verna verba funditas

¶ Funis.tam maſ. q̃ fœmi. generis eſt: a fundo. is. deduci videturq; dũ trahitur atq; attenuatur linum fundi videatur.

¶ Funalia cęrei. q; ante vſum papiri funes cæra cir cũdatos habere ſolebãt. Funales vero equi ſunt q̃ fune. i. reſte iuncti currũ pręcedunt. Sue. in Tiberio De hic pubeſcens actiaco triũpho currũ auguſti comitatus eſt ſiniſteriore funali equo.

¶ Funus.eris. pompa quæ fit in exequijs mortuorum. Ennius. Nemo me lachrymis decoret nec funera fletu faxit. A funalibus dictũ funus q; incenſi funes mortuis pręferebãtur: quoniã noctu efferebãtur cadauera vel potius quoniã φορος λεγεται και φουγος ιωνικως φερω γαρ και φονευω εστι το αιρεω. Interdũ ſignificat mortẽ. Virg. Nec moritura tenet crudeli funere dido. Interdũ ponitur p cadauere. Teren. Effertur funus. Interdũ pro ſepulchro. Virg. Ergo inſtauramus polydoro funus.

¶ Funereus.a.um. quod ad funus pertinet vt funereæ mulieres ad quas pertinet funus vt pura ſoror & mater.

¶ Funerale dicitur quicquid ad exequias pertinet.

¶ Funebre.pe.cor. ſimiliter qđ ad funus pertinet: vt funebris pompa. Quintil. Quid ſibi velit ille funebriũ longus ordo pomparum. Et funebres tibię quibus in funere canebatur. Aliqñ dicitur cædibus plenũ vel mortale. Hor. in Ser. funebre bellũ dixit

¶ Funero.as.pen.cor. ſepedio. Ply. li. xxxiii. Qui funerari ſe iuſſit ſeſtertiis vndecim milibus.

¶ Funeſtus.a.um. quod eſt funere inquinatũ. Vnde Funeſto.as. Et funeſtũ mortiferũ cruentum. Sene. Vox illa funeſta reip. Itẽ Funeſtũ quod funeribus adhibetur vt Funeſta tibia qua ad funera canebant.

¶ Funeſto.as. funere inquino. Vude domus funeſtata: quæ aliqno funere affecta eſt Plau. Paternam domũ funeſtaui. Aliquãdo Funeſtare eſt cruentare.

¶ Funãbulus.pe.cor. qui graditur per funes. Hũc græci ſchoenobanta dicunt. Funãbulus vero pro fune poſuit Hiero. de morte Paulæ. Iactent alij pecunias & in corbonã dei æra congeſta: funãbuliſq; aureis dona pendentia.

¶ Funepe⁹. idẽ qđ funãbulus. Apul. Comœd⁹ ſeruitij

modinat:tragœdus vociferat:funepeus periclitat
¶ Funiculus.cũ ſit diminutiuũ a fune: vt Funiculus duplex difficile rumpitur. Ponitur tamẽ quãdoq; pro menſura certi itineris: vt apud p̃s. Semitam meã & funiculũ meũ inueſtigaſti. Iuxta.n. ægyptios in ripis fluminũ ſolẽt naues funibus trahere certa habẽtes ſpatia q̃ appellãt funiculos vt labori deſeſſorũ recentia trahentiũ colla ſuccedãt. Nec mirũ ſi vnaquæq; gens certa viarũ ſpatia ſuis appellet nominibus. Cũ & latini mille paſſus vocant: & galli Leugas & raſtas vniuerſa germania. atq; in ſingulis noibus diuerſa menſura ſit.
¶ Fungus.a funerevt quidã aiũt: deſcẽdit: q; veſcẽtibus periculoſiſſimus ſit cũ vel caligaris clau⁹: vel chalybis rubigo: aut pãni marcor affuerit aut ſi ſerpens primo pateſcentẽ adhalauerit. Fũgorũ diuerſa ſunt genera. Nam ſunt boleti: pratenſes albi qui in pratis naſcũtur. Spõgioli a ſimilitudine ſpõgiæ Digitelli a digitis. A porrigine porriginoſi. Naſcũtur & in arboribus fungi: & in ſpinarũ radicib⁹. Hĩc Fungoſus.a.um. quod eſt rarũ & leue ad ſimilitudinem fungi. Ply. Hũc totũ fungoſa replet medulla.
¶ Fungor.eris.functus. Fũgi ſignificat vti ſeu officiũ aliqd̃ aut dignitatẽ habere: agereq; : vt fũgor officio delegato. Fungor p̃tura. Fũgor vita. quod eſt fungor officio vitæ & munere adminiſtrãdi corpus. Inde defunctos mortuos dicimus q munia vitæ peregerũt. Et cõſtruitur cũ ablto. Lact. Ita.n. delegato ſibi officio functi ſunt. Aliquãdo cum actõ. Ter. in adel. Aeſchinus tuus neq; boni neq; liberalis functus eſt officiũ viri. Plau. in Mne. Nam paratus octo boim munus facile fungit. Fungi quoq; finire dicitur. Vnde vita functus dicit qui vitã finiuit. Lact. li. iiij. Et cũ magiſterio functus fuiſſet traderetur in manus ĩpiorũ. Huius cõpoſita ſũt. Defungor: quod eſt expedio: finẽ facio perago ceſſo & liberor: ab aliquo officio vel munere. Virg. O tandem magnis pelagi defuncte periculis. i. qui finiſti & euaſiſti pericula. Liui. Defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe cœpere. i. quę euaſerũt morbos Ter. in adel. Vtinã hoc ſit mõ defunctũ. t. vtinã hoc malum vltimũ ſit quo defungatur. in quo finiat officiũ ſuum. ſ. æſchino talia perpetrandi Perfungor perfecte fungor. Ci. Lentulo. Cũ & honoribus ampliſſimis & laboribus maximis perfuncti eſſemus. Idem. Perfuncto hoc miſero fataliq; bello.
¶ Fuo.is.fui.futum. ſignificat arguo. Plau. in am. Ne quis tam audax fuat homo q obuiam obſiſtat. mihi. Hinc Futo.as. de quo infra. Eſt etiã idem qd̃ ſum. vñ & preteritũ fui.
¶ Furuũ obſcurũ. a quo Furnus fornax. Fum⁹ furiæ. fuligo. fulica.
¶ Fur.gñis cõis ſubtractor a ſfero q; ferat. i. auferat res alienas. Vel vt inquit Var. li. xiiij. rerũ diui. a furuo nigro q; furta clam fiant. & plærũq; in nocte. Sabinus a fraude. Alii a græco φωρ a quo Furtũ deducitur. Differt autẽ fur a Latrone ſecũdũ Hiero. q; fures inſidiẽtur & occulta fraude decipiãt. Qui.n. furantur nocte furãtur & in tenebris. Vñ ſignificanter aut Oſee. q; fur clam ingreſſus ſit: & latrunculus exoliet foris. Sed plærũq; indifferẽter ponũtur. Per tranſlationẽ quandoq; fur capitur pro ſeruo. Virg. Quid faciẽt dñi: audẽt cũ talia fures? Cõpoſita ſũt bifur & trifur id eſt ſũme fur. Aurifur qui furat aurũ.
¶ Furculus ſecundũ Priſ. diminutiuũ eſt a Fur.
¶ Furũculus etiam diminutiuũ a fur. Cice. in Piſo. Olim furunculus nũc etiam rapax. Accipitur etiã quandoq; pro muſtella ſylueſtri qua in cauernis cuniculi capiũtur. Et furũculus dicitur tuberculũ acutum cũ inflammatione ac dolore in carnoſis maxime partibus vt ſcribit Galenus. Prouenit ex humoribus craſſis. differtq; a phymate. q; hoc maius eſt furunculo rotundius atq; planius. Fit etiam furunculus ex capillamẽto. Col. li. v. Plærũq; aũt germẽ de cicratrice procedit quod ſiue longũ ꝓſiluerit in flagellũ ſubmittitur. ſiue breuius in pollicẽ. ſiue admodum exiguũ in furuunculũ: is ex quolibet & mínimo capillamẽto fieri poteſt. Dictus furunculus, q; quaſi fur furtim naſcatur.
¶ Furtum. vt Pau. iurecõ. diffinit eſt cõtrectatio rei fraudulоſa lucri faciendi gratia vel ipſius rei: vel etiam vſus eius poſſeſſionis ve quod lege naturali prohibitũ eſt admittere. Veteres tamen vocabant furtum quicquid clam cõmitteretur. Vir. Vulcani martiſq; dolos. & dulcia furta. Hinc furta pro adulterijs legũtur. Tibul. Celari vult ſua furta venus. Pro inſidijs. Virg. li. xi. Furta paro belli cõnexę in tramite ſyluę Armato vt binas obſidã milite fauces. Sal. lib. i. hiſtoriarũ metu gẽtis ad furta belli peridoneæ Furta domeſtica vocantur quę ſerui dominis vel liberti patronis: vel mercenarij apud quos degũt ſuripuerunt.
¶ Furtim aduerbiũ ſignificat latenter. Virgi. li. iij. ænei. Infœlix priamus furtim mandarat alendũ.
¶ Furax.acis dicitur qui facile furatur.
¶ Furtificus.a.um. quod furtũ facere ſolet Plau. in perſa. Vbi illa altera eſt furtifica lena?
¶ Furtinus.a.um.pe.pro. quod furto raptũ eſt: in ſignificatione paſſiua. Plau. in penu. Quę furto rapte erant furtiuas vẽdere ingenuas collibertus meus. Quandoq; furtiuũ dicitur clandeſtinũ. Vnde & furtiuæ litteræ & furtiua ſcripta quę artificio quodã fiunt ne legi poſſint ab alio q̃ ab eo ad quẽ ſcribuntur. Gel. Res quaſdam occultas nunciare regi furtiuo ſcripto volebat.
¶ Furor.aris. furtum facio: vt apud apoſtolũ. Qui furabatur iam nõ furetur.
¶ Furfur. nomẽ auis & purgamentũ farinæ. Vnde Furfureus.a.um. qd̃ eſt ex furfure. Et furfures: morbus capillorũ.
¶ Furca a fero. in inſtrumentũ quo ſtramenta ferũtur. Vnde bifurcus & bifurcatus. & bifurcatim. Huius diminutiuũ eſt Furcula. a quo fit aliud diminutiuum. Furcilla.
¶ Furcilla. diminutiuũ a diminutiuo. furcula eſt: & ſignificat inſtrumentũ quo frumẽta cillentur ideſt mouentur. Nam Cillere mouere eſt: & quo fœnum: palea & id genus reliqua tumẽtis miniſtrãtur. Hoc ruſtici in fœno colligendo vtuntur. Var. lib. i. de re ruſ. Herba cum creſcere deſijt & æſtibus areſcit ſub ſecari debet: & q; pareſcat furcillis verſari.
¶ Furcilis: pe.cor. Inſtrumentũ bidentatũ tridentatum ve quo vtimur ad extrahendũ fimũ.
¶ Furciferi dicebantur ſerui qui ob leue delictũ cogebantur a dominis ignominiæ magis q̃ ſupplicii cauſa circa vicinos furcam in collo ferre ſubligatis ad eã manib⁹ & predicare peccatũ ſuũ: ſimulq; monere cæteros ne quid ſimile admitterẽt. Vñ Plutar. in vita coriolani. Furcifer hinc nomẽ ẽ q; maxima pœna apud ãtiquos ſeruo peccãti erat vt is plauſtri

lignũ cui temo affigitur ſpectante vicinia ferẽs eiꝰ cunageret Q d vbi factũ erat infidus a domeſticis & vicinis exiſtimatus furcifer appellebatur. Nã latini lignũ illud furcã appellant. Hinc Trifurcifer: ſumme furcifer dicit: ſicut Triuenefica ſũme venefica.

¶ Furor furoris Inſania q̃uis inter ſe differãt: ſicut Ci. li. ui. tuſ. declarat. Itaq; non eſt ſcriptum ſi inſanus: ſed ſi furens eſſe incipit. Inſaniam em̃ eſſe cẽſuerũt inconſtantiã ſanitate vacantẽ quæ tñ poſſet tueri officiorũ & vitæ cõmunẽ cultũ atq; vſitatum. Furorẽ aũt rati ſunt mentis ad oĩa cæcitatẽ. Q d cũ maius eſſe videatur q̃ inſania tñ eiuſmodi eſt vt furor in ſapientẽ cadere poſſit: nõ poſſit inſania. Fit em̃ furor aliq̃ vitio valitudinis vt in iis qui melãcholici appellantur: quos tñ Ariſtoteles cenſuit habere aliquid in aĩs p̃ſagiens atq; diuinũ. Aliq̃ accipit p mẽte vi quadã diuina cõcitata qualis eſt furor poetarũ. Negat quippe Democrit⁹ quẽpiã poetarũ magnũ eſſe poſſe ſine furore. Ci. Ineſt igit aĩs p̃ſagio extrinſecus iniecta atq; incluſa diuinit⁹. Ea ſi exarſit acrius furor appellat cũ a corpore aius abſtractus diuino inſtinctu cõcitat. Interdum furor ſumit p nimia ira. Luc. Quis furor o ciues: q̃ tãta licẽtia? Sed inter irã & furorẽ. Hiero. Hoc intereſſe ſcribit q furor ſit vindicta irrationabilis cũ fellis amaritudine. Ira vero cõmotio aiæ. Dictus furor q huc atq; illuc temere feratur.

¶ Furiæ deæ furoris ſunt dictæ: & noctis acherõtiſq; filiæ fuiſſe memorãtur. Alecto Tiſiphone: & Megæra. Virg. Dicuntur geminę peſtes cognomine diræ. Quas & tartareã nox intẽpeſta megerã vno eodẽq; partu tulit. Fictũ eſt a poetis iferna loca furias hãtare: ſed tormẽta ſceleſtę mẽtis eſſe veteres voluerũt. Ci. p Roſcio. Nolite purare quẽadmodũ ĩ fabulis ſæpenumero videtis eos qui aliquid impie ſcelerateq; cõmiſerũt agitari & perterreri tædis ardẽtib⁹: quẽq; fraus & ſuus terror maxime vexat: ſuũ quẽq; ſcelus exagitat: amentiaq; afficit: ſuæ malæ cogitationes cõſcientiæq; animi terreni. Hæ ſũt impulſ aſſiduæ domeſticęq; furiæ quæ dies noctesq; parentũ pœnas a ſceleratiſſimis filiis repetant. Tres etiã furię ſignificant tres aĩ affectus qui hoies in oĩa facinora p̃cipites agunt. Videlicet Ira: cupiditas: libido Ira vltionẽ deſyderat: cupiditas opes: libido voluptates. De iſtis Euripides in Oreſte tragœdia: ſed aliud eſt parcę clotho lacheſis atropos: de quib⁹ cebetes thebanus in pictura vitæ ο και γερων ο αγωϊ εστηκως εχων χαρτην τιμαερη τη χειρι και την ετεραν ως περ δεικνυων τι ουτος δαιμων και λειται προσταττει δε τοις εις πορευμενης τι δει αυτους ποιειν ως αν εισελθωσιν εις τον βιον και δεικνυει τοι αν ολον αυτους δει βαδιζειν εισω ζεσθε μελλουσιν εν τω βιω.

¶ Furioſus dicit a quo furor nũq; recedit.

¶ Furo is. inſaniui. ira exagitor. Apul. Furit enſẽ corripit: ferit in eũ p̃ceps: nil tale timẽtẽ aggreditur Q ñq; furere eſt inſanire. Ci. li. i. of. Verſutũ & callidum factũ Solonis qui quo tutior vita eius eſſet & plus aliquanto reip. p deſſet furere ſe ſimulauit.

¶ Furio as. cũ furore cõcito. Hor. li. cor. Quæ ſolet matres furiare equarum.

¶ Furiatus: qui ex cauſa furit. Vir. Non tulit hanc ſpetiem furiata mente corebus.

¶ Furibundus qui vehementer furit. Sal. Tum ille furibundus quãdoquidẽ circunuentus inquit agex incendium meũ ruina extinguam.

¶ Furnus a furuo. i. nigro colore ꝓpter fuliginem vel ꝓpter obſcuritatẽ quã intus habet vt inquit porphirio. Locus in quo panis coquit. Differtq; a clybano q clybanus mobilis eſt: & quaſi paruus furnꝰ teſtaq; aliq̃ tegitur: ſed fere e metallo fit. Interdũ etiam ex lapide conſtat: non tam pani q̃ aliis dapibus coquendis ſeruiẽs. Furnus vero ex Cæmẽto & calce conſtat: magnuſq; & ĩmobilis eſt. Ply. Corticęs quoq; decuſſi lini clybanis & furnis præbẽt vſũ Os furni pręfurniũ dicitur.

¶ Furnaceus a. um. quod ad furnũ pertinet. Idem. Nam furnaceis panibus binas adiiciunt libras.

¶ Furnaria abſolute dicitur: ſicut Cœnacularia: & Sagaria. Dicit aũt quis furnariã exercere qui ex furno paniſq; coctura q̃ſtum facit: vel q furnos locat conductoribus. Sue. de Vitel. Cuius filius ſectionibus & futuris vberius cõpendiũ nactus ex muliere vulgari antiochi cuiuſdam furnariam exercentis filia equitem roma genuerit.

¶ Furnarię mulieres vulgo dñt furno operantes.

¶ Fuſcina p. cor. telũ tridẽs ſiue triſulcũ piſcatoriũ q fundo natantia capiat inſigne neptuni erat: vt apud Priapeiam. Neptuni fuſcina telũ. ¶ Hoc etiam Retiarii i gladiatoriis ludis vtebant. Iuue. Vicerat hoc monſtrũ manicati fuſcina gracchi.

¶ Fuſcinula diminutiuũ parua fuſcina. Hier. li. i. ꝓ. Habebat fuſcinulã tridẽtẽ in manu & mittebat eam in lebetẽ & q d leuabat fuſcinula ſibi tollebat.

¶ Fuſcus a. um, color ſubniger. i. non plene niger qualis eſt Indoꝝ meridionaliũ & ęthiopum color.

¶ Fuſile pe. cor. q d fundi poteſt: ſeu q d fuſum eſt: vel quod ꝓnum eſt ad fundum. Gel. Qui fũt leues & fuſiles & importuni locutores.

¶ Fuſorius a. um. q d ad fuſionẽ hoc eſt liquefactionẽ pertinet: ſeu q d fundit aut fundi poteſt: vt opus fuſorium. Hiero. in exo. Formauit opere fuſorio: & fecit ex eis vitulum cõflatilẽ. Fuſorium vas in quo metalla liquefiunt. Et ars fuſoria ars fundendi miſcendi tranſmutandiq; metalla.

¶ Fuſores qui fundũt. i. liquefaciunt.

¶ Fuſus a. um. ꝓticipiũ a fũdo is. Fuſus fuſi. inſtrumentũ q d mulieres nẽdo digitis voluũt: vt eſt illud Et digiti eius apprẽhenderũt fuſum. Fuſim aduerbium ſignificat ſparſim.

¶ Fuſtigo as. pe. ꝓ. fuſte ſtimulo.

¶ Futo as. redarguo a quo Confuto & Refuto. Vide in dictione Refuto. Cato. Futauit vſus eſt ꝓ ſæpius fuit.

¶ Futio futis effluo: a quo componit Effutio: de quo alibi.

¶ Futile pe. cor. quod facile fũdit. Vnde vas futile quod erat latiſſimi oris ex altera parte arctũ q d ſtatim poſitũ effundebat. Vtebantur eo in ſacrificiis deę veſtæ: quia aqua ad ſacra hauſta in terra nõ ponit. Q d ſi fiat piaculũ eſt. Vnde excogitatũ vas eſt q d ſtare non poſſet: ſed poſitum ſtatim effunderet. A quo Futiles dicti ſunt qui continere tacenda nõ poſſunt: ſed ea effundũt. Apul. Leuis homo & futilis ac rimaꝝ plenus.

¶ Futuo futuis futui fututum obſcœnũ verbũ: q d a futio deduci videt. Cũ nihil aliud ſit futuere q̃ ſemen effundere.

G Littera muta est: quę in verbo⁊ preteritis mutatur i. ct. vt legor lectus. Agor actus. Aliquando in s. vt spgo sparsi. mergo mersi. Aliquādo in x. vt rego rexi. pingo pinxi. Apud græcos: qđ illi per c. scribūt: quandoq; nos per g. scribimus vt κυκνος nos cygnus. illi κοβιος nos Gobius vel gobio.

¶ Gaba per simplex l. teste Iosepho. li. v. antiquitatū iudaicarū Galileæ oppidū est.

¶ Gabba per duplex bb. Syriæ vrbs est.

¶ Gabaon olim metropolis & regalis ciuitas Euęo⁊: & nunc vt refert hieronymus ostenditur villa eodē noie in quarto miliario Betelis contra occidē talē plagam iuxta rhama: vbi Salomon oblatis victimis diuinum meruit oraculum.

¶ Gabanitæ pe. pro. sunt populi in Gabaon habitantes.

¶ Gabatæ penultima correpta vasa concaua eduliis pulmentariisq; aptissima. Mar. Transcurrūt gabatæ: volātq; lāces. Et alibi. Sic implet gabatas paropsidesq;.

¶ Gabalus penultima ꝓducta: apd veteres crux siue patibulum dicebatur. Varro. Nos barbari q; innocentes in gabalū suffigimus hoies: vos non barbari q; noxios absolutis.

¶ Gabalum penultima cōmuni oppidū Auernoꝝ in gallia aquitana narbonensi terræ ꝓximum. Hic Gabalici populi apud quos olim fiebat optimus caseus.

¶ Gabii oꝝ. Volscorū vrbs fuit. lxx. milibus passuum ab vrbe distans a Galacto & bio fratribus siculis cōdita: sicut scribit Solinus: vbi latomiæ plusq; reliqui lapides romæ suppeditantes. Hinc Gabini dicti sunt hoies Gabiis habitantes.

¶ Gabinus pe. ꝑ. toga quæ sicut docet Seruius sic in tergum reiecta est: vt vna ꝑ eius lacinia a tergo reuocata hoiem cingat. Quo vestimenti genere vtebatur consul bella indicturus.

¶ Gabriel hebraice latine fortitudo dei dicitur.

¶ Gaderes ciuitas Syrię non longe ab Ascalone. Ex qua Theodorus rhetoricæ præceptor qui Strabonis ætate floruit Gadareus dictus est.

¶ Gades duæ insulæ sunt: & vtrāq; tam singulari numero Gaddē q; plurali Gaddes appellamus. Et sunt in fine bethicæ ꝓuinciæ: & i extremo nostri orbis versus occidentem vbi Europa ab Africa dirimitur. Vocabulum pœnum est qđ septum indicat: eo q; in morem sepis circūdetur. Gadis maior insula quam alii Erythream quoniā tyrii ab origine eorum orti ab Erythreo mari ferebantur. Alii aphrodisiam: quidam Iunonis insulam vocauere. Distat a Calpe septingentorum quinquaginta stad. interuallo: parua quidem insula: sed virorū dignitate excellens in qua eq̄stris ordinis gaditanos quingētos in vno censu numeratos aliquando fuisse compertum est in vno atq; perexiguo oppido qđ Gaddiū vocabatur. In hac insula Geryones habitauerunt Gadis minor insula habet oppidum ciuium romanorum qđ Iulia appellatur. In Gadeo erat templū Herculis honoratum in quo quidam colūnas illas esse existimant quę Herculis colūnæ nuncupantur. Sunt aūt ex ære cubitorum octo. Inde Gaditanus a. um. penul. ꝓducta vt mare gaditanum. Et gaditanæ puellæ dicuntur libidinosæ procaces. Mar. Tam tremulum crissat tam blandum prurit vt ipm Masturbatorem fecerit hippolytum. Gaditani oriundi sunt a Tyriis. Vnde Luc. Tyriisq; a gadibus hospes.

¶ Gadir neutri generis vrbs opulenta in gadibus. de qua Prisc. li. v. ait. Vt alii tradiderunt Tarteſſum hispaniæ ciuitatem quam nunc tyrii mutato nomine Gadir habent. Rufus Festus in discriptione orbis Gadir prima fretum solida superminet arce Attollitq; caput geminis inserta columnis. Hæc cotinuſſa prius fuerat sub noie prisco. Tarteſſumq; de hinc tyrii dixere coloni. Barbara quinetiam gades hanc lingua frequentat. Pœnus quippe locum gadir vocat vndiq; septum. Suidas. ra Δειρα τοπος κατατην εσπεριαν μοιραν μεχρι τουτωρ ελθωρ ο ηρακλης και μη Δυναμενος Διελθειν στηλας ωαραωρ ερχωριωρ λαβωρ ιΔρυσα.

¶ Gętulia pars aphricæ quæ ꝓximos habet garamantas. Inde Gætulus penultima producta. Virg. libro quarto. Destruat vt captā ducat gætulus hiarbas. Iuue. Cum gætula ducem portaret bęlua lustum. Ouid. Quid dubitas vinctam gętulo tradere hiarbæ. Gætuli aphricæ populi sunt. aphricam initio libyes haberunt deinde aphri postea gætuli: postremo Numidæ.

¶ Gagates nomē fluuii in sicilia: & nomen lapidis precioſi: in eo primum reperti: q̄uis etiam in Anglia abundet. Hic lapis q̄uis rudis & rusticus videatur diuini tamē nescio quid in se habet. Ignem em̄ alit in laticibus quem solo oleo licet extigui. Si qs autem aquam & eius lapidis frustula biberit: si carnis senserit maculas extēplo emingit neq; cohibere vrinam potest. At si virgo non cogitur meiere.

¶ Galaad: mons est: a quo ciuitas in eo cōdita sortita est vocabulum: quā & accepit de Amorreorū manu Galaad filius Machir filii Manassæ.

¶ Galactopotæ pe. ꝑ. lac potātes. Columel. li. viii. Quibusdam nationibus frumēti expertibus victū cōmodat ex quo nomadum getarumq; plurimi γαλακτοπωται dicuntur.

¶ Galba vermiculus miræ exilitatis: qui nascit in æsculis a quo qui primus Sulpitiorum cognomen galbæ tulit ab exilitate ita vocitat⁹ est: quē alii e cōtrario: q; præpinguis fuerit nominatum scribunt. Talem enim Galli vocant Galbam. Alii q; oppidum hispaniæ frustra diu oppugnatum illatis desmum galbano facibus succenderit. Nonnulli q; in diuturna valitudine galbeo: hoc est remediis lana i uolutis vteretur.

¶ Galanthis idis. mustella a qua piscis quidam dictus est. hæc & Gale dicitur & Galeus.

¶ Galban⁹ penultima correpta fœminini generis & Galbanum neutri. succus est siue lachryma cuiusdam herbæ similis ferulę quæ in ipso frutice ineſſa te prorūpit: & multis est apta medicaminibus. Gręci χαλβαπορ dicunt per ch. nostri vero ch. in g. cōuertunt. Hieronymus in ecclesiastico. Et quasi Storax & galbanus & vngula & gutta. Luc. lib. ix. Hic ebulum stridet: peregrinaq; galbana fudāt. Galbanum in Syria gygni testis est plynius libro duodecimo. Q đ sincęrum si vratur fugat nidore serpentes. Est etiam hoc nomine genus vestimenti delicatorum a colore albo ac sub lucido qđ nullos habet pilos. Iuue. Cærulea indutus scutulata & galbana

raſa. Inde Galbanatus nomẽ ſimile participio fortmauit. Mar. quod eſt galbano indut⁹. Accipiturq; p hoie molli & effœminato.

¶ Galbinus a.um. penultima producta mollis & laſciuus. Mar. Galbinos habet mores. Tunica quoq; galbina a colore dicta eſt. Flauius Vopiſcus in Aureliano. Inter hæc fuit tetricus chlamyde cœcea: tunica galbina.

¶ Galbuli pilæ cupreſſi. Var. li. i. de re ruſ. Quædã ad oriendum ſunt vſq; adeo parua: vt ſint obſcura vt cupreſſi. Non em̃ galbuli qui naſcuntur. i. tanq̃ pilæ paruæ corticiæ id ſemen: ſed his intus primigenia ſemina dedit natura.

¶ Galbeũ ornamenti muliebris genus. Galbane⁹ *mali* odoris.

¶ Gale muſtella. Ariſtoteles libro de aialibus. Gale quotiens dimicatura cũ ſerpente eſt. Ply. Muſtelę cum anguibus viſæ ſunt pugnare quotiens victę ſunt rutæ folium morſu apprehendentes.

¶ Galeus piſcis qui a noſtris etiam muſtella dicit. Plynius. Paſtinacam piſcem venenatum perſequitur Galeus.

¶ Galea caſſis a Galero quo multi veteres vſi ſũt. a qua galeati dicuntur qui galeis armati ſunt.

¶ Galeola cum accentu in antepe. vas ſinuoſum a galeę ſimilitudine dictum.

¶ Galeotę non modo ſtelliones appellãtur: ſed & vates quidã in ſicilia & Attica a Geleote apollinis filio qui frater Telmeſſi eius tradit qui Telmeſſum vrbem in Caria cõdiderit oraculo ex Dodone accepto. Vnde Aelianus ſcribit Dionyſium tyrannum galeotas ſolitum conſulere in Sicilia.

¶ Galerus & galerum penultima p ducta pileus rotundus q̃ in modũ galeę eſſet factus: vt inquit Var. Sta. Et temperat aſtra galero. Accipitur interdum p coma aliena quam ad galeri effigiem formatã capiti ita aptare ſolemus vt internoſci nõ queat. Hoc apud Sue. in cali. capillamentum noiatur. Huius diminutiuum eſt galericulus.

¶ Galerita penultima producta auis quę nunc alauda dicitur a galeri ſimilitudine. Var. Galericum appellat quia plumã elatam in capite habet.

¶ Galeſus penultima producta fluuius iuxta Tarẽtum. Virg. lib. v. Qui niger humectat flauẽtia culta galeſus.

¶ Gallus Cybelis ſacerdos a Gallo phrygię fluuio cuius aquam qui guſtaſſent reddebantur inſani. Et galbus gallinaceus auis: nocturnus vigil: quem excitandis in opera mortalibus: rumpendoq; ſomno genuiſſe p uidentia diuina videtur. Eſt & nomẽ gẽtis: & nomen viri p prium: & fortunã corporis ſignificat vt inquit Quinti. i. caſtratum. Nam tales erãt galli ſacerdotes Cybeles. de quibus Aug. li. vii. de ci. dei refert: q; ideo abſciſſi matri deum ſeruirẽt: vt ſignificaretur eos qui ſemine indigeant terram ſeq̃ oportere quæ mater deum noiatur.

¶ Gallus a.um. qđ ex gallia eſt. Vñ galli dicti ſunt qui ex galli originem habent.

¶ Gallia regio Europæ a candore populi dicta Gala enim lac latine dicitur. Nam montes & rigor cæli ab ea parte ſolis ardorem excludũt: vt non eorum corpora colorentur: quę triplex eſt tonſa. ſ. ſiue togata. Comata & bracata. Gallia togata dicitur Ciſalpina: vt Ply. lib. iii. ſcribit. Mar. Gallia romanæ nomine dicta togæ. Comata cognominatur omis tranſalpina gallia: quam in tria populorum genera hiſtorici diuiſerũt: Belgicam: Celticam: & Aquitanicam: quę remonica ante dicta eſt. Nam a ſcalde ad ſequanam Belgica. Ab eo ad garumnam celtica eademq; lugdunenſis. Inde ad pyrenei montis excurſum. Aquitania. Auguſtus quadrifariam diuiſit addita Lugdunenſi puincia. Ammianus in multi iugas prouincias diuiſit vt pote qui primam & ſecũdam lugdunẽſem: & primã & ſecundã Aquitanicã faciat gallos celtas nomine regis dictos: & ab eius matris vocabulo Galatas ſermo græcus appellat. Narbonenſis vero puincia appellatur pars galliarum. Bracata aũt dicta eſt a genere veſtium. A gallia fit gallus a.um. de quo ante.

¶ Gallicus a.um. penultima cor. quod ex gallia eſt vt arma gallica.

¶ Gallicanus a.um. idem quod gallicus: vt gallicanæ veſtes:

¶ Gallius a.um. ſicut gallicus & gallicanus. Sal. li. iiii. hiſto. Duæ galliæ mulieres conuentum vitãtes ad menſtrua ſoluenda montem aſcendunt.

¶ Gallogręcia Galatia dicta eſt: a qua Gallogręci. Nam cum galli multitudine abundantes relicto natali ſolo italiam inundaſſet gręciã impleuerunt Macedoniam occuparunt: in Aſiam tranſierunt duce Leonorio qui Gallogręciã miſto ex gallis gręciſq; vocabulo cognominauerunt.

¶ Gallicia regio hiſpanię quę vt Iuſti. refert a Teucro Thelamonis filio condita eſt.

¶ Galatia gręce γαλατια per ſimplex. l. regio minoris aſię. Hęc ab oriente Cappadociam & helym fluuium: ab occidente bithyniam & aſiam: a meridie pamphiliã: a ſeptentrione pontũ euxinũ: habet quam olim Galli ex europa venientes habitarunt: & gallogræcia dicta eſt.

¶ Galatę penultima correpta populi qui galatiam habitant. Hi primo gomoritæ dicti ſunt a Gomor Iapheth filio vt Ioſephus libro primo refert: & fratre Aiacis qui ad ea loca veniẽs ibi ſedes poſuit nũcupata eſt.

¶ Gallina auis nota a quo nomine deducuntur hęc adiectiua.

¶ Gallinaceus a.um. qđ ex gallinis eſt: vt pullus gallinaceus. Varro. Gallinaceis em̃ pullis bis deni dies opus ſunt: pauoninis ter noueni.

¶ Gallinaceus ſubſtantiuum ipſe gallus. Poſcenninus niger ob vnius gallinacei direptionem decẽ cõmanipulares qui raptum ab vno comederant: ſe curi percuti iuſſit. Sic Gallinacia gallina. Varro. Si oua gallinis pauonina ſubiicies cum iam decẽ dies fouere cœpit gallinacia tum denicq; ſubiice: vt vna excludant.

¶ Gallinarius & gallinaria qui & quæ gallinas curat. Plynius libro decimo. Traditur quædã ars gallinarii cuiuſdam dicẽtis quid ex quaq; eſſet. Varro. Inter duas oſtium ſit qua gallinarius curator earũ ire poſſit.

¶ Gallinaria inſula eſt in mari thuſco ſecundũ italiam contra montes liguſticos: vigintimilliũ Albumingauium. Aliis ab his villaticis inuectis a nautis ibi feris factis inuſitatis: vt inquit Var. lib. iii. de re ruſ. à gallinis ruſticis appellata. Eſt & ſylua gallinaria Cumis vicina: de qua Cicero ad Patum. Q. Ceparius obuiam mihi fuit in ſylua gallinaria. De hac Stra. item ſcribit. Hoc quoq; in ſinu fruticoſis

virgultis frequẽs & arboribus ſylua eſt multis porrecta ſtadiis aquarum indiga.
¶ Gallinariũ locus in quo morantur gallinæ. Col. li. ix. Gallinaria conſtitui debent parte villæ quę hibernum ſpectat orientem.
¶ Gallicinĩũ: pars noctis appellata eſt qua galli cãtant: quæ eſt quarta caſtrenſis vigilia.
¶ Gallo as. inſanio. Var. Et deam gallantes vario retinebant ſtudio.
¶ Gallulo as. penultia correpta pubeo: a quo gallulaſco: pubeſco: q; pubeſcentes vocem grandiorẽ ad galli gallinacei ſimilitudinem faciant. Neuius. Cuius vox gallulaſcit.
¶ Galla fructus quercũ. Græci quoq; gallam lac nominant. Vnde & galli ſecundũ aliquos dicti ſunt quaſi Lactei. Gallam bibere ac rugas cõducere vẽtri ait Lucil. quaſi. d. parſimonia eſſe vtẽdum: neq; gulę indulgendum: ventrẽq; coarctandum.
¶ Gallaici ſiue galleci hiſpaniæ populi ſunt gallis finitimi. Mar. Neq; gallaico linuntur auro.
¶ Galilęa penultima producta nomen duarum regionum: ex quibus vna galilęa gẽtium vocatur vicina tyriorum finibus vbi & ſolomon viginti ciuitates donauit Hyram regi Tyri in ſorte tribus neptalim. Altera galilæa dicitur erga Tyberiadem & ſtagnum geneſareth in tribu Zabulon. Galilæa teſte Plynio Syriæ arabiæ atq; ægypto coniungitur Terra ferax.
¶ Galenus pe. p. nomen medici excellentiſſimi ex pergamo Aſię vrbe qui vulgo Galienus dici ſolet barbare & inepte: nam ελληνιστι γαληνροσ λεγεται απο του γαλακτοσ ωσ ερω οιω μαι τουτεστι λευκοτητοσ. Quo noie etiam dictus eſt imperator romanus.
¶ Gallumbri populi qui nunc Romãdioli vocant.
¶ Gamma græce: latine littera r quæ apud nos ſignificat. g.
¶ Gamale penultima correpta vrbs in iudęa Joſephus. Syrię habitatio quædam fuit Gamale. Sue. in Vito Gamales appellat. Tarichiam inquit & Gamalem vrbes validiſſimas iudææ in poteſtatem redegit.
¶ Gammarus penultima correpta aquaticum animal ſimile Cancri: vel vt quidam putant ipſe Cancer cui bina brachia denticulatis forcipib⁹ ad caput porriguntur concoctũ fit rubeus. Mar. Cõcolor in noſtra gãmare lance rubes.
¶ Gamos græce latine nuptię. Hinc compoſita fiunt Agamus: Monogamus: Bigamus: Digamus: Trigamus: Quadrigamus: Octogamus. Hiero. cõtra Joui. Non dãno digamos: imo nec trigamos & ſi dici poteſt octogamos.
¶ Gamphaſantes populi in libia ſine vllis veſtib⁹ viuentes: qui ſicuti ſcribit Pompo. A pręliis abſtinent: cum nec tela iacere aut vitare noſcant. Ideoq; obuios fugiunt.
¶ Ganea æ. & Ganeum Lupanar meretricum: guloſorum diuerſorium & popina q. ſ. ſit in terra non vt cœnacula ſuperius. Eſt enim locus abditus & velut ſubterraneus vinolentiæ & libidini aptus. Terẽ. in adel. Vbiego illum quæram? Credo abductum in Ganeam. Col. in prolo. Mox deinde vt apti veniamus ad ganeas quotidianam laconicis ciuditatem excoquimus. Plynius tamen videt innuere popinas eſſe in quib⁹ vnctoria edulia conficiebantur & pro ipſa ingluuie cibariiſq;. Ait enim de porco libro octauo. Neq; alio ex animali numeroſior materia ganeæ.
¶ Ganeones Eluones qui ganeas frequentãt. Iuu. Sed laudem ſiliquas occultis ganeo pultes
¶ Ganges is. & gangetis Indiæ fluuius maximus Alio nomine Phyſon a græcis dictus: de paradiſo exiens: quem alii incertis fontibus vt nilum: rigant temq; vicina eodem modo ferunt. Alii in Scythicis naſci: ipſamq; idiam ſecare dixerunt: fluereq; in eum triginta amnes. Minima gangis latitudo per octo millia paſſuum: maxima per viginti patet Altitudo vbi vadoſiſſimus eſt menſuram centum pedum implet. Dictus Ganges a Gãge ęthiopum rege vt ait Suidas. Ouidius libro quarto me. Decolor extremo qua cingitur india gange. Hinc Gãgeticus a. um. Columella libro nono. Iam nunc gãgeticas & egyptias auis temulenter eructant. Amianus libro. v. de geſtis Alexãdri mag. ευταξιλαος αλεξανδροσ αφικετο ωολιν μεγαλην και ευδαιμονα την μεσοποταμιαν των μεταξυ ιορδου τε ποταμου και υδασ σ ωου και εκει οπωροσ βασιλευσ οσ ορων αλεξανδροσ.
¶ Gange es. eſt vrbs idię regia.
¶ Gangaridæ: vt inquit Curtius populi inter aſſyrios & Indos iuxta Gangem qui nouem oſtiis effluit.
Gangrena cum æ. diph. Caro eſt emortua ex vlcere vel in flãmatione ac rubore. Subalbeſcit autem primo. demum atra fit ſenſu amiſſo in ꝓminentib⁹ membris. ſ. inter vngues & alas & iguana. Et in ſenibus fere atq; his quoꝝ corpus mali habitus eſt. Lucil. li. i. ſaty. Serpere vti gangręna malo.
¶ Gangilion: ſiue ganglion genus morbi in capite cum humor quidam includit. De quo Columel. li. vii. Eſt & ganglion vt docet Paulus nerui alicuius vel exitu: vel ex laſſitudine cõtortio. Multis quidẽ omnino partibus corporis ſed ꝑcipue mollib⁹: vt in extremitate manuũ atq; pedibus.
¶ Gannio is. niui. vel gannii. itum. Gannire ꝓprie canes dicuntur cum murmure vel quaſi plorãdo cõqueri videtur. Inde gãnitio & gãnitus. Lucre. Longe alio pacto gannitu vocis adulant: aut cũ deſerti abubãt in ædibus aut cum Plorantes fugiunt ſummiſſo corpore plagas. Inde ab hoſes tranſlatum. Ter. in adel. Quid ille gannit: q d vult? Huius cõpoſitum eſt Oggãnio de quo infra.
¶ Garamãtes populi libyę pſyllis finitimi a Garamante Apollinis filio cognominati qui ibi garamãtã oppidũ ex ſuo nomine condidit. A quo garamãtius a. um. & Garamantis idis. Fuit & alius Garamantes rex cuius filiam Garamantida Iuppiter apud bragadam fluuium compreſſit & ex ea genuit Hiarbam.
¶ Garganus penultima producta mõs in Apulia. Luc. libro quarto. Apulus adriacas exit garganus in vndas.
¶ Gargara penultima correpta: mutatione litteręa καρα καρασ. i. caput capitis. i. altitudinis altitudo καρκαρα capita. Vnus eſt ex collibus mõtis Idæ. Eſt & oppidum huius nominis poſitũ in imis radicibus icæ montis. Et defluentibus inde humoribus Gargara irrigant: fiuntq; feraciſſima. Apud hanc ciuitatem tanta erat frugum copia: vt qui magnum cuiuſq; rei numerum vellet exprimere p mul

ctudine immensa nominaret. Vnde & Ouid. Garga ra quot segetes quot habet methymna racemos. Di citur & gargarus numero singulari. Stra. libro duo decimo. Gargarus in superioribus Idę partibus lo cus ostenditur a quo Gargara dicuntur Aeolica ci uitas: græci ραπραποϛ neutro genere dicunt. Sunt & Gargara in Mysia Sunt qui Gargarus dicivelint απο του ραπραιζειν τας θηκας. id est ab emit tendis fontibus. Ouid. Creberrima fontibus ida.

¶ Gargarisso as. sicut sonat Plynius libro. xx. Se dat anginas cum melle ac hysopo ex aceto garga risatum. Apud græcos ραπραιζω. Fit autem gar garizatio in summo gutture. Et Gargarizare sæpe ad gurgulionem. i. guttur reuocare. Et duplici mo do costruit. Nam res qua sæpe guttur alluitur in no minatiuo plerunq; in ablatiuo ponitur. Ply. li. xx. Voci succus sub certamine vtilis: & qui gargarizat vna tumente adiectamenta. Cor. li. iiii. In vetusto capitis dolore cõmunia sunt sternutamenta excita re inferiora vehementer refricare gargarizare his q̃ saluam mouent.

¶ Garrio is. garriui. vel garrii. itum. inepte loquor. Cicero. libro secundo de ora. Nam & seculis multis ante gymnasia inuẽta sunt, q̃ in his philosophi gar rire cœperunt.

¶ Gariophylum flos garofolus nomen nec græce nec latine habet.

¶ Garruli penultima correpta proprie dicuntur vt inquit Aug. qui vulgo verbosi appellantur accedẽ te lætitia nec valentes nec volentes tacere. Et garru læ dicuntur aues canorę & hilares. Virgilius. Garru la quem tignis nidum suspendit hirũdo. Garrulus etiã dicitur Cordatus. Var. In hac ciuitate tum re gnabat Dionysius homo garrulus & acer

¶ Garritido as. pe. cor. Idem quod Garrio. Varro Quidnã garritidatis dicentes o fortuna.

¶ Garum apud Col. liquamen est ex pisce factum.

¶ Garumna flauius per tribus amplificatis amni bus per bituriges & santones gallicam vtrãq; gen tem effluit. Est enim in gallia narbonensi terminãs aquitanos. Distat a Narbone stad. octingentis. De labitur ex pyreneo & in oceanũ excurrit.

¶ Gaster seu Gasterium genus vasis: cui⁹ formam alii aliter accipiunt.

¶ Gastrimargia penultima producta nimia inglu uies vt apud Aristotelem in ethicis. Gastrimargus gulosus.

¶ Gaudium est affectio animi alicui⁹ presentis bo ni opinione concepta. Cuius diminutiuũ est Gau diolum: & compositũ Gaudiloquus penultima cor repta: qui cum gaudio loquitur: vt apud Plau. Di ctum gaudium quasi Gauium. Græci eñ ταυρον lætum dicunt.

¶ Gaudeo es. gauisus: gaudium habeo de bono p prio: quandoq; etiam de bono alterius: sed intrinse cus. Lætari vero extrinsecus. Construitq; Gaudeo diuersis modis. Nam quandoq; sine apposito: vt Gaude & Lætare. Quandoq; cum datiuo. Cicero. Mihi gaudeo: tibi gratulor. Quandoq; cum ablati uo. Virg. Numero deus impare gaudet. Quandoq; cum ablatiuo mediãte in. Ci. Lentulo. In molestia gaudeo. Quandoq; mediante de. Hiero. ad Helio. Gaudebo de ascensu: sed timebo delapsu. Aliquã do gaudere est valde seu cum delectatiõe q̃d vulgo dici solet Godere: & construitur cum accusatiuo.

Hiero. in pro. Iob. Beatum Iob qui adhuc apud la tinos iacebat in stercore & vermibus scatebat ero tum: integrũ immaculatumq; gaudete. i. cum gau dio perfruimini. Ter. in adel. Hũc scio mea solide so lum gauisurum gaudia. id est perfruiturũ. Ci. Pæ to. In theatrum Curionis. Hortensius introiit puto vt suum gaudium gauderemus. Aug. li. viii. conf. impersonaliter vsus est tantus auctor. Quando in quit cum multis gaudetur & in singulis vberius gaudium est: quia feruefaciunt se & flammantur in alterutro. Et alibi. Multum inter se hæc duo gaudia differunt. suntq; omnino contraria. Quãdoq; gau detur in sæculo non gaudetur in dño. Huius verbi cõposita sũt Cõgaudeo q̃d ẽ simul gaudeo. Amb. Congaudete mecum & cõgratulamini. Adgaudeo Lact. li. iiii. Ego etiam cui adgaudebat. hoc est qua si applaudebat.

¶ Gaudere in sinu. puerbialis locutio quam & poe tæ vsurpant. Q d̃ significat secum & cum suis lętari Ci. li. iii. tus. Quoniã plausibilia non hæc sunt: vt in sinu gaudeant gloriose loqui desinant. Tibul. Qui sapit i tacito gaudeat ille sinu. Proper. In tacito co lubet gaudia clausa sinu.

¶ Gauleon teste Solino libyæ obiacens in qua ser pens neq; nascitur neq; inuectus viuit: puluisq; eius quocũq; gentiũ iactus angues & scorpiones pimit.

¶ Gaulus nauis genus paruę & rotũdę.

¶ Gaurus mons Campaniæ.

¶ Gausape penultima correpta militare stramentũ vtrinq; villos habẽs: vel vna tantum e parte: quod pro lecto in castris sternebatur. Ply. li. viii. Antiqus torus e stramento erat qualis nunqin castris gausa pe. Nunc ponitur p pãno quo mensa sternitur. De clinatur autẽ hoc Gausape. Antiquissimi hic Gau sapes & hæc Gausapa: & hoc Gausapum. Vnde in plurali Gausapa. Persius. Iam chlamydes picti: iã lutea gausapa captas. Cassius ad Mœcenatẽ. Gau sapo purpureo salutatur. Inde Gausapina.

¶ Gausapina pe. cor. genus vestis. Mar. Mense vel augusto sumere gausapinas.

¶ Gaza dictio persica: & numero singulari signifi cat omne q̃d possidemus. Pompo. mela. Gazã per sę ærarium vocãt. Curtius. Igitur quasi parum mu nimẽtis oppidi fidens ante solis ortum pecuniam regiam gazam persę vocant: cum pretiosissimis re rum efferri iubet simulans fugam. Inde nomen est gazę ciuitati eo q; Cãbyses illuc belli & opes & pe cuniam intulerat. Hæc est Euehorum ciuitas in qua habitauere cappadoces pristinis cultoribus interfe ctis. Apud veteres termin⁹ erat cananeorum iuxta ægyptũ: ceciditq; in sortem tribus Iudæ. & est vsq; hodie insignis ciuitas palestinæ vt scribit Hiero. A qua Gazęus a. um. q̃d est ex gaza vibe. Et Gazeti cus tica. ticum. ex Gaza vrbe persica: vbi nobilissi ma vina: vel vt Põpo. ait. mella. Sidonius ad Fau stum. Vina mihi nõ sunt gazetica chia falerna. Sui das. γαζα γαρ θησαυροσ λεξισ μηδικη και τωω λισαλλη εστι φοινικησ ο τωολιτησ γαζαιοσ.

¶ Garophylacium cum. c. nomẽ compositum ex dictiõe persica & græca φυλαττω και φυλασσω λεγεται: quod cit custodio: quasi locus ille dicatur esse in quo opes reconditur. Aug. in ps. Gazophi lacium archa vbi colligebãtur ea quæ ad indigẽtiã seruorum dei mittebantur. Ambro. ad Studium. Quid est Gazophilacium? Collatio fidelium: sum

ptus pauperum requies egenoꝝ: iuxta quod ſedens chriſtus vt habes ſecundum Lucam duo æra mulieris viduæ diuitum muneribus cenſuit p̄ ferenda. Significat & capſam q̄ res precioſiores & ſecretæ in primis ſcripturę ſeruantur. Vnde ſcrinarii ſecretarii quos etiã a ſecretis dicimus: vt ſcribas ab epiſtolis.

¶ Gęomantia penul. p. diuinatio ex terra γαια και μαντεια.

¶ Gæometer & geometra penultima correpta terræ mẽſurator. Græci: γεωμετρης μετρον mẽſura Gęometria terræ mẽſuratio dicitur. Et gæometria quidem ſcientia eſt mathematica ſicut aſtrologia muſica & arithmetica quæ in numeros ac formas diuiſa eſt: quam oratori neceſſariam eſſe autumant eruditi.

¶ Gæorgius nomen viri proprium quo apud nos colonus ſignificatur. Gæorgia agricultura Gæorgica quæ ad agrorum cultum pertinent ἐργον opus γαια terræ. Gæorgi populi ſcythici agros incolentes.

¶ Gebalena regio in finibus eleutheropoleos.

¶ Gebuſeus filius canaan: a quo Gebuſei dicti ſũt qui hieruſalem habitauerunt.

¶ Gebenna mons qui hodie dicit̃ mons Geneuerę Luc. caua pendentes rupe gebẽnas.

¶ Gedeon nomen ꝓprium iudicis iſrl̃ qui occidit Oreb. zeb. zebee. & Salmana.

¶ Gedroſia regio maioris aſię.

¶ Geenna hoc nomen proprium inquit Hier. a ſaluatore noſtro ponitur. Quæramus quæ ſit ſermonis huius occaſio. Erat idolum Bahal iuxta hieruſalem ad radicẽ montis Mora in quibus Siloa fluuit. (Sed notandũ eſt q̄ idolum producit penultimam contra cõſuetudinem ignari vulgi. nam græce ſcribitur per ω mega & ει diphthongũ in principio. Si q̄s aũt corripiat vt ille idola dicta dei: barbare loq̃t̃ et fatue pronunciat.) Hæc vallis & parua campi planicies irrigua erat & nemoroſa plenaq̄ deliciis & lucus in ea idolo cõſecratus. In tanta autem populus iſrael venerat demẽtiam vt deſerto templo vicinia ibi hoſtias ĩmolaret: vt rigorem religionis deliciæ vincerent: filioſq̄ ſuos incenderet dæmonibus vel ĩitiarent. Et appellabatur locus ipſe Geennon. i. vallis filiorum ennon. Hoc regum volumen & paralipomenõ: & hieremias pleniſſime ſcribũt. Et cõminatur deus ſe locum ipſum impleturum cadaueribꝰ mortuorum vt nequa q̄ tophet & bahal: ſed vocetur polyandrum. i. tumulus mortuorum. Futura ergo ſupplicia & pœnę perpetuę quibus peccatores cruciandi ſunt huius loci vocabulo denotãtur. Duplicem autem eſſe geennã nimĩ ignis & frigoris in Iob pleniſſime legitur.

¶ Gela fluuiꝰ in ſicilia a quo & gela vrbs nomẽ habet. Vir. libro tertio. Immaniſq̄ gela fluuii cognomine dicta. Syrius. Venit ab amne trahens ſibi nomẽ venit & heſa. Suidas γελα πολις σικελιας καλειται απο ποταμου γελα ευ παρακειται η πολις ο δε ποταμος ομοματεουτως οτι πολλην γραμμα ταυτην γαρ την οικων φωνη και σικελων γελαν λεγεσθαι η απο γελωμος τουικος και υμαρου τοιεθνικον γελαιος ουν γελωος.

¶ Gelaſini penultima producta dentes anteriores quos ridendo oſtendimus γελαω γελω eſt rideo. Et gelaſini lineæ quæ ridendo efficiũtur. Mar. Nec grata eſt facies cui gelaſinus abeſt. Et gelalini dicẽtur mimmi qui geſticulatione facceta populum oblectant. Vnde gelaſinus ille plautinus riſionibus & ſalſis dictertis populum delectat. Et dum facit: vt ab omnibus rideatur: irridetur. Vnde eſt plautinũ illud caue ex Gelaſino fias Catagelaſinus. Hoc eſt deridiculus.

¶ Geloi campi in ſicilia apud Gelam fluuium. Vir. Campiq̄ geloi.

¶ Geloni vel gelones: populi ſcythici interiꝰ habitantes & agathyrſis proximi. a Gelono herculis filio. Hi ſolebant ſe pingere. Virg. Pictoſq̄ gelonos Luca. li. iiii. Maſſagetes quo fugit equo forteſq̄ geloni. Hi nunc Getæ dicuntur ſiue Tartari corrupto vocabulo vocantur. Sanguinem equinum cum lacte miſtum bibunt. Vergilius. Biſaltæ quo more ſolent: acerq̄ gelonus cum fugit in rhodopen atq̄ in diſerta getarum & lac concretum cum ſanguine potat equino.

¶ Gelboe montes alienigenarum in ſexto lapide a Sintopoli: in quibus etiam eſt vicus grãdis qui vocatur Gelbos.

¶ Gelu ꝓprie glacies dictum απο του λυειν: hoc eſt a ſoluendo terram. Nam glacie proſciſſa terra reſoluitur. Aliquando tamẽ ponitur p̄ frigore. Vnde gelidum frigidum dicimus. Dicitur etiam hoc Gelũ & hic gelus. Lucr. li. v. Aſſiduoſq̄ geli caſus mortalibus aufert. Et libro ſexto. Demittit quaſi ſæpe gelum quod continet in ſe.

¶ Gelicidium ipſum gelu. Columella. Vt prius convaleſcant radices frumentoꝝ q̄ hibernis imbribus aut gelicidiis pruiniſve infeſtentur.

¶ Gelo as. Ply. li. xvii. Si protinus editis fructibꝰ gelatio magna conſecuta eſt etiam paucis diebus necat. Iuue. Pauidoq̄ gelantur pectore. Hinc componũtur Congelo & Regelo penultima correpta. Columella libro primo. Oleum q̄d minus ꝓuenit ſi congelatur fraceſcet.

¶ Gelaſcere eſt in gelu, aſtringi. Gellius. Vina rarẽſcunt congelaſcunt.

¶ Gelabile q̄d gelu durari poteſt. Gellius. Cur fluuioꝝ & fontium aquæ gelu durent̃ mare omne ingelabile ſit?

¶ Gelidus gelida gelidum penultima correpta frigidus. Hinc componuntur Pręgelidus: & Egelidꝰ q̄d ſignificat id q̄d non eſt calidum nec frigidum. Nam e quando q̄ priuationem denotat q̄uis Ser. p valde frigido expoſuerit. Sue. de Auguſto. Vngebatur ſæpius: ſudabat ad flammam. deinde perfundebat̃ egelida aqua vel ſole multo tepefacta. Ouid. Sed gelidum boream egelidumq̄ notum. Vbi gelido egelidum oppoſuit.

¶ Gelima gelimę penultima correpta faſciculꝰ manibꝰ genibus ligatis. Gelimarium vero multitudo meta dicitur. ¶ Hic locus mendoſus ab impreſſore additus eſt. vt parentheſis illa ſuperflua in vocabulo geenna de idolo.

¶ Gemma oculus vitis quem primo emittit. Virg. Turgent in palmite gemmæ. Ab huius gemmæ ſimilitudine gemma lapillus vocatur: q̄uis generale nomen ſit comprehendens proprie quęcũq̄ nec oblonga nec perforata. Auguſtinus in dialec. Similiter ornamentorum diuerſos lapides compendioſe vocauit gemmas. Huius diminutiuũ eſt Gemmula. Bigemmis Trigemmis: deriuatiua ſunt. De

quibus alibi.
¶ Gẽmare eſt gemmas in arboribus emittere. Col. Cum primum vites incipiunt gemmare.
¶ Gemmaſcere in gemmas effici. Ply. Atq; vt gẽmaſcere incipient ligetur calamus.
¶ Gemmatus geminata geminatum: quod eſt gẽmis ornatum.
¶ Gemo gemis gemui gemitum. Vnde gemitus q eſt pectoris cum præanguſtia in ſonum prorumpit Vnde iumenta & inanimata cum nimis onuſta ſũt gemere dicũtur. Virg. Gemuit ſub pondere cimba Græcum tamen eſt ρεμω. i. plenus ſum forſan ab eo quod ſequitur: vt videmus alternari ab ſcriptoribus: ſed in alia etiam ſignificatione ρεμιζω ſignificat enim impleo imples. Quandoq; tamen Gemere ponitur pflare & quandoq; pro canere de iis ſolum auibus quæ flebilem cantum habẽt: vt Turtur & columba. Virgilius. Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo. Hinc fit Ingemo: de quo infra: ſed talia proficiſcuntur ab metaphoris quibuſdam: quibus græci pleni ſunt.
¶ Gemurſa turberculum ſub minimo pedis digito q; gemere faciat eum qui id gerit inquit Feſtus. Plynius oblitteratũ id & nomen & malum ait.
¶ Gemini proprie dicũtur duo. Virgilius libro ſexto. Sunt geminæ ſomni portæ. Nam ſi tres ſunt tergemini dicuntur: ſi quattuor: quatergemini. Columella libro quarto. Albanas equitiæ familiæ trigeminorum matres. Quandoq; gemini dicuntur qui vno partu naſcuntur etiam ſi tres vel quatuor vel plures naſcerentur. Quandoq; gemínus pro ſimili ponitur. Pacu. Par fortitudo: gemina confidentia. Et gemini cæleſte ſignum qđ Caſtor & Pollux conſtituunt. Varro libro ſecundo de re ruſ. geminos intelligit apollinem & herculem. De quibus Seneca. In magna te tempeſtate apparent quaſi ſtellę cœlo infidentes adiuuariq; ſe tunc periclitantes exiſtimant Pollucis & Caſtoris numine. A columella dicitur Geminũ aſtrum qđ. xiiii. calendas Iunii ſol ingreditur. A gemínus ſit compoſitum Congeminus q cum aliquo natus eſt. Aug. in ps. Phares congemino ſuo ꝓlatus eſt. ¶ Sed poſtea q̃ de conſtellatione geminorum tetigimus dicim⁹ totum zodiacum in cccl x. gradus diuidi: rurſuſq; ſubdiuidi in. xii. ſigna quæ ab aſtronomis etiam domus dicũtur. Eſt aries taurus: gemini: cancer: leo: virgo: libra: ſcorpius: ſagitarius: capricornus: aquarius: & piſces: quæ regiones cælorum habent denominationem ab aliquo animali propter proportionem & quãdam cõueniẽtiã. Aries eſt domus martis: nati ſub tali ſigno aſcẽdente ſunt inclinati ad militiam & rixoſi: diuteſq; & de lanificio ſe intromittentes: facit etiam capillos criſpos: & i negocijs ſuis agiles: & expediti Loquor enim q̃tum de natura eſt ipſi⁹ ſigni: nam aliud eſſet ſecundum ſitum & aſpectum planetarũ. Taurus autem facit nato collum groſſum: & quia eſt ſignũ vel domus veneris: ideo erit natus mulieribus deditus: & agriculturæ: ſed tardus in negociorum & terũ ſuarum expeditiõe. Geminorum ſignum eſt mercurii: natus ſub tali aſcendente erit deditus litteris & viris illuſtribus vel principibus: & totus affabilis: & ſemper cum ſocietate alicuius: erit pulcher. Cãcer facit natum longum corpus habentem: & breuibus cruribus: linguam non ſatis expeditam: & qui aliquando inſtatu ſuo augeatur: aliquando vero deprimat mõ ante proficiet: modo retrocedat: & labrũ ei alterũ altero maius: eritq; fortunę cito mutabilis: & agilis in rebus peragendis. Leo facit hominẽ natũ ſub tali ſigno crura retorta habentẽ vel ſignatum in crure et qui tardus ſit ad proſperitatem habendam tamen inclinabitur eſſe curialis & habebit amiciciam dominorum: erit iuſtus pius & habebit nobilem animum: ſed inuidi eum ſemper agitabunt. Virgo facit hominem ſterilem qui naſcetur oriẽte tali ſigno erit tamẽ pulcher: & humanus: & doctus: & qui amiciciam habebit principum. Libra facit natum iuſtũ & humanum: & qui a proditorib⁹ patietur multa pericula. Scorpius ſignum martis: qui habuerit tale aſcendens erit proditor: niſi alicuius planetarũ vel iouis vel veneris benignitate minuatur talis malicia: vel faciet homines in iudicio dãnari: ſed ſi mars fuerit in eo ſigno aſcendente dabit diuitias multas vel hæreditatem: vel militiam: vel accuſator erit. Sagittarius facit natum pugnacem humanũ tenuẽ & affabilem: & qui equis delectetur. Capricornus facit natum ſub tali ſigno eſſe doctum. Quis non miraretur? Preſertim in mathematicis: facit etiam efœminatum. Aquarius vero facit natum benignũ: et clementem. Piſcium ſignum facit natum mercatorem per maria: vel rerum liquidarum olei vl vini & talium rerum: & qui linguam expeditam non habeat: ſed balbus ſit. Sed vnum admonemus vt qui libet habitet vrbes ædificatas ſub ſuo aſcendente: vt diues ſit: & plurimum gratus: quicunq; enim ſignum oppoſitum habitauerit: id eſt vrbem ædificatam ſub ſigno oppoſito: ſemper anxi⁹ erit: pauper odio omnibus: & infortunatus: ideo prouerbium ẽ vulgarium: qui mutat locum mutat fortunam: quoniam quandoq; vadit ad loca ſui aſcendentis: vbi bene agit & proſperatur. ¶ Aſcen. Totum hoc ab eo loco ¶ Sed poſtea q̃ &c. & illud in gemo. Sed talia ꝓficiſcũtur: ridiculum eſt: ſed turpiter inſertũ ab eo qui non ſatis verborũ habuerat ad complendas pagellas: quæ oſa ſuſtuliſſem: niſi tã ſtultos ſciręt: vt ſi ea ſublata norint: imperfectum opus calũnientur. Subdit author Home. autem in hymnis. καστορα και πωλυδευκε αει σεο μουσα λιγει ατυδαριδαο οιζηνος ολυμπιου εξεγενοθ τοτασ υποταυγετου κορυφητεκε πωτμια λητη υποδμηθεισα κελαινηφεϊ ηρομιωνι.
¶ Gemellus diminutiuum. Virgilius. Modo namq; gemellos ſpem gregis ah ſilice in nuda cõnixa reliquit. Gemellæ vites a Columella dictæ ſunt ab vuis ſemper geminis. Nam duplices vuas: vt ĩquit Col. exigunt.
¶ Gemino geminas penultima correpta: duplico. Cuius cõpoſita ſunt Congemino. Plaũ. in an. Nũc ſi patera pateram peperit: omẽs congeminauimus Ingemino intus duplico. Virgilius libro prio geo. Tũ liquidas corui preſſo ter gutture voces Aut quater ingeminant.
¶ Gemoniæ ſcalæ dicebantur ad quas corpora dãnatorũ tracta precipitabantur. Cor. Tacitus. Tunc confoſſum collaceratumq; & abſciſſo capite truncũ corpus ſabini in gemonias trahunt. Ply. li. viii. ſcribit canem a corpore ſerui non receſſiſſe abiecto in gradibus gemoniis.
¶ Gena genę vulgo palpebra dicitur: hoc eſt membrana quæ ſuperius inferiuſq; tegit oculum. Teren. Hodie non compreſſi genam. Plynius. Aquati-

lia dormire existimant non oculorum argumento: quia non habent genas: sed ipsa quiete placita seu soporata. Extremus ambitus Cilium dicitur. Vnde supercilia in quibus est animi pars. Nam ex his negamus & annuimus. Hæ genæ pilos habent in modum valli: quos a palpitando palpebras appellarunt. Genæ etiam dicunt partes illæ a cilio ad vniuersam partē illam oculis subiectam quæ barba vestitur: quas radi in fœminis. xii. tabularum interdicto antiqui vetuerūt pudoris sedes esse arbitrati: q̄ ibi maxime ostendatur rubor. Dictæ genę q̄ in his pili gignātur. Virg. Tum mihi prima genas vestibat flore iuuentus. Apul. in magia. Purpuris infectas genas: & oculos illisos illices. Hę q̄n in mali spē in factæ sunt rotundę: dictę sunt etiam malę.

¶ Genauius uia. uium. idem quod gulosus sa. sum. Varro. Hæ nouissimæ in triclinium genauium introierunt e culina ꝓpter fastidium.

¶ Genus a græco γενος proprie principium vniuscuiusq; generationis: vel ab eo qui genuit: vel a loco in quo genitus est: vt Horestes a Tantalo ducit genus. Et Plato genere atheniēsis est. Patria enim generationis vniuscuiusq; principium est quemadmodum parentes. Hinc per translationē genus etiā vocamus multitudinem aliquorum ad vnū aliquid. & ad seinuicem quodam modo se habentiū: vt Romanorum genus dicimus qđ ad Romulum refert & cognationem inter se habet per quā a cæteris distinguitur. Hinc rursus appellatur genus cui supponitur species & prædicatur de pluribus differentib⁹ specie: q̄ quasi principium sit omnium quæ sub ipso sunt specierum. Item genus dicitur quicquid est per quod alicuius rei qualitas iudicatur. Vnde genus mortis: genus vitæ: genus pœnę: genus marmoris: genus coloris: & huiusmodi. Seneca. Summum genus infœlicitatis misero est fuisse aliquando fœlicem. Virgilius. Quod genus hoc hominū? quæve hunc tam barbara morem permittit patria? Nōnū. q̄ sumitur pro accidēte partium orationis: vt cum dicimus: animal est generis neutri. Et est sciendum q̄ licet genus sit tertię declinationis in compositione tamen quandoq; fit secundæ & adiectiuum: vt Alienigenus alienigena alienigenum. Multigenus multigena multigenū. Plynius libro decimo. Multa hæc & multigena terrestrium volucrumq; vita. Dicimus quoq; id genus pro eius generis: vt multa sunt id genus monstra: qđ est fere similia & eiusdem generis monstra

¶ Generosus generosa generosum: quod est nobile & ex præclaro genere. Virgilius libro primo geo. Continuo pecoris generosi pullus in aruis audet & ignoto sese committere ponto. Cicero in Læl. Humilem sane relinquūt & minime generosum: vt vita dicam ortum amicitiæ: quam ex inopia atq; indigētia natam volunt. Interdum dicitur Forte. Cicero libro tertio offi. Cumq; de imperio certatū esset cū rege generoso atq; potenti. Et generosum dicitur quod generare facit: seu perducit. Columella libro quarto. Atq; vbi multa inuitabunt regionis commoda. vt nobilem vitem conseramus: generosam requiremus. Idem libro tertio. Vitem maxime populus alit: & postea vlmus quam atinā vocant rustici generosissima est. Hinc generositas nobilitas & quasi producibilitas. Idem in eodem. Qui vineam vel arbustum constituere volet seminaria prius facere debet sic enim sciet cuius generis vitem positurus sit. Nam quæ pretio parata disponitur certam generositas fidem non habet: cum dubium est: an is qui vendidit legendis seminibus adhibuerit diligentiam.

¶ Generale quod ad omnes pertinet: a quo aduerbiū Generaliter quod significat simul quæ sub genere sunt amplectendo: vt amo generaliter omnes homines.

¶ Generatim per singula genera: seu magis per singulas species: siquidem species genera vocamus: vt quot sut genera verborum. Virgilius li. ii. Geor. Quare agite o proprios generatim discite cultus Agricolę. Varro non in volucribus generatim seruat analogia nō vt ex aquilis aquilę: neq; ex turdis procreantur turdi sic ex reliquis sui cuiusq; generis. Aliquando generatim dicitur non per singula genera: sed generaliter & i vniuersum & vniuersaliter. Cicero libro secūdo de oratore. Infinitum mihi videtur id dicere in quo aliquid generatim quæreret: hoc modo expetenda ne esset eloquentia expetenda ve honores.

¶ Gencro generas notę significationis. Huius cōposita sunt Congenero pro adiungo associo. Ennius. Quē mihi cōgenerat affinitas. Degenero: de quo in degener. Ingenero qđ significat mō genero. mō intus genero. Lactātius libro sexto. Deus itaq; cum hominem primum fingeret mirabili prouidētia ingenerauit ei prius istas animi commotiones vt posset capere virtutem. Cicero libro primo offi. Eademq; natura vi rationis hominem conciliat homini & ad orationis & vitę societatem: ingeneratq; imprimis præcipuum quendam amorem in eos q̄ procreati sunt. Progenero vltra generationem produco. Columella. Nam & humidæ res & siccę: quas terra progenerat facile vitiantur. Hinc progenies pro genere & familia. Regenero rursus genero. Lactantius libro quarto. Ex eorum semine regenerari eum iussit.

¶ Gener filiæ meæ vir quia sit generis propagator Adhibetur enim ad genus augēdum: a quo pro gener. Hunc appellat auus neptis suæ virū. ¶ Videor mihi videre q̄ solent virtutē ingredi nuptiarum: de qua volumen conficeretur: de numero facularum: earumq; superstitione: vnde etiam nomen vxor habuerit: de claues: de zona: de limine: de velamine a quo nubo nubis quasi nube tegeretur: de inuentione matrimonii: an cecrops inuentor & multa quæ a græcis memorantur. ¶ Hoc quoq; additiuū est.

¶ Genitor modo pater dicitur: modo ad honorem refertur. Similiter genitrix & pro matre & pro veneratiōnis gratia.

¶ Genitus a gigno gignis idē quod natus. A quo Vnigenitus primogenitus & progenitus.

¶ Genitura quandoq; generationem significat. Gellius ac multo etiā anteq̄ pater ipse ac mater nascerentur ex eorum genitura debuisse iam tunc prospici. Quandoq; semen hominis quod & semen genitale dicitur.

¶ Genitalis & hoc genitale. Idem est quod natalis Vnde genitale solum dicitur patria in qua nati sumus: quod & natale solum appellatur. Ambrosius Ranunculi circa genitales strepunt paludes. Et genitalem diem quo scilicet geniti id est in lucem proditi sumus. Genitalia semina: quibus aliquid pere-

atur & gignitur. Virgilius libro ſecundo Georgicorum. Vere tument terræ & genitalia ſemina poſcũt. Columella libro quarto. Adhibenda ratio eſt ſubtilior: vt ex his partibus trunci ſumantur quæ & genitales ſunt & maxime fertiles. Idẽ libro octauo. Fœminis quoq; vuluæ ferro exulcerantur & cicatricib⁹ clauduntur ne ſint genitales: id eſt ne poſſint generare. Genitalia membra ſiue genitales partes dicũtur pudenda tam in viro q̃ in fœmina. Auguſtinus libro decimoquarto ciuitatis dei. Seminaret igitur prolem vir: ſuſciperet fœmina genitalibus membris quãdo id opus eſſet. Columella libro ſeptimo. Elicitur cupiditas odore genitalium admoto naribus. Idem in eodẽ. Et ipſos neruos quos græci cremasteras appellant q̃ ex illis genitales partes depẽdent compreſſos.

¶ Genitiuus genitiua genitiuum: quod habet vim generandi. Vnde genitiuus humor et genitiuus caſus. Et genitiuus dicitur quaſi genitalis a natura ingenitus & genuinus & originalis: & cum naſcente congenitus: vt genitiuæ notæ: quæ ſunt maculæ a natura ingenitæ. Suetonius de Auguſto. Corpore tradit maculoſo diſperſis per pectus atq; aluum genitiuis notis ſ modum & ordinem & numerum ſtellarum cęleſtis vrſæ.

¶ Genethlius latine natalis dicitur: qui & deus nuptiis præfect⁹ putabatur ab antiquis vt ſcribit Hie. Scribit autem Suidas q̃ etiam genethliꝰ paleſtinꝰ fuit ex petris ſophiſta diſcipulus minutiani & agapeti: qui tandem virili æuo moriebat. Scripſit aũt multa ΛΑΛΙΑΣ ΗΤΟΙ ΔΙΑΛΕΞΕΙΣ ΚΑΙ ΜΕΛΕΤΑΣ. & multa alia: vt mirabile ſit dictu tam paucis annis vitæ tanta ſcripſiſſe.

¶ Genethliacus qui ex die natali fortunam hoīs & ſucceſſum pnunciat ΑΠΟ ΤΟΥ ΓΕΝΑΟΜΑΙ ΦΥΩ ΚΑΙ ΓΕΝΕΘΛΗ ΓΕΝΟΣ ΑΡΧΗ ΓΕΝΕΘΛΟΝ.

¶ Genius veterum ſententia dicitur vniuſcuiuſq; anima rationalis. Ideoq; eſſe ſingulos ſingulorum. Fuere etiam qui dicerent genios deos aquam terrã ignem: & aerem: quæ rerum ſemina ſunt: elementa q̃ appellata. Duodecim quoq; ſigna lunamq; & ſolem inter hos deos putabant: & a gerendo q̃ multa gerere poſſent. Gerulos deinde genios vocitarunt. Cẽſorinus ſcribit Genios dictos: q̃a vt gignamur curent: ſiue q̃ vna gignantur nobiſcum: vel etiam quia nos genitos ſuſcipiant ac tueantur. Certe a gignendo genius appellatur. Eundem eſſe Genium & larem multi veteres memoriæ prodiderunt. Euclides Socraticus duplicem omnibus omnino nobis genium dicit appoſitum. Hoc eſt duos lares. Hi etiam penates dici ſolent. Ab aliquibus genius dicitur vis: & naturę deus hoſpitalis: & ipſa voluptas. Scintra de antiquitate verborum libro tertio. Scis geniales homines ab antiquis appellatos qui ad inuitandum & largius apparandum cibum promptiores eſſent. Iuxta quod etiam Seruius interpretat̃ pro voluptuoſo & conuiuali. Virgilius libro prio Georgicorum. Inuitat genialis hyems. Nam quotiens voluptati operam damus Genio operam dare dicimur: ſicut ecõtrario apud Terentium. Suum defraudans genium cum parce viuim⁹ & a voluptate ceſſamus. Cebetes thebanus in pictura mundi. ΤΑΥΤΑ ΜΕΝ ΔΗ ΚΑΛΩΣ ΜΗΔΟΚΕΙΣ ΕΦΗΝ ΕΖΗΤΕΙΣΘΑΙ ΕΛΛΕΚΕΙΝΟ ΟΥ ΔΕΤΩΝ ΗΜΙΝ ΔΕΔΗΛΩΚΑΣΤΙ. ΠΡΟΣΤΑΤΤΕΙ ΤΟ ΔΑΙΜΟΝΙΟΝ ΤΟΙΣ ΕΙΣ ΠΟΡΕΥΟΜΕΝΟΙΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΙΟΝ ΠΟΙΕΙΝ. Proclus autem Platonicꝰ in theurgicis diuinius loquitur: eum legant qui curioſius talia quærant & pro Horatii loco & aliis auctoribus.

¶ Genialis & hoc genſale quod ad genĩ pertinet. Vnde genialis lectus qui in nuptiis ſternitur in honorem genii. Genialis homo hoſpitalis atq; ad inuitandum & largius apparandum promptior. Vir. Lucent genialibus altis.

¶ Genuini dentes poſteriores: qui in extrema gingiua in homine gignuntur nouiſſimi. Nam circiter vigeſimum annum: multis etiam octogeſimum in naſcuntur. Dicti genuini q̃ a genis dependeãt: vel a gignendo q̃ cum homine generentur: & cum ipſo intereant. Cicero. Dentibus in ore conſtitutis mandũt: atq; ab his extenuatur atq; mollitur cibus: eorũ aduerſi acuti diuidunt eſcas: intimi autem conficiunt qui genuini dicuntur. Hos ſatyrorum inſtrumẽta eſſe ad morſum oſtendit Perſius. Secuit lucilius vrbem te lupe te muti & genuinũ fregit in illis. Hieronymus ad Marcellam. In plæriſq; puinciis familiare eſt vt genuino dente ſe lacerent. Iuuenalis ad morſum eſculenti referens ait. Q̃ genuinum agitẽt non admittentia morſum. Hos autem genuinos græci ΚΥΝΟΔΟΥΤΑΣ noſtri caninos dentes appellant.

¶ Gentiles qui ex eadem familia ſunt. Et qui eiuſdem noīs ſunt: qui & cognomines dĩr. Vñ Cinciꝰ. Gẽtiles mihi ſunt: qui meo noīe appellãtur. Vnde Cicero libro primo Tuſculanarũ. Pherecydes ſyrus primũ dixit animos hominũ eſſe ſempiternos. Antiquus ſane: Fuit enim meo regnãte gẽtili. Hoc eſt Seruio Tullio quia eiuſdẽ nominis erat. Et hoc eſt quod ait Plynius Seruos dominorum fuiſſe gẽtiles. id eſt eodem nomine appellatos quo domini appellabantur: vt Marcipor & Publipor. Cicero in Topicis. Gentiles ſunt qui inter ſe eodem ſunt nomine: ab ingenuis oriũdi quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit & qui capite diminuti non ſunt. Idem libro primo ad Herẽnium. Si paterfamilias inteſtatus moritur familia pecuniaq; eius agnatos gentiliumq; eſto. His gentilitas peculiariter eſſe dicitur: cum neq; ſeruorum neq; libertinorum gentilitas vlla ſit. Item Gentile dicitur quod eſt gentis proprium. id eſt familiare: vt apud Iuuenalẽ q̃ Gentilia tympana dixit: id eſt gẽtis ꝓpria. Suetonius de Tyberio. Capillo pone occipitium ſummiſſiore vt ceruicem etiam obtegeret: quod gentile in illo videbatur. Et gentes dicuntur nationes. Virgi. Quas gentes italum: quas nõ oraueris vrbes. Rurſus gẽtiles dicti ſunt idolorum cultores qui aliter q̃ chriſtiani de deo ſentiunt. Diuerſæ enim gentes innumerabilia numina habuerunt: quia in gentilium: id eſt maiorum ſuorum fide perſtiterũt nec religionis cultum mutauere.

¶ Gentilitia nomina dicuntur: quæ originem gentis vel familiæ declarant: vt Porcius Corneliꝰ Gellius. Vulgus autem quos gẽtilitio vocabulo chaldæos dicere oportet mathematicos dicit. Sic Gentilitia nota a Liuio Gentilitia funera a Plynio nũcupantur. Aliquando tamen Gentilitium a gente id eſt natione non a familia vſurpatur. Inde gẽtilitia ſacra dicũtur a Liuio quæ ſtatuta ſunt eidẽ gẽti.

Gentilitiũ ſacerdotiũ: quod ad ius familię pertinet Et nunc vulgo ius patronatus dicitur.

¶ Gentilitas ꝓprie multitudo ipſa vel familiæ vel gentis ſeu nationis alicuius & ipſi gentiles.

¶ Genſelia quæ ex multis familiis conficitur.

¶ Geneſis pe.cor. latine generatio: natiuitas Geneth genus. Inde Genethliaci: id eſt natalitii: q̃ cõtemplantes hominũ natiuitates de vita prędicunt: imo græcum eſt γενηθσιος

¶ Genearcha generis princeps.

¶ Genealogia penultima ꝓducta ſermo de origine generationis γενεαος generatiõis & λογος ſermo. Hieronymus. Notandum in genealogia ſaluatoris nullam ſanctarum aſſumi mulierũ: ſed eas quas ſcriptura reprehendit.

¶ Gentiana herba amariſſima & medicinalis ſic dicta q̃ eam rex Gentius inuenerit: vt inquit Plynius li. xxv. Paulus autem ęgenita medicus excellentiſſimus: ita ſcribit de ſimplicib⁹ loquẽs γεντιαν η προτερον ειστι ταυτης ριζα δραστηιος εστιν και ασματικη λιαν.

¶ Genu Genum & Genus gen⁹ teſte Priſciano declinari poteſt pro femorum ac crurum commiſſione dicta genua: q̃ hæc dum infans eſt in vtero matris genis oppoſita ſint. Siue a generando: q̃ in genibus eſt vitalitas. Hinc congenudare quod eſt genu replicato cadere: vel genibus flecti. Ingeniculatum qđ eſt cœleſte ſignũ. Victruuius li. ix. Pes ingeniculati. Et genuinxum eiuſdem ſignificationis. Ouidius libro octauo metamorphoſeos. Cõſiſtũt q̃ loco ſpecie remanente coronę. Qui medi⁹ nixi q̃ genu anguemq̃ tenentis. Dicitur & genu de herbis Vide in dictione ſtipula.

¶ Geneſareth a græco vocabulo dictum eſt quaſi generans auram. Sed tamen ego puto falſiſſimum eſſe nam nomina græca non ita componuntur: vt exeant in ſonum barbarum: & ideo non eſt ſic dicẽdum: neq̃ poſſibile. ſecũdum rectam deductionem licet enim γενναω dicetur græcum verbum σαρεθ nihil ſignificat: nec iñ ſtagnum geneſareth dictũ eſt eo q̃ flantibus ventis: criſpantibus vndis aurã ex ſe generare videatur. Idẽ dicitur mare Tyberiadis a Tyberiade ciuitate. Et mare Galileæ ab adiacente Galilæa prouincia. Tenet hoc mare ſiue ſtagnũ centum quadraginta ſtadia in longitudine: quadraginta vero in latitudine. Non propter hoc mare vocatur q̃ eius aquæ ſint amarę: ſed hebręæ linguæ cõſuetudo eſt omnes congregationes aquarũ ſiue ſalſæ ſint ſiue dulces vocare mare ſicut ĩ geneſi ſcriptũ eſt. Congregationes aquarum vocauit maria.

¶ Geniculum diminutiuum. Plyni⁹ libro decimo octauo. Genicula autem tritico ſunt quaterna: farri ſena: hordeo octona. Quandoq̃ geniculum accipitur pro germine.

¶ Geniculatim aduerbium ſignificat per gericula.

¶ Geniculatum dicitur quod frequentibus geniculis cõſtat: vt heliotropium. Obiid genicularis herba vocatur.

¶ Genimẽ pe.cor. a gigno generatio dicitur: vt in Euangelio Genimina viperarum.

¶ Geneſtæ arbuſculæ quædam.

¶ Genua Liguſticum emporiũ. Hinc incipit Apẽninus mons diſtatq̃ a Sabatiis ſtadiis ducentis & ſexaginta. Eſt autem extremum alobrogum oppidum proximum heluetiorum finibus. Ex eo oppido pons ad heluetios pertinet. Inter Varrum & Genuam habitant Ligures. Dicta Genua a Genu: qa habet tanq̃ vnum genu recuruũ a latere maris. Vel a genuo Saturni filio: qui fertur eam cõdidiſſe: vel vt quidam aiunt a Genuino phaetontis ſocio. Alii etiam a Iano Italorum rege. Hanc Annibal penit⁹ deleuit: ſed Cornelius Seruilius conſul inſtaurauit: ſicut Liuius refert. Hinc fiunt adiectiua Genuenſis & Genuanus. Quidam ex imperitioribus Ianuam hanc vrbem appellant q̃ a Iano conditam dicant Cur autem dicatur liguſtica regio apparet non obſcurum a lyge gigante: qui herculẽ profligauit Matſiliam vſq; poſt aduentum ab geryone defraudatis illi armentis: de quo etiam Euſtathius in commentariis Dionyſii libyci multa diſcutit: & multa alii græci ſcriptores: & quid actum ſit vbi Iupiter venit in auxiliũ Herculi: aliterem̃ actũ erat de Herculę: græci ſcribunt: habitauit lygis ꝓpe chryſopolim: id eſt Parmam: & Rhegium Lingobardiæ: & Mutinam: & Mantuam.

¶ Gerræ crates vimineæ. Athenienſes enim cũ ſyracuſas obſiderent & crebro gerras poſcerent irridẽtes ſiculi gerras clamitare cœperunt. Vnde factũ eſt vt gerrę ꝓ nugis contemptuq̃ accipiantur.

¶ Gerrones nugatores a gerendis nugis. Feſtus. Gerrones leues & inepti a cratibus dicti q̃ ſiculi adhuc uerſus Athenienſes cratibus ꝓſtratis vſi ſunt: quas græci gerras appellant. Auſonius ad Symachum Miſi itaq̃ ad te friuola gerris ſiculis vaniora. Hinc fit congerro ꝓ cõnugone. Plautus in Perſa. Iã pol ille hic aderit credo congerro meus.

¶ Gerra gerræ nomen trium vrbium quarum vna eſt in Syria alia prope Sraconitas: alia in feliciara bia.

¶ Gerres genus locuſtarũ vt habet Plynius. Mat. Teq̃ iuuant gerres.

¶ Gerrus fluuius Scythię ſeptim⁹ ab Iſtro memoria dignus.

¶ Geron gerontis latine ſenex. Geronticus Senilis. Gerantia diminutiuum vetulus: quem latini Senectonem Seniculumq̃ dixere. Geronticos aduerbium ſeniliter.

¶ Gero geris geſſi geſtum ꝓprie ſignificat porto. Virgilius. Bella manu letumq̃ gero. Interdum gerere eſt habere. Idem libro ſecũdo. Et nos aliquod nomenq̃ decuſq̃ geſſimus. Interdum facere. Idem libro nono. Nec tecum talia geſſi magnanimum æneam & phama extrema ſecutus. Interdum adminiſtrare. Cicero in Catone. Qui ampliſſimum magiſtratum gerunt. Hinc dicuntur geſta & geſtæ res. Cum accuſatiuo reciproco ſignificat viuere. Ambroſius in Lucam. Si quis ſecundum chriſti pręcepta ſe geſſerit: iam nõ lectus doloris eſt. ſed quietis Huius compoſita ſunt Aggero Congero Digero. De quibus locis ſuis. Egero extra porto. Lactantius libro primo. Qui fimum ſtabulo q̃ qui vitia de corde egerit. Columella libro ſecundo. Auium primũ habetur ſtercus qđ ex columbariis egeritur. Vnde quandoq̃ pro euomo vel ventrem exonero ponit. ingero. Vide alibi. Oggero intendo ſeu inicio: & qđ vernacula lingua dicitur tener adoſſo. Plautus in Tru. Quando intro aduenimus vnus eorum aliquis oculũ amicæ vſq; oggerit dum illi agant. Pro gero, vltra ſeu foras gero. Columella libro pri. Ideo q̃ periti ruſtici quicquid ouilibus ſtabuliſq̃ conuer

ſum progeſſerunt ſuperpoſitis virgis tegunt: nec arceſcere ſolis incurſu patiuntur. Regero retro porto reduco. Plynius. Et q̄uis aſſidua cōuerſione immenſę celeritatis attollantur: quoniam hauſtū omnem lucis aduerſa illo regerat vnde acceperit. Hinc Regeſtum. Columella libro quinto. Vt ſit inferior tenera ſubiacens terra quæ non arceat nec duricia ſua repellat nouas irrepentis radiculas. Iſtud quidē contingere poteſt etiam ſi ager bipalio moueatur et deprimantur ſcrobis in regeſto quod eſt fermentatū plus dipondio ſemiſſe. Regerere eſt euomere. Apuleius. Nam & regeſta crapula veſtem inquinauerat. Suggero ſubminiſtro ſ cor pono ſeu ſupporrigo. Auguſtin⁹ libro primo ciuitatis dei. Nam cū ei ſcriba ſuggeſiſſet quid de ſignis deorum quę multa capta fuerant fieri iuberet: continentiam ſuam iocando condiuit. Hiero. ad Paulinū. Quicquid aliis exercitatio & quotidiana in lege meditatio tribuere ſolet: illis ſpiritus ſanct⁹ hoc ſuggerebat. Hinc ſuggeſtus. Sunt & alia compoſita: vt belliger armiger moriger & multa huiuſmodi quæ omnia habent penultimam correptam.

¶ Gerulus penultima correpta. Portator: qui fert aliquod onus & pro baiulo accipitur. Baiulum ēm dicimus qui mercedis gratia onera ferre conſueuit. Suetonius in Caligula. Ex gerulor⁹ diurnis quæſtibus pars octaua exigebatur. Hinc nugigerulus nugarum apportator.

¶ Gerundium nomen participiale appellatur. Caret numeris & perſonis & ſub vna voce actiuam & paſſiuam ſignificationem gerit. Vnde a gerenda duplici ſignificatione quidam gerundia dicta eſſe exiſtimant. A parte poſt ſeruat conſtructionem ſui verbi & habet quattuor caſus: genitiuum: datiuum: occuſatiuum: & ablatiuum. Genitiuus iungitur nominibus ſubſtantiuis in vtraq; ſignificatione: vt habeo voluntatem docendi te bonos mores. Virgili⁹ Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi. In paſſiua: vt habeo voluntatem docendi rhetoricam a præceptore. Datiuus iungitur adiectiuis nominibus in vtraq; ſignificatione: vt ſum aptus diſcendo rhetoricam. Et ſum aptus docendo rhetoricam a pręceptore. Inuenitur ſoluendo non ſum: qđ nū q̄ patitur ſecum ſubſtātiuum & regit poſt ſe datiuū: licet non ſemper apponatur. Cicero Lentulo. Ciuitatum principes ad me detulerunt ſumptus decerni legatis nimis magnos cum ſoluendo ciuitates non eſſent. Interdum alium caſum. Quintilianus. Maximi tum virorum & quibus artis ſuæ ſoluendo nō ſit humanitas. Accuſatiuus iungitur verbis ſignificantibus motum ad locum: vt vado ad legendum Virgilium. Et in ſignificatione paſſiua. Saluſtius. Cum ipſe ad imperandum aſſidue vocaretur: id eſt vt ei imperaretur. Item cum verbis ſignificantib⁹ permanentiam: vt maneo hic ad legendum. Sum paratus ad audiendum: & ſum idoneus ad intelligēdum. Ablatiuus tribus modis accipitur. Primo ſine regimine: vt legendo diſco: & currendo cecidi. Et ponitur actiue & paſſiue. Virg. Actiue. Cantādo tu illum. Paſſiue. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Idem. Alitur vitium creſcitq; tegendo: id eſt dum incantatur & dum tegitur. Secundo cum prępoſitione ide: ex: a: ab: cum: vel in. Cice. Ex quo ardeſcit ſiue amor ſiue amicicia. Vtrumq; enim dictum ab amando. Idem. In defendendo maior labor eſt q̄ in accuſando. Quintilianus. Cū præcipere de apte loquendo cœperimus. Tertio cum verbis ſignificantibus motum de loco: vt venio ab arando: redeo a ſpectādo. Licet magis vſurpemus ab aratione: & a ſpectaculo. Quo autem gerūdiuum a participio differat. Vide in dictione Participium.

¶ Geryon nomen regis hiſpani quem hercules interfecit Quod nomen etiam Geryones one. & Geriones is. & Geryoneus ſecundum Priſcianum declinari poteſt. Hinc Geryonaceus a. um. Plau. Qui mihi intromiſiſti in ædibus quingentos coquos cū ſenis manibus genere Geryonaceo. Ariſtophanes βουλει διαμαχεσθαι γηρυονη τετρασωτιλω σουιδασ αυτιτου τετρακεφηλω ογαρ γηρυοφησ τρικεφαλοσ ωγ ωολην αγωνα ωαρεσχεωηρακλει.

¶ Germen dicitur quod ex arborum oculis naſcit ſurculus prægnans a generando dicitur generationis principium.

¶ Germino germinas pe. cor. pullulo: & germen emitto. Cuius compoſita ſunt. Cōgermino quod eſt coaleſco ſocio coniungo. Varro libro tertio rerum huma. Poſtea cum his vnam remp. coniuncti ac cō germinati tenuere. Egermino extra germino. Columella libro quinto. Nam plurimum intereſt non eſſe longum ſarmentum quod iſeratur & rurſus pluris oculos quibus egerminet ineſſe. Progermino vltra germinando eo. Idem in eodem. Vt & radices deorſum agat: nec ex ppinquo negligenter in ſumma terra refecta pgerminet.

¶ Germinaſco germinaſcis & eius compoſitum cō germinaſco: ſignificant coaleſco coniungor. Qua drigarius. Facite exempla eorum: vt cum illis congerminaſcere ſciatur.

¶ Germani quaſi ex eadem ſtirpe geniti. Differtq; germanus a fratre: q; ille de eadem genitrice ſit natus non vt multi dicunt de eodem germine natus: quos Varro tantum fratres vocat. Hoc tamen confundit vſus. Inuenitur enim germanus eſſe a parte patris: & frater qui ex ſolo patre vel ex ſola matre natus ſit. Fœmininum huius nominis eſt germana. Virgilius. Inueni germana viam: gratare ſorori.

¶ Germania regio: quę a Gallis Rhenis ac pannoniis Rheno & Danubio fluminib⁹ a: Sarmatis Daciſq; metu mutuo ac mōtibus ſeparatur. Hinc Germanici et Germanicani: quæ inter ſe differunt: ſicut hiſpanienſes ab hiſpanis ſeparantur ſicilienſes a ſiculis. Nam germanicani dicuntur milites Romani in germania militantes. Germanici qui ex germania ſunt. Suetonius in Tyberio. Flagitabāt ambo exercitus multa extra ordinem ante omnia vt equarentur ſtipendio prętoriani germanicanis. Idem infra. Neq; enim deteriores eſſe: aut hiſpanienſi exercitu qui Galbam aut Germanicano qui vitellium feciſſent. Germanici etiam dicti ſunt quidam imperatores a deuictis germanis. Dicuntur & Germani ipſi indigenæ: vt Strabo libro ſeptimo teſteſtatur perinde ac fratres: quoniam & proceritate corporum & colore flauo & forma & moribus & viuendi ritib⁹ pares exiſtimātur. Hi antea teutones appellabātur a Teutone eorum deo quem terra ortum exiſtimabant. Poſtea alemani dicti ab hmōi dei filio Manio. Alii alemānos ad lemānū lacū natos volūt

Ge.

G .

¶ Gergonia oppidum in altiſſimo mõte in regiõe Auernorum. Cuius meminit Suetonius in Cęſare.
¶ Geruſia in græcis vrbibus vocabant conuentũ ſenum vt apud nos ſenatum & ſenatulum ab ętatis vocabulo. Plynius libro trigeſimoquinto. Sic extruxere domum regiam atali trallibus item fardib⁹ crœſi: quam geruſiam fecere. Victruuius. Crœſi domus quam ſardiani ciuibus ad requieſcẽdum ętatis ocio ſenioꝝ collegio Geruſiam dedicauerunt. Var. Senaculum vocatum vbi Senatus aut vbi ſeniores conſiſterent dictum geruſia.
¶ Geſto geſtas ſæpe vel quaſi continue gero. Hieronym⁹ ad Helio. Hic eſt ille operarii & quæſtuariæ filius: hic qui matris geſtatus ſinu hominem de⁹ fugit in ægyptum.
¶ Geſtito geſtitas penultima correpta: frequentatiuum. Plautus in Cur. Rogita vnde iſtunc habeat anilum pater iſtum meus geſtitauit.
¶ Gæſta acta. Vide in dictione acta.
¶ Geſtus geſtus eſt id quo indicatur quid geratur.
¶ Geſtus geſta geſtum participiũ a gero.
¶ Geſtuoſus geſtuoſa geſtuoſum quod eſt plenum actibus lętitię.
¶ Geſtamen quicquid geritur: vt veſtes arma ſceptrum. Virg. lib. iii. Aere cauo clypeum magni geſtamen abantis Poſtibus aduerſis figo. i. qđ geri ſolebat a magno abante.
¶ Geſtatoriũ appellatur lectica ſella ſiue carruca & omne id in quo geſtamur. Hiero. li. ii. macha. In geſtatorio torquebatur Antiochus vt de corpore impii vermes ſcaturirent. Suetonius de Claudio. Solitus etiam in geſtatorio ludere. Dicimus etiam geſtatorius geſtatoria geſtatorium: vt ſella geſtatoria Suetonius in Nerone. Interdiu quoq; clam geſtatoria ſella delatus in theatrum.
¶ Geſtio geſtis geſtiui vel geſtii proprie ſignificat geſtus indicantes animi affectus corpore facio. Ex motu enim corporis geſtus fiunt. Quod Cicero libro ſecundo ad herennĩ docet cum ait. Motus corporis eſt & vultus moderatio quædam quæ probabiliora reddit ea quæ pronunciantur. Cum ergo geſtus ſint quidã motus corporis dextra pedeve deſignati aut capitis ictu & hmõi. ꝓfecto Geſtire geſt⁹ facere. Geſtimus autẽ quãdoq; lætitiæ ſeu voluptatis nimię cauſa: vt in hymno. Enixa eſt puerpera quem Gabriel prædixerat: quẽ matris aluo geſtiẽs clauſus Ioannes ſenſerat. Ci. li. i. offi. Aut voluptate nimia geſtiunt quorum omniũ vultus voces motus ſtatuſq; mutantur. Aliquando etiam mœſtitiæ cauſa: vt apud eundem lib. ii. ad heren. Sin vtemur amplificatione per conqueſtionem fœmineo plangore & capitis ictu nonnunq̃ ſedato & inconſtanti geſtu mœſto & conturbato vti oportebit. Interdũ etiam quis geſtit nõ præ lętitia: neq; præ mœrore: ſed prę cõcupiſcentia. Plau. in am. Geſtiunt pugni id eſt geſtus faciunt ſiue mouentur. Quod autem Do. in Ter. dicit non eſſe Geſtire qđ lætũ eſſe: verę dicit: quia cũ prius dixiſſet quid eſt q; lætus ſis? ſequitur. Quid eſt q; ſic geſtis? Cherea enim geſt⁹ turpis amoris quoſdã ſignificabat. Sic Plyni⁹ libro octauo lætitiam a geſtu diſiũxit cum de panthera loqueretur his verbis: vt cauſam doloris intellexit: ſimul q; ſalutis ſuæ mercedem exemit catulos: eaq; cum his proſequente vſq; extra ſolitudines deductus: lętaq; atq; geſtiente vt facile appareret gratiam refer re. Similiter Cicero li. ii. de fi. bonorum. Quorum alter lætitia geſtiat: alter dolore crucietur. Significat etiam quãdoq; Geſtire deſiderare: ſiue vehemẽter cupere: ſed ſemper cum geſtu aliquo: vt apud Terẽ. in phor. Ego illi ſuccenſeã? ipſum geſtio mihi dari in conſpectum nunc ſua: vt ſciat culpa lenẽ patrem illum factum eſſe acerrimum. Quãdoq; etiã lætari ſiue delectari: ſed tamen cum geſtu. Perſius. Non hic qui in crepidas graioꝝ ludere geſtit. Aug. libro ſecundo conf. Vbi me pater in balneis vidit pubeſcentem quaſi iam ex hoc in nepotes geſtiret gaudens matri indicauit. Per tranſlationem Ci. locutus eſt Marcello. Parietes mediuſfidius: vt mihi videtur huius curiæ gratias agere geſtiũt: id eſt quaſi geſtu vidẽtur mihi parietes gratias agere. Et hoc vt Cæſari gratularetur. Huius compoſitum eſt Prægeſtio quod eſt valde geſtio: vt exponit Priſcian⁹. Hor. libro primo car. Ludere cũ vitulis ſalicto prægeſtientis.
¶ Geſticulor aris. geſtum facio. Columella in pręf. Nec minus corporum geſticulationẽ ſcrupuloſiſſime requirant ſaltationis ac muſicæ ſtudioſi.
¶ Geſticularius a. um. qđ ad faciẽtem actus lętitiæ pertinet.
¶ Geſa haſta: vide in dictione Cæſa.
¶ Geſſus fluuius apud Iones.
¶ Geſſuri pe. pro. regio in aſia.
¶ Geſſemeni penul. correpta. villa pinguiſſima interpretatur.
¶ Geſſen. locus ęgypti in quo habitauit Iacob.
¶ Geth allophylorum ciuitas fuit. Hæc nũc appellatur zaph.
¶ Gethæ populi in ſcythia europęa. Quidam Gethas dacos appellant: vt Apianus. Strabo arbitrat eos eſſe gethas qui ad pontum in orientem ſpectãt. Helius Spartianus Gethas dici Gothos. De his Ouid. li. de ponto. Nulla getis toto gens eſt truculẽtior orbe. Huius noĩs nominatiuus ſingularis eſt getha vel gethes.
¶ Giarus pe. cor. Inſula parua ex cycladib⁹ circuitu. xii. milium paſſum ad quam noxii damnabãtur Iuuinalis pluraliter dixit. Aude aliq̃d breuibus giaris & carcere dignum: vt alias etiam notaret.
¶ Gibber & Gibboſus & Gibberoſus: qui Gibbũ id eſt tumorem in dorſo habet q̃uis & pro alio quocunq; tumore ſolido ponatur. Iuuenalis. Attritus galea mediiſq; in naribus inges gibbus & acre malum ſemper ſtillantis ocelli. Gibbus & Gibba ipſe tumor. Plynius Gallinarum genus gibbarum vocat. Ipſe quoq; gibbus nominatur gibber. Iuuenalis. Attritus gibbere naſus. Iulius firmicus tradit naſci gibberoſos: qui in ſeptima parte arietis habuerint horoſcopum. Cor. Celſus tamen docet ſtrumam extantiam quãdam in tergo. Gibbum vero in pectore.
¶ Gigas gigantis vir altiſſimæ ſtaturę & terræ filius a poetis fingitur. cum nihil aliud gigãtes fuiſſe credẽdum ſit q̃ hominum quandam impiam gentem deos negantem: & ideo creditam deos e cæleſti ſede pellere voluiſſe. Hinc giganteus a. um. nomen poſſeſſiuum. Ioſephus vero li. i. an. dicit gigantes fuiſſe ex dæmonibus incubis ꝓgenitos. Idem Aug. lib. xvi. de ci. dei. & Euſebius de p̃para. li. vii.
¶ Gigantomachía: gigantum pugna.
¶ Gigeria: Vide in dictione Gingeria.

¶ Gigno nis. genui vel gignui: fecundutu. Diom. genitū ſignificat Genero Lact. li. iiii. Hac conditione gignimur. Huius compoſitum eſt Ingigno: qđ eſt intus gigno. Columella libro quarto. Tanq̄ naturali & ingenita ſterilitate laborātibus. Hinc ignis dictus eſt q̄ in eo nihil gignatur & prægnans quæ iam occupata eſt in generando quod conceperit. & benignus nomē cōpoſitum ex bono & gignendo.

¶ Gilo nomē ciuitatis: a qua Gilonitæ penultima producta homines in ea habitantes dicuntur. Eſt & nomen viri. Iuuenalis. Vnciolam proculeius habet ſed gilo deuncem.

¶ Giluus color medius inter album & rufum. color Mellinus.

¶ Gindes fluuius qui per dardanos fluens ingreditur tygrim.

¶ Gingiuę pe. p. in quibus dentes ſunt a gignēdis dentibus. Lanctantius libro de opi. Dentes autem ipſos ne magis horrori q̄ ornamento eſſent gingiuis mollibus quæ a gingendis dentibus nominantur: ac deinde labiorū tegminibus honeſtauit. Iuue. Frangendus miſero gingiua panis inermi. Huiꝰ diminutiuū eſt Gingiuula. Apul. Complanatorē tumidę gingiuulæ.

¶ Gingrio is. gingrii gingritum. Eſt autem gingrire anſerum vocis proprium. Vnde genus quoddā tibiarum exiguarum a voce anſerū: Gingriuę dicūtur. A quibus Gingritor tibicen.

¶ Gingeria ex multis obſoniis decerpta appellantur. Quidam tamen Gigeria ſine n ſcribunt. Eſſe q̄ Gallinarum inteſtina & quæ cum his coquebantur. Lucilliꝰ. Gigeria ſunt ſine hallio lus veſcamur alacriter.

¶ Gion fluuius qui apud ægyptios nilus vocatur. In paradiſo ortens vniuerſam circuit æthiopiam. Ioſephus. Gion quoq̄ per ægyptū fluens oſtendit eum qui nobis ab oriente redditur quem græci appellant nilum. Significatq̄ hoc nomen terrę hiatū Quo noie etiam vocatus eſt mons in iudæa: apud quem Salomon in regem vnctus fuit.

¶ Girgillus inſtrumentum quo fili reuoluuntur.

¶ Girtin mons apud Garamantas in quo naſci gēmas vetuſtas teſtata eſt.

¶ Glaber a. um. qđ eſt lęue & ſine pilis Plau. inaul. Tuiſtum gallum ſi ſapis glabriorem reddes mihi q̄ volulius. ludius. Nonius de doctorum indagine. Legitur q̄ ludis præſulis pueri eſſent glabri ac depiles propter ætatem quos antiqui ludios appellabant. Auguſti. lib. vi. de ciui. dei. A quibus autem ſpernentur glabros: aut male barbatos videremus. Huius diminutiuum eſt Glabellus. Glabra etiam ſiue glabella vocatur interſtitium ſupercilia ſupra naſum diſterminans: quia ſine pilis eſſe conſueuit. Martianus capella lib. i. Quarum vna deoſculata philologię frōtem illic vbi pubem cilioꝝ diſcriminat glabellæ medietas.

¶ Glabriones idem quod glabri. Et apud romanos erat glabrionum familia. Ex qua Acillius glabrio vir romanus fuit.

¶ Glabreta a Columella dicuntur loca quæ nihil ferunt. Hæc græci phalacras quaſi calueta appellant quæ ſatis fruticibuſq̄ nuda ſunt.

¶ Glabreſco glaber fio. ppriē Glabreſcere eſt ſine pilis aut capillis aut plumis fieri: quod euenit nonnunq̄ morbo aliquo. Tranſfertur etiam quandoq̄ ad herbas. Col. li. ii. Nam dum a pecudibus legumi naproculcantur: herbæ etiam vngulis atteruntur. Atq̄ ita glabreſcit: & fit idonea ſeminibꝰ area. id eſt fit glabra mundaq̄.

¶ Glacies aquā congelata a gelu: quaſi gelacies.

¶ Glaciari eſt in glaciē conuerti. Plyn. Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit.

¶ Glacitare ꝓprium eſt vocis anſerum. Oui. Cacabat hinc perdix hinc glacitat inprobus anſer.

¶ Gladius: enſis a clade dici videtur: quia ad cladē ſit inuentus. Dicitur & gladiū neutro genere: vt docet Var. Hinc digladior aris. de quo alibi. Eſt & gladius genus piſcis marini.

¶ Gladiolus paruus gladius. Quo noie etiā dicta eſt herba quædam quod ſit foliis gladii ſimilis. Flores habet purpureos.

¶ Gladiatores: dimicatores dicuntur. Ci. lib. iii. ad heren. Tanq̄ gladiator habuerit. Inter gladiatores ſpecialiter ſunt rætiarii qui aduerſus mirmilonem pugnabant dicti a ræte quod ſub ſcuto gerebant vt mirmilonem inuoluerēt. Mirmillones dicebantur gladiatores qui genere quodam gallicæ armaturæ vtebant: quod mirmilonium dicebatur. Vnde Gallia ante non mirmilliones vocabantur in quorū galeis piſcis effigies erat. Solebant autem retiarii aduerſus mirmillionem pugnantes hæc verba cātare. Non te peto piſcem peto: quid me fugis galle.

¶ Gladiatura æ. ars ipſa gladiatorum.

¶ Gladiatorius a. um. quod ad gladios pertinet. Vnde ſpectacula gladiatoria. Cyprianus ad donatum. Paratur gladiatorius ludus: vt libidinem crudelium luminum ſanguis oblectet. Sal. Item ex ſenatus conſilio decreuere: vt gladiatoriæ familiæ capuam & inter cætera municipia diſtribuerentur. De gladiatorum origine ac cauſa. Iulius Capitoliꝰ habet hoc pacto. Multi dicunt apud veteres hāc deuotionem contra hoſtes factam: vt ciuium ſanguine litato ſpecie pugnarum fortunam ſatiarent. Alii hoc litteris tradunt: quod veriſimilius credo. Iuuenes ad bellum romanos debuiſſe pugnas videre & vulnera & ferrum & nudos inter ſe coeūtes ne in bello armatos hoſtes timerent: aut vulnera & ſanguinem perhorreſcerent. Hinc mos tractus videtur vt imperatores ad bellum proficiſcētes munus darēt gladiatorium.

¶ Glaneus nomen proprium viri Chii qui primus oim ferri cōpactionē fertur excogitaſſe.

¶ Glaphyrus pe. p. feſtiuus: iucundus: ornatus: politus: concauus: ſculptus: famoſus: aſtutus.

¶ Glans glandis & Glandis glandis dicipoteſt p fructu arboris quercus & aliarum arborum glandiferarum. Plynius libro decimoſexto. Dulciſſima eſt omnium glans phagi. Virg. Nec de concuſſa tātum pluit ilice glandis. Sed quia ex his homines quondam viuebant: glandis appellatione: vt Vlpianus ſentit: oēs fructus cōtinentur. Hinc Glans plumbum: quod eſt in modum glandis formatum Sal. in Iug. Pars eminus glande: vt lapidibus pugnare. Item glans pars ſumma colis dicitur quæ p petuo tegitur oculo ſimilis. Præputium enim pellis eſt qua glans tegitur. Coles ipſe penis a quo Colei pendent. Rurſus Glandes ſeu Glandulæ eſt morbꝰ faucium ob quandam Glandis ſimilitudinem. Ibi eſſe eſt caro glāduloſa: quæ ab antiquis boni ſaporis putabatur. Mar. Partitur apri glandulas palę

Gl

ſtritis. Apiū. Interpones pulpas pulli glandulas edonas. Hinc illa pars ſuis laudatiſſima: Glādium dictum eſt. Solēt aūt hæ glādulæ intumeſcere adeò vt hoīem graui morbo infeſtent. Hunc morbū etiā Tonſillas dicunt. Ply. li. xxxvii. de Electro. Pado vero annexa fabula euidente cauſa. Hodieq; tranſpadanorum agreſtibus maxime decoris cauſa: ſed et medicinæ quoniā tonſillis creditur reſiſtere & fauciū vitiis. Idem lib. xi. Tonſillę in homine in ſuecium vitiis. Idem lib. xi. Tonſillę in homine in ſue glandulę quę inter eas vuę nomine vltimo dependet palato. ❡ Glans fiunt Glandeus a. um. Glandulóſus a. um. Glandifer Glandula diminutiuum. Iuglans: & diiugulans. Glandatio.

❡ Glandatio glandium. collectio & paſtrio ſuum ex glandibus.

❡ Glandium pars quædam inteſtinorum eſt: vt inquit Priſ. Alii volunt eſſe partem Apri iuxta ceruicem: vel ipſam ceruicem. In hac enim glandulę poſitę ſunt. Plau. in cap. Pertrūcauit tribus tergorib⁹ glandia. Inde Caro glandionica. Idem in Mene. Glandionicam ſuillam: lardum pernam. Eſſe autē ſuis hanc peculiarem laudem oſtendit Col. qui porcum laudat qui eſt amplę & glandulóſę ceruicis. Dicuntur etiam glandulę de homine. Celſus libro. iiii. Item q; arterię quas parotidas vocant ſurſum pcedentes vltra aures feruntur & in ipſis ceruicibus glādulę poſitę ſunt.

❡ Glarea pe. cor. terra fabuloſa q̄ in fluuioꝝ ripis: vel maris littorib⁹ reperīt. Hiero. In terra aurū q̄rit & de fluuioꝝ alueis ſplendens pfertur glarea. Luc. Aut impulſa leui turbatur glarea vena. Huius diminutiuū eſt Glariola cum accentu in antepenultima Plau. Glareolam manu effundens.

❡ Glareoſus a. um. quod eſt plenum glarea. Ply. li. xxvi. Silaris naſcitur glareoſis & perennibus riuis cubitalis apii ſimilitudine.

❡ Glaſtum herba ſimilis plantagini: qua britanni ſe inficiunt: vt auctor eſt Cæſar: quo horridiori ſint aſpectu in pugna. Efficit em̄ cæruleum colorem.

❡ Glaux græce γλαυξ auis nocturna a qua glauc⁹ color.

❡ Glaucus color vti Placidus grāmaticus docet interdum ponīt p viridi. Eſt em̄ qui admiſtum habet vtrorí alborē. Vnde Virg. Glaucas ſalices & oliuas dixit. Item in hominib⁹ & equis glauci oculi p ſplēdidis dicuntur. Hunc colorem quidam Cæſium vocant. Legimus nōnunq̄ & maris colorem glaucum ſed tunc q̄n caneſcit fluctibus. Vnde Glaucus deus marinus ſenior fingīt ex piſcatore cōuerſus in deū gramine guſtato. Fuit & alius Glaucus qui primus ferri conſolidaturam inuenit. Alius Hippolyti filiꝰ a quo Iones nati ſūt reges. Multiq; hoc nomine ſūt vocati. Et Glaucus nomen piſcis eſt.

❡ Glaucū herbæ genus ſylueſtris & erraticæ ruma grum vocatur. Alii paralaion dicūt. Naſcīt in affluctu maris: aut nitroſo loco inde nomen aſſumpſit. Nā Glaucus cęruleum ſignificat qui color eſt maris

❡ Glaucinū græce dicitur oleum muſtū hoc eſt expreſſum anteq̄ oliuæ premant. Nā γλαυκος græce latine muſtum.

❡ Glaucoma atis. Glaucomatū ati. & Glaucoma. mę. vitium humoris eius qui criſtallinus appellatur in colorem glaucū mutantis in oculo. Plau. in Mili. Glaucomam ad oculos obiiciemus. Serenus. Si vero horrendum ducent glaucomata plūbum: ſpiritus alterius pdeſt qui grana cymini Pallentis mādens viſus exhalat in ipſos. Hypoclyſis vero ſiue quod idē eſt Hypochymata quæ nos ſuffiones vocamus oculoꝝ fit ex humore inter corneā & criſtallinam partem concreto. Interdumq; hæc oculi potentiæ qua cernitur ſe opponit.

Glaucopis pe. cor. idis habēs oculos cæſios. Quo noſe dicta eſt pallas quæ a latinis dicīt Cæſia. Diodo. ſcribit aerem noſatum eſſe pallada. & ideo dici glaucopin quoniam aer glauci: hoc eſt viridis ſit aſpectus.

❡ Gleſſaria inſula in oceano germanico quæ Solino teſte cryſtallum dat ſuccinum.

❡ Gleba cæſpes terræ dicta q; ſit quaſi globus. Huius diminutiuū eſt Glebula. Col. li. i. Eadem cuenti lata mūdiora ſunt lapilliſq; carent & glebulis quas per trituram fereterrena emittit area.

❡ Glis gliſſis generis fœminini terra argylloſa. Glis glitis etiam generis fœm. Carduus dicīt Glis gliris generis maſculini: animal muri ſimile nutritur in arborib⁹. Mar. Somniculoſos ille porrigit glires. Idem. Tota mihi dormīt hyems & pinguior illo tempore ſum quo me nil niſi ſomnus alit. Hinc Glirarium pro loco in quo nutriuntur glires. Var. Glirarium diſſimili ratiōe habetur: q; nō aqua: ſed maceria locus ſepitur.

❡ Gliſco creſco. Li. li. vi. Gliſcente indies ſeditione. Item pinguēſco. Columella lib. ii. Prius tamen q̄ exilem terram iteremus ſtercorare conueniet. Nā eo quaſi pabulo gliſcit. Idem lib. viii. Paleis quę pene omnibus regionibus abundant etiam gliſcit: ſi licet aſinus. Item ardeo cupio: vt in hymno. Nam gliſcit animus promere cantibus victorum genus optimum. Huius compoſitum eſt Pergliſco. Columella libro octauo. Quæ prima lūa ſaginari cœpta vigeſima pergliſcit.

❡ Globus & Globū vtroq; modo dicitur pro corpore ſolido vndiq; rotundo quem græci Sphærā appellant. Vir. Lucentēq; globū. Ponitur q̄nq; pro multitudine hominū: ſiue aliorum aīalium: aut alterius cuiuſq; rei ſimilis collecta & quaſi conglobata Sal. Alii fiducia gnaritatis locorum ocultam fugā ſparſi: alii globis eruptionē tentauerunt. Sciēdum q; ſi globus ex filo aut alia ſimili re factus ſit Glomus dicitur. A Globus fit globoſus a. um. pro rotundo ſpiſſatoq;.

❡ Globo globas. aceruo aduno: a quo conglobo: de quo ſupra.

❡ Glocido as. pe. cor. proprium eſt vocis gallinarum cum ouis incubiturę ſunt. Quod fit crebris ſingultibus interiecta voce acuta.

❡ Glocio is. idē q̄d glocido. Col. li. ix. Obſeruare debet cuſtos dum edant oua vt ea q̄ nata ſunt recolligent: notenturq; quoquęq; die ſint edita: & q̄ recētiſſima ſupponant glocientibus.

❡ Glom⁹ mi. & glom⁹ eris. eſt glob⁹ ex filo factus.

❡ Glomero as. pe. cor. Implico & globi ſpeciē format: ſiue filum induco. Per tranſlationē glomerare ſumīt p cōgregare accumulare. Vir. Et fœdam glomerant tēpeſtatē imbribus atris collectę ex alto nubes. Hinc fit cōpoſitū. Agglomero: quod eſt applico adiungo. Virg. Et late ri agglomerant noſtro.

❡ Gloria eſt frequēs de aliquo fama cū laude. Quīt il. Conſentiēs laus bonorum gloria appellat. Hāc Augu. dixit eſſe iudicium hominū bene de hoibus

opinātium. Eſt tñ inanis gloria vitiorum plerunq; laudatrix quæ diffimilq; ſit popularis fama ex honeſtatis ſimulatione puenies. Ci. li. offi. Vix inuenitur qui laboribus ſuſceptis: periculiſq; aditis non quaſi mercedem rerū geſtarū deſyderet gloriā. Inter gloriam & claritatem hoc intereſt: vt inquit Sene. li. xviii. epiſtolarū moralium. q; glia multorum iudiciis conſtat claritas bonoꝝ.

¶ Gloriola diminutiuū eſt. Ci. Luceio. Illa nos cupiditas incendit q; alacres aio ſumus vt cæteri viuentibus nobis ex libris tuis nos cognoſcāt & noſmet ipſi gloria noſtra perfruamur.

¶ Glorioſus gloria plenꝰ: vt glorioſus homo: glorioſus dies: glorioſus triumphus. Cuius cōtrarium eſt Inglorius: qui nulla laude aut gloria dignus eſt: & veluti ignobilis. Virg. li. iiii. Ge. Ille horridus alter Deſidia latāq; trahens inglorꝰ aluum. Interdū tamē Glorioſus affectionē ſignificat & in malū: vt glorioſus dicatur qui ſe inaniter iactat: vel alterius inani laudatione effertur & laudari quærit: vt miles glorioſus apud Ter.

¶ Glorior aris. cōſtruitur modo cū p̄poſitione de. Lactan. de ira. Apollodorus q dē vt de ciui & populari ſua gloriatur. Mō ſine p̄poſitione.

¶ Gloriabundus qui abunde gloriatur.

Glos appellat mariti ſoror: atq; idem fratris vxor

¶ Gloſſa æ. per duplex ſſ. latine lingua dicit. Vnde Gloſſæ & gloſſaria pro interpretationibus ponunt q; vice linguę: hoc eſt vice doctoris fūgant. Quit. Gloſſæ ſunt ſecretioris linguæ expoſitiones.

¶ Gloſſemata ſignificat vocem minus vſitatam.

¶ Gloſſematici: qui gloſſas conficiunt.

¶ Glubo is. corticem detraho. Vnde & pecus glubi dī cum pellis detrahit. Cato de re ruſ. Salictum ſuo tēpore cędito: glubito: atq; alligato: librū conſeruato. Sue. de Tyber. Boni paſtoris eſſe tondere pecus non deglubere.

¶ Gluma folliculus grani frumentarii: a glubendo q; eo folliculo deglubatur granum: hoc eſt decorticetur. Auctor Var. li. i. de re ruſ.

¶ Glucidatū: ſuaue & iucundū a græco γλυκυ: qđ dulce ſignificat.

¶ Glutio is. iui. itū. deuoro. Iuue. Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus Induperatorem. Hinc fit deglutio.

¶ Gluto guloſus. Ambr. Sic amat diabolus filios ſuos vt p̄dat: ſicut amat gluto porcellū vt comedat

¶ Gluten. & glutinum pe. cor. colla dicitur græce. Aug. li. iiii. cō. Laudet te ex illis aīa mea deus creator oīm: ſed non infigatur in eis glutino amoris p ſenſus corporis. Hinc Glutinoſus ſa. um. Ply. Prioris laus vt recēs ſit & leuis: linguęq; glutinoſa. Col. In aſia myſiaq; denſa etiam glutinoſa terra maxime exuberat.

¶ Glutino as. pe. cor. cōiungo ferrumino. Ply. Vis bituminis quæ ſulphuris ſiſtit diſcutit attrahit glutinat. Idem. Quo genere ſiſtitur ſanguis: & vulnus glutinatur. Huius compoſita Agglutino. Aug. li. iiii. cō. Quia nō eſt vera amicicia niſi cū eam tu agglutinas inter hærentes tibi charitate diffuſa in cordibus noſtris. Conglutino. Ply. li. xxiii. Cortex vitiū & folia arida vulnerū ſanguinē ſiſtunt: ipſumq; vulnus conglutinant. Deglutino. a glutine libero. Idē li. xxv. Purgant vlcera oculorū: explentq; & ad cicatricem perducūt: palpebras deglutinant.

¶ Glutinamētum: cōpactio: cōiunctio. Ply. li. xiii. Deprędit & lentigo. ſ. chartę oculis: ſed meditis inſerta glutinamentis.

¶ Gluo is. gluſi. diſtringo valde ſtringo. Var. de re ruſ. Duricia eſt. n. ea q̄ nō ſolum ſtringit baccā: ſed etiam ramis gluit ac relinquit ad gelicidium.

¶ Gnarus: & Narus dī ſcius & peritꝰ. Gnaritas ſciētia. Sal. Nā p; alii fiducia gnaritatis locorū occulta fuga ſparſi: alii globis eruptionem tentauere. Horū cōtraria ſunt Ignarus & ignaritas. Gnare aduerbiū perite: & qñq; aperte. Apul. Qui Gnare id noſtris oculis cōtemplati ſumus. Vide in dictione Ignoro Antiqui Gnariter p gnare dixere a quo pgnariter: quod ſignificat audacter ſternue. Plau. Age iudica prognariter.

¶ Gnarauit Liuius poſuit: pro eo quod ē narrauit. & gnarauiſſe p narauiſſe.

¶ Gnoro as. ſcio. licet non ſit in vſu: ſed eius cōpoſita habentur Ignoto & Dignoro: de qbus alibi.

¶ Gnauus & Nauus. Induſtrius. De quibus in dictione Ignauia.

¶ Gnathos latie Gena maxilla ve dī aut bucca. In de apud Teren. Gnatho pataſitus.

¶ Gneus corporis inſigne eſt & prēnomēn.

¶ Gnidus ciuitas lyciæ q̄ duos portus habuit & in fronte inſulā quę ſtadia ſeptē ambitus cōplectebat Theatralis & alta aggeribus iūcta cōtinenti. E gnido viri memorabiles fuerunt. Eudoxus mathematicus Platonis ſodalis. & Agatharchides peripateticus hiſtoriæ conditor. & Theopōpus Iulio cæſari familiaris: & Arthemidorus eius filius. Et his antiquior Cteſias qui xerſem medicatus eſt: & res ſyriacas perſicaſq; conſcripſit.

¶ Gnoſis latine Cognitio: ſcientia notitia.

¶ Gnoſos vrbs cretæ in plano ſita: quæ alio noīe Cerathus: vt ſcribit Stra. appellata fuit a fluuio. Ea fuit Minois regia. Hinc Gnoſius a. um. & Gnoſidus a. ū. Suidas. κνωσιος ονομα κυριον και οτι απο λιτησαντο κνωσσου. κνωσσος γαρ πολις εν τη κρητη.

¶ Gnomones dicunt quattuor dētes: quibus equorum ætas dignoſcitur. Alii Gnomonem aliter accipiunt. Aug. in dialec. Si detracti loco addas Gnomonem q hemicycli ſpecie ponitur: plus tetragono maiori q̄ detraxeras reddidiſti. Herodot. vero ſic. Nā poluere & gnomonē. i. normā &. xii. diei partes a babylonis græci didicerunt.

¶ Gobius piſcis: qui & Gobio dicit. Iuue. Cum ſit tibi Gobio tantum in loculis. Martia. Principium cœnæ gobius eſſe ſolet.

¶ Gomor ppriē menſura vini eſt: vt interpretatur es Amb. in epiſtola ad Iuſtum.

¶ Gomorra & gomorrum vtroq; mō dicitur: ſicut Sodoma & ſodomū. Solinꝰ de ſitu Iudę. Ibiduo oppida. Vnū ſodomū: alterū gomorrū appellatū.

¶ Gonothœa dici poteſt ſemē fluens: vel ſeminis fluxus. Nā γονος ſemen: & ρυη fluxus. γονοῦ item filius dicitur quod patet per compoſita eius. Antigonus Chryſogonus.

¶ Gorgias nomen ppriū rhetoris celeberrimi: qui pulcherrimū librum de concordia Græcis tunc inter ſe diſſidentibus recitauit olympiæ. Fuit & aliꝰ Gorgias philoſophus Leontinus: qui auſus eſt in conuētu poſcere qua de re quiſq; vellet audire q de omni re quęcunq; in diſceptationē q̄ſtionemq; vo-

cãretur ſe copioſiſſime dicturum eſſe pfitebatur.
¶ Gorgones pe.cor.dictæ ſũt Phorci filiæ.ſ. Scylla Meduſa Stenio & Euryale: quæ Dorcades Inſulas in oceano æthiopico ſitas habitaſſe dñr contra heſperidũ hortos q̃ ab agilitate nomẽ habent ρορ ρογ erñ agile dicunt. Scribit Diodo. Fœminas fuiſſe in aphrica bellicoſas aduerſus quas Perſeus bellum geſſerit:& earũ reginã Meduſam debellauerit. ac interfecerit:ex cuius cruore vt eſt in fabulis mox natus eſt pegaſus alatus equus:inde ad heliconem bœotiæ motẽ euolãs & pede ſaxum feriens πηγη hoc eſt fontem aperuit a quo pegaſus eſt noiatus & ab eo fõs ipſe hippocrene ſiue pegaſeus ſiue caballinus dictus.a Gorgone eus.a.um. Ouid. Gorgoneas tetigiſſe domos. Suidas.τρεισ γηραικεσ αιτοσ ουτοι ειχον φοβερατα προσωπα ωστουσ ορωντασ θγησκειν και τιθρασο ποταμοσ η τοποσ λιβυησ εμθα αι γοργονες Διετριβον.
¶ Gotthia regio europę cõtermina dacię & norwegię:ex qua Cotthi ¡manes populi: qui olim italiam armis ſubegerunt.
¶ Grabatus pe.p.lectus exiguus in quo meridiari ſolent:dictus quaſi Carabatus: q̃ in eo capite recũbamus καραν.n.caput. βατον puiũ greci dicunt. Vnde & pro lecticis pauperum & mendicantiũ grabati accipi ſolent:vt eſt illud in euãgelio. Tolle grabatum tuum & ambula. Ci.li.ii.de diui. Diuerſa facit lectos & grabatos:ait enim.Cõcurſare omnium mortalium qui vbiq̃ ſunt non modo lectos verum etiam grabatos.
¶ Gracus nomen auis cornici ſimilis niſi q̃ minor eſt a voce quam facit vel a gerendo dicta q̃ iacta ſegetũ ſemina gerat: vel quia ex oliuetis cubitum ſe recipiens duas pedibus baccas:tertiã ore ferat. Seu etiam q̃ gregatim volitet:ſiue a gracilitate ꝓpter prauitatem. Eſt huic furãdi natura ex quo nõ nulli Monedulã eam appellauere a furandis monetis. Exprimit ſermonẽ humanũ & cauea emiſſus reuertitur. Huius diminutiuum eſt Graculus. Harum auiũ tria ſunt genera. Maiuſculę ſimiliores ſunt cornicibus niſi q̃ nigriores. Minimę & inter eas medię quibus roſtra & pedes rubent.
¶ Gracchus per duplex cc.& cum aſpiratione cognomen fuit familiæ romanę. Duo autem fuerunt Gracchi fratres Tiberius & Caius ambo eloquẽtes quorum eloquentiæ mater Cornelia multum contulit: verum & doctior et eloquentior fuit Caius q̃ erat minor natu:quo nemo plenior nemo vberior fuiſſe fertur. Grandis erat verbis:ſapiẽs ſententiis: genere toto grauis.
¶ Gracile adiectiuũ pe:cor. ſignificat quod eſt tenue ac corpore maciẽtum. Turpil. Noſti q̃ ſit gracili corpore. Quod & gracilens tis.dĩ & gracilentũ. Neuius. Vide gracilẽtis colorem. Interdum gracile ponitur ꝓ molli. Hora. Quis multa gracilis te puer in roſa. A gracilis ſit graciltas & gracilitudo.
¶ Gradus ſunt ex quibus ſcalæ conſtant:& quibus ad ædificioꝝ altiora conſcẽdĩt a Gradiendo dicti: q̃ per eos eatur. Vir. Aerea cui gradibus ſurgebant lumina. Gradus etiam gradientium pedum viciſſitudo eſt:vt apud eundem. Gradibuſq̃ ſonare compoſitis. Interdum gradus ſumitur pro ſtandi firmitatẽ. Ci.li.i.offi. Nec tumultuantes de gradu deiiciunt. Hinc gradum facere & gradum iacere dicimus vt ſi in arborẽ tectum ve ſcãdere velim ex ſaxo aut ſcãno:aliqua ve alia re gradũ facio. Ci. contra Rul. Hunc quaſi gradũ quẽdam atq̃ aditũ ad cætera iactũ intelligetis. ¡Gradus quoq̃ cognatiõis dicti ſũt ad ſimilitudinẽ ſcalarum locorũve declinium quos ita ingredimur vt a ꝓximo in ꝓximũ.i.in illum qui quaſi ex illa naſcitur veniamus. Quappter graduũ huiuſmodi alios ſuperioris ordinis eſſe Caius ſcribit:vt ſunt pater & mater qui ſunt in primo gradu. In ſecundo Auus & Auia. In tertio proauus & proauia. Alios inferioris:vt liberi. Alios ex tranuerſo ſiue latere vt fratres et ſorores liberiq̃ eorꝝ. A gradus fiunt Tardigradus a. um. pe.cor. qui tarde graditur. Vnde teſtitudinem tardigradã dicimus. Spiſſigradus pro frequenti graduum motu incedente. Plau. Spiſſigradiſſimos tardioresq̃ corbitæ ſint in tranquillo mari.
¶ Grador aris. quaſi per gradus eo:a quo regrador de quo alibi.
¶ Gradator a magno gradu. Plau. in pe. Viceretis curſu ceruas.& gradatorem gradu.
¶ Gradarii equi qui ſine ſuccuſſatiõe molliter incedunt. Lucil. lib. xiiii. Ipſe equus non formoſus gradarius optimus.
¶ Gradatio apud rhetores dĩ cũ ex prima ſentẽtia orit ſecunda:& ex ſecunda tertia: atq̃ ita deinceps.
¶ Gradatim aduerbium ſignificat per gradus & ordinate lenteq̃. Var. li.i. de re ruſ. Cito quidẽ inquit gradatim alium pręponens alio agrũ meliorẽ dicit eſſe in nouem diſcriminibus.
¶ Gradiuus pe.p a gradiendo:vel q̃ gradatim & per ordines in bellum itur. Vnde Mars gradiuus dictus eſt. Sunt tñ qui gradiuũ a gramine dictum putent:quia gramine ſit ortus. Vnde & graminea corona in re militari maxime eſt honorationis. Alia vibratiõe ꝓpter haſtas credo in bello vibratas:qñ κραδαινειν vibrare dicunt. Alii gradiuũ nõ latinũ nec græcum: ſed thrax vocabulũ eſſe & ſignificare bellicoſum & fortem dicunt.
¶ Gradior eris greſſus ſignificat vado. Lact. li. iiii. Claudis vero ac pedũ vitio afflictis non modo gradiendi:ſed etiã currendi dabat facultatem. Hui⁹ cõpoſita ſunt. Aggredior. Aĩgredior. Congredior. Digredior. Egredior:de quib⁹ alibi. Ingredior. Introgredior. Dicimuſq̃ ingredior forũ & in forum. Aliqñ ponit ꝓ ſimplici gradior incedo. Vir. lib. iii. Ge. Cõtinuo pecoris gñoſi pullus in aruis Alti⁹ ingredit. Ci. ad Atticũ. Si dormis expgiſcere: ſi ſtas ingredere:ſi ingrederis curre:ſi curris aduola. Interdum ingredi eſt ꝓuenire & ſeoſtendere. Plau. Nihil te pudet ſceleſte in cõſpectu ingredi. Ingredi in mulierem eſt mulieris ꝓſonam aſſumere. Hier. in pſal. interpretatione. Solet in theatris vnus homo frequenter diuerſas habere perſonas:nunc ingredit in mulierem:nũc in virũ:nunc in regem. Et qui in regem ꝓceſſerat rurſus in ſeruũ ꝓcedit. Interdum eſt quaſi incipe. Lactan. li. vi. Iuſtus ergo quoniã durum aſpumq̃ iter ingreſſus eſt. Introgredior. Virg. Poſtq̃ introgreſſi & corã data copia fandi. Progredior vltra ꝓcedo. Ci. in Læl. Id primum videamus ſi placet:quatenus amor in amicicia ꝓgredi debeat. Hinc ꝓgreſſus & ꝓgreſſio. Idem lib. i. Tuſ. Quierrantium ſtellarum motus ꝓgreſſiones inſtitutioneſq̃ notauit. Hinc ꝓgreſſus & ꝓgreſſio ꝓ ꝓceſſu. Aliquando antegradior. Plau. Extremũ itra carcerem ipſum ꝓgreditur parthenopeum. Prętergradior vl-

tra trâſco. Ci. Appio pul. Currens Lepta venit: nt
hiq; nũciauit te iã caſtra prætergreſſum eſſe. Apul.
Cũ ꝑ ſtabulũ prætergreſſus fuiſſem re cognita cœ-
pi retrocedere. Hier. Ponã & aliã expoſitionem ne
quid videar prætergreſſus. Regredior retro gradi-
or reuertor. Plau. in Aul. Illuc regredere ab oſtio.
Lactan. li. vi. Cũ ventũ fuerit ad extremũ vnũ iam
regredi nõ licet. Supergredior ſuperambulo ſupe-
ro vt eſt illud. Sed tu ſupergreſſa es vniuerſas. Sub
tergradior tranſgredior vltra gradior. D. Brutus.
Cice. Vt alpes tranſgrederer. Lact. lib. ii. Nemo tũc
milleſimũ annũ trãſgreſſus eſt. Tranſgreſſio apud
rhetores dicitur cũ ab ea ſententia quam propoſui-
mus cõuertim⁹ ſermonẽ ad aliquã perſonã aut rem
aut fortunã & tanq̃ præſentem appellamus vt hæc
mulier nuper fuit locuples & potens in amore atq;
delicijs neceſſariorũ: ornatus opibus abundabat:
magnus ancillarũ quæ ſequebantur comitatus ap-
pellabatur. Nunc contra ſubito & graui caſu affi&ta
vix mediocris ancillulę dignitatem retinet: o fortu
na q̃ vehemẽter te rerum varietas oblectat: & q̃ ma
gno odio eſt tibi beatæ vitæ perpetuus & conſtans
fructus.

¶ Graſſor aris. quaſi a gradior frequẽtatiuũ eſt. Fe
ſtus. Graſſari proprie dicũtur latrones vias obſidẽ
tes. Gradi ſiquidẽ ambulare eſt. Vnde tractũ graſſa
ri ab impetu gradiendi. Sed cũ quis graſſatur. i. cũ
impetu ſiue frequẽti gradu vadit in aliquẽ & bono
& malo animo graſſari poteſt. Ideo & in bonã & in
malam partẽ accipi poteſt. In bonam. Sal. in Iug.
Sed dux atq; imperator vitæ mortalitũ animus eſt
qui vbiq; ad gloriã vi graſſatur. i. cũ frequenti gra-
du vadit abunde potens pollenſq; & clarus eſt. Si-
rius. Graſſandũ ad clara periclis. In malã. Lactan.
li. ii. Suis. n. vitijs perditi ſæuiunt & graſſantur: vt
perdant. n. cũ frequenti gradu vadunt. Ab hoc ma
lo animo in hoc verbo Graſſor ſæuio ſignificatio
naſcitur. eo q; cũ quis graſſatur. i. frequẽti gradu ſi-
ue cum impetu properat in aliquẽ vt ipſum telo ſeu
quouis alio modo feriat: vel malo anio rapiat hoc
ſæuire dicitur. Lactan. libr. iii. Archipirata quiſpiã
vel latronũ ductor ſi ſuos ad graſſandum cohorte-
tur. Cæſar. Graſſari in hoſtes vetat. Aliquando in
hac ſignificatione ita accipitur: vt etiam in propria
ſignificationẽ redigatur. Liui. lib. ii. Trecẽti cõ
iurauimus principes iuuẽtutis Romanę vt in te hac
via graſſaremur. Huius compoſitũ Oggraſſor qđ
eſt obuiam ſeu contra cũ impetu aut frequẽter gra
dior. Plau. in Pen. Niſi cũ pedicis condicicíſtis og
graſſari gradu.

¶ Graſſator: qui p vim & inſidias latrocinatur. Iu
ue. Interdũ & ferro ſubitus graſſator agit rem. Cal-
liſtratus. Graſſatores: qui prędę cauſa id faciũt pro
ximi latronibus habentur.

¶ Græcus cũ æ diph. nomẽ viri propriũ: a quo: gre
cia regio europæ dicta eſt. e qua grecus. a. um. quod
ex græcia eſt. Hæc ab iſthmi anguſtijs incipit & a ſe
ptẽtrione in meridiẽ vecta: qua ſol ægeis: qua occi
dit Ionijs fluctibus obiacet. In ea athenæ & Mara-
thonii campi Citheron & parnaſus mõtes.

¶ Græcoſtaſis pe. cor. quaſi grecorũ ſtatio. Locus
de quo Varro ſic habet. Ante curiã hoſtiliam roſtra
ſub dextra a comitio locus ſubſtructus vbi nationũ
ſubſiſterent legati: græcoſtaſis appellatus a parte:
vt multa ſenatum ſupra græcoſtaſim vbi ædis cõ-
cordiæ baſilica optima.

¶ Graiugenæ. pe. cor. græci dicti ſunt.

¶ Græcari. pe. cor. eſt cõuiuijs & libidinibus operã
dare ab eo q; græci liberius ſe haberent in cõuiuijs
Nam quãdoq; verba trahũtur a moribus nationũ.

¶ Gralæ fuſtes furculas habentes ſunt quibus nitũ
tur. Hinc grallatores dicũtur q in perticis abiegnis
paſſus ingẽtes faciũt. Grallatorũ gradũ Plau. vo-
cat maximũ. ſicut contrario minutulũ formicinũ
& teſtudineũ. Plau. Vinceretis ceruas curſu & gral-
latorem gradu.

¶ Grãma atis. & grãmatũ ati. latine littera dicť Vñ
Epigrãma & epigrãmatũ cũ aliis a grãma compo-

¶ Grãmatica litteraria dicť. Eſt. n. vt litteræ ſuas
cuſtodiant voces: & quaſi depoſitũ reddant. Eſt. n.
grãmatica rectæ loquelæ: rectæq; ſcripturæ ſciẽtia
quæ vſu ratione auctoritateq; conſtat.

¶ Grãmaticus: litteratorius ſeu litterator qui grã-
maticã docet qui & grãmatiſta dici poteſt & triuia-
lis. Sed & poetarũ interpretes grammatici dicũtur
verſanturq; non ſolum circa ſermonẽ ſed etiam cir
ca hiſtorias & carmina euagãtur. Mar. de Epigram
matis ſuis. Grãmaticis placent & ſine grãmaticis.
Grãmatici pri⁹ critici dicti ſũt auctore Dione Chry
ſoſtomo. Cor. nepos ait litteratos proprie appellã
dos eſſe poetarũ interpretes qui a græcis grãmati-
ci nominãtur: eoſdẽ litteratores vocitatos Meſſala
Coruinus auctor eſt. Sũt qui grãmaticũ a grãmati-
ſta diſtinguũt: vt litteratũ a litteratore tanq̃ grãma
ticus abſolute & perfecte doctus ſit: ſicut litteratus.
Grãmatiſta ſicut litterator mediocriter eruditus. in
malam enim partẽ accipitur.

¶ Grãmaticus a. um. quod ad grãmaticam ptinet.

¶ Grãmatei dicuntur ſcribę qui rationes publicas
in tabulis ſcribunt. Apul. lib. vndecimo. Tũ ex his
vnus quẽ cuncti grãmatea dicebant. Hi etiã ab epi-
ſtolis & cancellarij dicuntur. Hinc archigrãmateus
princeps ſcribarum.

¶ Grammatophylacĳ locus vbi ſcripta publica
ſeruantur.

¶ Grãme longitudo ſine latitudine menſuræ ſubie
cta. Aug. Si omiſſa latitudine ſolam quis lõgitudi
nem voluerit emetiri longitudo ſine latitudine mẽ
ſuræ ſubiecta grãme dicitur: nõ q; ſit longitudo ali
qua quæ careat latitudine: ſed q; ſolam quis metiẽs
longitudinẽ grãmẽ metiri dicit. Et hęc Linea a no-
ſtris dicitu. Eam ita diffinit Euclides. Linea eſt lon
gitudo illatabilis. Emenſa vero cũ longitudine la-
titudo dicitur epiphania.

¶ Gramiæ ſunt oculorũ pituitæ. Vñ gramioſi ocu
li a quo qui triſtes ſunt in hodiernũ quoq; diem gra
mioſi vulgo nominantur.

¶ Gramẽ herba vulgatiſſima ſic dicta q; genicula-
tis internodijs mirifice ſerpat a gradiendo: vel agi-
gnẽdi fęcũditate. Crebro. n. nouas ſpargit radices
Refert Ply. Eam hærbã naſci vbi hũanus ſanguis
ceciderit. Gramẽ capiti circũdatũ ſanguinis fluxio
nes e naribus ſiſtit. Quãdoq; tamen gramen poni
tur generaliter pro omni herba. Vnde gramĳnea co
rona dicta eſt q̃ ab vniuerſo exercitu ſeruato ſerua-
tori dabatur vbi obſeſſos aliquis ſeruaſſet quodcũ
q; id gen⁹ herbę foret decerpto viridi gramine Gra
minoſus plenus gramine. Col. li. i. Quid ſylueſter
ager: quid humid⁹ & graminoſus q̃d ſiccus & ſpur-
cus recuſaret.

G

¶ Grando gutta aquę in aere cõgelata ſic dicta q̃ ſolito grãdior ſit. Vel quia granis cõtineatur. Hinc grandinoſus a.um. vt Grandinoſa loca in quibus frequẽtes ſunt grãdines. Grando etiam quã græci χαλαζαν & χαλαζιον vocãt collectio eſt ſub cute buboni & ęgyptię fabę ſimilis vt inquit Pollux dolorẽ ſi tangat afferens. Dicũtur & in oculo Grãdines cũ ſegnis humor circa palpebras coit ſed ita vt id tuberculũ digito huc & illuc impelli poſſit.

¶ Grandinoſus.a.um. quod abũdat grãdine. Col. lib.iiij. Poſt hęc nõ ignorabit dñs loci plus eſſe poſſe qualitatẽ cœli frigidã vel calidam ſiccam vel roſidam grandinoſam ventoſamq; vel placidã ſerenam vel nebuloſam. i. q̃ ſępe grandinẽ infert. Roſida quę ficcitatibus laborant.

¶ Grãdinatus a.um. participiũ quod eſt grandine ſaucĩũ. Aug. in Pſal. Grandinata eſt vinea.

¶ Grãdebalę pili ſubalares quos Volſellis tolli ſæpe molliores iubebant.

¶ Grandis & hoc grãde apud veteres nõ ad corp⁹ ſed ad ætatẽ tantũ referebat iam adultã. Ter. An ſedere oportuit domi virginẽ tam grandẽ. Quod ſi natu addatur puectiorẽ ætatẽ ſignificat: & iam pene ſenilẽ. Ply. Iuntor. Mulier natu grãdior & tot liberorũ partus. Nũc vero grandis ſumitur pro magno & nũnunq̃ ad inaiata refertur. Hier. Grandes materias ingenia parua nõ ſufferũt.

¶ Grãdiuſculus.a.um. diminutiuũ. Ter. in An. Iã fere grandiuſcula profecta eſt.

¶ Grãditer aduerbiũ. Cyprĩa. ad Corneliũ. Docuiſtis granditer deũ timere xp̃o firmiter adhærere.

¶ Grãditas dicta eſt maior ætas. Siſen. lib.iiij. hiſt. Neq; ætatis grãditatẽ: neq; ea merita: neq; ordinis honeſtatẽ: aut dignitatẽ ſibi eſſe excuſationi.

¶ Grandęuus.a.um. qđ eſt prouectioris ętatis hoc eſt grandis æui ideſt ſenex.

¶ Grãdiloquus pe.co. eloquẽs & qui cũ quadã verborũ magnificẽtia loquit. Ci. Nam & grandiloqui vt ita dicã fuerũt cũ ampla ſentẽtia tum grauitate & maieſtate verborũ. Hinc grandiloquẽtia.

¶ Grandio is.iui.grandẽ facio. Plau in aul. Si hodie hercle fuſtẽ cepero aut ſtimulũ in manu teſtudineum iſtũ tibi ego grandibo gradũ.

¶ Grandeſco creſco grãdis fio ſeu granũ fio. Ply. lib.xviij. Creſcente luna frumẽta grãdeſcũt. Hinc ingrandeſco quod eſt valde vel intus grandis fio. Col. Quæ lens vt celeriter prodeat & ingrandeſcat anteq̃ ſeriẽ ſimo arido permiſceri debet. Idẽ lib.ij. Omne aũt frumentũ ſpicã a tertio ad quartũ nodũ emittit & cũ totã edidit. viij. dieb⁹ defloreſcit ac deinde grandeſcit diebus xl. quibus poſt florẽ ad maturitatem peruenit.

¶ Granũ fere frugũ dicitur vt tritici hordei farris & huiuſmodi quod eſt intimũ ſolidũ a quo granariũ. Acini ſũt cæterorũ fructuũ: vt vuæ baccharũ & huiuſmodi. Granũ etiã generaliter dicit pro oleo qđ græci vocãt coccũ. Vñ coccũ Ilicis granũ vocam⁹

¶ Granariũ locus in horreis ſeruãdis ſeminũ granis parat⁹: vel in quo grana frugũ reponũtur. Var. At triticũ cõdi oportet in granaria ſublimia q̃ perflentur ventis ab exortu &, ſeptẽtrionũ regione ad quæ nulla aura humida e ppiquis locis aſpiret. Granaria quidã habent ſub terris ſpelũcas quas vocãt ſiros. Alii puteos. Perſi. Iam nũc aſtringas: iã nũc granaria laxes. Nõnulli horreũ ab hordeo. Feſtus a farre farreum vocat.

¶ Granoſus a.um. dicit oẽ quod int⁹ habet grana.

¶ Graphis idis. ars pingendi q̃ maxime lineis conſtat: & linearis vocat: quã Ply. lib.xxxv. ſcribit eſſe inuentã a Sophocle. Dicta graphis a ſtilo quem græci graphiõ & graphida quoq; noſant. Ply. li.v. Graphidis veſtigia extant in tabulis ac mẽbranis ex quibus proficere dicuntur artifices. In quo ſciẽdum per graphidis veſtigia picturæ genus accipiẽdum eſſe: quod græci vocant Ichnographiã Ea eſt circini regulęq; modicæ continens vſus: ex qua capiuntur formarũ in ſolis arearum deſcriptiones vt inquit Victru. libro primo. Qui & orthographiam & ſciographiã nominat.

¶ Graphiũ ſtilus ferreus ſeu penna argẽtea qua ſinãtur in tabellis litteræ vt olim in cæra ſeu figuræ. Ambr. li. Hexa. Neq; vero ſi ipſe nõ cõprendas idcirco non cœpit: aut nequaq̃ deſinet ſi ipſe circuitũ vel atramẽto vel graphio ducas Ouid. Quid digitos opus eſt graphiũ laſſare tenẽdo Stilus aũt ſicut docet Hiero. in expoſitione pſalmorũ ſcribit in cęra. Calamus in carthamẽbrana aut in quacũq; materia: quę apta ſit ad ſcribendũ. Graphus ſcriptus vel pictus. A graphus nõ ſcriptus vel non pictus. Graphia ſcriptura vel pictura. Vñ ſcribo pro pingo etiã apud nos & picturas legere dicimus.

¶ Graphiariũ theca in qua ſtili reponũtur quib⁹ & ſcribere ſimul & pingere ſolebant anteq̃ penicilli & colores inuenirent. Dicitur & theca graphiaria.

¶ Gratia inqt Aug. dicta eſt quia gratis dat. Quare gratis datur ? quia merita non præceſſerunt: ſed beneficia dei te præuenerũt. Vñ recte gratia ſumit pro beneficio. Ci. Cũ præſertim cõfidere nullã eſſe gratiã quã vel nõ caperet animꝰ meus vel in accipiẽdo vel renumerãdo cumulando q̃ illuſtrare poſſet. Omne enĩ quod habẽt hoĩes a deo gratia eſt. Nihil n. ex debito habẽt. Quis. n. prior dedit: & retribuetur illi? Tres aũt ſcribũt fuiſſe gratias Aglaiã. i. lætitiam. Thaliã. i. virentẽ: quia beneficiũ ſemp viret. Euphroſynẽ quã delectationẽ nominãt. Hæ a græcis χαριτες vocãtur απο τησ χαρασ quod lęti tiam ſignificat. Merito. n. lętari videtur: & qui dant & qui accipiũt beneficiũ. Tris aũt ideo eſſe prodiderunt quia & benefici eſſe in alios debemus: & aliorũ beneficia ſuſcipere: & iis qui in nos liberales fuerũt retribuere. Dare autẽ & accipere & referre tres actus ſũt inter ſe diſtincti. Hinc gratioſus. Aliqñ capit̃ p pœna ſiue dãno. Idẽ Vt pro iniuria parẽ ei gratiãre ferret. Aliqñ pro mercede. Idẽ in Læl. Vt. n. benefici liberaleſq; ſumus nõ vt exigamus gratiã. i. mercedem vel vtilitatẽ neq; beneficiũ fœneramur: ſed natura propenſi ad liberalitatẽ ſumus. Aliqñ ppace ſeu amore. Ter. in Ecy. Neq; alio pacto cõponi poteſt inter eas gratia. Et in Eu. Adibo atq; ab eo gratiã quã video velle inibo. Aliquãdo pro benignitate. Tibul. Gratia magna iouivetuit pater ipſe valere. Aliqñ pro cauſa ſeu reſpectu. Salu. Rẽ oẽm aperit cuius gratia mittebãtur. Aliqñ p virtute ſeu efficacia vt frequẽter apud Ambroſiũ. Habere autẽ gratias vel agere vel referre. Vide in dictione. Ago

¶ Gratus qui gratiã pro beneficio refert: vel ſaltẽ memor eſt accepti bñficii. Cuius cõtrariũ eſt ingratus a q̃bus gratitudo & ingratitudo. Grate & ingrate aduerbia & gratis & ingratis. Accipitur etiã Gratus pro Læto & ingratus pro triſti. Vir. li. vij. Et Ci

neri ingrato ſuprema ferebât. Et gratus pro ſpõtaneo. Et ingratus pro inuito & coacto legitur.

¶ Gratioſus valde gratꝰ. Nam plenũ gratia ſignificat & is eſt qui habet gratiã. i. qui in populo acceptus eſt. Cic. lib. iij. offi. Tum pithius vt argẽtarius qui eſſet apud oẽs ordines gratioſus. i. habens multam gratiã. Idẽ Lentulo. Vehementer confidit his noſtris litteris apud te gratioſum fore. i. valde gratum. Gelius accipit gratioſum tam pro eo qui gratias adhibet q̃ qui admittit.

¶ Gratis aduerbiũ ſignificat ſine prẽmio ſine merito qđ vulgo dicit̃ per gratiã. Hier. in Geñ. Quia frater meus es: nõ ſeruies mihi gratis. Amb. In diuinis ſcripturis reus ſcribitur qui nõ ſtuduerit dare gratis qđ ipſe gratis acceperit. Alias ſignificat ſpõte. Aug. lib. iiij. con. Quorũ exempli gratia quẽdã gratis poſui: vel in ipſo ſubſtantiæ genere innumerabilia repetiũtur. Sic ingratis inuite nõ vltro quia vltronea grata ſunt. Ingrata q̃ ab inuitis & recuſantib⁹ fiũt. Plau. i Am. Hęc heri inodeſtia coegit me qui hoc noctis ingratis excitauit. Terẽ. in Eu. Opꝰ faciã vt defatiger vſq; ingratis vt dormiã.

¶ Gratuitus. a. um. pe. pro. quod datur gratis. i. ſine prẽmio & quod nõ eſt mercenariũ. Cic. li. i. de legibus Quid liberalitas gratuita ne eſt: an mercenaria? ſi ſine prẽmio benigna eſt gratuita: ſi cũ merce de cõducta. Aug. Gratuitam nobis impendit deus dilectionẽ quibus gratis vnigeniti ſui miſit redemptionẽ. Hinc fit aduerbiũ gratuito. Sue. in Cæſare. Omnibus vero circa eũ atq; etiã parte magua ſenatus gratuito: aut leui fœnore obſtrictis.

¶ Grates numero tantũ plurali & in hac tantũ terminatione pro gratiis quæ referri debent pro acceptо beneficio. Virg. Grates perſoluere dignas nõ opis eſt noſtræ dido.

¶ Gratificor rem gratã facio conſentio cõplaceo. Cic. Lentulo. Quod Põpeio ſe gratificati putant. Differunt tñ Gratificari & gratũ facere q; gratificari in ſe cõtineat quiddã maius. Eſt. n. beneficũ eſſe Vñ dicimus Deum gratificari hoĩbus: quaſi ſit beneficia conferre. Gratũ vero facere ſit obſequi & inſeruire. Cice. Si hunc iuueris gratiſſimũ mihi feceris Hinc Gratificus.

¶ Grator aris. dtis gratias ago: & quaſi ſupplico. Oui. li. iii. faſ. Quiſquis ades: caſtæq; colis penetralia veſtæ. Gratare iliacis: thuraq; pone focis. Interdum Gratari eſt gaudere de bono proprio vt apud eũdẽ. li. viiij. meta. O ſupi totoq; libẽs mihi pectore grator. Quãndoq; etiã eſt lætari de bono alterius. Virg. Inueni germana viam gratare ſorori. Liui. li. vii. Tuũ ſequẽtes currũ Iouis optimi maximi tẽplum gratantes ouanteſq; adire.

¶ Gratulari cũ datiuo proprie eſt diis ſiue hoĩbus qui nobis beneficiſ fuerũt in ſucceſſu aut noſtro aut aliorũ cũ laudibus feſtiuitatẽ oſtendere. Oritur. n. ex lætitia gratulatio vt ex dolore q̃rimonia. Lact. lib. vi. Nihil eſt q; ſibi aliquis gratuleꝫ ſi has inanes virtutes adeptus eſt. Ennius in Hecuba. Iupiter tibi ſũme tandẽ male re geſta gratulor. Interdũ prætermittitur datiuus cũ fuerit pronomen. Ouid. Priſca iuuent alios ego me nũc denig; natũ Gratulor. vbi intelligitur mihi. Quintil. Gratulemur iam q; nulla ciuitas laborat: ſubintellitur nobis Gratulari etiã eſt gratias agere ſiue ſupplicare. Liui. Triũphãtes in capitoliũ aſcendebant ioui optimo maximo ceteriſq; diis gratulaturi. Nec mirũ ſi gratulari diis dicimus quaſi oſtẽdere nos illis aggaudere cũ ſalutare etiã eos dicamus quaſi ſalutẽ illis optare quod nõ diis ſed hoĩbus conuenit. Vñ dicimus Salue ſancta parens. Gratulari cũ accuſatiuo eſt gratũ habere. Ter. in Eu. Salutant ad cœnã vocãt aduentum gratulantur. Plau. in Cap. Vbi quiſq; videt eũt obuiam gratulanturq; eam rem. i. gratiã habent. Huius cõpoſitũ eſt congratulor.

¶ Graue ſuapte natura ſignificat ponderoſum: vt graue ſaxũ quod nos cũ moleſtia grauat in ferẽdo. Vir. Vomis & inflexi primũ graue robur aratri. Et per tranſlationẽ dicit̃ morbus grauis: ſenectus grauis. i. moleſta: quoniã q moleſtiã ex ſenectute morbo cæteriſq; huiuſmodi ſentiũt quaſi onere intolerabili premũtur quod cupide velut graue onus a ſe vellent deponere. Cicero. in Cato. Q; nunq̃ ſenectutẽ tibi grauẽ eſſe ſenſerim. Itaq; vnus modus eſt quæ corpori aut animo moleſta ſunt: ea grauia appellare eo q; moleſtia a mole. i. a re magna vocata eſt. Alter modus eſt: q; quẽadmodũ grauia & grandia ſaxa nõ facile loco mouẽtur ſed ad omnẽ temporũ mutabilitatẽ hærent: ita hoĩes conſtantes ac ſapiẽtia prædĩti merito graues dicũtur: qui nec precibus nec minis ab æquo dimouentur: vt hi faciunt quos leues vocamus: qui in ſimilitudinẽ paleæ ad omnẽ auram ventilantur. Hinc grauitas pro firmitate ac cõſtantia animi pc in vultu moribus verbis rebus agẽdis quẽdã ſeueritas. Aliquãdo pro moleſtia & magnitudĩe: vt grauitas odoris: grauitas doloris: grauitas ſomni: Variis aliis modis dicit̃ graue ſed ad hos reduci poſſunt. Nam ponitur pro pniciоſo acerbo nocẽte. Ci. li. iii. offi. Magnũ illud bellum & grauẽ aduerſariũ imperii ſuſtuliſſent Idẽ. facilius & in morbos incidũt adoleſcentes: & grauius ægrotãt. Pro forti & robuſto Vir. li. v. Prima pares ineũt grauiꝫ certamina remis. Pro grãdæuo. Idẽ. Hic grauis entellus dictis caſtigat aceſtẽ. Pro vtili ſolido firmo cõſtante. Cic. li. i. offi. Vt iam ſint alia grauiora atq; meliora tñ nos ſtudia noſtra naturæ regula metimur. Pro Triſti. Virg. lib. viii. Grauior ne nũcius aures Vulneret. Pro ſapienti cum auctoritate. Cice. in Horten. Quid. n. aut Herodoto dulcius au Tucydide grauius. Pro ponderoſo Vñ grue æs dicitur: quia deni aſſes ſingula pondo efficiebant. Pro neceſſario Lucil. libr. xxviiii. Habeaſq; animo mihi admodum cauſam grauẽ fore quæ me ab vllo cõmodo abducat tuo Pro pleno. Virg. Tũ pietate grauem ac meritis ſi forte virum quẽ Cõſpexere ſilent. Pro fœcundo & frugifero. Idem. Quid labor aut bene facta iuuant: quid vomere terras Inuertiſſe grauis? Pro multo. Var. Vbi graues paſcãtur atq; alantur pauonum greges: Sal. lib. iii. hiſto. Cœpit per omnẽ prouinciam grꝫue pretium fructibus eſſe. Pro amaro. Var. in quinquatribus Abſynthiũ vt bibam graue & caſtoreũ A grauis ſit aduerbium grauiter & graue.

¶ Grauiter ſignificat multũ. Cæcili. Place hoc cœpit grauiter. Cice. Nec vero audiẽdi grauiter qui inimicis iraſcendũ putant. Vir. Grauiter ſpirantis copia thymbrę. Aliquãdo ſignificat aſpere male. Idẽ Graue olentis auerni. Aliquãdo moleſte. Ci. Grauiter & iniquo animo tuli. Aliqñ ſapiẽter Idẽ ſi qd prudenter ſi quid grauiter factũ eſt. hoc eſt non leuiter ac inſipiẽter: ſed mature ſapienterq;.

¶ Grauedo ponderoſitas. qñq; ſumit pro morbo ſeu humore qui ex capite diſtillat: nares claudit: vocem obtũdit: tuſſim ſiccam mouet ſicuti docet Celſus libr. iiij. Catul. Sentire ceſſo q; grauedinem & tuſſim. Plau. in Aſi. Quod illa haud ſimulet qua ſi grauedo profluat. Hoc ne ſic faciat tu labellũ abſtergas. Græci coryzas vocant. Hippocrates diſtillationes oẽs & grauedinẽ nominat coryzas.

¶ Grauedinoſus nõ ſolũ qui grauedine infeſtatur: ſed etiã qui ad eũ morbũ eſt procliuior. Cic. lib. iiij. tuſ. Itaq; dicimus quoſdã grauedinoſos quoſdam terminoſos. nõ quia iam ſint ſed q; ſæpe ſint. Plynius appellat Eruũ grauedinoſum quod bobus in pabulo grauedinẽ facit.

¶ Graueolentia malus odor. Ply. Et oris graueolẽtiam tollit.

¶ Grauo as. premo onero moleſto. Vir. Nec me labor iſte grauabit. Hui⁹ cõpoſita: Aggrauo quod eſt ſuper ſeu plus grauo. Col. lib. ii. Tũ etiã ratio ruſtici aggrauatur exiguo pfectu operis. Degrauo deorſum grauo. Idẽ. lib. i. Et quod prius extructũ immi nebit cedenti paulatim degrauatũ pondere ſuo prę ceps attrahetur. Virg. lib. iij. Degrauat ætna caput Cypri. Quomodo cœlũ petunt & ad ſublimia & alta conſcendũt qui terrenis cupiditatibus degrauãtur. Ingrauo intus ſeu valde grauo. Hiero. in Exo. Ingrauatũ eſt cor pharaonis. Prægrauo valde grauo. Idẽ ad Marcellam. Quapropter moneo vt dũ mundi huius viam currimus nõ duabus tunicis: nõ calciamentorũ pellibus prægrauemur. Et hæc omnia habent penul. cor.

¶ Grauate aduerbiũ ſignificat cum labore ſiue cũ moleſtia.

¶ Graueſco is. grauis & oneratus fio. Vir. li. ii. Gę. Nec minus interea fœtu nemus omne graueſcit. id eſt oneratur. Hinc aggraueſco magis grauis fio. Ter. in Ecy. Male metuo ne philomenæ magis morbus aggraueſcat. Ingraueſco eiuſdẽ ſignificationis eſt Aug. lib. ii. ci. dei. Nam ingraueſcẽte peſtilentia ludi ſcænici romæ primitus inſtituti ſunt.

¶ Grauida mulier: q̃ iam concepto fœtu grauatur. Prægnans: q̃ iam occupata eſt in generando quod cõceperit. Aug. Quo modo fiet iſtud vt vtero grauida ſim pudico & immunis ſim a marito? Aliquãdo ponit pro plena. Inde grauido as. ꝓimpleo veteres poſuerũt. Cæcil. Titte p myſteria hic honeſte grauidauit ꝓbo Leo papa Virgo regia Dauidicę ſtirpis eligitur. q̃ ſacro grauidanda fœtu diuinã humanãq; prolẽ prius concipceret mẽte q̃ corpore. Et inciens propinqua partui incitatus ſit fœtus eius.

¶ Grauaſtellus: ſenior. Plau. Quis eſt grauaſtellus iſte qui aduenit? Vt puto a grauitate dictus.

¶ Grex differt ab armento q; grex minorũ animaliũ ſit cõgregatio: vt ouiũ: porcorũ: caprarũ. Armẽtum maiorũ: vt Camelorũ: boũ: equorum. Hier. in deutero. Habuerunq; armenta boum & ouiũ greges Ouid. Mille greges illi totidẽq; armẽta per hærbas paſcebant. Vir. Hæc ſatis armentis ſuperat pars altera curæ Lanigeros agitare greges hirtaſq; capellas. Inuenitur tamẽ quãdoq; grex de maioribus dici. ſ. bobus. Vir. Aut aliquã in magno ſequitur grege. Tamen ad diſtinctionem addidit magno. ſicut Hor. adiecit mugientiũ. Aut in reducta valle mugientium proſpectat errantes greges: Quaſi Grex generalius nomen ſit: armentũ ſpecialius. Et illud ſine appoſito de pecoribus minutis intelligatur: cũ appoſito poſſit etiã ad maiora tranſferri. Cice. Fudit apothecas: cecidit greges armentorũ. Col. li. i. Nec abſint greges armentorũ cæterorũq; quadrupedum culta & dumeta paſcentiũ. Dicitur & grex de auibus. Aug. li. xii. ci. dei. Alias vero greges inſtituerit quæ congregatæ atq; in gregibus malint viuere: vt ſunt columbæ: ſturni: cerui: damulę: & cętera huiuſmodi. Etiam bonorũ vel malorũ hominum dicitur Grex. Cic. In his bonis gregibus oẽs aleatores: omnes impuri impudiciq; verſantur. Et eſt tam fœ. qua maſ. generis.

¶ Gregarius. ex grege vulgaris. Vnde Gregarius miles dicitur nõ electus ſed tumultuarie vndecũq; collectus. Salu. Deinde multi memores Syllanæ victorię q; ex gregariis militibus altos ſænatores videbãt alios ita diuites vt regio victu atq; cultu vitam agerent. Col. lib. vii. Gregariorũq; paſtorũ velut minutã profeſſionis ſuæ diſciplinã conſtantiſſime repudiaſſe.

¶ Grego. as. de quo Priſ. Sunt & alię deriuationes diuerſas terminationes habẽtes tam a nomibus q̃ a verbis naſcentiũ verborũ. vt a Græco Græciſſo & græcor. a Grege Grego. a philoſopho philoſophor. Huius tamẽ compoſita magis in vſu ſunt vt ab grego qđ eſt deduco. Aggrego. aſſocio. adiũgo Lact. lib. iiij. ſi nobis credendũ eſſe non putant. credant homero qui ſũmũ illũ iouẽ dęmonibus aggregauit. cõgrego. Idẽ in eodẽ aliũq; ſibi populũ fideliorem exalienigenis cõgregaret. Segrego ſeorſũ pono diuido. Feſtus. ſegregare eſt ex pluribus gregibus partes ſeducere. Et hęc oſa habent pe. co.

¶ Gregalis. & hoc gregale qđ in grege viuit. Varr. lib. ii. de re ruſ. Equi boni futuri ſigna ſunt ſi cũ gregalibus in pabulo contendit in currẽdo alia ve qua re quo potior ſit.

¶ Gregati per diuerſos greges. Var. Merula q; mera ideſt ſola volitet. Contra ab eo graculi q; gregatim.

¶ Greſſus a. um. participiũ a gradior. Greſſus us. inceſſus ambulatio: vt greſſus meos dirige.

¶ Greſſibile quod eſt aptum ad gradiendũ: vt homo eſt greſſibilis.

¶ Greſſutus a. um. pe. pro. idẽ quod greſſibile non quod magnos habet pedes: vt quidam autumant. Nam Aug. in dialec. ſic ſcribit. Socrates & homo eſt & greſſutum.

¶ Greſſus. a. um. nomẽ eſt quãtitatẽ ſignificãs. Cuius diminutiuũ eſt greſſulus.

¶ Groſſi tantũ pluraliter dicũtur ficus ante q̃ maturęſcant. Alij dicũt groſſos eſſe ficus qui nõ matureſcũt. Primitiuæ ficus quę præcoces ſeu præcoques & a neotericis Flores appellant: apud græcos prodromos vocant. Col. lib. iij. Si voles ficũ q̃uis natura ferax facere cũ groſſuli minuti erunt fructum decutito.

¶ Honor & honos in ntõ: & aſpirat ſecũdũ Apul. vt differat ab Onos aſinus. Dictus honos ab ho neſto onere vt inquit Var. Et honeſtus q; onus ſuſ tineat reip. Ex quibus verbis conſtat honus & ho nuſtus aſpiratione exigere: cum tamen eruditorũ vſus hodie non aſpiret. Eſt autē honor reuerentia quã alicui exhibemus in virtutis teſtimoniũ. Ali quãdo etiã dicitur dignitas. Cic. lib. i. ad Cæſ. ſunt. Tu cũ ea quę es e ſenatu ſummo cũ honore tuo cõ ſecutus. Et honor adminiſtratio magiſtratus. Vñ conſulatus & ptura honores dicũtur: & ius honora rium ius ptoris. Ouid. lib. i. faſ. Verbaq; honoratus libera ptor habet. Reliqui tamẽ magiſtratus largo modo honores dicũtur & curſus honor⁹ gradus di citur cum honor honori ſuccedit: vt ædilitati ptu ra: cõſolatui cenſura. Aliquãdo accipitur honor ꝓ pulchritudine. Virgil. lib. i. Et lætos oculis afflarat honores. Et alibi. Frigidus & ſyluis aquilo decuſ ſit honorẽ. Aliquando ꝓ cultura obſeruãtiaq;. Idẽ lib. vi. Semper honore meo ſemper celebrabere do nis. Aliquando ꝓ pudicitia. Idẽ. Et rapti ganyme dis honores. Aliquando ꝓ hoſtia: vt Meritos aris imponet honores. Aliquando ꝓ prẽmio: vt apud eundẽ. Ipſis ꝑcipue ductoribus addit honores. Ali quando ꝓ ſepultura. vt Cernit ibi mœſtos & mor tis honore carentes. Aliquando ꝓ Amore. Idem Per. Si quis amate tangit honos animũ.

¶ Honor p̃fandus eſt: & honorẽ prefati cũ dicim⁹ eſt loqui cũ reuerentia eius qui audit. Quod fieri ſo let cum eſt locutio de aliqua re turpi.

¶ Honorarius. a. um. qđ ad honorẽ ptinet: vt Ius honorariũ. i. pretoriũ. ab honore pretorũ. Honora rius arbiter dicit quẽ honoris cauſa vtraq; pars ſũ mũ facit ſuæ cauſæ & controuerſiæ iudicẽ. Cic. lib. v. tuſ. Quorum cõtrouerſiam ſolebat tanq̃ honora rius arbiter iudicare Carneades. & ludi honorarij quos antiqui liberalia dicebant: vt inquit Feſt. Di cti honorarij ab honore videlicet eorũ qui munera ea populo edebant. Honorariũ quoq; idem fere eſt quod munus præmij cuiuſdam loco datum: vt eſt apud Vlpianũ & Iuriſperitos.

¶ Honoraria. ludi qui a ro manis fiebant in hono rem liberi patris: qui & liberaria dicebãtur.

¶ Honorus. a. um. qđ cũ honore eſt. Vñ Inhono rus ſine honore. Amb. li. i. offi. Loculos pecunia⁹ quas pauperib⁹ erogabat cõmiſſos habebat: ne vi deat quaſi inhonor⁹ aut quaſi egen⁹ dñm ꝓdidiſſe

¶ Honoro as. pe. ꝓ. honore afficio. Vñ honoratus q; in honore habetur. Cic. li. i. offi. Dicendũ eſt etiã qualem hoïs honorati & principis domũ placeat eſſe. Huius cõpoſita ſunt Exhonoro & Inhonoro q̃ ſunt ſignificationis contrariæ ſuo ſimplici. Leo pap. Hic eſt q; in Abel occiſus eſt. in Dauid pſecu tus & in ꝓphetis exhonorat⁹. i. ſine honore habit⁹ vituperatuſq;. Et ī Euã. Vos aũt inhonoraſtis me.

¶ Honorificus. a. um. quod honorẽ confert. Cice. Cælio. Honorificus in me conſul fuit & ſuauis ami cus. Hierony. Scedulę quas miſiſtis honorifica me affecere contumelia: ſic ingeniũ prædicantes vt fi dei tollerent veritatem.

¶ Honorifico. as. honorẽ facio. Lactã. lib. vij. Vt adorent & honorificent regem magnũ.

¶ Honorificẽtia. æ. ab honorificẽs fit. Vnde & ho norificẽtiſſimus. Cicero. Aulo. Ceci. In quo admi rari ſoleo grauitatẽ & iuſtitiam & ſapientiã Cęſaris nunq̃ niſi honorificentiſſime Pompeiũ appellat.

¶ Honorabile. quod eſt honore dignum.

¶ Honeſtum. eſt qđ virtutẽ probitatẽq; ſignificat quo cauetur ne quid indecore effœminate libidino ſe turpiter fiat: cogiteturve. Iuue. Partícipẽ qui te ſe creti fecit honeſti. Sal. Calũnia paucoꝝ quibus oſa honeſta atq; inhoneſta vendere mos erat. Et hone

ſtus dicitur honoratus qui honus reip. ſuſtinet. Itẽ Pulcher. Terẽ. in Eu. Ducit ſecum vnã virginẽ dono huic pape facie honeſta. Sic inhoneſtus turpis. Idem in eadem. Illum ne obſecro inhoneſtum ſenem: mulierem?

¶Honeſtiſſimus valde honorabilis. Cic. Lentulo. Poſt tuũ deceſſum is dies nobis honeſtiſſimus fuit in ſenatu. i. habebatur in magno honore.

¶Honeſtas & honeſtitudo accipiũt̃ p ipſa virtute

¶Honeſto. as. ſæpe vel quaſi cõtinue honoro honorifico ve. Sal. Sed q̃ indignos homines honore honeſtatos videbam. Huius compoſita ſunt Cohoneſto: qđ eſt ſimul vel oẽs honeſto. Cic. Bruto. Quos cohoneſtaris in primiſq̃ meſi reſp. municipũ tuo ſtudio diligentia bene adminiſtrata erit. Dehoneſto: quod eſt contrariũ ſuo ſimplici. Aug. li. v. con. Quid nocuerunt tibi: aut in quo imperium tuũ dehoneſtauerunt.

¶Hopiſthographi. pe. cor. ſed vertendo tenuẽ in aſpiratã nam ſine h. ſcribi debet: non ſpecie libellari: ſed voluminis: habiles torqueri a tergo videtur appellati. quoniam vtraq̃ pagina ſcripti eſſent adverſa & auerſa minutis lr̃is & lituris pleni. A quo fortaſſe liturarios Auſoni⁹ poeta eos dixerit. Ply. Iunior. Electorũq̃ cõmentarios. clx. mihi reliquit opiſtographos. Alij accipiunt opiſtographũ peq̃ dita ſcriptũ eſt vt legi poſtea nõ poſſit niſi librarijs deſcribendũ mandetur. Alij p charta deletili ſiue palimpſeſto poſſe capi exiſtimant. quia Vlpia. de bonorũ ſecundũ tabulas poſſeſſione diſſerens. Chartæ inquit appellatio etiã ad nouã chartam refertur. & ad deletitiã. Proinde ſi in hopiſtographo quis teſtatus ſit hinc peti poteſt bonorũ poſſeſſio.

¶Hopiſthocomæ. pe. cor. dicebãtur Euboici qui comã per terga fuſam alerẽt. ſicut Acrocomę thraces qui antrias in frontẽ muliebriter dimitterẽt.

¶Hopiſthophylaces vocabãtur qui in prælijs terga cuſtodiebant.

¶Hopiſthocrepides. penul. correpta calciamentũ quoddam fœmineum.

¶Hopiſthoten⁹ dicit̃ cũ caput ſcapulis annectit̃.

¶Hora tempus ſignificat. i. quãcunq̃ æternitatis partem ſiue annũ: ſiue diurnum: ſiue nocturnũ ſpatium ſignificet. Hinc quattuor anni tẽpora hoc eſt hyems: ver: eſtas & autumnus: ſiue deæ q̃ quattuor anni tẽporibus pręſunt: vt Homero placet aulę horæ dicũtur plurali numero. Itẽ partes ipſæ in quas diſtinctus eſt dies horę vocãtur. Hę principio duodecim fuere. Dicta hora ab ωροσ quo verbo vrina ſignificatur. Fertur em̃ quodã tẽpore hermes Trimegiſtus cũ eſſet in ægypto ſacrũ quoddã animal Serapi dicatũ q̃ in toto die duodecies vrinã feciſſet pari ſemper interpoſito tempore per. xij. horas diem diuidi debere cõiecit. Poſtea in. xxiiij. horas dies diuiſus eſt. Vel dicta eſt hora απο του οριξειν qđ eſt terminare. Nam extremitas cuiuſcũq̃ rei terminus eſt & horæ terminant tẽpora. Quidã ab horo: hoc eſt Apolline qui ęgyptiaca lingua ſol dicit̃ quia ſolem Iouis oculũ dicũt. Hora etiã iuuentutis dea dicta eſt. Ennius. Te quirine pater venerot horamq̃ quirini. Et hora græce ſignificat pulchritudinem. Vnde horæos adoleſcens formoſus.

¶Horula. pe. cor. diminutiuũ: hora parua. Hiero. Poſt aliquã horulam iuxta exigentiã temporis ad eccleſiam ſorores campanula vocet.

¶Horũcula aliud diminutiuũ. Idẽ ad Euſto. Poſt aliquã horunculam in qua legendũ eſt poſt cibum vel orandũ liceat volentibus paulũſper quiete potius q̃ ſomno corpus refocillare.

¶Horariũ: horæ ſpatiũ. Sue. in domi. Inter initia principat⁹ quotidie ſecretũ ſibi horariũ ſumere ſolebat: nec quicq̃ amplius q̃ muſcas captare ac ſtilo p̃acuto configere. Eſt & orariũ ſine h. de quo alibi.

¶Horologiũ. inſtrumẽtũ quo horę deſignant̃: qđ olim ſolariũ dicebat̃: quoniã in ſole tantũ horarũ ratio cõſpicereť. Sed excogitatũ eſt: vt etiã ſine ſole vel ipſo ſonitu denũciẽtur horę. Apud antiquos em̃ erat cõcha hemicyclea lineis debita ꝓportione diſtincta cui prelongus ex ęre aut ligno baculus ſoli oppoſitus ſuperemínebat: & ei⁹ vmbra in lineas incidens horas oſtendebat. Q̃ q̃ & alia habuerunt priſci horologia vaſa ænea aquis plena: quantũcunq̃ in aliud vas cecidiſſet aquarũ cũ ad inſtincta inſpexiſſent ſigna: quid tẽporis elapſum fuiſſet intelligebãt eaſq̃ a perforati vaſis ſimilitudine clepſydras appellarũt. vt Ply. oratorẽ & Cor. Tacitũ. ſępe videamus ſcribere trib⁹ aut quattuor clepſydris dicẽdi tẽpus pręfixũ oratoribus fuiſſe. Et hæc duo horologiorũ genera. Cice. lib. ij. de na. de. ſic indicat. Aut cũ ſolariũ vel deſcriptũ aut ex aqua cõtemperi intellígere declarari horas arte non caſu aquæ ſalientes quãdoq̃ ex viuo fonte: quandoq̃ ex vaſis ſuperne pendẽtibus fiſtulis deductæ quo magis cohortantur: eo feruentius prouolant in ſublime.

¶Horoſcopus. pe. cor. ab hora ſeu horos & σκοπεω ſpecto ſignificat eã cœli ptẽ q̃ hora qualibet ab inferiori hemiſphærio ſurgit ab oriente. Aſtrologi Aſcendens appellant. Significat etiã inſtrumentũ quoddã ad horas oſtendẽdas. Aug. lib. v. de ci. dei. Ac per hoc ſi tam celeriter alter poſt alterum naſcitur vt eadem pars horoſcopi maneat: paria cuncta quęro q̃ in nullis poſſunt geminis inueniri. Si autẽ ſequentis tarditas horoſcopũ mutat parentes diuerſos quęro quos gemini habere nõ poſſunt. Quãdo vero adiectiuũ eſt ſignificat omne id in quo horæ notãtur. Ply. Vaſa horoſcopi non vnquã eidem ſunt vſu trecẽtis ſtadijs aut longiſſime etiã quingentis mutantibus ſemet vmbris.

¶Horizon. pe. pro. finitio vel terminatio dicitur. Nã circulus eſt vel cœli terminus quodã circo deſignatus qui ſuper terrã videt̃ quẽ ſibi vniuſcuiuſq̃ circunſcribit aſpectus. Centum & octoginta ſtadia nõ excedit acies contra videntis. Vbicunq̃ terrarũ ſteteris videris tibi quandã cœli concluſionẽ videre Horizontẽ vocauerunt. Fit autẽ ab Horos: quod eſt terminus & finis cõtra tamẽ iſtas vulgi parabolas eſt Proclus Lycius Platonicus: qui ita ſcribit. οριζων δε εϛι κυκλοσ διοριζων ημιρ το τε φανερον και το αφανεσ μερο του κοσμου και διχοτομων την ολην φαιραν του κοσμου ανω και κατω dicitur ergo horizon circulus diuidens hemiſphęriũ ſuperius ab hemiſperio inferiori in cõtactu cœli & terrę noſtri viſus nõ autẽ horizon terminans quia græce neſciunt qui ſic loquũtur.

¶Horia: nauis piſcatoria. Plau. in Ru. Saluete. horia mari fluctuoſo. Idem mea opera laboratur & ręte & horia: huius diminutiuũ eſt Horiola.

¶Horda dicitur vacca prægnans. Nam quæ ſterilis eſt Taura appellat̃. Ab horda hordicalia dicta ſunt dies in faſtis q̃ tũc Hordæ boues ĩmolarẽtur

recentiores. Fordus forda fordum dixerunt. Oui. Forda ferens bos eſt fœcunda⁊ dicta ferendo.

¶Horror tremor proprie cum totũ corpus vel frigore vel pauore intremiſcit. Col. li. iij. Febres aliæ protin⁹ incipiũt a calore: aliæ a frigore. Frigus vo co vbi extremæ partes mẽbrorũ inalgeſcunt: horrorẽ vbi totũ corpus intremit. Virg. Mihi frigidus horror membra quatit. Plau. Quis hic horror eſt? quid pauitas? Refertur etiã quandoq; ad toruitatẽ aſpectus. Apul. Quẽ cũ aſpexiſſet horrore hoſis deterritus ſtatim retroceſſit. Quandoq; ad abominationẽ. Var. Ira odium horror eos ab incœpto retrahit. Quandoq; ad venerationẽ. Luca. Arbonbus ſuus horror ineſt.

¶Horriditas. ipſe horror. Neui⁹. Omnia mihi horriditati erant maximæ.

¶Horridus horrida horridũ. Hiſpidus aſper. Vir. lib. iiij. Et glacie riget horrida barba. Et horridus timendus. Idem. Horridus in taculis.

¶Horridulus dimi. quo tremẽs ſignificatur. Perſ. Scis comitẽ horridulum trita donare lacerna.

¶Horriſonus. a. um. pe. correpta quod cum horrore ſonat: ſiue quod horridum ſonũ habet.

¶Horribilis formidabilis. Cic. Et qđ dictu quoq; horribile videtur viuentis ſanguine hauſto. Item. Tæter deformis. Varro. Fœda atq; horribili.

¶Horrificus. a. um. quod horrorem facit.

¶Horreo horres horrui. horrorem habeo proprie cum pili ſetæve in animante eriguntur. Verũ quando hoc ex frigore fit dicim⁹ horrere frigere. Iu. Et horrenti tunicam nõ reddere ſeruo. Et quia frigus in corpore perſæpe a timore eſt: dicimus horrere timere. Virg. li. iij. Geor. Nec varios horret ſtrepit⁹. Et horrere eſt aſperũ eſſe: quoniã corpora q̃ horrẽt aſpera redduntur. Idẽ. Tum late ferreus haſtis horret ager. Col. lib. i. Sunt quędã loca q̃ ſolſtitijs minus cõcaleſcunt: ſed hyemis intolerabiliter horrẽt ſicut thebas ferunt bœoticas. Similiter horrere eſt ſtupere mirari. Idẽ li. iij. Horrẽdũ ac dictu video mirabile monſtrũ. Cõſtruit hoc verbũ mõ abſolute. Terẽ. in Eu. Totus horreo. Modo cũ datiuo. Lact. lib. v. Cui eũ talia ſacrificia nõ horreãt. Modo cũ ablatiuo mediante p̃poſitione: vt apud eundẽ lib. vi. Nam de mortis generibus horret animus recordari cũ immaniũ beſtiarũ vltra ipſam mortẽ carnificina ſæuierit. Modo cũ ablatiuo ſine p̃poſitione. Hiero. Horrebãt ſacco mẽbra deformia. Modo cũ accuſatiuo. Vir. li. iij. ge. Nunq̃ cuſtodib⁹ illis Nocturnũ ſtabulis furẽ incurſuſq; luporũ: Aut impacatos a tergo horrebis iberos. Huius verbi cõpoſita ſunt abhorreo cohorreo exhorreo inhorreo & perhorreo.

¶Horreſco horridus fio: vt cũ quis intrinſecus algorem ſeu tremorẽ in ſe citari & creſcere ſentit pauore ſtupore aut febri inualeſcente & hmõi. Vir. lib. vi. Horreſcit viſu ſubito cauſaſq; requirit. Paſſiue ſumitur ſimiliter Plau. in Aſi. Horreſcet faxo lena leges cũ audiet. i. expaueſcet. Et horreſcere contremiſcere. Vir. lib. iij. Ge. Tum ſegetes altæ campiq; natãtes: Lenibus horreſcũt flabris. Aliquãdo acti ue capitur. Idẽ lib. iij. Aen. Nec tu menſarũ morſus horreſce futuros. i. expaueſce. Sic eius compoſita. Obhorreſco. Exhorreſco. Inhorreſco. & Perhorreſco. actiue & paſſiue ſumũtur.

¶Horreum ab horrore quaſi horridũ ꝓpter aſperitatẽ ariſtarũ: quoniã priſci fruges in ſuis ſpicis cũ ariſtis in granarijs cõderent. Vel quoniã in eminentiori parte villæ ſiue domus eſſe debet: & oppoſitũ ſeptẽtrioni. Septentrio vero qui eſt frigidus facit horrorẽ. Hinc horrea quia frigida eſſe debent & ſic ca ne fruges putreſcant. Var. ab hordeũ tractũ exiſtimat qđ antiqui farreum a farre dicebãt: q⁊ in eo hordeũ ſeruaretur: ſicut a grano granariũ. Nõ ſolũ aũt horreũ accipiẽ ꝓ loco ad cuſtodiã frugũ ſ⁊ etiã rerũ aliarũ precioſarũ ſepoſitarũ a quotidiano vſu vt apud Apul. in meta. Demonſtrat horreũ vbi veſpera ſagaciter argentũ copioſum recõdi viderat. Et iuriſcõſulti horrea frequẽter vſurpant ꝓ repoſitorijs merciũ & rerũ p̃cioſarũ. Horæũ per ſimplex r. & cum diph. dicitur mel æſtiuũ ab hora.

¶Horrearius dicit̃ q eſt cuſtos vł exercitor horrei

¶Hordeũ ab horrore quoniã licet calamus altior frumento q̃ hordeo ſit: ariſta tamen eſt mordacior hordeo. Vel dicitur hordeũ ab oriendi celeritate q⁊ ante oĩa frumenta ſit aridũ. Vel dicit̃ a noĩe fordus a. um. vt loco f. fuerit aſpiratio poſita. Priſci tamẽ illi dixerũt hordus. a. um. cum h. cuius loco poſteriores f. poſuerũt atq; inde aſpiratio manſit: vt ſit hordeum quaſi fordeũ. i. grauidum & prægnans. Hinc hordeaceus. a. um. qđ ex materia hordei eſt: vt panis hordeaceus.

¶Hordearius. a. um. quod ad hordeũ ſpectat. Vn deæs hordearium veteres dicebant quod pro hordeo equiti dabatur.

¶Hordeacia dicta ſunt ab antiquis ſacra in quib⁹ hoſtiæ hordæ. i. prægnantes immolabãtur.

¶Hordeia: genus piſcis.

¶Hormũ: genus ſaltationis armatæ apud lacedæmonios: qđ lycurgũ inueniſſe ſcribit Lucianus.

¶Hornus. a. um. aſpiratur vt differat ab arbore orno: vel q⁊ fiat ab eo qđ eſt hoc & annus. Vnde hornam frugẽ dixerunt quæ hoc anno ꝓuenit. Acron vero hornũ qđ eſt vnius anni dixit: vt Res horna. i. annua vel noua. Et Hora. Hornã frugem apellat. Proper. lib. iiij. Illa dies agnis cædem denũciat hornis. i. anniculis. At Porphirio hornũ huius anni expoſuit. Vñ ſuper illud Horatij in Epo. Et horna dulci vina promẽs dolio. ait horna vina dicuntur huius anni. Noni⁹ vero illius anni interp̃tatus eſt. Et inducit Lucilium lib. xxviij. ita ſcribentem. Vtrum anno an horno te abſtuleris. Hinc hornotinus. pe. cor. ſicut a diu diutinus. Cato. Hornotinæ nuces virides. Col. li. iij. Plantas hornotinas ſerobibus pedalibus factis ante Calendas Mar. diſpoſitas habeas. Idem li. vi. Præcipites palmites dicũtur qui de hornotinis virgis enati in duro alligantur. i. vnius anni.

¶Horno aduerbiũ ſignificat hoc anno.

¶Horſum ſurſum ſignificat infra ſurſum. Terẽ. in Hecy. Tace trepidari ſentio & curſari horſũ ſurſum

¶Hortor quaſi ore pſuadeo: & aſpiratur ne frequẽtatiuũ ab Orior putetur. Et differt a moneo: q⁊ monemus auctoritate & cõſilio: hortamur rationibus & precibus etiã plærũq; blandiẽdo. Ter. Ego propterea te ſedulo & moneo & hortor ne cuiuſq̃ te miſereat. Hui⁹ cõpoſita ſũt Adhortor. Terẽ. in Heau. Syrus eſt apprehẽdendus atq; adhortandus mihi Cohortor. Lact. lib. v. Et antiſtites religionũ cõuocẽt nos: ad cõtentionẽ cohortẽtur: ad ſuſcipiẽdos cultus deorũ pſuadeãt. Dehortor diſſuadeo. Terẽ.

in Phor. Hic dehortat⁹ eſt me: ne illā tibi darē. Exhortor valde hortor. Lac. li. vij. Supereſt vt exhortemur ad ſuſcipiendā cū vera religione ſapientiā.
¶Hortus. us. Vide infra in dictione Ortus.
¶Hortenſius romanus rhetor qui in foro romano cauſarū rex ob eloquentiā dictus eſt: licet eius ſcripta intra famā fuerint. De quo Cice. in Bruto ſic refert. Primū memoria tanta: quantā in viro cognoſſe me arbitror vt quę ſecum cōmentatus eſſet: ea ſine ſcripto verbis eiſdem redoleret quibus cogitaſſet. De quo etiā fertur q; ſedēs olim totū diem in actione omnes res venales & pretia & emptores ordine ſuo recenſuit argētarijs recognoſcentibus: ita vt in nullo falleretur.
¶Hoſſimi. pe. cor. dicti ſunt q ſine naribus naſcūtur habentes tantū formā pro naribus. Hi etiam ſimones appellantur: vt inquit Ply. lib. xi.
¶Hoſpes quaſi oſtiū noſtrū petens gene. com. ſecundum Priſc. Hoſpes tamen dictus eſt q; oſtium noſtrū petat: vel q; ore. i. oculo adueniens nos petat ac mutuo petatur. Luca. Hoſpes in externis audiuit curia tectis. Alij volūt eſſe generis omnis nā neutrū plurale habet hoſpita: cū tamē hoſpitia dici deberet: ſicut dines diuitia. Oui. lib. xv. me. Nec inhoſpita tecta crotonis. Dicūtur autem hoſpites amici diuerſarū patriarū qui ſe mutuo recipiunt cū alter in alterius patria peregrinus eſt. Ouid. Nō hoſpes ab hoſpite tutus. Cic. per dextram iſtam: quā hoſpes hoſpiti porrexiſti. Taliſq; amicitia hoſpitalitas dicitur: ſiue hoſpitiū. Cice. Fuit mihi cū illo vetus hoſpitium. Et eorū domus: quę gratis libera literq; veniēti hoſpiti patent hoſpitia dicūtur. Idē. Ex hac vita diſcedo tanq̄ ex hoſpitio non tanq̄ e domo. Quapropter & ædes quę publicæ parantur ad egenos recipiēdos hoſpitia & hoſpitalia appellantur. Nā illa quæ viatoribus peregriniſq; merce de patent Cauponę diuerſoriaq; vocātur. Hinc appellamus locū in hoſpitalē quo ſine periculo nō venimus aut moramur. Sūt tamē qui nec hoſpes nec oſtium aſpirent.
¶Hoſpita. tæ. & hoſpita neutro genere & numero plurali q̄ facile ſuſcipiūt. Hiero. in Exo. Poſtulabit mulier a vicina ſua & ab hoſpita vaſa argētea. Ter. in And. Num illi moleſto quippiā hæ ſunt nuptiæ ꝓpter huiuſce hoſpitæ conſuetudinē? Sic hoſpita terra dicit i qua facile ſuſcipimur. Et hoſpita æquora: ſeu hoſpita flumina per q̄ nauigari aut trāſiri poteſt. Statius lib. iij. the. Accipies feſſiſq; libēs iterū hoſpita pandas flumina. Virgil. lib. iij. Pauca tibi e multis quo tutior hoſpita luſtres equora. Seruius. Hoſpita equora vicina. Nihil enim nobis vicinius eſſe conſtat.
¶Hoſpitale ſeu hoſpitiū domus hoſpitū. Liu. lib. ij. Ibi benigne excepti diuiſiq; in hoſpitia curatis vulneribus. Significat etiā, hoſpitiū amicitiā & familiaritatem: quā hoſpes erga hoſpitē habet.
¶Hoſpitalis ꝓ liberali & facili ad ſuſcipiendū hoſpites hoſpitio: aptoq; ad ſeruiendum hoſpiti. Hoſpitale adiectiuū qđ eſt hoſpitis: ſiue qđ ad hoſpitem pertinet, Liu. lib. i. Exceptus benigne ab ignaris conſilij cum poſt cœnā in hoſpitale cubiculum deductus eſſet. Et libro ſecundo. Alij profecti domos nuncij hoſpitalū beneficiorū multos Romæ hoſpitum: vrbiſq; charitas tenuit. (tas.
¶Hoſpitalitas ipa facilitas & i recipiēdo benignitas.
¶Hoſpitor hoſpitaris amice in hoſpitiū recipio: vel recipior.
¶Hoſtiū inquit Var. vocant qđ ex vno facto olei reficitur. Factū dicunt qđ vno tēpore conficiunt: quē alij centū quadraginta aiunt eſſe modiorū.
¶Hoſtio. is. æqualiter eo: ꝓcedo: æquo: & vicē reddo. Plau. in Aſi. Quin ꝓmitto inquā hoſtire cōtra vt merueris. i. æqua reddere. Quādoq; comprimo coherceo: dictum ab hoſtia. Pacu. Niſi cohercuero proteruitatē atq; hoſtiero ferociā. Quādoq; offendo cędo. Idē. Nunc id mihi moleſtum eſt: q; hoſtit voluntatē tuam. Hui⁹ cōpoſitum eſt Rehoſtio qđ eſt vicem refero: vt inquit Feſtus.
¶Hoſtimentū equamentū: vt cū quis ꝓ beneficio compenſationē accipit. Plau. in Aſi. Par pari datum hoſtimentū eſt: opera pro pecunia.
¶Hoſtis cōmunis ge. ab hoſtio is qđ eſt æquo: cū in hoſtilū cōflictu ſoleat fieri quędam æquatio ordinū ſeu q; ex equa cauſa pugnā adeant. Vñ apud antiquos hoſtis peregrinus dicebatur q; ſuis legibus viuens nobis æquus videretur. Nunc dicunt eum quē tunc dicebant perduellē: qui nobis: aut cui nos bellum publice decreuimus. Inimicus cū quo priuatas exercemus inimicitias.
¶Hoſtile, pe. p. quod eſt hoſtis. Virg. Indutoſq; iubet trūcos hoſtilibus armis. Hinc hoſtiliter aduersum ad modum hoſtium.
¶Hoſticus. a. um. pe. cor. idem qđ hoſtile. Hor. in Ser. Hūc neq; dira venena nec hoſticus auferet ensis. Col. in præfa. Q; q̄ inter ferrum & ignes hoſticis incurſionibus vaſtatas fruges largius tamē cōdidere q̄ nos quibus diuturna permittēte pace prolatare licuit rem ruſticam.
¶Hoſticus ſubſtantiuū nomen poetæ fuit.
¶Hoſticapax. pe. cor. qui hoſtes capit.
¶Hoſtia ab hoſtis deducit ſignificatq; ſacrificiū qđ ab ijs fit qui in hoſtē pergūt ob victoriā. i. ꝓ victis hoſtibus. Vnde etiā lares hoſtiolos dixerūt q; hoſtes ab eis pellerētur: hæc & victima dicit. Hier. Hoſtia dicitur q̄ per partes diuidit & ſanguis circa altare effundit: & ipſa hoſtia foris cōburitur. Sacrificium dicitur vinū & oleū & mediū animal. Holocauſtū totū cōbuſtū. Et victima anteq̄ occidat. Feſtus. Hoſtia ſacrificiū qđ laribus immolabāt: q; ab illis hoſtes arceri putabāt. Oui. Hoſtib⁹ a domitis hoſtia nomē habet. In qua ſignificatione etiā dicit victima a deuictis hoſtibus. vt apud eundē. Victima q̄ dextra cecidit victrice vocatur. Alij Hoſtiā ab hoſtio ferio deriuant. Placidus grāmaticus ab hoſtimento. i. æquamēto. Gel. ſcribit hoſtiā a quolibet ſacerdote. Victimā eius qui vicerit manib⁹ debere immolari. Hoſtia etiā ciuitas: de qua in dictione, Oſtia. Et hoſtia nomen puellæ quā a ſe amatam Propertius cynthiam vocauit.
¶Hoſtiū hoſtiarius. Vide infra in dictione Oſtiū.
¶Hoſtorium: lignū æquatoriū: baculus cum quo modius & cæteræ menſuræ æquantur: & alio nomine radius dicitur.
¶Huber ſecundū Apul. cū h. ab υω pluo. Alij magis ab humeo. Loca eñ arida in fœcūda ſunt: contra: quæ humecta ſunt feracia: & mulierū hubera ſi humore careant: carebūt & lacte. Generis cōmunis vel omnis ꝓ abundāti & fœcūdo. Cato li. ij. Orig. Ita res huber fuit. Amb. li. Hexa. Quacūq; ex causa ſoli huberis ſterilitate mulctat. Palladius. Pratis

recentia ſtercora proficiẽt ad huber herbarũ. Huiꝰ contrariũ eſt Inhuber. Gel. Inhuberes & multę quidem macręq; eſſent. Huber vero neutro genere mãma eſt. Virg. Binos alit hubere fœtus. Ab huber ꝓ fœcundo fit hubertas: hubertim: & huberrime aduerbia pro fœcunde copioſe.

¶Hubero.as. huberem & fœcundũ facio. Palla. li. iiij. Hoc velut coitu ſteriles arbores huberãtur.

¶Hubertus.a.um. abundans. Gel. Sed ea ipſa genera dicẽdi antiquitꝰ tradita ab Homero ſunt tria in tribus. Magnificum in Vlyſſe & hubertum. Subtile in Menelao & cohibitũ. Miſtum moderatumq; in Neſtore.

¶Hui: interiectio eſt dolentis ironiã ſignificãs.

¶Huic datiuꝰ pronois monoſyllabũ eſt: vt Huic cõiunx Sichęus erat. Quandoq; per dihęreſim biſſyllabum efficitur. Sta. lib. i. the. Lætus huic domino videas dare iura nepotes.

¶Hululo.as. pe.cor. proprĩ eſt vocis tum luporum: tum canum. Hinc hululatus.

¶Hulula.pe.co. auis buboni ſimilis quę a cãtu ſuo nomen accepit.

¶Humus: terra humefacta. a quo Humeus. a.um. quod ex humo eſt. Dicta humus ꝙ humorẽ contineat. licet non conuenĩãt tempore.

¶Humor ab humꝰ fit: qa aquę terris incluſæ ſunt.

¶Humidus a.ũ. pe.cor. qđ extrinſecꝰ humorẽ hz.

¶Humeo es. humui humectũ: madidus ſum. Col. lib. iiij. Verum eſt opere difficilior ꝙ neq; humentẽ fodere poſſis ꝙ ſit glutinoſa: nec nimiũ ſicca quia vltra modũ præduratur. Aug. lib. xiij. de ciui. dei. Erat enim puluis humectus.

¶Humeſco humidus fio. Vir. li. iij. geo. Humeſcũt ſpumis flatuq; ſequentũ. Ambro. per tranſlationẽ Pulchrũ eſt vt diuinarũ ſcripturarũ humeſcamus eloquio: & quaſi roꝛ ſic in nos dei verba deſcẽdãt.

¶Humecto.as. frequentatiuũ ſępe humidũ facio. Virg. lib. iiij. Georg. Qui niger humectat flauentia culta galeſus. Colu. lib. viij. Agnus cum eſt editus erigi debet atq; huberibus admoueri: tum eius deductum os preſſis humectare papillis: vt cõdiſcat maternũ trahere alimentum.

¶Humarium: ſacrificij genus.

¶Humo.as. humo cõtego ſepelio. Ci. lib. tuſ. Magorũ eſt mos nõ humare corpora ſuorũ niſi a feris iint ante laniata. Idẽ in eodẽ. In terrã eñ cadentibus corporibus hiſq; humo tectis: a quo dictũ eſt humari. Humatus ergo humo contectus ſepultus quoquo modo cõditus. Quãdoq; tamẽ humatus ꝓ ſepultus ponit. Gel. In ſut pueri ſepulchro humatus eſt. Huius cõpoſita ſunt Exhumo qđ eſt e terra, extraho. Inhumo terræ mijcio. Ply. li. xvij. Nõ inhumare taleas aut ſiccare prius q̃ ſerãtur vtilius cõpertũ. q̃uis inhumatus quãdoq; inſepultus dicat.

¶Humanus a.um. ab homo: ſicut a fera ferinꝰ: mutata o in u. Veteres eñ homanus dixere: & ꝓprie dicitur qđ eſt hominis: vel quod ad hominẽ ſpectat. Plaut. in Am. Non minus q̃ veſtrũ quis formidat malum humana matre natus humano patre. Ter. Homo ſum humani nihil a me alienũ puto.

¶Humanæ res dicuntur res hominũ: vt argentũ, nũmi: fundus poſtremo etiã ipſa cogitatio.

¶Humanitas ꝓprie naturã humanã ſignificat. Vñ apud apoſtolũ ſcriptũ eſt: vt humanitas ſubijciat̃ diuinitati. Deinde ſumit̃ ꝓ eo qđ greci φιλανθρωπιαν vocãt quaſi amorẽ in homines φιλοσ amor & ανθρωποσ homo. Cic. lib. i. offi. Nõ modo id virtutis nõ eſt ſed eſt potius ĩmanitatis omnẽ humanitatẽ repellẽtis. Amb. lib. iij. offi. Conſydera homo vñ nomẽ ſumpſeris. Ab humo vtiq; q̃ nihil cuiq̃ eripit ſed oĩa largitur oĩbus: & diuerſos in vſus omniũ animantiũ fructus miniſtrat. Inde appellata hũanitas ſpecialis & domeſtica virtus hominis quę conſortẽ adiuuat.

¶Humaniter aduerbiũ ſignificat cũ humanitatẽ.

¶Humanitus ſimiliter aduerbiũ: ſignificat ab hominibus: ſicut diuinitus a deo & cœlitus a cœlo.

¶Humile pe.cor. dicit qđ eſt humi decliue. Vñ & ꝓ paruo abiecto & ſubmiſſo ponit̃. Vir. Atq; hũiles habitare caſas. Col. li. iiij. Bos humilis inqt. Hinc hũilitas breuitas abiectio. Ci. li. i. offi. Quorũ autẽ prima ætas ꝓpter humilitatẽ & obſcuritatẽ in hominũ ignoratiõe verſat̃. Humilio.as. humilẽ facio.

¶Humerus pe.cor. ab humo fieri quidã exiſtimãt quia inſtar humi ſufferẽdis onerib⁹ apti ſunt humeri. Sũt aũt humeri a qbus dependẽt brachia. Quorũ quidẽ humeroꝝ latitudo fortitudinẽ ac prudentiã indicat. Vir. lib. iij. Hęc fatus latos humeros ſub iectaq; colla. Hi etiã armi dicũtur: a quibꝰ arma. vt inquit Feſtus. Hinc humeroſus. a.um. Col. lib. iiij. Itaq; cuſtodiemus vt a prædictis locis quos humeroſos ruſtici vocant ſemina legamus.

¶Hũni populi ſunt q quõdã in ſcythia Europę ſuper mæotida paludẽ incoluere deinde mutatis ſedibus ingenti multitudine ꝓfecti in pãoniã deuenerunt. De his Hiero. in Ocea. Ab vltima mæotide inter glatialem tanain & maſſagetarũ ĩmanes populos vbi caucaſi rupibus feras gentes Alexandri clauſtra cohibent erupiſſe hunnorũ examina: quæ pernicibus equis huc illucq; volitantia cædis pariter ac terroris cuncta complerunt.

¶Hyacinthus flos viola & gemma in qua fulgor violaceus dilutus eſt: vt inqt Ply. Vñ hyacinthinꝰ a.um. pe.cor. color aerius. Hier. in Exo. ſcribit peles hyacinthinas appellari a colore. Et velum ex hyacintho cocco byſſo purpuraq; contextum. In quo hyacinthus aeri deputabat̃: ſicut coccus æthery: byſſus terræ purpura mari: vt idem cũ Ioſepho aſſerit. Ouid. li. x. me. Annua præclara redeũt hyacinthina pompa. Sunt autẽ hyacinthi albi & cærulei & rubei ſiue purpurei. Vñ & hyacinthina. Virg. Et ſuaue rubẽs hyacinthus. Eſt aũt hyacinthus ruber flos ex herba eiuſdẽ nominis naſcens. A cuius ſimilitudine rubræ veſtes hyacinthinæ veſtes nominant̃: hoc eſt hyacintho flore ſimiles. Per. Huic aliquis cui circa humeros hyacinthina lena eſt. Vñ inter gẽmas quæ beryllꝰ dicũtur hyacinthizontes vocãtur qui rubore quodã ſuffuſi ſunt. Et hyacin-

thus ꝑ ſe gẽma eſt amethyſto ſimilis. Hyacinthin⁹ color hiſginus etiã dicit a genere herbæ q̃ hiſge dicitur. De hyacintho aũt flore duplex extat fabula. Nam & hyacinthũ puerũ dilectũ ab Apolline: quẽ imprudẽs interfecit in hunc florẽ mutatũ tradunt. Vñ in eo duæ primę litterę inſcriptę cernũtur αυ q̃ vox dolẽtis eſt. Et Aiacẽ in eundẽ florẽ cõuerſum aiũt dum impatientia ꝑlati ſibi Vlyſſis ſeipſum interemit: cuius nomẽ ſimiliter in principio αι litteras habet. Ouid. Littera cõmunis medijs puerocꝫ virocꝫ: Inſcripta eſt folijs hæc nomis illa querelæ. Sunt q̃ hyacinthos vacinia interpretentur latine. Ply. Italiæ inquit vacinia in aucupijs fata. Galliæ vero etiã purpurea tingẽdi cauſa ad ſeruoꝝ veſtes

¶ Hyacinthina ſubſtãtiuũ vt auctor eſt Hiero. cõtra Ioui. dicebãt q̃dã ſacra nocturna hyacinthina vero adiectiuũ ẽ ab hyacinth⁹ ſicut mõ oſtenſũ eſt

¶ Hyades ſtellæ ſeptẽ in cornibus & ore tauri quæ quotiẽs naſcũtur vel occidũt pluuias creant απο του υω pluo. Sudas. υαδες οι επι τῳ κερατῳ του ταυρου αζερες. Ouid. At ſimul inducẽt ob ſcura crepuſcula noctẽ: Pars hyadum toto de grege nulla latet. Ore micant tauri ſeptẽ radiãtia flammis: Nauita quas hyades grai⁹ ab vrbe vocat. Vel dictæ ſunt hyades q̃ in ſpeciẽ y litteræ poſitæ ſint in cœlo. Alij dicunt q̃ hæ bacchi nutrices fuerunt quæ dodonides nymphæ vocantur a dodona ciuitate Epiri: & cum Iunonis irã vererentur: fugerẽtq̃ Lycurgi regis ſæuitiam: Iupiter eas in cœlo intulerit: & ſtellas eſſe iuſſerit. Alij tradunt Atlantem ex Aetra vxore Hyam filiũ ſuſcepiſſe: quẽ a leone deuoratũ cum ſorores miſerabili lamentatione proſequerẽtur & mœrore vitam finirent Iupiter illas miſeratus in ſtellas verterit: vt earũ pietatis perpetuũ hoc eſſet teſtimoniũ: quę de fratris noĩe hyades ab hominibus dictę ſunt. Fuerũt autẽ ſeptem ſorores quæ & Atlantides appellantur. Latini eas ſuculas vocant: quia ſues gaudent luto quod fit ex pluuia aqua. Harũ nomina Ambroſia: Eudora: Priſithoe Coronis: Plexaura: Pitho: Tythe.

¶ Hyæna cũ diph. & pe. p. animal ferũ atq̃ agreſte qđ alternis maſculũ eſſe & fœminã tradit Ply. Sermonẽ quoq̃ humanũ aſſimulare: in cuius ſpina articulus ſiue nodus eſt ad medicamina efficax. Hie. Fel hyenæ oculorũ reſtituit claritatẽ. De animali Ouid. lib. xv. me. Et quę modo fœmina tergo Paſſa marẽ: nunc eſſe marẽ miramur hyænam.

¶ Hyalus. pe. cor. vitrũ. Et pro viridi colore ſumitur. Virg. lib. iiij. Georg. Mileſia vellera nymphæ Carpebant hyali ſaturo fucata colore. i. vitri q̃ fit naturaliter coloris viridis. Inde fit hyalinus ꝑ vitreo: Hyalurgus pro vitreario.

¶ Hybernia: inſula inter ſeptentrionẽ & occidentẽ ſolẽ dimidio minor q̃ britannia: cui propinqua eſt ab hyberno tempore vt quidam putãt ſic appellata ꝓpter hyemis magnitudinẽ. Hinc hybernicus. a. um. vt Mare hybernicum.

¶ Hybernus. a. um. qđ eſt hyemis: vt Glacies hyberna: qđ nomen ab hymbre deduci aſpiratio indicio eſt. Quidã tamẽ magis per i latinũ ſcribunt hibernus. ſicut & hiems & himber. Fit autẽ hybernus ab himber. remota m. ſicut a patre paternus. Sed vtcunq̃ ſcripſeris puto culpandus nõ eris.

¶ Hyberna numero plurali dicũtur loca in quibus milites hyeme ſtationẽ faciũt: ſicut Aeſtiua in quibus eſtiuo tempore cõmorãtur. Varro appellat Hybernacula. Cæſar. Poſt hęc legionibus in hyberna deductis in Italiam profectus eſt.

¶ Hybernacula. loca ad hybernandũ parata. Liu. In eo loco milites hybernacula ſibi conſtituerũt.

¶ Hyberno. as. hyemo: ſeu in hyeme ſtationem facio. Liu. Legioneſq̃ placentiæ hybernabant.

¶ Hyble vel hybles.: ciuitas Siciliæ in qua thymi & ſalicũ copia ab Hyblone rege dicta. Hanc Stra. a dorienſibus conditã ſcribit. Eſt etiã huius nomis mons proxim⁹ thymo abũdans vñ apes paſtę mel optimũ cõficiũt. Hinc hyblæus. a. ũ. vt Apes hyblæę & Mel hyblæũ. Virg. Hyblæis apibus florem depaſta ſalicti. Mar. Cũ dederis ſiculis mediæ de collibus hyblæ. Cecropios dicas tu licet eſſe fauos. Hic mons etiã megara vocatur.

¶ Hybridę. pe. cor. vocãtur canes q̃ imparibus parentibus nati ſunt inqt Porphirio hoc eſt venatico: & gregario. Ply. lib. viij. ſcribit hybridas vocari ſues ex fero & domeſtico ſue ꝓgenitos. Quę appellatio ad homines quoq̃ tranſlata eſt: vt q̃ patre Romano & matre peregrina natus eſt vel e contrario hybrida appellat υβρις eſt cõtumelia: υβριζω cõtumelior cõuicior. vt ſint hybridæ quaſi per contumeliã nati. Sue. in Augu. Themaſini epicadi ex gente parthica hybridæ. Hora. lib. i. Ser. Hybrida quo pacto ſit perſius vltus opinor.

¶ Hybris: auis ex accipitrũ genere q̃ die minus apparet quia non clare videt ſed nocte venatur more aquilæ. Pugnat etiã cũ aquila adeo acriter vt ſępi⁹ ambæ implexæ deferantur in terram.

¶ Hydaſpes: fluuius indiæ: de quo Luc. li. vi. Qua rapidus gãges: & qua niſeus hydaſpes. Dictus ab Hydaſpe antiquiſſimo medorum rege.

¶ Hydor. latine aqua: vnde fiunt quę ſequũtur.

¶ Hydria vrna ad capiendam aquam.

¶ Hydrus & hydra genus anguiũ in aqua degentium απο του υδατος. ſed hydrus mas: hydra fœmina. Hydram finxerũt poetæ eſſe multorũ capitũ in Lerna palude: quoꝝ aliquot exciſis: totidẽ continuo renaſcebãtur: tandem ab Hercule & ſagittis & igni interfecta eſt. Hydrus. ontis. vrbs in littore hadriatici maris. Hydruntũ oppidum.

¶ Hydromeli. aquæ mulſæ: ſeu aquæ mellitæ.

¶ Hydromantia. pe. pro. diuinatio quę fit in aqua. Aug. li. vij. de ciui. dei ſcribit. Numã pompiliũ hydromantiã feciſſe vt in aqua videret imagines deorum vel ludificationes dæmonũ a quibus audiret q̃d ĩ ſacris cõſtituere atq̃ obſeruare deberet. Quod genus diuinationis Var. a perſis dixit illatum quo & ipſum Numã & Pythagoram philoſophum fuiſſe vſum cõmemorat.

¶ Hydropotes aquæ potator. Vñ ſcribit de Cyro apud Xenophontẽ q̃ moneat ſuos vt conſueſcãt aquã bibere vt fiant hydropotæ. i. aquę potores.

¶ Hydrochous ſignũ cœleſte. i. aquari⁹. Interpres nicophori απο του υδατος και το χεω λατε ται και ηυοχαγυμηδης του ωριαμου.

¶ Hyderon genus morbi eſt vt inquit Col. li. viij. cum diſtenditur aqua cutis.

¶ Hydrocephalea: morb⁹ capitis vbi humor cutẽ inflat. Nã cephalea acutus ac peſtifer morbus eſt

¶ Hydrocele gñs hernię: de quo in dictiõe hernia.

¶ Hydragogus pe. p. adaquator dicit. i. ductor tiuorũ απο του υδατος και αγω συντιθεται.

¶Hydrargyriũ:pigmẽti genus in vicẽ argẽti viui ſaliquando dilatũ quo argentũ optime inauratur.
¶Hydrolapaton lapatij gen⁹ quod in aqua naſcitur. Eſt autem lapatum herba nota.
¶Hydrops gene.maſ.morbũ denotat & latine dicitur aqua intercus ſubcutaneus morbus: quoniã ſub cute aqua ſit qua venter turgeſcit. Hor. Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops: nec ſitim pellit niſi cauſa morbi: Fugerit venis & aquoſus albo: Corpore languor. Huiꝰ tria ſunt genera Tympanites ſpiritu inflante a forma ventris atq; ſono dicit. Vñ tympanici. Aſcites a figura vtris quoniã in vnũ aqua cõtrahitur. Leucoplegmatias ſiue hypoſarca tertiũ corpore inæquali tumoribus. Sed hydropicũ Cato veternoſum appellauit cũ inquit Veterno ſus q̃plurimũ bibit. Hora. Funeſto corpꝰ arcere veterno. Do. Veternoſus morbo vetere cõfectus: quales ſunt qui hydropẽ patiunt. Hydrops ge.cõ.qui vel quę eo morbo laborat qui & hydropicus dicit. Hora. Si nolles ſanus cures hydropicus & ni.
¶Hydrophonos formido & pauor aquæ dicit in iis quos canis in rabie pcuſſerit. Vnde hydrophobi & hydrophobici qui expauent aquam.
¶Hydruſa vna ex cycladibꝰ ob aquarũ abũdãtiã
¶Hydraula:dr̃ q perit⁹ ẽ organoꝝ hydraulicorũ.
¶Hyella cœnotriæ oppidũ a phocẽſibus conditũ.
¶Hyems ἀπὸ τοῦ ὑω pluo q; id tẽpus anni pluuioſum ſit. Var. Ab hiãdo deriuat: q; anima quæ a nobis flatur tũ appareat. Spiritus eñ noſter cũ ſpiramus hyeme quaſi in nebulam cõcretus cernitur. Dicta hyems quaſi hians q; nõ ſolũ aia noſtra: vt ait Var. ſed & aer ipſe hiet. Hinc himber quaſi hiember detracta e liã. hyeme eñ exiſtunt frequẽtiores himbres. ab ipſo autẽ himbre fit hibernus. Et ſignificat quãdoq; quartã partẽ anni quæ eſt inter autũnũ & ver. Virg. Atq; hyemes optate ſerenas. Agricolæ. Interdũ vim venti: vt Sępe illos aſpera ponti: intercluſit hyems. Hinc hyemalis & hoc hyemale: vt Hyemale tempus.
¶Hyemo.as. ſignificat hyeme ſtatiõnẽ facio qđ & hyberno dicitur. Hyematio hyemis traductio.
¶Hygremplaſtra liquida emplaſtra: ſicut xeria q̃ ſunt arida ex Galeno.
¶Hyle es. ſylua magna. Amb. lib. Hexa. Deũ nõ tanq̃ creatorẽ materię: ſed tanq̃ artificẽ ad exẽplar hoc eſt idæam intẽdentẽ feciſſe mundũ de materia quã vocãt hylen: quę gignendi cauſas reb⁹ omnibus dediſſe aſſeratur. Hyllus nomẽ propriũ.
¶Hylax.ctis. nomẽ ꝓpriũ comitis Herculis q fingitur a poetis fuiſſe raptꝰ a nymphis aſcanij fluuij.
¶Hylæa cum diph. regio eſt. A qua hyleum mare quo alluitur. Hiero. Traiecto boryſthene a mari in primis eſt hylæa regio.
¶Hymber. Vide in dictione Imber. (rũpit.
¶Hymẽ tenuis virginalis pellis: q̃ primo coitu ab
¶Hymenæus pe. p. deus nuptiarũ putatꝰ eſt ἀπὸ τῆς ὑμένος. i. a mẽbrana. q̃ cũ ſit clauſtrũ virginitatis in nuptijs rũpitur. Hic Veneris & Liberi filius dictus eſt: vel vt quidã aiũt ex Vranie progenitus: q primus certas nuptias inſtituerit. Ideo p laudẽ cãtatur virginalibus nuptijs ob hmõi meritũ: & ob hmõi meritũ nuptialẽ vocẽ hãc factã apud græcos: ſicut apud Romanos nuptiarũ deꝰ Thalaſſio vocatur. Alij dicũt hymenęũ quendã fuiſſe iuuenẽ q die nuptiarũ ruina oppreſſus interijt. Vñ poſtea inſtitutũ vt expiatiõis gratia noſaretur in nuptijs Alij virũ fortẽ atticũ aſſerũt qui raptas a p̃donibꝰ virgines oppreſſis latronibus intactas patrię reſtituerit. Alij ꝙ hymenæus dicatur mẽbrana qua eſt munita virginitas: q̃ primo diſrũpitur coitu. Alij hymnũ vocari nuptiarũ virginalitũ exiſtimant: vt apud Terẽ. in Adel. Verũ hoc mihi mora eſt tibicina & hymenæũ q canãt. Ergo ſic accipe hymenęũ in nuptijs quẽadmodũ epithaphiũ in funere & ĩ ſacris hymnũ. ὑμεναιον γαμμικων ὑμνων ὑμεναοισ γαρ εκειρων λυδοσ ἀδει τον χαριεντα ἀληθεια τον ὑμνητηρα ὑμεναιων κυκρον τον μουσων ἀξια. μελψαμενον.
¶Hymera pe. cor. nomẽ fluuij: de quo Sir. lib. iiij. Armauere ſuos: qua mergitur hymera ponto.
¶Hymeridion latine diurnale: vel quod paruũ diẽ durat: ἡμερα enim dies eſt.
¶Hymettus per duplex tt. mons atticę clariſſimꝰ ſemper florens. Cuius mel Ply. ſcribit fuiſſe precioſum. Vnde hymettius. a. um. p molli ponit. Mar. Hoc tibi theſei populatrix miſit hymetti Pallas & a ſyluis nobile nectar apis. Ex hoc monte marmora pulcherrima fodiebantur. Plyn. Lucius Craſſus orator primus peregrini marmoris columnas habuit hymettias.
¶Hymnus: græce ὑμνος: latine laus: canticum. Hymnetes cantor.
¶Hyoſcyamos genus herbæ eſt: quæ & hiuſquiamus dicitur faba porcina. Col. lib. vij. Eſt ὑοσκυαμος cuius ſemen detritũ & cum vino datum prædicto vitio medetur. Huius multa ſunt genera.
¶Hypagogeus inſtrumentũ quo lapides expoliũtur. Græce ὑπαγωγευς.
¶Hypallage: ſubalternatio ſiue ſubmutatio. Ab ὑπὸ ſub ἀλλαγη mutatio. Figura cũ verba per aduerſum intelligũtur: vt Trade rati ventos date claſſibus æquor.
¶Hypanis. pe. cor. fluuius ſcythiæ ex magna palude profluẽs. Huic miſcetur fonticulus q ſua amaritudine totũ corrumpit hypanim. Proper. Quantum hypanis veneto diſſidet eridano. Alter eſt in India qui intrat Indium fluuium.
¶Hypacaris ſimiliter ſcythiæ fluuius.
¶Hyparchus latine primas: nomen philoſophi q de ſyderibus & de temporibus anni ſicut Eudoxus & Meton ſcripſit.
¶Hypatus. pe. cor. latine conſul: Hypaticus conſularis. Hypatia conſulatus.
¶Hyper præpoſitio græca: apud nos ſignificat ꝓ ſuper ſupra vltra.
¶Hyperaſpiſtes: latine protector ab ὑπερ & ἀσπις. Hiero. in pręfa. penta. Cum Ariſtæus eiuſdẽ Ptolemæi hyperaſpiſtes & Ioſephꝰ nõ multo poſt nihil tale retulerint.
¶Hyperbaſis ſiue hyperbaton. pe. cor. latine trãſgreſſio verbi ſecundũ Quintil. lib. viij. quã frequẽter ratio comparationis & decor poſcit. Fit eñ frequentiſſime aſpera & dura & diſſoluta & hians oratio ſi ad neceſſitatem ordinis ſui verba redigãtur. Longius ergo verbũ proprie hyperbaton eſt: vt animaduerti iudices omnẽ accuſationis orationẽ in duas diuiſam eſſe partes. Nam in duas partes diuiſam eſſe rectum erat: ſed durum & incomptũ. Dictum hyperbaton ab hyperbæno quod tranſcẽdo vel trãſgredior denotat. Hyperballo extẽdo ſupe-

ro.Hyperbaſia vel hyperbaſis tranſgreſſio.
¶Hyperbole pe.cor.dici põt eminentia: vel vt ait Cic.ſuperlatio a Quintil. ſuperiectio interptatur a quibuſdã vero Exceſſus.Nã υπερ ſuper βολη ia ctus.Hiero.in epiſt.cõtra origeniſtas. Tollite amoris υπερβολην & nos tollimus odij magnitudinem.Et eſt figura cũ dictio excedens fidẽ ponit augendi vel minuẽdi gratia. Augẽdi:vt Niue candidior:& fulminis ocyor alis: Minuẽdi.vt Volantis te folij ſonitus terret.& vix oſſibus hærent:vel tardior teſtudine.Hinc hyperbolicus. a.um. quod eſt exceſſiuum.
¶Hyperborei pe.p.mõtes & populi ſcythiæ ſic dicti q ſupra.i. vltra eos flat boreas. Feſt.docet hyperboreos eſſe ſupra aquilonis flatũ habitãtes qñ humanæ vitæ modũ excedãt viuendo vltra centeſimũ annũ. Ferunt magnã his de cœlo clæmentiã cõceſſam eſſe auras ſpirare ſalubres:nihil noxij flatus habere:domos eſſe nemora:victũ arbores miniſtrare: diſcordiã neſcire:ęgritudine nõ inquietari ad innocentiã omnibus æquale votũ eſſe:mortem accerſere:& voluntario interitu obeundo tarditatẽ caſtigare. Sed hęc fabuloſa ſunt. Diod. Oppoſitã celtis iuxta oceanũ eſſe inſulã ſcribit: haud multo ſicilia minorẽ:habitariq; ab iis qui hyperborei appellantur: eo q vento boreæ ſunt oppoſiti inſulã valde fertilem in qua fructus annui bis naſcuntur.
¶Hypercalecticũ metrum dicitur cui vna ſyllaba vel duæ ſuperãt. Virg. Alloquitur Venus o quires hominũq; deorũq;.Et Hora. Syluæ laborantes geluq;.Illud dactylicũ. Hypercatalecticũ eſt. Hoc vero iambicũ hypercatalecticum.
¶Hyperiona:alij ſolis patrem:alij ipſum ſolem q eat ſuper terras appellatum putãt. Poetæ pro ſole vſurpant.Ouid.lib.i.faſ.Placat equo perfis radijs hyperiona cinctũ. Diodo.ſcribit hyperiona ſaturni fratrẽ fuiſſe Cœli & Titheæ filiũ:qui ſolis ac lunæ aliorumq; aſtrorum motus horaſq; primũ ſumma cura obſeruationeq; a ſe percepta cęteris noſcẽda tradidit. Ideo horum parens nominatur veluti ipſorum naturę contemplator. Et declinatur hyperio.onis.pe.pro.Cice.in progno. Vt cũ luna meãs hyperionis officit orbi.
¶Hypermeter & hypermetrus abundans ſyllaba vt hominũq; locorumq;.Et debet ſequens a vocali incipere niſi fiat ſynhæreſis: vt cura peculi.
¶Hypæthræ ambulationes latine dicũt ſubdiales q ſub dio ſũt xyſta dicũt græci paradromidas Victr.
¶Hyphen ſubunio interpretatur. Ex hypo & hen vnũ.Quod fit cũ plures dictiones proferũtur ſub vno accentu:vt quandoquidem ſimulac.
¶Hypo prępoſitio græca & modo ab: modo ſub ſignificat.
¶Hypocauſtum locus ad ſudandũ qui & vaporarium dicit.Nã vaporandis cubiculis balneiſq; præparatur.Cice.ad Q. Fratrem. Propterea q ita erãt poſita vt eorũ vaporariũ ex quo ignis erũpit eſſet ſubtectũ cubiculi.Idẽ. In balnearijs hypocauſta in alterũ hypodyterij angulũ promoui. Ambro.lib. Hexa. De hyeme forſitan quereris q nulla tibi hypocauſta anhelantibus ignibus vaporẽtur: ſed habes ſolis calorẽ qui tibi orbẽ terrarũ tẽperet & hyberno te defendat a frigore. Pap.in Syl. Vbi lãguidus ignis inerrat ædibus & tenuẽ voluũt hypocauſta vaporẽ. Ply.ad Gallũ. Applicitũ eſt cubiculo hypocauſtũ perexigũ qđ anguſta feneſtra ſuppoſitum calorẽ vt ratio exigit aut effundit aut retinet Victr. appellat Hypocauſim cũ ſcribit faciẽda eſſe ænea ſupra hypocauſim tria:caldariũ: tepidarium frigidariũ. Hodie hypocauſtis vtuntur Germani. Ipſi ſtuffas vocant ad vaporandũ cubicula.
¶Hypochalcus:latine ſubæratus dicitur.
¶Hypochiſis & hypochymata. Vide in dictione glaucoma.
¶Hypocriſis ſimulatio quaſi ſubtectio iudicij ab υπο & κρισις iudiciũ.Hypocrita ſimulatus qui in ſpectaculo perſonã ſubdit alienã:vt ſeruus pſonã domini. Greci hypocriten vocant ſimulatorẽ.Vñ & Mimus hypocrita dictus q a imitator eſt & ſimulator. Quintil.lib.ij.ſcribit. Aeſchinẽ hypocriten fuiſſe oratorem.
¶Hyporiſticos apud latinos diminutiuũ dicitur.
¶Hypodeſis ſiue hypodema.atis. calceus ſeu calceamentum dicitur.
¶Hypodoche:ſuſceptio:receptaculum.
¶Hypodiaſtole diſtinctio.
¶Hypodites interior veſtis.
¶Hypodidaſcalus dici põt repetitor ab υπο ſub: & διδασκαλος magiſter.
¶Hypogęa loca ſubterranea dicũtur a græcis quę dictio frequens eſt apud Ioſephum & Egeſippum.
¶Hypopodon latine ſuppedaneum. (turris
¶Hypopyrgiũ locus ſub turri ex υπο & πυργος
¶Hypomnema.atis.& hypomnematũ ſumitur p interptatione & cõmẽtarijs. Cic. Tironi.Multũ mihi eripitur operæ in exſcribendis hypomnematis.
¶Hypoſtaſis ſubſiſtẽtia ſiue ſubſtantia: a theologis p perſona capit. Vñ hypoſtaſes perſonæ ſubſiſtentes appellãtur. Nã ſταστις ſtatio dicit. Hiero. ad Dama. Tota ſæculariũ litterarum ſchola nihil aliud hypoſtaſim niſi vſiam nouit.
¶Hypotheca.pe.p.latine pignus ſuppoſitio:documentum. Hypotheticus ſuppoſitiuus.
¶Hypotheſis pe.cor.argumentũ ſiue materia cauſa thema propoſitum.
¶Hypotichos ſubucula: & proprie pontificũ eſt: vt inquit Hieronymus.
¶Hypothyra ſiue hypothyrides apud Victr.capitur pro valuarum cauitate & inanitate.
¶Hypozeuſis:ſubcõiunctio: figura cum ſingulis ſenſibus datur propria clauſula:vt Regẽ adit:regi memorat nomenq; decuſq;.
¶Hypotypoſeon.i.diſputationũ vl informationũ
¶Hyrcania regio aſiatica: magna ex pte plana & p̃clariſſimis vrbibus adornata: quarũ celebrãt Talebrotã:& Samariã & Cartã & Tapẽ.Et adeo opulẽta vt vitis vna vini metretã efferat: & fic⁹ ſexagintamodios ficorũ. Frumentũ ex ſemine naſcat:qđ extollunt. Dicta Hyrcania ab hyrcana ſylua q ſcythiæ ſubiacet. Habet ab oriẽte mare Caſpiũ. A meridie Armeniã. A ſeptentrione Albaniã. Ab occaſu Iberiã. In ea regione pantherę pardi & tigres abundant cũ ſyluis aſpera ſit. Hinc hyrcanus:vt Mare hyrcanũ:homines hyrcani.Hiero. Hyrcani volucribus & canibus ſemiuiuos proijciunt.
¶Hyſginũ color ſimilis coccineo. Vnde græci veſtes υσγινοβαφεις appellãt: hoc eſt hyſgino tinctas. Ply.lib.xxij.Hyacinthus in gallia maxime p uenit,Hoc ibi pro cocco hyſginũ tingit.
¶Hyſopus fœmini generis & hyſopũ neutri cum

y ſecundū Apul. Herba pulmoni valde vtilis cuī penultima producitur cū apud græcos ſcribaī per ω mega: q̄uis macer corripuit. Eſt hyſopum ſiccū calidūq; & tertius illi Eſt in vtriſq; gradus. Hier. in pſal. Interp̄tatione. Sicut em̄ hyſopum terrenū cu randis pulmonibus aptū eſt: vt auertat inflationē ita homo cœleſti quis reſperſus hyſopo. i. humilitate cordis ab omni ſuperbię malignitate purgaī. Sunt etiā qui hiſſopum per duplex ſſ ſcribant.

¶ Hyſteria græce: latine ſecundę folliculi ſunt continentes fœtum in matris vtero cum menſtruis.

¶ Hyſterologia: locutio præpoſtera figura eadem cum hyſteron proteron.

¶ Hyſteron vltimū vel nouiſſime. Vnde hyſteron proteron eius figura cum ſententia ordine cōmutatur: vt Poſtq̄ altos tetigit fluctus: & ad æquora venit. Nā prius ad æquora venit q̄ tangeret fluctus.

I LITTERA vocalis eſt: quæ etiā conſonans fieri conſueuit & modo pro ſimplici: modo p duplici accipitur. Pro ſimplici tunc habetur quādo ab ea incipit ſyllaba in principio dictionis poſita ſubſequente vocali in eadem ſyllaba: vt Iuno Iupiter. Pro duplici autem quando in medio dictionis ab ea ſyllaba incipit poſt vocalem ante ſe poſitā: ſubſequente quoq; vocali in eadem ſyllaba: vt maius peius maia. Nōnunq̄ tamen reperitur i. littera p ſimplici conſonāte in medio dictionis poſita: ſed in compoſitis: vt Reiſcere Reiectus. Notandum i. litteram pro conſonāte poſitam aſpirari nō poſſe cum nulla conſonans ante ſe aſpiratione accipere vāleat. Vnde Hieroſolyma ſex ſyllabarū eſt: Hiulcus trium. Ac per deriuationes quidam tranſit i. in alias vocales. In a. vt gen⁹ generis generatim. Paulus pauli paulatim. In e. Fortis forte. In o. Pater patris patronus. Eſt etiā i. imperatiuus modus ab eo is. Teren. I præ ſequar.

¶ Ia. fuit nomen minoris filiæ Atlantis: & latine vox dicitur. Item Ia græci vocant violas. Vnde Ianthina veſtis: id eſt violacea. Rurſus Ia exuitantis interiectio eſt.

¶ Iacchus nomē bacchi απο του ιαχω. clamo cāto vocifero. Nam qui baccho ſacrificabāt clamare ſolebant. Et duplici cc. ſcribi debet q̄uis in verbo ιαχω ſit ſimplex c. qđ ideo fit vt in iaccho ſecūda p̄ducatur: quę in verbo iacho corripitur. Vir. Graciſſima vitis iaccho. Ponitur quādoq; pro vino.

¶ Iaceo. es. iacui. ſecūdū notā ſignificationē. Vir. dixit. Strata iacēt paſſim ſua quæq; ſub arbore poma. Plautus in Amph. Quis hic eſt ſenex qui ante ædes noſtras ſic iacet? Dicimuſq; iaceo in ſtrato: iaceo humi. Liu⁹ lib. iij. de bel. puni. Humi iacentē inter cuſtodias ſtationeſq; militum circūſpexerūt. Quandoq; iacere ſignificat extare eſſe. Salu. in medio campus iacet aquis vndiq; ſcatens. Quādoq; plenū eſſe. Virg. lib. iij. Geo. Si iacet aggeribus niueis informis & alto terra gelu. Quandoq; per plurimum porrigi. Idem in eodem. Tantum campi iacet. Quandoq; ſquallere. Lucil. lib. xxx. Et ſua præcipue retro relicta iacere. Quandoq; mortuum eſſe q; iaceāt nec amplius cadauera moueantur. Luca. Ille iacet paci quē prætulit orbis. Quandoq; ſepultum eſſe. Martia. Non aliter cineres mando iacere meos. Huius verbi cōpoſita ſunt. Adiaceo iuxta iaceo. Interiaceo in medio iaceo. Liuius. Deſcendunt in planiciē quæ inter capuam tiphatamq; interiacet. Subiaceo: ſubtus iaceo: & ſubditus ſum. Lactan. lib. iij. Quoniam igitur vtriq; ſubiacet fortitudo Obiacet: de quo alibi. Et hæc habent pēnultimā correptam in triſyllabis.

¶ Iacio. is. ieci. iactū. ſignificat emitto. Apul. Multis in eum lapidibus iactis. Vnde iacere ad certū eſt dirigere in id in quod intendit. Hieronym⁹ in lib. Iudi. Sic fundis lapides ad certū iacientes vt capillum quoq; poſſent percutere. Et iacere eſt ponere. Tranſlatio ſumpta ab ædificijs: maxime a cothonibus: id eſt portubus manu factis quibus magna iaci fundamenta neceſſe eſt. Cicero in Philippi. In quo templo quantū in me fuit ieci fundamenta pacis. Huius compoſita ſunt. Abiſcio: Adiſcio: Conijcio: Circūiſcio. Vnde circūiecta impedimenta dicim⁹. Deiſcio: Diſſiſcio: Eiſcio: Iniſcio: Interiaceo Obiſcio: Proiſcio: Præiaceo: Præiſcio: Reiſcio: Subiſcio: Traiſcio: & Superiacio. Hieronymus in Ezech. Et ſuperiacient puluerem capitibus ſuis & cinere conſpergentur.

¶ Iacto. as. frequēter iacio. Sene. Dū lapillos iactaret in puteū. Virg. lib. i. Ge. Deucalion vacuū lapides iactauit in orbē. Aliquādo iactare eſt ſæpe voluere. Idē. Atq; illum tales iactantē pectore curas: Aliquādo fatigare vexare concutere: vt Iactatos æquore toto Troas relliquias. Lact. li. v. qui patrē regno expulit bello p̄ſecut⁹ eſt: exulem toto orbe iactauit. Ex quo apparet nō eſſe veram differentiā quā Seruius ponit dicens. Iactamur in mari fatigamur in terris. Aliquando ſignificat plagis ſternere Cic. in Ver. acti. ij. Iactatur domi ſuæ vir primarius & homo honeſtiſſimus pro ſe quiſq; manus affert. Aliquādo temere laudare: ſiue ambitioſius gloriari. Virg. Quē iuxta ſequitur iactantior ancus. Hier. ad Iulianū. Diues ille omnia quæ in lege præcepta ſunt ſe impleſſe iactabat. Hinc iactantia. Aliquando inaniter loqui. Virg. Talia iactāti ſtridens aquilone procella: Velum aduerſa ferit. Aliquando frequenter emittere. Idem lib. ij. Geo. Et ſi nō aliū late iactaret odorem: Laurus erat. Et alibi. Ipſi lætitia voces ad ſydera iactant. i. crebro emittūt. Aliquādo frequenter ducere: vt apud eundem. Haud vnq̄ manibus iactata faciſcit. i. ductata. Quidam etiam iactatum pro primitiuo & pro excuſſo. Alij pro dependenti accipiunt: vt lib. iiij. Geor. Et dextro iactata recumbit in armo.

¶ Iactantia q̄ & iactatio: a Cicerone diffinit. li. iiij. tuſ. q; ſit voluptas geſtiēs & ſe efferēs inſolentius.

¶ Iactanter aduerbium a participio iactans formatur: & ſignificat cum iactantia. Hierony. Ne iactanter de ſe quereretur videretur.

¶ Iactuoſe ſimiliter dicitur cum iactantia. Cic. Cū ſint multa iactuoſe dicta.

¶ Iactito. as. pe. cor. frequentatiuū a iacto. Hiero. ad Chreſi. Vrbicum. Et hoc te iuxta ſcripturam facere iactitas. Et ad Pammachiū. Et q; vnus Romę amicus obtecerat: a multis in toto orbe inimicis dicerem iactitatum.

¶ Iactura pe. p. dicitur ꝓprie damnū de mari quando quis magnas in naui merces habet: & tēpeſtate cogitur eas in mare iacere ne nauis obruatur.

¶Iaculum. pe.cor. dicitur quicquid iaci in longũ poteſt. Nam fit vt iaciatur.
¶Iaculor. pe.cor. deponẽs: ſignificat in longũ iacto. Iuue. Quantas iaculet monychus ornos. Col. lib. iij. Faba quæ longius emittetur pura eo perueniet quo ventilator eam iaculabitur.
¶Iaculo. as. eiuſdẽ ſignificationis. Claudi. Latis iaculatus in aruis. Aug. in p̃s. interpretatione per tranſlationẽ dixit iaculabant in ora interrogantiũ ſe ſagittas dei. Hinc Eiaculo quod eſt extra iaculo proiicio. Gel. Arionẽ cum fidibus & indumẽtis cũ quibus ſe in ſalum eiaculauerat extitiſſe.
¶Iaculatio iaculamen & iaculamentũ pro eodem
¶Iaculus pe.cor. ſerpentis genus qui ſubit arbores e q̃bus vi maxima vibrat penetratq; quodcũq; animal obuiũ fecerit fortuna. Luca. Et natrix violator aquæ iaculiq; volucres.
¶Iacobus. pe.cor. nomẽ ꝓpriũ quattuor ſyllabarum. Clau. Quid laceras verſus dux Iacobe meos. Noĩa eñ ꝓpria ſicuti Priſ. idocet in fine acutũ accẽtũ habent q̃ more latino declinata eundẽ retinẽt & penul. ꝓducũt: vt Adã adamus. Ioſeph ioſephus.
¶Iam aduerbiũ tẽporis qđ pene eſt idem qđ tũc. Quintil. Quod ſi ſatis prudenter ea viderat: iam prope cõſumata fuerit pręcipientis opera. Interdũ hortantis eſt: & veluti morã increpãtis. Virg. Iam diua precor. Interdũ feſtinãtis. Ter. Ego iam proſpiciam mihi. Interdũ ponit pro nũc. Virg. lib. iij. Geor. Iamq; hos curſu iã præterit illos. Interdum ꝓ p̃terea & quaſi modus eſt quidã cõiungẽs ſententias: vt apud eundẽ. Iam maris immẽſi prolẽ & genus omne natantum: iam varias pelagi volucres. Hocidem efficit cõiunctum cum vero. Cic. Iamvero vrbibus conſtitutis.
¶Iamiam ſignificat repẽte: vt Iamiã aderit. Et cũ p̃ſenti ponit licet ad futurum reſoluatur. Virg. Iam iamq; manu tenet & premit haſta: quaſi mox tenebit & nũc videtur tenere. Plærũq; figurate per indignationẽ accipitur. Idẽ. Iamiã nec maxima Iuno Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit ęquis. Et ꝓ miſerationẽ. Sal. Iamiã animo meo chariſſime frater q̃ q̃ tibi immaturo & vnde minime decuit: vita erepta: tñ lętandũ magis q̃ dolendũ puto caſũ tuũ Et per exhortationẽ Quintil. Iamiã cõmilito quicunq; caſus manet etiã ſi imperator dãnaturus eſt habes ſolatiũ ſatius eſt: q̃ a patre occidi. (tur
¶Iãdiu ſignifieat oli. nã diu qñq; ꝓ lõgo tẽpe poni
¶Iamdudũ ex iam & dudũ cõponitur. Et aliquando de paruo tẽpore dicit. vt Iamdudũ te expecto. Aliquãdo de longiori. Ply. li. xix. Iamdudum ex eadẽ Hiſpania zœliton venit in Italiam plagis vtiliſſimũ. Macro. Iamdudum hæc quæſtio ab A. & ꝓpoſita eſt & ſoluta. Ponitur etiã pro cõtinuo vel q̃primũ. Virg. Iamdudum ſumite pœnas.
¶Iamolim ſignificat iãdudũ. Cice. Iãolim in principio illud ſtatuerã. Sumit & ꝑ aliqñ. Virg. At iam olim ſeras poſuit cũ vinea frondes. Olimiã ꝓ iam pridem. Quintil. Olimiam imperator inter fulgentes virtutes tuas liuor locũ q̃rit. i. a longo tẽpore.
¶Iampridẽ ſignificat de paruo tẽpore. Sene. Iam pridem te expectãtes ibi ſederamus. De longiori Ply. Quod maiores noſtros iampridẽ feciſſe manifeſtum eſt: quod genus nuper & patrũ fere noſtrorum memoria inuentum eſt Pro Continuo Luca. Tollite iampridem victricia tollite ſigna.
¶Iamtũ ſignificat ex eo tempore. Plau. Iamtum occepit virginẽ amare. Veteres etiã iamtũ pro tantum vſi fuere. Et iam pro tam.
¶Iambus pes cõſtans ex prima breui vltima longa ab inuẽtore vt quidam putant dictus. Quidam iambũ deducunt απο του ιαμβιζειν qđ eſt contumeliari inuehi. Feſt. Iambi dicebãtur qui ſinguli ex proſcenio loquebãtur: tri iambi qui terni.
¶Ianus ab hiatu dictus eſt detracta aſpiratiõe quẽ quidã ſolẽ putãt. Ideo geminũ quia vtriuſq; ianuę cœleſtis potentẽ qui exortẽs aperiat: occidẽs claudat. Alij Ianũ mundũ. i. cœlũ intelligũt: quaſi Eanũ ab eundo: vt inqt Ci. li. iij. de natu. quia mũdus ſemper eat dũ in orbẽ voluit: & ex ſe initiũ faciens in ſe refert. Hinc & bifrons pingit: duas eñ facies ante & retro habere dixerũt. q; ann⁹ ex ſe initiũ faciens fini occurrat. Vel q; præterita ſciuerit & futura præuiderit: ſeu q; ſuperorũ & inferor̃ ianitor extiterit. Huius templũ erat Romæ qđ tempore belli patebat: tẽpore pacis claudebat. Vnde patultius & cluſius cognoĩabatur. Hunc etiã quadrifontẽ fecerunt: ob quattuor orbis partes & Ianũ geminũ vocitarũt. Et Iunoniũ qa calendarũ princeps. Calendæ eñ ſunt Iunoni dicatæ. Et Ianus erat locus romæ vbi fœneratores cõſiſtebant in regione baſilicæ: quoniã in eo Iani ſimulacra collocata viſebantur. Oui. Qui puteal ianumq; timet: celereſq; calendas. Iani quoq; peruiæ tranſitiones foreſq; profanarum ædium ianuæ vocabantur. Sue. in Domi. Ianos inquit arcuſq; cum quadrigis & inſignibus triumphorum per regiones vrbis extruxit.
¶Ianualis porta Romę a Iano dicta vbi & poſitũ fuit eius ſignũ. Hanc Numa inſtituit vt eſſet clauſa ſemper niſi cum bellum foret.
¶Ianua prim⁹ ingreſſus ad interiora domus a Iano dicta q; huic deo cõſecratũ erat oẽ prĩcipiũ. Et ꝓprie dom⁹ eſt ianua: oſtiũ vero partiũ vt cubiculorũ: licet cõfundãtur. Nã & Ianua a quo ianitor ꝓ oſtio ponitur: & oſtium a quo oſtiarius ꝓ ianua.
¶Ianitor. pe.cor. cui ianuæ cuſtodia eſt cõmiſſa.
¶Ianuarius primus menſiũ a principe deo eſt appellatus a Numa q primũ anni eſſe voluit tanq̃ bicipitis dei menſem reſpicientẽ & præſpiciẽtẽ tranſacti anni finem futuriq; principia.
¶Ianiculũ: oppidũ nõ procul a roma dictũ quia ꝓ eũ popu. Rom. tranſire cœperat in agrũ hetruſcũ: ſeu q; Ianus illud condiderit. Solinus. Quis dubitat Ianiculum a Iano non fuiſſe conditum?
¶Ianthina pe.cor. veſtis coloris purpurei topem̃ viola και το ανθος του ανθεος flos q̃ violaceꝰ flos. Mar. Coccina formoſę donas & ianthina mœchę. Ply. Ex his violis q̃ ſponte apricis ac macris locis ꝓueniunt purpureæ latiore folio ſtatim abradice carnoſa exeũt ſolæq; græco noĩe a cęteris diſcernũtur appellatæ ita vt ab his Ianthina veſtis.
¶Iantha fuit nympha oceani & Tethyos filia: vt auctor eſt Heſiodus.
¶Ianira. pe.pro. fuit Oceani & Tethyos filia.
¶Iapis. idis. nomen ꝓpriũ ætholi qui cũ ad regionem Venetię veniſſet oppidũ de ſuo noĩe condidit a quo ea pars vbi Timauus fluuius eſt Iapidis nomen ſumpſit. Vir. Caſtella in tumulis & iapidis arua Timaui. Nam dicta eſt Iapidia.
¶Iapetus. pe.cor. cœli & terrę filius: vt inqt Heſiodus. Hũc quidã promethei patrẽ fuiſſe aſſerũt. De

quo Ouid. Siue recens tellus seductaq; nuper ab alto: Aethere cognati retinebat semina cœli. Quã satus Iapeto mistam fluuialibus vndis: Finxit in effigiem moderantũ cuncta deorum.

¶ Iapix. gis. pe. cor. ventus ex Apulia pficiscens: q quasi aduersus Eurũ flare videtur. De hoc Luc. lib. vi Excipit aduersus zephyros & Iapyga pinus. Est & Iapyx nomen Dædali filij.

¶ Iapygia Apulia dicta ẽ ab Iapyge Dædali filio vt Hero. & Soli. scripsere. Iapygiũ vero Salẽtinorũ pmontoriũ est. Virg. li. xi. Victor gargani cõdebat Iapygis agris. Vñ Ser. Iapygiã partẽ esse apuliæ dixit in qua est mõs Garganus q vsq; in Adriaticũ pelagus tẽditur. Huius metropolis est Brũdusium & Tarentũ ciuitas. Hanc regionẽ Messapiã & Iapygiã & Calabriã & Salentinã multi nominãt.

¶ Iason nomẽ propriũ Aesonis filij fratris Peliæ Thessaliæ regis: q colchos pfectus vellus aureum abstulit. De hoc Iustin⁹ & Diodo. siculus latius scripserunt. Huius nois prima vocalis est. Ouid. Quẽ nisi crudelem nõ tangit Iasonis ætas.

¶ Iasius vnus fuit ex primis argiuorum regibus a quo argiui Iasidę dicti sunt.

¶ Iapida nunc forũ Iulium regio Italiæ ab Iapide Aetholi filio q ad eas oras veniens oppidũ de suo nomine condidit. A quo ea pars vbi fluuius est Timanus Iapida cognominata fuit. Virg. lib. ij. Ge. Castella in tumulis & Iapidis arma timaui.

¶ Iasum insula Cariæ: quę cõtinenti adiacet: cuius incolæ magna ex parte victũ ex mari captabãt cũ sterilẽ regionẽ haberent. A qua Iasius sinus: cuius municeps Cœrillus fuit. Ex Iaso fuit Diodor⁹ dialecticus cognomento Chronus.

¶ Iaspis lapis pretiosus: quia Ply. de græco in latinũ viridis gẽma interp̃tat̃ ιασ quippe viride ϖι μασισ gẽma. Est em̃ viridis sicut smaragdus: sed crassi coloris. Sunt q cõponãt ex ιοη viola & παν totus: quasi totus sit violaceus.

¶ Iatraleptæ: latine reunctores medicorũ.

¶ Iaziges methanastæ populi in Europa qui sicut Pto. li. iij. scribit ab oriẽte habẽt Daciã: ab occasu & hausstro germanię partẽ: a septẽtriõe Sarmathiã

¶ Iaxartes fluuius qui vt Martia. docet illam terrę partẽ secat qui Tanais putabatur: quem Demodamas dux transcendit & alium esse perdocuit.

¶ Iberus. pe. p. fluuius hispaniæ: q apud cãtabros oriẽs per. xl. passuũ milia fluit: & in mare balearicũ exit. Eustathius. ιβηρ δε ποταμοσ κατα δετι ρασ απο βασιλεοσ ομωνυμοσ απο τηϖ ερχα τηϖ λοχημα ο εστι γωμια του ευροτου αρχου τωϖ σθηλωϖ τωϖ ϖερι τα ραδειρα και αλλα πολλα λεγει ο αυτοσ ευσταθιοσ. Luc. libro. iiij. Qui p̃stat terris infert tibi nomẽ iberus. Q d & iberũ declinari põt p̃sertim qñ seq̃t flumẽ. Et iber. eri. vel eris. pe. p. vt Prisc. ait. Hor. Iberi rhodanique potor Luca. Occurrat iberibus alter. Inde Iberia dicta est pars hispaniæ q̃ intra Iberũ continetur: q̃uis generali vocabulo p hispania capiatur. Et Iberiã quidam partẽ vnã exteriorẽ: alterã interiorẽ dixerũt. Hanc regionẽ celtę gallorũ populi relictis sedibus suis habitauere. Vñ cõpositio ex vtraq; gente nomine Celtiberi appellati sunt: & regio eorũ celtiberia. Ab Iberia vero Iberi & Iberes vocati sunt populi hispani. Est & alia regio hoc nomine iuxta pontũ intra colchida & armeniam venenorum ferax: quę caucasis mõtibus circũdatur: cui⁹ similiter populi Iberi & iberes dicti sunt: a quib⁹. vt Varro scribit: venerũt qui in hispania habitauerũt: & a quib⁹ hispania iberia: & fluuius hispaniæ hiberus. Et iberus. a. um. Virg. li. ix. Pictus acu chlamydẽ & ferrugine clarus ibera. Scribit Diony. Iberes populos a pyreneis mõtibus pfectos in Asiam sedes posuisse. Vñ ea pars Asiæ Iberia nũcupatur. Iberiam regionẽ mulier captiua sub Constantino Helenæ filio cõuertit ad christianã fidẽ ea pudicã traducente vitam & in oratione iugiter persistente.

¶ Iberia regio. Vide in dictiõe Iberus: de qua mõ.

¶ Ibex vel Ibix cis. syluestris capreæ genus pernicissimũ: vt Ply. li. viij. scribit. De quo & apd Hier. Iob. xxxviij. scribit. Nũquidnosti tempus Ibicũ partus? Quidãtamen hoc nomen aspirant.

¶ Ibi aduerbiũ loci significat in hoc loco: & ppríe dicitur cũ semel locus monstratur. Ibidẽ cũ sæpius Virg. Ter fluctus ibidẽ torquet agens. Ab ibi fiunt composita Inibi & alibi.

¶ Ibis auis ægypti: quę sicut Hero. scribit duplex est. Altera nigra tota ẽ. Altera Ciconiæ nõ absimilis: diuersa tamẽ a Ciconia. Hæc rostri adũcitate p se partẽ perluit qua reddi ciborũ onera cõsueuerũt & serpẽtibus vescitur. De hac Ci. lib. ij. de natu. Vel ut Ibes maximã vim serpentiũ cõficiũt cum sint aues excelsæ rigidis cruribus corneo proceroq; rostro: auertũt pestẽ ab ægypto cũ volucres angues ex vastitate Libyæ vento aphrico inuectas interficiunt atq; cõsumũt ex quo fit vt illæ viuæ nec mortuæ noceant: nec odore mortuæ. Ab huius auis similitudine. Ibis pro inuido ponitur. Vnde Ouidius libru in Ibim scripsit.

¶ Ibicus. pe. cor. nomẽ poetæ lyrici rhegini apud græcos pręclari a quo genus metri dictũ est Ibicũ sicut alterum ab Alcæo Alcaicum.

¶ Ibernia insula in oceano septẽtrionali versus occasum proxima britãnię: sed q̃ britãnia angustior ab Aphrico in Boreã porrigitur: cuius partes priores Iberiã prospectãt. Vnde & Ibernia dicta. In ea nullus anguis videtur: nulla apis.

¶ Icarus. pe. cor. Oebali Laconũ regis filius fuit: pater Penelopes. Proper. lib. ij. Icare cecropijs merito iugulate colonis. Hic etiã Icariotus dictus est. Vnde Icariotis forma patronymica. Ouid. lib. iij. de põ. Morte nihil opus est nihil icariotide tela. Icarus etiã dictus fuit Dædali filius qui vna cũ patre ex creta fugiens frætus alarũ fiducia cum vltra patris iussa altius euolasset: solisq; ardore cæra qua penne continebãtur liquefacta esset: ita vt ab alis defluere: decidit in mare quod est inter myconẽ & gyarũ a quo postea Icareũ mare dictũ fuit: dicente Ouid. libro. iij. de trist. Icarus icarias nomine fecit aquas. Pręterea Icarus: vt Ply. lib. iiij. auctor est: mons est in attica regione.

¶ Icaria insula in Icario mari ab Icaro Dædali filio dicta: quę trecentorũ stadiorũ ambitũ habet. Et in ea Dianæ templũ Tauropoliũ appellatũ. Hęc & Icaros dicta est: añ Doliche vocata. Est inter Sardum & Siculum mare.

¶ Icarion fuit nomen sæuissimi pyratæ.

¶ Icos a Cic. in rhetoricis ponit̃ breuis cõplexio.

¶ Iconiũ oppidũ cappadociæ: optime olim habitatũ: fortunatiorẽ hñs regionẽ. Alterũ est in Asia põtica regiõe apd Trogetẽ lacũ vt inquit Strabo.

¶Icon ſiue econ.latine effigies.imago & ſtatua ex membris ipſis a pictoribus ſeu ſtatuarijs expreſſa. Ply.li.xxxiiij. Eorũ vero qui ter ibi ſuperauiſſent imagines ex mẽbris ipſorũ ſimilitudine expreſſa: quas econas vocant. Nõnulli etiam hæc Icona.æ. & hoc iconiſma atis.declinãt. Cuius dimi.eſt Icuncula. Eſt & Icon teſte Cicerone ad Heren.figura cũ .ſ.formæ ad formã cum quadã ſimilitudine fit collatio aut laudis aut vituperationis cauſa: vt ſi diceretur Ibat in prœliũ corpore tauri validiſſimi: impetu leonis acerrimi.

¶Iconicus.a.um.& iconius.a.um. qđ ita eſt pictũ ſiue formatũ: vt ex eius membris ſit expreſſa ſimilitudo. Sue.in Cali. Simulacrũ ſtabat in templo auteũ iconiũ amiciebaturq; quotidie veſte quali ipſe vteretur. Ply. Adeo iam colorũ vſus increbuerat: adeoq; ars pfecta erat: vt in eo prœlio iconios duces pinxiſſe tradatur atheniẽſiũ Melciadẽ Callimachum Cynegirũ. Barbarorũ Dariũ Tyſſaphernẽ.

¶Ico.is.ici.ictũ.percutio & paſſiuũ Icor. Ply. Arborũ manu ſatorũ receptarũq; in domos in fulmine laurus ſola nõ icit. Liu.li.i. Ibi in turba ictus Remus cecidit. Hinc fit ictus.us. ꝑcuſſione. Ci.li. iij.offi. Ictu fulminis deflagrauit. Prima huius verbi in p̃ſenti: vt inqt Priſc.corripit: ſed producit in p̃terito & mutat o finalem in i. Lucre.tamẽ produxit in præſenti. Exin corpus propellit & icit.

¶Iconiſmos. Sene.lib.xv.epiſtolarũ appellat deſcriptiones aitq; id verbũ eſſe publicanorũ.

¶Ichthis.idis. inqt Aꝝ. ſylueſtris muſtellæ genus eſt magnitudine militenſis catelli: ſed pilo facie albedine partis inferioris & morũ aſtutia muſtellæ ſimile eſt Manſueſcit maiorẽ immodũ: officit aluearibus. Mellis cũ auida eſt: aues etiam petit vt felis. Hanc Martẽ ſpeciali vocabulo & marturelum: ſeu Fouinũ vocant. Genitale ei oſſeum eſt.

¶Ichthys cũ y pſilo latine piſcis dicit: a quo fiũt.

¶Ichthyobolis piſcator.

¶Ichthyopolion locus vbi piſces vendũtur.

¶Ichthyophagi.pe.cor.q ex piſcibus viuũt: quo noie dicti ſunt quidã populi: de quibus Hiero.con. Ioui. Porro ichthyophagi gens errãs in littore maris rubri ſuper petras ſolis calore feruẽtes aſſant piſces: & hoc ſolo alimento victitant.

¶Ichthyotrophia apd Col.loca in qbus alũtur piſces.q̃ & piſcinæ & viuaria latine dicũtur. Nã li.ix. ſic ait ἰχθυοτροφία ſedula cura exercẽtur: Ea fũt cia vt latine potius loquamur ſicut auium cohortalium ſtabula: nec minus earũ quę cõclauibus ſeptæ ſaginãtur: vel aquatilũ animalũ receptacula.

¶Ichthyocolla glutẽ ex piſcibus. Eſt etiã nomen piſcis. Cęlius vero quotiens vult glutinũ intelligi non piſcem: adiſcere ſolet gluten.

¶Icteros.pe.cor.morbus cũ per totũ corpus bilis ſuffundit: q̃ interdũ nigra: interdũ flaua eſt. Et Ictericus qui eo morbo laborat: ab Ictero aue quã nos Galbulã vocamus auctore Ply.q ait. Auis icterus vocat a colore: q̃ ſi ſpectetur ſanari id malũ tradũt & auẽ mori: hãc puto latie vocari Galbulã. De hac aue ſic legimus. Galbula decipit calamis & rætib⁹ ales: Turget adhuc viridi cũ rudis vua mero. Hæc etiã Ficedula dicit: q̃ eſt crocei coloris. Hũc morbũ Ply.& Var.regiũ appellãt: q; mulſo p̃cipue curare tur. Cor.& Apul. Auriginẽ & auriginoſum hoiem dicũt. Marcel. Arquatũ a colore cœleſtis arquus.

¶Ichnuſa pe.ꝑ inſula ſardinia dicta eſt: qm̃ ad ſimilitudinẽ veſtigij facta ſit qđ græce ichnos dicit. Syri.li.xij. Iñ ichnuſa pijs gratijs mẽorata colonis

¶Ichneumon: aſal ẽ magnitudine felis: ſpẽ muris vulgo: nũc murẽ indicũ vocãt. Naſcit in ægypto & cũ aſpide pugnat. Ichneumona ægyptij adorãt qm̃ oua crocodillorũ cõterat: & luto cõuolutus cũ os aperiũt ita in vẽtres eoꝝ inſilire ſoleat: vt exeſis inteſtinis eos interimat. Ply.etiam ſcribit Ichneumones eſſe veſpas minores q̃ aliæ quę vnũ genus perimũt ex araneis phalangiũ appellatũ.

¶Ichnographia eſt circini regulæ modicæ continens vſus ex qua capiũtur formatũ in ſolis arearũ deſcriptiones. Auctor Victru.libro primo.

¶Id variis modis vſurpat ab auctoribus. Cũ em̃ dicit id qđ res eſt. Idẽ eſt ac ſi diceremus qđ verꝝ eſt Terẽ.in Adel. Verũ cogito id qđ res eſt. Id ætatis ſum.i.in ea ætate ſum. Aliquãdo ornatus tantum cauſa dicit. vt Id quod.i.qđ. Idipſum.i.hoc.Cice. Lentulo. Multi rogabãtur: atq; idipſum cõſulibus inuitis. Ab id fit idcirco cõiunctio: & ideo.

¶Ida idæ.mõs altiſſimus q ad troadẽ ſpectat hꝫq; multos pedes. Latus ei⁹ ſeptẽtrionale ex anguſtijs abydi vſq; ad Eſapum & Cizicenũ agrũ ad ꝓpontidem pertinet: occidẽtale ad helleſpontũ reſpicit: auſtrale ꝓmontoriũ facit: qđ lectũ appellat: orientalia idæ ad Myſos declinãt: abũdatq; mõs aquis: & multa flumina ex eo deſcendunt: in cuius ſummitate locus fuit Gargarus appellatus a quo gargara æolica ciuitas dicta eſt. Ouí. li.iiij.faſ. Dindymon & Cybelen & Aimœnã fontibus idam. Ida etiã appellata fuit Dardani ſcytharũ regis filia.

¶Idæus.a.um.nomẽ ab ida deductũ. Proper.Cedite iam diuæ quas paſtor viderat olim: Idæis tunicam ponere vertícibus. Eſt & nomen propriũ viri quẽ troianorũ præconem dixit Homerus.

¶Idalus mons eſt & nemus in Cypro quondã Veneri ſacer vbi & breue oppidũ fuiſſe traditur. Vnde & Venus Idalia appellata.

¶Idaſpes fluui⁹ inſignis magnitudine in quo aureæ harenæ & gẽmæ deprehendũtur. Fluit per parthos & Indiam & amplo ꝓfundoq; aluo crebras facit inſulas. Poſtremo quattuor ſuſceptis fluminibus Indo flumini admiſcetur. Dictus Idaſpes ab Idaſpo medorum rege.

¶Idæa.pe.prod.ἀπὸ τοῦ εἰδέσ. Idæas inquit Aug.lib.lxxx.quæſtionũ latine poſſumus vel formas vel ſpecies dicere vt verbũ e verbo tranſferre videamur. Idæas primus Plato appellaſſe perhibetur. Sunt aũt idæę exẽplaria æterna eorũ q̃ naturaliter fiunt immortales: imutabiles. inuiolabiles. Et vt res apertior fiat: opus eſt pręter oẽs homines intelligere quendã hominẽ. Et præter omnes equos equum. Et præter animalia: animal ingenitum. Et quẽadmodum ex vno ſigillo cõplures fiũt impreſſiones ſic ex vno homine ſexcenta milia hominũ. Et hæc eſt Platonis Idæa. A quo Aꝝ. diſſentiens nulla putat eſſe Idæas. Euſe.li.pręparationis. Idæam ſic diffinit. Idæa eſt perpetua ſubſtãtia cauſa: & principium vt ſingularia talia ſint qualis eſt ipſa & quẽadmodũ ſenſibilũ exemplaria ad hęc corpora præcedunt: ſic quę oĩa in ſeipſa continet pulcherrima atq; perfectiſſima huius mundi exemplar eſt ad quam a creatore Deo ab vniuerſa ſubſtantia mũdus ſimillime formatus eſt.

¶Ideo cõiunctio ē: & ſignifi. ob eā cauſam.
¶Idcirco ꝓpter hoc: ſimiliter cõiunctio eſt.
¶Idē cõponit ex is & demũ. i. iterũ is. Et tã in genere maſ. g̃ neu. nominatiuus necnõ actũs maſc. & fœmi. gñis mutant m in n añ d euphonię cauſa vt eundem eandem. Cęteri vero caſus ex integro & corrupto cõpoſiti inueniunt: vt eadę eiuſdem eidē: eodē. Iidē eędē eiſdē eoſdē Itaq; per duo ii. vel per e & i regula exigit ſcribi tam nominatiuũ pluralē maſculinũ: g̃ datiuũ & ablatiuũ plurales. Solēt tñ auct̃ores & per ſynęreſim vnã pro duab⁹ ponere. Et in neutro quidē geminat cõpoſitio: & dicimus idētidē. Sed cũ idē eſt generis maſ. ꝓducitur i. In neutro vero corripit. Ver. lib. iiij. Idē ambas ferro dolor atq; eadē hora tuliſſet. Iuue. Si feciſſet idē caderet ſub iudice morũ. Ponit interdũ idē pro etiã. Ci. Et huic cõiuncta beneficētia: quã eandē vel benignitatē vel liberalitatē appellare licet. i. quã etiã. Quin. Si cãm veneficij dicat adultera: nõ. M. Catonis damnata iudicio videtur qui nullam adulterã nõ eandē eſſe maleficã dixit. Ab idem fit itidem: quod eſt quaſi item idem: quod ſignificat ſimiliter eodem modo.
¶Idētidē pe. cor. cõponitur ex idē & idē ſed m in n mutat: & t interponit euphonię cauſa. Cui⁹ obliqui deficiũt: ſignificatq; frequēter & eodē modo ſiue illud idē per eundē modũ. Liui. li. i. Vnam lõge añ alias inſignē ſpecie & pulchritudine a globo thalaſſi cutuldã raptã ferũt: multiſq; ſciſcitãtibus cuinã eam ferrēt: idētidē ne quis violaret thalaſſo ferri clamitatũ. Ply. Centũ millia nũmorũ ꝓ domo eius idētidem promittens. Sue. in Cęſa. Cũ M. Cato identidē nec ſine iure iurando denunciaret delaturũ ſe nomē eius ſimulac primum exercitum dimiſiſſet. i. frequenter.
¶Idios greçe ꝓprius. Vñ Idiota: Idos vero latine forma a quo Idolum.
¶Idiographũ pe. cor. latine priuata ſcriptura.
¶Idioma atis. ꝓprietas ſermonis: vt ſunt quinq; idiomata. i. dialecti greçorum.
¶Idiotes ſiue idiota indoctus & illitteratus: quo vocabulo Ci. in Piſonē & alij frequēter vtunt. Dī etiã inutilis: quaſi ſibi tantũmodo & nõ pluribus vtilis: priuatus: plębeius. Luci. Quid ni tu idē illitteratum me atq; idiotam diceres?
¶Idolũ pe. pro. dicit ſimulachrũ. Nã apud græcos ſcribit εἴδωλον. Nam εἶδος forma dicitur.
¶Idolium dimin. eſt.
¶Idolatra vel idolatres ſeu idololatra vel idololatres idolorũ cultor. Idolatria ſeu idololatria ſimulachroꝝ cultura. Nã λατρευω a quo latria deducit apud nos colo interpretat. Eſt em̃ cõpoſita dictio ex idolo & latria cultura. Hiero. contra Io. Nec mirũ ſi oñe qđ in macello vendit apoſtolus emi iubeat & comedi cũ idolatris & adhuc in templis idoloꝝ quaſi idolothyta veſcētib⁹ ꝓ ſumma abſtinētia fuerit cibis tantũ abſtinere gētilium.
¶Idolothytũ pe. ꝓ. dici pōt īmolatũ idolo: vt eſt apud apoſtolũ. Nõne cõſcięntia eius cũ ſit infirma ędificabit ad comedendũ Idolothyta.
¶Idolothyſia cũ accētu ī pe. īmolatioq̃ fit idolis
¶Idothea nom̃ ꝓpriũ filię Prœti argiuoꝝ regis.
¶Idomeneus Deucalionis filius cretēſiũ rex qui cõtra Troianos ſtrenue dimicauit: & petuliã vrbē ſuper Salentinũ montē calabrię condidit.
¶Idoneus a. um. quod eſt ad oñia aptũ fam mala g̃ bona. Teren. in An. Adeon videmur vobis idonei in quibus illudatis.
¶Idas idæ nomē ꝓpriũ mariti Marpiſſę: qui oim formoſiſſimus fuit.
¶Idumæa cũ diph. regio ſyrię: q̃ (teſte Ply. li. v.) a meridie arabiã habet: a ſeptẽtriõe phœniciã. In qua eſt vrbs Idume pe. pro. finitima phœnicię palmis abũdans. Luca. lib. iii. Gazaq; & arbuſto palmarũ diues Idumę. Inde fit idumęus a. um. Ver. li. iij. Ge. Primus Idumęas referã tibi mantua palmas. Hiero. ad Darda. Idumæos quoq; a meridiana plaga vix vigintiquinq; ab Hieroſolyma milibus ſeparatos.
¶Idus fœmi. gñis & tantũ pluraliter dici pōt diuiſio. Vñ ꝓprie exiſtimant dies q diuidũt mẽſem Diuidũt. n. mẽſes p̃cipue nonas a calẽdis. Iduare ſiquidē ethruſca lingua diuidere ē. Sũt etiã q; dicãt Idus quaſi vidus: v littera detracta q; tunc plena luna videat. Alij ἀπὸ τοῦ εἰδουσ: hoc eſt a ſpecie deducũt q; ea die luna pleniſſimã ſpēm oſtēdat Alij ab Ioue: quaſi iduli: quoniam apud thuſcos omnibus Idibus Ioui immolabat a flamine.
¶Iebus ciuitas metropolis quę poſtea ſalē: tertio hieroſolyma: & nũc hellia dicit. A Iebus dicti ſũt Iebuſei: de quib⁹ Hieron. ad Darda. ſcribit q; a Iudęis expelli nequiuerint ſed remãſerit cũ eis in ſcã dalũ exẽplũq; vicinorũ: in tantũ vt ibi tẽplũ conditum eſt. areę ornę fuerunt Iebuſei.
¶Iecur oris. & iecinoris. q genitiuus vt inq̃t Priſ. vedet a nominatiuo iecinus: quod non eſt in vſu. Ply. Sex victimarũ iecinora replicata intrinſecus reperta ſunt. Dī & iecinus eris. ſicut munus neris. Et ſignifi. hepar. Vnde & fibras iecinerũ dicimus. In hoc iræ & inſanię cauſam eſſe volunt ſicut pauoris in corde: in ſplene lętitiæ. Iecur connectitur cordi per venas: quæ ſanguinis alimenta iecinori pręſtant. Et hęc eadē ab ipſo iecore diſtribuunt in venas vñ colorẽ accipit. Habet enim iecur ſanguinis cõcreti colorẽ: & in eo amoris eſt ſedes: vt tradunt ſapientes: diuiditurq; in quattuor fibras.
¶Iecuſculũ dim. paruũ iecur. Ply. Muriũ iecuſculis fibręq; ad numeꝝ lunę dierũ in mẽſe cõgruẽt dñe
¶Ientaculũ cibus q añ prandiũ ſumit: qui prãdiolũ ſeu prandiculũ & vulgo collatio dicit. Sue. in Vitel. Ępulas trifariam ſemper: interdũ quadrifariam diſpertiebat in ientacula & prandia & cœnas comeſſationeſq;. Mar. Surgite iã vendit pueri ientacula piſtor. Criſtaq; ſonant vndiq; lucis aues.
¶Iento as. aliquid añ prãdiũ guſto. Var. in mar. Vt eant ac rempub. adminiſtrẽt q; populi ientent Afra. Dum exeo domum ientare nulla inuitat.
¶Ieſſen oppidũ Heroũ vocant: quo Ioſeph in occurſu patris Iacob in ęgyptũ proceſſit.
¶Ieiunium tempus quo a cibis abſtinemus.
¶Ieiuno a cibis abſtineo. Ieiun⁹ a cibis abſtinet
¶Ieiunũ pe. pro. Inteſtinũ ſic dictum quia nunq̃ quod accipit continet: ſed protinus ad inferiora trãſmittit. Hoc maiores noſtri hiram: & per diminutionem hillam dixerunt: vt inquit Feſtus & hillum neutro genere.
¶Igitur collectiua vel rationalis cõiunctio ē. Colligit em̃ ſupradicta illatione: hoc ē rõne cõfirmat. Ci. pro Liga. Habes igit̃ tubero qđ accuſatori maxime optandũ cõfitẽtis reũ. Dī & illatiua q; ꝓpo-

ſtis aliſs informat. Ponit̃ iterdū ꝓ deiñ ſiue poſt ea. Ter. in Eunu. Quid igit̃ faciã? Plau. in Amp. Si aliter erunt aſiati neq; dent quę petãt ſeſe igitur ſumma vi: armiſq; oppidũ eorũ oppugnaturos.
¶ Ignis a gignẽdo. i. naſcẽdo dr̃ q; in eo nihil naſcat: & oñe qd naſcit̃ eñ amittit & frigeſcit: vel q; ſeip̃m pariat & paruis ſcintillis creſcat in ĩmenſuꝫ Sumit̃ qñq; pro meretrice vel quia amator vritur Verg. At mihi ſeſe offert vltro meus ignis amyn thas. Vel quia meretrix auida eſt: vt ignis alimẽto rũ. Hinc igneus a. um. vt calor igneus.
¶ Ignis ſacer morbus eſt a Ply. dictus qui a Dioſcoride vocat̃ Eryſipelas. Sunt & morbi q dã Eriſipelatodes vocati quotiẽs accẽſio interna cũ dolore vehemẽti circũ viſcera percipit̃. Sed cũ in cerebrũ ſubit id malũ refrigerant̃ & impalleſcũt ora Eryſipelas & in vulneribus quoq; dr̃ cũ ſup inflã-mationẽ rubor vlcus ambit: iſq; cũ dolore procedit: vt ait Celſus. Idẽ auctor ignem ſacrũ ab Eryſipelate diuerſum facit. libr. v. Gña ignis ſacri duo reddẽs. Alterũ in altitudine puſtulis cõtinuis. Alterũ in ſũmę cutis exulceratione latũ inexęquale. Eryſipelas Galeno proprie is tumor eſt qui ex tenui ſanguine interim & cum bilis parte incenſo ac feruente conſiſtit.
¶ Ignio is. iui. itũ. inflãmo. Hiero. Eloquium dñi igniuit eũ. Vnde ignitus pro cãdente. Idem. Vox hominis mulieri ſagitta ignita diaboli. Et Apuleius ignitam eſſe martis ſtellam dixit
¶ Igneo es. A quo igneſco is. Et ẽ igneſcere ignẽ fieri: quo Plynius vtit̃ non ignire.
¶ Ignefacio ignem accendo: ſiue ignitũ reddo: a quo ignificus lator diſcordiæ.
¶ Ignipotẽs dictus eſt Vulcanus q; ignis poteſtatẽ habeat: habetq; accentũ in antepen.
¶ Igniuomus pe. cor. ignẽ vomẽs. Lact. Altius igniuomũ ſolẽ cœli orbita ducit.
¶ Ignitabulũ ignis receptaculum.
¶ Ignarius lapis dicitur: ex quo ignis excutitur.
¶ Ignia quędã vaſorũ fictilium vitia quę coquendo contrahuntur.
¶ Ignauia ab ignauus fit & eſt cõtraria fortitudini cu qd ratio aggredi fortiter ſuadet: id nos formido aggredi diſſuadet: & ab audẽdo retinet. Ci. in Lęl. Vt bonitas maliciã: tẽpãtia libidinẽ: ignauiã fortitudo. Idẽ. Ignauiã puſillũ & abiectũ animũ eſſe oſtẽdit ad Celiũ ſcribens. Etenim etiã hoc genere gloriari ſolitũ eſſe familiarẽ noſtrum Hortenſium q; nunq̃ bello ciuili interfuiſſet hęc noſtra laus erit illuſtrior q; illi tribuebat̃ ignauię de nobis id exiſtimari nõ poſſe arbitror. Nec me iſta terrerẽt quę mihi a te ad timorẽ fidiſſime atq; amãtiſſime proponunt̃. Quid autem ſit fortitudo idem li. iiii. ad Heren. oſtendit. Ita nõ eſt fortitudo inquit ſed temeritas propterea q; fortitudo cõtẽptio ẽ laboris & periculi cũ ratione vtilitatis & copenſatione cõmodoꝝ. Temeritas eſt cũ incõſyderata dolorũ perpeſſione gladiatoria periculoꝝ ſuſceptio. Sal. de ignauo & ignauia ſic ſcribit. Cõptũ ego habeo milites verba virtutẽ nõ reddere: neq; ex ignauo ſtrenuũ: nec fortẽ ex timido exercitũ oſtendi patoris fieri. Et paulo poſt. Scitis equidẽ milites ſocordia atq; ignauia lentuli q tã ſibi nobiſq; cladẽ attulerit. Ex his colligi poteſt: q; gnauus ſit is qui induſtrius eſt & ſtrenuus ſiue fortis. Cuius cõtrariũ eſt ignauus: q̃ nõ ẽ induſtrius. i. q negligit aut formidat ſe exercere in aliqua arte ꝓpter laborẽ. Ver. Ignauũ fucos pecus a preſepibus arcent: aut q formidat periculũ aggredi quod fortis & ſapiẽs formidare non debet: vt Ci. Hortẽſio dicit tributum eſſe ignauię q; nũq̃ bello ciuili interfuiſſet. Differt tñ q̃tum intelligo inter gnauum & induſtrium: q; gnauus proprie is ſit q ad ſubeunda pericula ac labores tolerandos ſapiens & fortis eſt. Induſtrius qui ingenio cum multũ valeat vt artifex bonus aliquid ſtruere & negociari nõ ociari ſtudet. Ci. ꝓ Põpeio inter gnauos & induſtrios diſtare oſtẽdit dicens. Cęteris ordinibus homines gnaui & induſtrij partim in Aſia negociantur: quibus abſentibus vos cõſulere debetis: partim eorum in ea prouincia pecunias magnas collatas habent. Cõponiturq; ignauus ex in & gnauus ſiue ex in & nauis in g mutata. A nauis eñ & gnauus dicit̃ ſed proprie nauus. gnauus vero per aſſumptionẽ g. Dictus nauus celer & ſtrenuus a nauiũ celeritate.
¶ Ignauit ignarum fecit. Afra. In parte inferiori hic implicabitur caput fateor: ſed ſępe ignauit fortem in ſpe expectatio.
¶ Ignoro as. pe. prod. neſcio & ab ignarus fit qd ab in & gnarus cõponit̃. hoc ẽ neſcius. Gnarus vero idẽ eſt qd ſcius ac peritus. Col. in p̃fa. Armorũ ac militię gnaros. De ignarus. Ter. in Eu. Imprudẽs harũ rerũ ignaruſq; oĩm. Ci. Neq; n. tãtę diffi cultatis eram ignarus. Ver. p̃ĩmemor poſuit. O ſoci ſi neq; n. ignari ſum⁹ añmaloꝝ. Et alibi ꝓ eo qd eſt aliter diſponẽs. Aut quiſnã ignarũ noſtris deus appulit oris? Ab ignoro fit ignoratio & ignorãtia. Sed ignoratio ad actũ & rẽ pertinet quæ penitus neſcit̃: nec ſciri poteſt niſi prodat̃: vt Cic. li. iij. off. Quot⁹. ii. q ſq; reperit̃ q impunitate & ignoratiõe oĩm ꝓpoſita abſtinere poſſit iniuria? Ignorantia vero ad ingenij humani vitiũ pertinere põt qñ quis per ignorantiã non ſatis intelligit qd faciat vel dicat. Aliqñ etiã ſine humani ingenij vitio eſſe poteſt ignorantia: vt ſi quis neſciat ea quę ad ſe nõ attinent. Hic tum harum rerum ignorãs erit: & ignorantiam harum rerum habere dicetur & per ignorantiã earum dicet aut faciet interdũ ea quę ſi ſciret nõ diceret neq; faceret. Quo quidẽ mõ accepiſſe puto Ciceronẽ in Læl. cũ dixit. Vt in fabulis q aliquãdiu per ignorãtiã ſtirpis generis in famulatu fuerunt. Ignorantiã nõ ignorationem dixiſſe reor magis ꝓpter hoies q ignorãtes erant ſtirpis illorũ q̃ ꝓpter ip̃m gen⁹ ſtirpis quod ignorabatur: quaſi ſi homines id reſciuiſſent non illos in famulatu eſſe permiſiſſent. Hęc autẽ differentia fit: quoniã ignoro varie ſumit̃: vt ſic dicam hoc ignoro: & cauſa ſit: quia id nõ prodit̃ mihi. Tunc quia huiuſmõi cauſa nõ ex me ꝓuenit: ſed ex rẽ q̃ nõ proditur mihi: recte ignoratio dicit̃. Alio mõ hoc ignoro & cauſa ſit quia nolo aut nequeo id appræhẽdere etiã ſi prodat̃ mihi. Aut ideo hoc ignoro q; ad me id nõ attinet propterea non id quæro ſcire: rtunchæc ignorãtia dicẽda eſt nõ ignoratio: quoniã ad hoĩs perſonã: quę id ignorauit hoc magis pertinet q̃ ad rẽ quę ſciri penit⁹ nõ poſſet. Vñ Do. Imprudẽs per ſe Ignarus per alios. Ita & nos dicimus. Ignorans per ſe. Ignarus per alios. Et ignorantia per ſe: ignoratio per alios.
¶ Ignorabilis: qui nõ cognoſcit̃. Plau. Quis hic

eſt qui oculis obuſam ignorabilis obiicitur?
¶Ignobilis dicit gnotus. Ver. lib. vii. Solus ibi & ſyluis italis ignobilis æuũ Exiget. Aliquando dicitur ſtultus: vt ignobile vulgus.
¶Ignomines qui laude & gloria carent quaſi ingloriꝫ illaudati.
¶Ignominia nominis nota. Ci. li. iiii. de rep. Ita ꝙ cũ omnis ea iudicatio verſet tantũmodo in nomine: animaduerſio illa ignominia dicta ẽ. Cõponitur eñ ex in & nomẽ g interpoſita quaſi contra nomẽ. Nã nomẽ & ignominia cõtraria ſunt: q̃uis ſit & bonũ nomẽ & malũ nomẽ: tñ nomẽ ſimpliciter ꝑ honore etiã ſumit: vt Cice. indicare videt ſic ſcribẽs Thermo. Oſtẽdi graues te ſuſcepturũ inimicicias ſi adoleſcẽs potẽs & nobilis ignominia affectus eſſet. Et hercle ſine dubio erit ignominia Habes eñ neminẽ gradu ſuperiorem.
¶Ignoſco is. ignoui. tũ. valde noſco & diſco. Auget eñ hic in Var. Vos q in theatrũ voluptatẽ aut ribus aucupatũ concurriſtis: domo adeſte: & a me quæ feram ignoſcite domũ vt feratis a theatro litteras. Aliqñ ignoſcere eſt veniã dare: & excuſatũ habere. Vñ in priuatiua eſt quaſi nõ agnoſco errorẽ. Ci. ad Cęſa. Iuni. Nam & pręteritis ignoſcis & cõcedis futura. Lac. li. v. poſuit ꝑ nõ cognoſco & nõ intelligo. Tũ qd legerint ignouerũt. Gel. li. i. Contra patriã inquit Cicero arma ꝑ amico ſumẽda nõ ſunt: hoc profecto nemo ignouit. i. neſciuit Habet hoc verbũ participia ignotus & ignotur⁹. Ci. in Cato. Ignoturũ alteri q̃ patrem: alteri q̃ tutorẽ ſecutus eſſet. Cato li. v. ori. Quod eo& nemo mihi ignoturus eſt. Quidã tñ cõtra regulã a præſenti tẽpe hoc deriuatũ ꝓtulerũt ignoſciturũ. Piſo frugi. li. ij. annal. Quocunq̃ deliquiſſet ignoſcitutum affirmabat.
¶Ignotus incognitus. i. q ignoraꝛ. Interdũ ponitur pro inſcio: hoc eſt pro eo q ignorat. Quin. Ne quis tamẽ erret ignot⁹ nõ eſt filij mei nouerca: ſed mater. i. ignorãs
¶Ieſus pen. pro. eſt. Sunt aũt tres ſyllabę græcæ ιησους. Hebrẽũ nomen eſt qd apud nos ſaluator noſter dr̃: qd cõuenit regibus & ducibus qui ſalutẽ ſequẽtibus ſe populis darẽt. Vñ legimus in libris Moyſi q̃ Auſes Naue filius cũ electus eſſet Dux populi cõmutato nomine de Auſe Ieſus cognominatus eſt: q adductũ de terra ęgypti populũ: & de erroribus eremi liberatũ in terram repromiſſionis induxit.
¶Ilba vel ilua inſula in mari thuſco diſtãs a cõtinẽti decẽ millibus paſſuũ. De qua Plynius refert hoc eſſe verũ: q̃ in aliꝭ regionibus effoſſis metallis terræ ſunt vacuæ: apud Ilbam ſublata renaſcũtur: & rurſum de eiſdem locis effodiuntur. De qua Verg. li. x. Inſula inexhauſtis chalybem generoſa metallis.
¶Ille cũ emphaſi dr̃ ꝑ eminẽtiã. Ter. in An. Hic ille eſt. Sic dicimus. Archytas ille tarẽtinus. Aliqñ ponit ad matorẽ expreſſionẽ. Ver. Ille ego qui quõdam gracili modulatus auena Carmẽ. Aliqñ ponitur pro is: vt apud apoſtolũ. Non qui ſeip̃m cõmendat ille probatus eſt. Aliqñ pro aduerbio loci. Ver. Illi mea triſtia fata Degenerẽq̃ neoptolemũ narrare memẽto. i. illic. Aliquando pro ibi. Teren. in Phormio. Dum ſedemus illi interuenit. Vide etiam in dictione is.

¶Ile per ſimplex l ſignificat id qd̃ in ſũma parte colatuꝫ eſt in homine: & colon græce dicitur. Vñ colici dolores in craſſioribus inteſtinis.
¶Ilia o&. ſumunt̃ ꝑ ea parte quã græci ab inanita te κενεωνα & ꝙ flacida ſit: etiã λαγωνα vocant Celſus lib. iiii. Ipſa ilia inter coxas & pubẽ in imo vẽtre poſita ſunt. Lactes ſunt graciliora inteſtina quæ tria ſunt: Tenue: Ieiunũ: Piluros. Id quod ieiunũ dicitur Varro ilam: ſiue hiram vocauit. Sed hoc de ilibus interioribus intelligitur quę ſunt arteriæ quędam. Ply. li. xi. Inter eas & aluum arterię ad pubẽ tendentes quę ilia appellantur. Sed exteriora ilia latius patent. Nam ea pars quę maxime reſpiratione in lateribus concutitur: hoc nomine cõprændit̃. Perſi. Ilia ſubter cæcũ vulnus habes: ſed lato baltheus auro protegit. Et eſt hoc nomen tã ſecundę q̃ tertię declinationis. Celſus li. iiij. Deinde ſuper rectũ inteſtinũ progreſſa illis fœminæ latera ſua cõuerrit. Iuue. Vis frater ab ipſis ilibus. Ab ilijs ilioſus dicit̃ qui iliorũ dolore laborat qui a græcis lagononponon qui eſt alius q̃ laterum: hoc eſt pleuritus.
¶Iliæ. dicta eſt Romuli & Remi mater.
¶Ila ab ina fit quo noſe: vt eſt apud Feſtũ tenuiſſima pars rei ſiue pellicula ſignificat. Varr. ſcribit hilãeſſe farciminis gñs ab hilo dicta. i. re minima.
¶Ileos græce ειλεος morbus gracilioris inteſtini. Vñ ileoſi: qui laborant in eo morbo.
¶Iliũ regia Priami fuit q̃ & troia a noſe regionis minoris aſię cognoſata ab Ilo trois regis filio. dicta eſt etiã Ilios. Ouid. lib. iiij. meta. Poſtq̃ alta creata eſt Ilios: & danaas pauerũt pgama flãmas.
¶Ilias adis. Homeri opus clariſſimũ. Iliadę Troiani dicuntur.
¶Iliacus a. um. pe. cor. quod eſt ex ilio: & proprie iliacus qui in ilio natus eſt. Ilienſis qui alibi ortus in ilio negociatur. Et iliacus qui ex ilijs laborat q̃ & ilioſus vocatur.
¶Ilione nomen propriũ filię Priami.
¶Ilioneus nom̃ ꝓpriũ viri troiani apud Vergil.
¶Illex gñis cois q̃ ſine lege vel extra legẽ viuit. Plau. in Perſa. Impure inhoneſte viuit illex.
¶Ilex ilicis per ſimplex l & gñis fœm. arboris genus. Ver. Talis erat ſpẽs auri frõdẽtis opaca Ilice ſic leui crepitabat bractea vento.
¶Ilíceus a. um. qd̃ eſt materia tũ ex ilice. Sta. lib. vi. the. Orniq̃ ilice q̃ trabes metuẽdaq̃ ſucco.
¶Ilígneus ſiue ílignus a. um. idẽ qd̃ ilíceus. Ter. in Adel. Lectulos ilignis pedibus faciundos.
¶Iliberis ciuitas ꝓuincię narbonẽſis vt Plyn. & Põpo. ſcribũt. Hãc quidã eſſe aiũt q̃ nũc Granata dr̃ longe clariſſima vrbiũ occidẽtis erepta nouiter mauritanis regibus auſpiciis regũ hiſpaniæ.
¶Illatebro as. pen. cor. q̃ſi intus abſcõdo. Cecil: Arma plęriq̃ abijciũt atq̃ inermes illatebrãt ſeſe.
¶Illætabile quod nõ eſt lętũ. Ver. li. iij.
¶Illaudatus dicit̃: q ne noſari quidem dignus eſt hoc eſt illaudabilis nec vnq̃ noſandus cũ ſit oim peſſimus. Sicut quondã a cõi cõſilio aſiæ decretũ fuit vti nomẽ eius qui templũ Dianę Epheſi incẽderat ne quis vllo tẽpore nominaret: ita hoc verbũ illaudati idoneũ eſt ad exprimendã ſceleratiſſimi hominis deteſtationẽ. Ver. Quis aut eu riſtea durũ Aut illaudati neſcit buſiridis aras. Et ẽ participiũ ꝓ nomine vt ſit illaudabilis nõ q laudatus

nõ ſit: ſed quaſi laudari non meruit. vteſt lib. vij. Aen. Diues inacceſſos vbi ſolis filia lucos. pro in acceſſibiles: nõ ad quos null⁹ acceſſit: ſed ad quos nullus accedere debeat.

¶ Illicio is. pe. cor. attraho & q̃ſi ineſco: ex in & lacio. Ter. in An. Tune hic hoĩes adoleſcẽtulos impitos rerũ eductos libere in fraudẽ illicis. Vñ illectus: attractus: inuitatus. Ci. li. iiij. tuſ. Libido ad id quod videt bonũ illecta & inflãmata rapiatur. Alias illectum dicitur non lectum. Ouidius. Illectumq; remittat.

¶ Illecto as. frequenter illicio. Aug. Quos ad pecata illectant.

¶ Illiciũ ab illiciẽdo dictũ pincitamẽto. Var. li. iij. Sed ſi tranſiturę ſunt apes apiaſtro perfricandum q⁹ illicium hoc illis.

¶ Illix icis, gñis oĩs ab illicio idẽ quod illectiuũ: vt illix animi venus & illices oculi apud Apuleiũ q⁹ incitent & attrahant.

¶ Illecebræ pe. cor. dictę ſunt blandicię ab illicendo vt ſunt diuitię voluptates quę animũ attrahũt ad ea cõplectẽda. Amb. Vitę dulcis illecebra conſtantẽ quoq; mulcet animũ. Aug. lib. ii. con. Vita hæc qua viuimus habet illecebrã ꝓpter quẽdam modũ decoris ſui: & cõuenientiã cum his hominibus infimis pulchris. Hinc illecebroſus a. um. qđ blandimentis hominẽ allicit. Idẽ ibi. Arbor erat pyrus in vicinia vineæ noſtrę pomis onuſta: nec forma nec ſapore illecebroſis.

¶ Illicet pe. cor. per. ſyncopã dictũ eſt: quaſi ire licet: veluti iã finis rei ſit: ſicut actũ eſt. Plau. Illicet hoc curato ſamio. Q̃q; etiã ponit ꝓ ſtatim. Ver. Illicet ignis edax ſumma ad faſtigia tecti. Voluit

¶ Illico pe. cor. aduerbiũ ẽ & ꝓprie ſignificat in eo loco. Aenn. Et quia quo iret neſciebãt illico mãſerũt. Ter. in Adel. Ocioſe nunc iam illico conſiſte. Don. Illico mõ locũ nõ tẽpus ſignificat. Plærũq; ponit ꝓ ſtatim. Plaut. Illico hic ante oſtiũ eramus.

¶ Illiberaliter apud veteres dicebat factũ ſiqs exceſſiſſet oĩne gñs maleficij. Ter. in Adel. Factũ a vobis duriter & inmiſericorditer ac etiã (ſi dicendũ eſt magis apte) illiberaliter.

¶ Illibatus participiũ ſignificat non tactus: q̃uis illibo non legatur.

¶ Illido is. ſi. ſum. pe. pro. impello. Val. max. li. i. Coactis locrẽſibus ex theſauro ei⁹ magnã illi pecuniã dare cũ onuſtus nefaria præda navigaret vi ſubitę tẽpeſtatis tota cũ claſſe vicinus Idæ littoribus illiſus eſt. i. intus vel valde fractus.

¶ Illudo is. pe. pro. derideo. Et dicimus illudo tibi: illudo te: & illudo in te. i. inſulto. Ver. Aut quæ ſopitos ludũt inſomnia ſenſus. Idẽ. Certant q̃ illudere capto. Ter. in An. Adeo videmur vobis eſſe idonei in quib⁹ ſic illudatis. Significat interdũ p ludũ noceo. Ver. Neu varię illudãt peſtes. Interdũ vitupero & graue cõtumeliã infero. Lactan. li. vi. Quibus nõ ſufficit ſexus a deo datus niſi etiã ſuũ ſexum profane ac petulanter illudant.

¶ Illuuies vide in dictione alluo.

¶ Illinio is. valde ſeu ſu plinio inũgo. Col. li. vii. Prędicto q; medicamẽto defricat & illinit: ſed ſi ex toto ꝓpter cerucis tumorẽ iugũ recuſet paucis diebus requies ab opere danda eſt: tũ ceruix aqua frigida defricanda & ſpuma argentea illinienda eſt. Ideſt inungenda.

¶ Illino is. pe. cor. illeui illitũ tertię coniugatiõis ſignificat intus ſiue vehementer vngo: inpergo maculo. Vñ fit illitus a. um. pe. cor. Ver. Illita tela dolis nec martem cominus vſq̃ Auſa pati virtus. Liui. li. ii. Ita in vadis hęſitãtes frumenti aceruos ſediſſe illitos limo ferunt.

¶ Illuceo es. pen. pro. & illuceſco. Vide infra in dictione luceo es.

¶ Illuſtris clarus nobilis: notitię em̃ nõ meriti nomẽ eſt. Vñ illuſtres viri & illuſtres meretrices. Col. li. i. Balnearia occidẽti ęſtiuo aduertãt vt ſint poſt ea & vſq; in veſperũ illuſtria. i. clara.

¶ Illuſtro as. illumino cognitũ reddo ſeu famatũ reddo. Cicero in prologo libri Tuſculanarũ. Hoc mihi latinis litteris illuſtrandum putaui. Idẽ Lentulo. Illuſtrabit mihi crede tuã amplitudinẽ hoĩm iniuria. Columella libro primo. Vinctis q̃ ſalubrimũ ſubterraneũ ergaſtulum plurimis & ijs anguſtis illuſtratum feneſtris.

¶ Illiſus nomẽ amnis in attica regione muſis dicati quas illiſſidas vocant. Papi. Diris & furijs cõſecrauit anfractu riparũ incuruus iliſſos ſęuus honos fluuio ſtygias luſtrare ſeueris Eumenides per hibetur aquis.

¶ Illyriũ ſiue Illyris Illyria vt regio Epyri contermina: ꝓpinqua Italię ab Illyrio vt Appian⁹ inqt Polyphemi filio: ſiue vt Euſtathio placet Cadmi filio denominata. Huius fines ſunt latiſſimi. Hinc Italiam: illinc Germaniam: inde Macedoniam: thraciam & Epirũ habens. Hinc Hadriaticũ ſinus qui colphus ſinus Venetię appellat. Inde Danubium flumẽ. Proper. An tibi ſum gelida vilior illyria. In ea ſunt ciuitates Iadea: Epidaurus: nunc Raguſiũ: Salonia. & aliæ multæ. Hinc illyricus a. um. Hora. li. car. Illyricis comes obruit vndis.

¶ Imago ꝓprie dr̃ cuius generatio eſt per imitatiõnẽ: Vñ filius dicit imago patris qa eſt illi per oĩa equalis ſimilis & ab illo: quę tria requiruntur ad perfectam imaginis rationẽ. Ponit tñ quandoq; pro quacũq; ſimilitudine. Ver. O mihi ſola mei ſuper aſtyanactis imago. Etem̃ ſimilitudo dicit q̃ſi imitatio. Nam vt inquit Varro ab imitatione deducit & per alluſionẽ ad aliud dicitur Echo imago vocis. Hor. li. i. car. Iocoſa nominẽ imago. Aliquãdo ponit pro vagina: q; veluti imago ſit eius rei quã claudit. Ver. li. vij. Curuã ſeruans ſub imagine falcẽ. Rhetores imaginẽ vocant quandam oratiõis figuram cum res non geſta indicatur: ſ; vt geſta ſit oñditur: vt eſt illud. Ipſe inflãmatus ſcelere ac furore in foriẽ venit: Ardebant oculi: toto ex ore crudelitas emicabat.

¶ Imaguncula dimin. parua imago.

¶ Imaginoſus imaginoſa. imaginoſum: In quo ſunt plures imagines. Vnde ſpeculũ imaginoſum a Catullo dicitur ab imaginib⁹ quę in ſpeculo numeroſę viſuntur

¶ Imaginarius naria. arium. quod diſtinguitur a vero & ſolum in imaginatione fit non in re. Hier. de diuerſis lepraram generibus. Alius imaginarium legis opus quaſi ſub veritatis colore depinxit Alius corpus ipſius veritatis declarauit.

¶ Imaginarij dicti ſunt: qui ferebãt ſigna militaria: in quibus Imperatorum imagines erant.

¶ Imagino nas. imagines facio: ſeu repręſento. Gellius libro quintodecimo. Vt ſpeculũ in loco

certo positũ nihil imaginet: aliorsum trãslatũ facit imagines.
¶Imaginor significat rei alicui⁹ quę facta sit vel fieri possit: etiam quę fieri non possit similitudinẽ mẽte concipio. Aug. li. iiij. confe. Et imaginabar formas corporeas. Hinc imaginatio ꝑ huiusmõi cõceptu. Imaginabile quod mente cõcipi potest.
¶Imbellis & hoc imbelle quod nihil bellicum sonat. Hora. lib. car. Imbelli carmine diuides. Proprie tñ imbelle capit̃ pro timido ignauo infirmo quasi bello minime apto. Ouí. libr. heroidũ. Tres sumus imbelles numero sine viribus: vxor: Laertesq; senex: thelemacusq; puer
¶Imbellia imbellię quasi inertia nõ habens belli sciẽtiã. Macrobius libro tertio saturnalium. Tũc pœnus eludens ignauiam: imbelliamq; militum eius pretiose armatorũ. Plane inquit satis esse credo Romanis hęc: etsi auariſſimi sint.
¶Imbecillis & hoc imbecille: & imbecillus imbecilla lũ. ex in & bacillũ: quasi baculo indigẽs: ponitur pro debili: vnde imbecillitas.
¶Imber gñis mascu. in ablatiuo imbre vel imbri Verg. Et vẽtis pulsatus & imbri. Est autem imber vt Apule. libro de mũdo inquit agmen aquarum largius ex cõcretis effusum nubibus. Nimbus vero repentinior & vehementior pluuia. Et q̃to est improuisior: tãto est p̃cipitatior: & breuiore astringitur casu. Et non solum cœlestium agmen aquarũ: sed etiã omnẽ humorẽ aqueũ significat. Verg. Accipiunt inimicũ imbrẽ. Lucre. Ex igni terraq; animæ nascunt̃ & imbri. Sunt tñ qui hoc nomen cum h & ypsilo scribant. Alij cum h & i latino: vt supra in dictione hyems. Sed eius composita per i scribi debere facile demonstrant: vt September october: & cętera. Sed vt puto grẽce nesciunt. ομβροσ enim ab illis dicitur: nomina vero grẽce in ποσ latine in rus vel in er cõuertunt̃ vt Alexãder & alexãdrus. Leander & leandrus. Nõ ergo est metathesis cum vmbria dicitur.
¶Imbrifer pen. cor. qui imbres. idest aquas fert. Vnde Nilus a poetis imbrifer dicitur.
¶Imbrex imbricis penu. cor. canale curuum atq; obtortum quod in tecto ponitur: vt per id defluat aqua. Dictus q; imbrem recipiat. Ponitur tamen quandoq; pro toto tecto. Plau. Fregisti imbrices meas dũ te dignã sectaris simiam. Quidã dicunt imbrices esse quadras fornaces coctiles exacerato cretaceoq; confectas: ad tectũ scãdulare seratiq; tegendũ munimẽtoq; accõmodo imbribus arcẽdis: a quibus amoliendis imbrices dici videntur.
¶Imbriciũ idẽ quod imbrex. Martialis. Cuꝫ sint crura tibi similẽt q̃ cornua lunę: Imbricio poteras sexte leuare pedes.
¶Imbricosus a. um. scaber ad modũ imbricis.
¶Imbrico pe. cor. in modũ imbricis facio: & quasi imbricibus tego. Ply. Superne tantũ imbricatis flexibiliũ vertebris. Sidonius. Tegulis imbricarẽtur. Imbricatũ. Vict. li. ii. videtitelligere mort. vinculis denticulatis pectinatim deuinctum. Incerta vero cæmenta alia super alia sedentia inter se imbricata: non speciosam: sed firmiorẽ q̃ reticulata prestant structuram.
¶Imberbis & hoc imberbe & imberbus a. um. qđ nõ est barbatũ. Vnde imberbes iuuenes dixit. Ci. pro domo sua. Quæ maior calumnia est q̃ inueni re imberbem iuuenem?
¶Imbibo is. penul. corre. insumo: intus cõcipio. Cicero in ver. Nisi de vobis malam opinionem imbibisset.
¶Imbuo is. bui. utum. inficio seu immergo. Col. libr. x. Quibus liquoribus mundã lanam imbuere oportebit vt insistentes apes quasi per syphonẽ succũ euocent. Per tranſlationẽ imbuere sumitur pro initiare: instituere: erudire. Et plærũq; abl̃to post accusatiuũ construitur siue quid intinguatur aut inficiat̃: siue quoquo modo inspergat̃. Vnde imbutũ litteris: imbutum bonis moribus dicim⁹ prędituꝫ & ornatũ ac perfusum. Imbutũ vitijs. hoc est inquinatũ. Sal. Auaricia pecunię studiũ habet quã nemo sapiens cõcupiuit ea quasi malis venenis imbuta corpus aĩmq; virilẽ effœminat. Cice. lib. i. offi. Plerunq; aũt parentũ p̃ceptis imbuti ad eorum consuetudinẽ moresq; deducimur. Aug. li. .i. con. Quid autem erat cauſæ cur græcas litteras oderam: quibus puerulus imbuebar ne nunc quidẽ mihi satis exploratum est. Gel. Farinã fermento imbutam. i. conditam. Aliquando sine ablto. Cato de re rustica. Dolia olearia noua sic imbuito amurca impleto. i. inficito: vel illinito. Ver. Sæpe tener nr̃is ab ouilibus imbuet agnus. i. insperget.
¶Immanis & hoc imane pe. p. significat crudele ac minime bonum. Et immania saxa aspera: siue horrenda dicuntur. A quo immanitas ſęuitia. Cicero. i. offi. Quo detestabilior illorũ immanitas qui lacerauerunt oñi scelere patriam. Aliquando immanis ponitur pro ingenti. Verg. lib. vi. Posuitq; immania templa. Amb. lib. i. offi. Aduersus Goliam immanẽ mole corporis virũ singulari certamine dimicaturus arma quibus oneraret respuit.
¶Immineo es. pe. cor. significat instо. Ouid. Imminet exitio vir coniugis: illa mariti.
¶ Incõcinnus per duplex. nn. incõgruus. Cinnus enim plurimorũ cõmistio est.

¶ Incõditus pe. cor. ex in & cõditus qđ a cõdo fit. Idẽ ẽ q đ inornat⁹ incõpolit⁹. Liui. lib. iiij. Cossus spolia opima regis interfecti gerẽs in eum milites carmina incondita ęquantes; cum romulo canere

ſpolia in æde Iouis feretrij prope Romuli ſpolia quæ prima appellata ſola ea tempeſtate erãt cum ſolẽni dedicatione dono fixit. Ci.li.iij.offi. Dicã vt potero incõdite fortaſſe: ſed tamẽ vt res poſſit intelligi. Eius ſimplex ꝓtulit. Plau. in am. Magis iã faxo dices poſtq̃ in cunis cõditus ẽ. Interdũ in cõditũ etiã qñq; ponit ꝓ incõſcripto. Sal. in Iug. At illi quibus vires aderant ruere cũcti ad portas incondita tenere.

¶ Inconditus pe. ꝓ. nõ cõditus: qđ a cõdio fit idẽ eſt quod inſipidus.

¶ Incõſultus nomẽ ſumit ꝓ imprudẽti & q̃ſi nullius cõſilij. Ci. ꝓ Deiotaro. Hõ incõſultus & temerarius hęc nõ videbat. Quin. O incõſultã & mulierem ſemper amentiã. i. imprudentem & incõſyderatã. Sal. Incõſulte ac veluti per dementiã cuncta ſimul agebãt. Q ñq; vero participiũ ẽ: & accipitur pro eo a quo cõſiliũ nõ eſt petitũ. Var. Etẽm inſcio atq; inconſulto dño ſerui ſæpe ex agro diſcedunt. Sic dicimus incõſultus medicus ad ægrotũ venit. i. a quo cõſiliũ nemo petijt. Interdũ accipit pro eo qui cũ quæreret cõſiliũ nõ accepit: quaſi ꝓ indigno habitus. Verg. Inconſulti abeũt: ſedẽq; odere Sibyllę. Dĩ & incõſultus tus. Plau. in Tri. Quia rure dum ſum ego vno ſex dies me abſente atq; inſciente inconſultu meo ędes venales haſce inſcribit litteris.

¶ Incõſutus pe. ꝓ. nõ cũſutus. Hiero. ad Fuſt. Cõſuant tunicas q inconſutã deſurſum tunicã pdiderũt: quos vagitus delectat infantium.

¶ Incõſutilis pe. cor. nõ cõſutilis: vt veſtis icõſutilis q̃ ſil' ſui nõ ꝑt. Euã. Erat aũt tũica icõſutilis. &c

¶ Incõſyderatus q nõ cõſyderat. Lac. li. i. Nemo eſt tã incõſyderat⁹ q nõ intelligat fuiſſe mortales.

¶ Incoxo as. in coxã ſedeo. Pacu. Adeo incoxãti mihi pes obſtupuerat.

¶ Incredibile nõ credibile. Ter. in phor. Incredibile ẽ quantũ herũ anteeo ſapiẽtia. Et incredile dĩ maximũ: qđ vix credi poſſit. Idẽ in eadẽ. Quia ꝑter ſpẽ atq; incredibile hoc mihi obtigit.

¶ Increpo as. pui. itũ. pe. cor. ſignifi ſono. Ver. li. viij. At tuba terribilẽ ſonitũ ꝓcul ære canoro Increpuit. Hiero. in li numeroꝝ ſine actõ dixit. Cũq; increpueris tubis cõgregrabit ad te ois turba. Idẽ ſine aliquo caſu a parte poſt. Si aũt plixior atq; cõciſus clãgor increpuerit mouebũt caſtra primi. Dicim⁹ ergo Tuba increpuit ſonũ. Tuba ſiue ſonus increpuit. & Fgo increpui tuba. Per tranſlationẽ increpare ponit ꝓ reꝑndere ſed cũ crepitu & verbo tũ pedũ vę ſtrepitu. Hocẽ cõtra aliquẽ crepãdo & ſtrepẽdo inſurgere: ſed tũc increpui: & increpaui ꝓteritũ facit. Hiero. in gen. Et increpauit eũ pater eius. Idẽ Increpuerũt me renes mei. Itẽ ꝓ incitare Turpil. Age tu hymenęum increpa.

¶ Increpito as. pe. cor. frequẽtatiuũ. Ver. li. x. Hoſtis amare quid increpitas?

¶ Increatus nõ creatus. Lac. li. i. Vnus deus q ſolus principaꝫ: iſq; ampliſſimus increatus.

¶ Increſco is. valde ſiue magis creſco. Liui. lib. i. Carcer ad terrorẽ increſcẽtis audacię media vrbe imminẽs foro ędificat. Quin. li. viii. Hoc gñs increſcit ac fit manifeſtius ſi ampliora verba cum ipſis nominibus ꝓ quibus ea poſituri ſumus cõferant: vt Ci. in ver. Nõ em furẽ ſed raptorẽ: nõ adulterũ: ſed expugnatorẽ pudicitiæ: nõ ſacrilegũ ſꝫ hoſtẽ ſacrorũ religionũq;. Nõ ſiccariũ ſed crudeliſſimũ carnificẽ ciuiũ ſociorũq; ĩ vĩm iudiciũ adduxim⁹? Illo em mõ vt ſit multũ hoc etiã plus vt ſit efficit

¶ Incremẽtũ ab increſco. Quin. Quattuor tñ maxime gñib⁹ video cõſtare amplificationẽ: incremẽto cõparatiõe rõcinatiõe: cõgeries incremẽtũ ẽ potẽtiſſimũ cũ magna etiã videt q̃ inferiora ſunt

¶ Incubo as. pe. co. & incũbo is. ambo a cubo cõponũt. Primũ ſervat analogiã ſui ſimplicis: vt ſit ſemper primę coniugationis. Alterũ recipit m. & tranſit ad tertiã: ambo tñ incubui & iupinũ icubitũ faciũt: & ſignificatiõe cõueniũt. Eſt aũt incubare inſtare/innitι/inſidere/inhęrere: & dtõ ſemper iũgitur. Ver. Ponto nox incubat atra. Quintil. lib. x. Qui aũt ſciuerit quo quæq; ſint mõ dicẽda niſi tanq̃ in ꝓſpectu paratã quidẽ ad oẽs caſus habuerit eloquẽtiã velut theſauris clauſis incubabit. Ci. in Timęũ Platonis. Qui oĩs aĩantes cõplectit: id nõ põt eẽ cũ altero. Rurſus em ali⁹ aĩans q eũ cõtineat ſit: neceſſe ẽ. Incubamus enſi terrę mari pelli bus ſpongiæ cardini & ſimilib⁹ quæ ſubiectæ aut obiectę rei ꝓportionẽ hñt. Papi. Et feſtinantia fiſtẽs Fata ſalutifero mitis deus incubat angui. Incubare etiã quẽq̃ Ioui dicimus ꝓ eo qđ ẽ apũd Iouẽ. Plaut. in Cur. Namq; te incubare ſatius fuerit Ioui q tibi auxilio in iureiurãdo fuit. Simile huic fere verbũ videt incũbere initiq;. Ply. Cœlũ inqt cardini ſuo. i. terræ incũbit. Aliubi terræ ait oĩa inniti. Q ñq; incubare ex vi ꝑpoſitionis in ſignificat intus ſiue ſuper cubare. Cubare. n. dormire ſiue ꝓcumbere: ſtare cõſiſtereq; ſigni. Vñ Plau. in Caſ. Eſt ei qdã ſeru⁹ q in morbo ſuo imo vero in lecto neq̃d mẽtiar icubat. & iterũ. Q ñq; ego eã mecum rus vxorẽ adduxero ruri incubabo vſq; in ꝑfectura mea. Cato de re ru. Prim⁹ cubitu ſurgat: poſtremus cubitũ eat. Col. lib. viij. Vt ſemper q̃ aridiſſimis filicibus vel culmis ſtabula cõſtrata quo purius & mollius incubent. i. ſupercubẽt dormiãt aut quieſcant. Lact. libr. de opi. Nidos aut luto ædificant aut virgultis & frondibus conſtruũt & ciborũ expertes incubãt ouis. Ply. li. x. Oua incubari infra. x dies edita vtiliſſimũ vetera aut recentiora infœcunda. Var. Quę velis incubet: negãt plus ſi viginti q̃nq; oua icubare. Hic cũ actõ iũxit. Ply. lib. ij. Aut ſi vna oẽs incubarẽt. Vel Aut ſi vna oẽs incubaret. Hocẽ ſi natura vna tantũ eſſet q̃ mũdos illos oẽs incubaret. i. occuparet poſſideret: ample ctereť: foueret: vt gallinæ oua. Macrob. quoq; de Dionyſio. Siculę inquit incubator aulę. Ab incubo fit incubitus us. & incubatio. Plyni. Quædam aũt citra incubitũ ſponte natura gignit. Idẽ Rara incubatio ouis noxia.

¶ Incubones dĩr q theſauris inuigilãt. cũ tñ mediocritas in rebus humanis ſit optima vnde theognis megarcus μηδεν αγαν σπευδειν μεσον αριστα και ουτωσ κυρη εξεισ αρετην τελεβειν χαλεπον.

¶ Incũbo is. dtõ ſimiliter iũgit: & duo ſignific. ſ. obnixe operã do alicui rei: vt Incũbo ſtudijs. Et inhęreo. Vergi. Incũbens tereti damon ſic cœpit oliuæ. Ply. li. i. Nãq; in illo caua in ſe conuexitas vergit & cardini ſuo: hoc ẽ vndiq; terræ incũbit. Frequẽter etiã actõ mediãte ad. vel in. vt a Cicerone fere ſemper vſurpat. Pergite inqt adoleſcentes & in hæc ſtudia in quibus eſtis incũbite. Et alibi.

Quare incũbamus ad illa p̃clara ſtudia. Nam cuꝫ operi alicui faciũdo incũbimus toto pectore ſignificať diligẽtia & conatꝰ. Similiter cũ accuratiꝰ qd mẽte agimꝰ incũbere dicimꝰ. Plus tñ ineſſe videť actõ cũ in q̃ dtõ: q̃ſi ſit initi: vel inſiſtere contra: ſiue ſuper in quo deſignať qd arduũ vel mirabile vel oneroſum. Et hoc ex vi p̃poſitionis in actõ iũctæ. vt Cic. p Cor. balbo mirabile a ſe factũ fuiſſe declarat cũ ait. Hoc ſiue meũ ſiue reip. fatũ vt etiã in me vnũ oĩs illa inclinatio coĩum tẽporꝫ incũberet. Oneroſum ſeu arduũ: vt idẽ Cornificio. Te tñ hortor vt oĩ cura in rẽp. incũbas. hoc ẽ ſuſtẽtãdã ſiue tuendã qđ difficillimũ erat. Quare ſi dixero. Incumbo in remos maior nixus in illos deſignatur: q̃ incũbo remis. vt ſit incumbo in remos q̃ſi totis viribus brachiis innitor cõtra ſiue ſuper remos. Vñ Hier. vſus eſt p̃poſitione ſuper ad Dama. Papã. Incubuit ſuper collum. Aliq̃n vero in huiuſmodi forma ſignificat ĩtruo. Ci. pro Plãcio. Potius q̃ ab ipſis qui in te ip̃m incubuerunt te depulſum putas. Quintil. lib. v. Et fluctus eſſe cum magna vis vẽti in mare incubuit. Ver. tũ dtõ iunxit. Incubuere mari cũ tñ irruo actũm poſcat cũ p̃poſitione in. Ter. in adel. Fores effregit: atq; in ędes irruit alienas: Incũbo autẽ ad ſtudia ſignificat aĩo & opera intendo ſiue innitor ad ſtudia: vt Ci. p Põpeio: Quare videte ne dubitãdum vobis ſit oĩ ſtudio ad bellũ incũbere. Aliq̃n poſt actũm adhibeť adiectiuum vt effectus rei q̃ deſignať de monſtreť: vt idẽ p. L. ſylla Neminẽ eſſe ex illo honoris gradu q nõ in ſtudio: virtute auctoritate incubuerit ad rẽpu. cõſeruandam. Si vero nõ ponit adiectiuum tunc ſubintelligiť: vt ſit incumbere ad bellũ. ſ. ſuſcipiẽdũ incumbere. Et ad eius perniciẽ incumbẽti: hoc ẽ exequẽdã. Simile erit ſi dixero. Remiges incũbũt ad remos ſubintelligiť emẽdos ſi emere velĩt: vel hñdos ſi ꝓhibeãť: aut detineãť: vel obnixe tenẽdos ne ſibi rapianť. aut e manibꝰ elabãť & hmõi licet Valla in remos vel ad remos iucumbere dici poſſe neget: ſed remis tãtum. Eſt ꝓterea qñ incũbere ſignificat ſubire: ſiue ſuperueníre. Lact. li. ii. Si morboꝝ peſtifera vis incubuit. Amb. Veſper incubuit: ppli ſequebanť: ſtagnum occurrit: turbæ vrgebãt. Itẽ ſupetiacere. Ver. libr. iiij. Incubuitq; toro: dixitq; nouiſſima verba. Et li. vii. Pellibus incubuit ſtratis: ſomnoq; petiuit.

¶ Incubi pe. cor. dicti ſunt ſyluani & fauni: quos improbos quãdoq; fuiſſe mulieribus cõpertum ẽ ac earum appetiſſe peregiſſeq; cõcubitum.

¶ Inculco as. eadẽ ſępius iterando ingero: inſpiſſo. ex in & calco.

¶ Incultus: a cultus ptĩcipio cõpoſitum ẽ & in negatiue ſumiť. Liui. lib. x. Caritas primũ ãnonę ex incultis p ſeceſſionẽ plębis agris. Hiero. ad Helio. Squallida capitis horret ĩcultа cęſaries. Et in hac tãtum ſignifica tiõe repiri puto: hoc eſt nõ cultus: nõ exercitatus: vel nõ ornatus: vel nõ hĩtatus ad iectiuũ. Et nõ ab incolo ẽ: vt ſit eius participium: ſed eiꝰ foret ſi p̃hĩtatꝰ caperet qđ nuſq; legi. Hie. ad Dama. papã. Nõ ambigo, quin inculta noſtræ paruitatis oratio videatur.

¶ Incunabula. Vide ſupra in dictione cunę.

¶ Incurro is. cõtra aliquẽ curro qđ vernacula lingua dr̃ correr adoſſo. Liui. li. i. Eo p̃lio p̃cipua equm gl̃ia fuit vtrinq; a cornibus poſitos cum iam pelleret media peditum ſuoꝝ acies incurriſſe a lateribus ferũt. Aliq̃n incurrere eſt intro currere: ſeu vltro ſe inijcere. Sal. Poſtq̃ Catilina fuſas copias ſeq; cũ paucis relictũ videt memor gñis atq; priſti nę dignitatis inter confertiſſimos hoſtes incurrit ibiq; pugnando cõfodiť. Lact. Per tranſlatioũe dixit. Aut oblitus eẽ ꝓpoſiti videar: aut loquacitatis crimẽ incurrã. Aliq̃n Incurſiones quas currarias vulgo dñt facere: quæ fiunt p̃dando loca. D. Brutus Ciceroĩ. Aut apẽnino alpibuſq; ſe teneat: & decurſionibus p equites quos habet multos vaſtet ea loca q̃ incurret. Hinc incurſus us. p incurſione. Col. Hoſticis incurſionibꝰ vaſtatas fruges.

¶ Incuria & incurioſus vide ſup̃ in dictiõe curiꝰ

¶ Incuruus valde curuus. Ter. in Eu. Cõtinuo ac currit ad me q̃lõge qdẽ incuruꝰ: tremulꝰ: labijs demiſſis.

¶ Incuruo as. incuruum facio.

¶ Incurueſco is. incuruus fio. Ci. li. i. tuſ. Hic autẽ vbi hĩtamus nõ intermittit cœlũ niteſcere: arbores frõdeſcere. rami baccarũ vbertate icurueſceť.

¶ Incus udis. pe. pro. gñis fœ. inſtrumẽtũ in quo aliquid cudimus. Hora. Et male tornatos incudi reddere verſus.

¶ Incudo onis qui in incude ſiue ſup incudẽ q cq̃ fabrefacit. Hiero. cõtra Ioui. Et in nauibus piſcatorũ caput eius ſtat ſicut incudo inſatiabilis reputat ferrũ vt paleas.

¶ Incuſo as. pe. p. vide in dictione accuſo.

¶ Incutio is. pe. cor. ſſi. ſſũ. ex in & quatio: q inc & a in u mutatis. vt cętera compoſita. Concutio diſcutio: excutio: percutio. Eſt aũt incutere inijcere. Vergil. Incute vim ventis: ſubmerſaſq; obrue puppes. Aug. li. viij. con. Quãto ꝓprius amouebatur: tãto ampliorẽ incutiebat horrorem.

¶ Indago as. pe. p. ingro. Ci. li. i. offi. Ineſt indagatio atq; inue. Et de opti. gñe dic. Aut reꝑhẽdet q; inuſitatas vias indagemꝰ: ĩtritas relinquamus.

¶ Indago ginis. & indages inis. pro inquiſitione Verg. Saltuſq; indagine cingunt.

¶ Inde aduerbiũ. i. ex eo loco. Liui. li. i. Primo in Macedoniã veniſſe: inde in Siciliã quęrentẽ ſe deducturũ. Aliq̃n dr̃ nõ de loco ſed de rebꝰ. Idẽ in eo dẽ. Oĩs te exempli documenta in illuſtri poſita monumẽto intueri. Iñ tibi tuęq; reipu. qđ imiteris capias. Aliq̃n ponit p deinde: vt apud eundẽ. Crimini maxime dabãt ĩ numitoris agros ab his impetũ fieri inde eos collecta iuuenũ manu hoſtilem immodũ p̃das agere. Hic fiũt cõpoſita deinde: exinde: perinde: & pinde: q̃ hẽnt accentũ in añpenu.

¶ Indidẽ pe. cor. aduerbiũ cõpoſitũ ab inde & idẽ qđ ẽ ex eodẽ loco. Plau. Indidẽ vnde orit facito: vti facias ſtultitiã ſepelibilẽ. Apud Cato. ponit p idem mox.

¶ India regio orĩẽtalis aſię terminꝰ q̃ tã vaſta perhibeť: vt eã tradant eſſe tertiã partẽ oĩm terrarum Põpon. ſcribit tantũ ſpatiũ littoris occupare: q̃ tũ per. lx. dies nocteſq; velificãtibus curſus eſt. Tradũt in ea fuiſſe quinq; millia oppidorum: ab Indo flumine ſic appellata: in quẽ ab occidẽtali plaga deſinit: q ſolus poſt nilũ crocodillos creat. Hæc a merid. mari ĩcipiẽs aduſq; ſolis occaſũ porrigiť & a ſeptẽtrionibus vſq; ad curnuſiũ mõtẽ ꝓuenit. Gẽmis abundat. Capricanes & elephãtos ꝓcreat arbores hẽt ſemper frõdẽtes. Tellus bis fruges in anno ad maturitatẽ ꝓducit. Piper: calamũ aroma

ticũ & cynnama ad nos mittit. Indi prope gẽtiũ ſoli nunq̃ emigrauere finib⁹ ſuis. Illic binæ æſtates: leues auræ: tẽperies cœli: vbertas ſoli: aquarũ abũdantia: quę oĩa facĩũt vt maiora in india q̃ in cæteris regionibus naſcanť aĩalia. Ab India fiũt adiectiua Indus. & indicus li. v. de geſtis Alexandri arrianus. ο ΔειμΔοσ ποταμοσ εστι των κατα τημ ασιαν τε και ευρωτωτημ πλην ταττου και τουτου του ιμΔου ποταμου και οτι αι πηγαι εισιν αυτω εντιτα Δε του ορους παραμισσου η καυκασου.

¶ Indus fluui⁹: a quo India noĩata ẽ. quẽ in iugo caucaſi mõtis qđ vocať paropanyſus aduerſ⁹ ſolis ortũ effuſum aiũt: in ſecq̃. xix. amnes recípere.

¶ Index gñis có. peo vel ea q vel q̃ aliqđ indicat & accuſat. Aſco. ſcribit: indicẽ eẽ q facinoris cui⁹ ipſe eſt cõſcius latebras indicit impunitate ꝓpoſita. Salu. Plærique craſſo & negociis priuatis obnoxij cõclamabãt indicẽ falſum eſſe. Mar. Indice nõ opus ẽ nr̃is nec iudice libris. Inde indicium dictũ qđ alio noĩe indicina vocať ꝓ detectiõe & accuſatiõe. Apu. Ob idicinę p̃miũ occupaſſe dño tr̃i ſuo Sal. Itaq̃ cõſulẽte Ciceroe frequẽs ſenatus decreuit Tarquiniį indiciũ falſum videri. Index vero maſ. gñis accipiť ꝓ digito prope pollicẽ: vel pro lapide quo auri vel argenti gradus cognoſcitur.

¶ Indico as. pe. cor. ſignificat manifeſto: & palã facio. Plau. in aſi. Egone hæc patiar aut taceam? Emori me malim q̃ hęc eius vxori nõ indicẽ. Ali quando demõſtro. Lact. li. vii. Ipſa ergo virtutis perpetuitas indicat humanũ aĩum ſi virtute cœperit permanere: qa & virtus ꝓpetua eſt & ſol⁹ humanus aĩus virtutẽ capit. Aliqñ accuſo. Vlp. ſcribit Indicaſſe reũ eſt detuliſſe: arguiſſe: accuſaſſe cõuiciſſe. Sed hę ſignificationes in idẽ recidũt. Aliqñ indicare ponit ꝓ addicere. hoc ẽ rẽ emptã líberare. Ci. li. 3. offi. Scęuola publij fili⁹ cũ poſtulauiſſet vt ſibi fund⁹ cui⁹ emptor eẽt ſemel indicaret.

¶ Indiciũ vide in dictione index.

¶ Indicatura æſtimatio. Ply. in p̃fa. Hæc fiducia operis: hęc indicatura.

¶ Indicatiuus a. um. dr̃ id in quo aliqd indicatur Vnde indicatiuus modus dictus eſt quia eo indicamus. i. oſtendimus quid agatur.

¶ Indico is. pe. p. xi. ctũ. multa ſignificat. Nã indicere eſt denũciare: q̃uis ĩter ſe differãt q⁹ maiorẽ vim habeat indicere q̃ denũciare. Nã denũciare ꝓprie eſt ſignificare: & ſimpliciter ſumi põt: vt vẽt⁹ denũciat pluuiã. Et denũcio me tibi ꝓpediẽ affuturũ. Ci. pro Plan. Denũciaſti hõ adoleſcẽs qd deſep. ſentires. Indicare vero licet ſignificet denũciare nõ tñ ꝓprie: quoniã dico aliud ſignificat: q̃ nũcio: & in aliud q̃ de. In eñ iũcta verbo dico maius incrementũ demonſtrat & ſignificat maxime q̃uis & ſignificationẽ cõtra nõ omittat. Indico ergo maxime dico: hoc eſt ſolẽniter dicendo denũcio: vtſi dicam. Bellũ tibi indico. nõ eſt ſicut bellũ tibi denuncio. i. bellum me tibi illaturum ſignifico: ſed bellũ me tibi iure illaturũ dico. Aut bellũ tibi a me inferendũ eſſe indico. Q đ Ci. li. i. offi. apte docuit: q vtrũq̃ verbũ ſic poſuit. Ac belli quidẽ æquitas fœciali populi ro. iure pſcripta ẽ: ex quo intelligi põt: nullũ bellũ eẽ iuſtũ niſi qđ aut rebus petitis gerať: aut denũciatũ ante ſit & indictũ. In his verbis duo gña belli gerendi fuiſſe ſignificat.

Primũ rebus petitis: q̃ ſi negabanť reddi: & bellũ cũ illis geſtũ fuiſſet iuſtũ habebať. Alterũ honeſtius iuſtiuſq̃ erat: eo q⁹ petitis reb⁹ niſi redditę fuiſſent bellũ gerẽdũ eſſe maturo decernebať cõſilio: tũ ad fines hoſtiũ denũciatis belli ſuſcipiẽdi cauſis bellũ indicebať. Sed quo pacto indiceret. Liu. li. i. declarat his verbis. Q ñcũq̃ pars maior eorũ q aderãt in eãdẽ ſniam ibat: bellũ erat: cõſenſu fieri ſolitũ: vt fœcialis haſtã ferratã aut ſanguineam p̃uſtã ad fines eor⁹ ferret & nõ min⁹ trib⁹ puberib⁹ p̃ntib⁹ diceret: q⁹ pp̃lus priſcorũ latinor⁹ hoĩeſve priſci latini aduerſus po. Ro. qritiũ fecerũt deliq̃rũt. Ob qđ po. ro. qritiũ bellũ cũ priſcis latinis iuſſit eẽ ſenatuſve pp̃li ro. qritiũ cẽſuit cõſenſit cõſciuit vt bellũ cũ priſcis fieret. ob eã rẽ ego populuſq̃ rom. pp̃is priſcor⁹ latinor⁹: hoĩbuſq̃ priſcis latinis bellũ indico facio. Id vbi dixiſſet haſtã i fines eor⁹ emittebat. Hoc tũ nõ a latinis repetitę res: ac bellum indictũ morẽq̃ eorum poſteri acceperunt Põt tñ in ſignificare cõtra: vt ſi dicã bellũ indico voluptatib⁹: tũc cõtra voluptates bellũ me geſturũ dico. hoc ẽ ſolẽniter ꝓfiteor. Nec ſolũ indicere pertinet ad bellũ gerendum ſed etiã ad funus: Vñ Feſt. ait. Indictiuũ funus ad qđ per pręconẽ euocabanť. Sue. in Cęſ. Funere indicto rogus extructus eſt. Præterea ad cõciliũ tributũ ſpectaculũ: & huiuſmõi q̃ nõ niſi ritu ſolẽni fieri cõſueuerũt, Similiter ſacerdotes feſta ieiuniaq̃ pp̃lo indicere ſolẽt. Aliqñ etiã indicere ẽ q̃ſi p̃cipere. vt apd Liui. li. i. Lõge a domo p̃ribus excitis ip̃m q cõciliũ indixerat nõ adeſſe. Aliqñ imponere. Idẽ li. iiij. Vñ eñ eã pecuniã cõfici poſſe niſi tributo populo indicto. Ci. in ver. acti. v. Legẽ ſibi indicũt innocẽtię: cõtinẽtię virtutũ oĩm qui ab altero rationẽ vitę repoſcũt. Aliqñ ſignificare. Luiui. lib. ii. Indici deinde finitimis ſpectaculũ iubet.

¶ Indictũ dr̃ qđ eſt ſolẽniter ꝓmulgatũ: vt indictũ bellũ denũciatũ dr̃. Indictũ funus denũciatæ exequę. Et indictũ nõ dictũ. Ter. in pho. Q đ dictũ indictũ eſt: qđ mõ erat ratũ: id irritũ ẽ. Et hoc mõ non ab indico: ſed a participio dictus cõpoſitum eſſe cẽſeo. Liui. li. v. Itaq̃ quæ tũ cecinerit diuino ſpũ inſtructus ea ſe nec vt dicta ſint reuocare poſſe Sic etiã dr̃ indicta cã. i. nõ dicta & nõ defenſa. Ci. Q. rabi. Sed indicta cauſa ciuẽ romanum capitis codẽnari coegit.

¶ Indictiuus ua. um. qđ indictũ eſt: vt funus indictiuũ: de quo paulo añ. Et indictiuę ferię quas cõſules vel prętores indicunt.

¶ Indictio ſpatiũ. xv. ãnor⁹ qđ idicebať vt trib⁹ luſtris tributa toto orbe romanæ rei ſoluta eſſent.

¶ Indep̃cabilis apud quẽ nõ valẽt p̃ces. Gelli. Et pœna indep̃cabilis ſubeunda eſſet.

¶ Indefenſus ſine defenſiõe. Li. li. iiij. Suos increpãs clara voce. Hic p̃bituri ingt vos telis hoſtiũ eſtis indefenſi multi. i. ſine defenſiõe. ſine vĩdicta.

¶ Indemnis indẽnatus. Vide in dictiõe damno.

¶ Indies ſignifi. quotidie ſed ꝓprie cũ incremento. Ideo plærũq̃ iungiť cõparatiuo. Ci. Cũ id malũ ſerperet indies magis. Reperiť etiã ſine cõparatiuo ſed tñ cũ verbo ſignificante incrementũ. Li. Creſcẽte indies multitudine. Indiẽ vero iungitur plærunq̃ cu⁹ verbo viuo. Quintili. Nõ vt ferę volucres p̃ntis mõ cibi memores in diẽ viuunt. Aliqñ cũ alio verbo. Sal. Panẽ in diẽ mercari: q̃ſi prę

ſentis diei rationē habere. In diē addicere eſt rē ve
nalē ita vēdere vt niſi alius ad certū p̄ſtitutūq; diē
maius pretiū obtulerit illius ſit qui primo obtulit.
In dies ſingulos. i. per quoſlibet dies. Ci. Metello.
Meæ rationes atq; eius mei conſilij maiorē in dies
ſingulos fructum voluptatemq; capio.
¶ Indigeo. es. pen. cor. Vide in dictione careo. Hu
ius impersonale. Ply. lib. x. poſuit. Nunq̄ conſpe-
ctis niſi cum preſidio earū indigetur. Ab Indigēs
fit Indigentia. æ. pro inopia.
¶ Indigus a. ū. pe. cor. qđ indiget. Aug. Sed ſicut
eū vidimus infirmū iacentē indigū opis alienæ.
¶ Indigena. pe. cor. dicitur inde genitus nec aliun
de prouenientes.
¶ Indipiſco. is. vſurpo aſſequor adipiſcor. Quod
& Indipiſcor. eris, indeptus dicitur. Plau. in Aul.
Neq; partē tibi ab eo cui ſit indipiſces neq; furē ex
cipies. Gel. lib. i. Si em̄ achęos Homerus pugnā in
dipiſci ait nō fidicularū tibiarumq; cōcentu conſpi
ratā. Hinc Indepto. as. frequētatiuū. Var. Nec par-
tem aliquā indeptauit hæreditatis.
¶ Indigito. as. pe. cor. quaſi indicito ab Indico vl̄
a digitis deducitur. Et ſignificat Voco nomino &
quaſi per nomē oſtendo. Macro. Nāq; virgines ve
ſtales ita Apollinem indigitant. Apollo medice:
Apollo pæan. Idē. Nā ita ab incolis indigitātur.
¶ Indigitamenta: libri pontificales qui & nomina
deorū & rationes ipſorum numinū continent.
¶ Indigetes. pe. cor. dij ex hominibus facti. Quo
nomine dictus eſt Aeneas cū pugnans cū Mezen-
tio nuſq̄ apparuiſſet. Alij Indigetes dicunt eſſe de
os tutelares: quorū nomina vulgari nō licet.
¶ Indigeſto: cum cibus nō digeritur. Hierony. ad
Euſto. Ad orationē tibi ſurgenti nō indigeſto ru-
ctum faciat: ſed inanitas.
¶ Indigeſte aduerbiū: ſignificat inordinate.
¶ Indignus: nō dignus. Terē. in Eu. Nā ſi ego di-
gna contumelia hac ſum maxime: at tu indignus
qui faceres tamen. Interdū ponitur pro miſerabili.
Idem. Indignis cum egomet ſim acceptus modis.
¶ Indignor & Indignitas. Vide ſupra in dictione
Dignor.
¶ Indiſcriminatim indifferenter.
¶ Indiſertus: nō eloquēs. Gel. Non indiſerti viri.
¶ Indocilis: qui penitus non poteſt diſcere. Indo
ctus qui nondum didicit.
¶ Indo. is. indidi. itum. impono. Plau. in cap. Peci
mum vocitatus eſt: poſt vos indidiſtis Tindaro.
Quāq; ſignificat intus do: immitto. Idē in caſ.
Dem me & te infelicē ſi ego in os meū vim guttam
indidi. Interdū Imprimo. Idē in Aſi. Qui ſæpe an
te in noſtras ſcapulas cicatrices indiderūt.
¶ Indoles. pe. cor. ab indoleſco fit p̄ interpoſitio-
nē. Et in pueris quidē atq; adoleſcētibus eſt ſigniſi
catio quędā futurę p̄bitatis. Ci. Vt em̄ ab adoleſcē
tibus bona indole p̄ditis ſapiētes ſenes delectātur
In viris vero ſignū eſt p̄ſentis virtutis. Idē. Homi
nes in q̄bus eſt virtutis indoles cōmouētur. Vñ &
p̄ preſtātia ſeu generoſitate quadā virtutis atq; ani
mi ponit. Liui. de Lauinia iā matre inq̄t. Tanta in
ea virtutis indoles fuit. Luc. Indole ſi dignū latia
ſi ſanguine priſco Robur ineſt animis. Aliquādo
etiā in malū dicit: vt apud Liuiū de Annibale. Cū
hac indole virtutum ac vitiorū ſub Aſdrubale me
ruit. Trāſfertur quoq; ad muta atq; inanimata. Idē
Sicut in frugibus pecudibuſq; non tantum ſemina
ad ſeruandā indolem valent quantū terræ propriē
tas cœliq; ſub quo aluntur.
¶ Indolētia quaſi nō dolor: cū nihil dolet. Lact. li.
iij. Nā corpis bona. i. incolūitas indolētia & valitu
do nō min⁹ ſunt mutis q̄ homini neceſſaria: ac ne-
ſcio an etiā magis quia homo & medelis & miniſte
rijs ſubleuari poteſt: muta nō poſſunt. Hæc etiā In
doloria dicit: vt Sidonius a Ciceroē dictā p̄ſcribit
¶ Indomitus. pe. cor. q domari nō p̄ot. Vñ dicim⁹
equū indomitū. Aliquādo ponit p̄ feroci. Vñ dici
mus gētes indomitas. Aliquādo p̄ magno. Virg.
Nate quis indomitas tantus dolor excitat iras?
¶ Indubitatus. nō dubitatus. Lact. lib. ij. Pro con
feſſo & indubitato habitum eſt.
¶ Induco. is. pe. p. p̄prie intro duco. Plau. Induc
eā in domū. Quādoq; Inducere eſt p̄ſuadere illice-
re decipere inclinare. Lucil. Huius ego animū ſi in
duco vt ab amore meretricis deſiſtat. Idē. Miſerū
ſenē ſirenū cantu inductū. Quādoq; Abolere can-
cellare. Sue. in Cæſa. Amplißimis verbis collauda
tum in integrū reſtituit inducto priori decreto. Et
alibi. Multa inquit & deleta & inducta & ſuperſcri-
pta inerant. Verbū id iuris eſt. Origo ea q̄ inducto
chartis atramēto velut tectorio deleri q̄ ſcripta pri⁹
erant contigit. Quādoq; Fingere. Cic. lib. iij. offi.
Hinc ille Gyges inducitur a Platone. Quādoq; In
gredi facere. vt Vide quo me inducas. Quandoq;
Offirmare: vt Sic animū induco meū. Quandoq;
Imponere: vt Soleæ ligneę pedibus inductæ ſunt.
Quandoq; Infigere: vt Ita induxi in animū.
¶ Inductio genus argumēti. Eſt em̄ oratio per quā
fit a particularibus ad vniuerſalia p̄greſſus. Vel in-
ductio eſt oratio quę rebus non dubijs captat aſſen
ſionem eius rei quæ inſtituta eſt.
¶ Induciæ. pax in paucos dies ſic dictę: q̄ in diem
dētur: vel q̄ in dies ociū p̄beant. Aurelius opilius
inducias dici exiſtimat ab initu & introitu quoniā
tempore inducię hoſtes inter ſeſe vtrinq; vltro ci
troq; alteri ad alteros impune inire ſolēt & introire
Has Lycaon primus inuenit: fœdera Theſeus.
¶ Indulgeo. es. ſi. ſum. & tum. ſecundū Priſ. ſigni-
ficat obſequor cōſentio inſeruio & facile concedo.
Cic. in Læl. Sed obſequiū multo moleſtius q̄ pec-
catis indulgēs. i. cōſentiēs p̄cipitē amicū fieri ſinit.
Idē Tyroni. Indulge valitudini tuæ. i. molliter va
ca: & qđ lingua vernacula dicimus fa carecie. Terē.
in Heau. Nimiū illi indulges. Vñ Indulgentia mol
lis ē p̄miſſio q̄ ſeueritati opponit. Quintil. Mollis
illa educatio quā indulgentiā vocam⁹ neruos oīs
& mentis & corporis frangit. Et Indulgere eſt faci
lem & clæmentē eſſe. Cice. lib. iij. offi. Magnus vir
imprimis & q̄ perindulgens in patrē: idē ſeuerus in
filiū. i. clæmēs ac facilis: & Indulgētia clæmentia.
Sta. Vultus & egregie tanta indulgentia formę. In
dulgētiſſimi impatores dicti q̄ ſint benefici p̄pen
ſiq; ad ſacrificandū. Itē Indulgere eſt delicate intē
dere & ſpatiū maius dare. Virg. Indulge hoſpitio:
cauſaſq; innecte morandi. Idē. Sin tumulis accline
ſolū colleſq; ſupini Indulge ordinib⁹. Item Indul-
gere parcere. Ambro. Vide q̄ bonus deus & facilis
indulgere peecatis. Idē. Nam dominus Ieſus Chri
ſtus crucifigētibus ſe nō maledixit ſed poti⁹ vt eis
indulgere⁊ orauit. Hier. eū actō iūxit. Miſericordia
inquit eſt q̄a indulget noſtra peccata. Itē Indulge-

re tribuere. Ambro. Laudabunt' etiã deũ qui tanta nobis remedia indulserit vitandæ mortis. Itẽ Augere. Lucil. lib. iij. Tu qui iram indulges nimis manus abstinere a muliere melius est.

¶ Indulgitas pro indulgẽtia. Sisenna. Bassus assidua indulgitate victus.

¶ Induo. is. indui indutũ. ex in & duo. is. Cui⁹ origo a græco Δυω qđ ingredior significat trahitur. Vnde ɛ̃ρΔυω induo. Veteresq; dixerunt pro dare Duo duis: & Dio. is. Plautus in cas. Mea præda est illa proinde tu te in laqueũ ne duas. De verbo autẽ dio. Terẽ. in phor. Dij tibi oẽs qđ dignũ est diunt. Construitur aũt Induo variis modis. Nã qñq; habet duos actõs: sed in passiua tantũ significatione & hoc apud poetas & historicos nõ apud oratores quos imitandos iprimis cẽseo. Plau. in Epi. Quid erat induta? an rigillã? an inculã? an mendiculã? an plumatã? Virg. li. ij. Deinde comantẽ androgei galeam clypeiq; insigne decorũ induit. Curti⁹. Iamq; nox apparebat cũ thoracẽ indutus ꝓcedit ad milites. Aliquãdo vno tm̃ actõ construit: & tũc idẽ est qđ assumo. Quintil. lib. vi. Orbũ agimus & naufragum & periclitantẽ quorũ induere ꝑsonas quid attinet nisi affectus assumim⁹. Vbi verbũ difficile facile declarauit. Sic Curti⁹. Loricã tamẽ quã raro indebat amicis orãtibus sumpsit. Cic. lib. iij. offi. de ponit em̃ ꝑsonã amici cũ induit iudicis. Hic ex cõtrario deponit Induit significare ostendit. Sue. in Nero. Nullã bis induit. Aliquando postulat: vt id quo quis induitur in actõ ponat: & is q induitur in dtõ: significatq; impono immitto assumo. Plaut. in Cas. Ocyssimus sum omniũ q viuũt. Loricã induã mihi optimũ esse arbitror. Cice. lib. ij. de fi. Ex eius spolijs sibi & torquem & cognomẽ induit. Ply. lib. xxxiij. Pessimũ vitæ scelus fecit qui annulũ prim⁹ induit digitis. Sue. in Aug. Si mane sibi calceus ꝑperam ac sinister ꝑdextro indueret. Per translationem ad animũ dixit Liu. li. iij. Adeoq; nouũ sibi ingeniũ induerat vt plębicola repente omnisq; auræ popularis captator euaderet. Aliquãdo vltra naturalem actm̃ habet aliũ actm̃ cũ in. Et tũc ꝑ cõuerto siue transformo sumit. Virg. lib. i. ge. Contẽplator itẽ cũ se nux plurima syluis Induet in florẽ. Cic. de diui. loquẽs de anhelitibus terræ. Cũ aũt se in nubẽ induerint. Similiter cũ hmõi actõ significat injicio seu immitto. Ci. in hortẽ. Et vt docuit Antiochus in id ipsum se induit qđ timebat. Gel. Aesopus ille ephrygia fabulator haud immerito sapiens existimatus est cũ q̃ vtilia monitu suasuq; erãt nõ seuere nõ imperiose ꝓcepit & censuit vt philosophis mos est: sed festiuos delectabilesq; apologos cõmentus res salubriter ac prospiciẽter aĩ aduersas in mentes animasq; hoĩm cũ audiẽdi quadã illecebra induit. Deniq; cũ ꝑ vestio capitur vltra actm̃ construit cũ abltõ sine ꝓpositione eius rei qua quis induit. Cur. Deposita veste quã habebat arabica induitur. Cic. lib. iiij. ad Herẽ. Palla inaurata indutus. Quãdoq; etiã in hac constructione ꝑ Illino sumitur. Plau. in Mus. Id eis vitiũ nocet: atq; etiã nũc satis boni fũt si sunt induti pice. Col. ad vites transtulit ꝑ onero cum dixit. Nã ita se induũt vuis vt nequeãt capere maturitatẽ. Sumitur etiã ꝑ ferio cũ abltõ instrumẽtali. Cæsar. lib. vij. Quin ordines coniuncti inter se atq; impliciti quo qui intrauerãt seipsi acutissimis vallis induebant. hos cippos appellant. Et iterum Aut se stimulis inopinãtes induebant: aut in scrobes delati transfodiebantur.

¶ Induuiæ ab induendo. indumẽta quibus quis induitur: sicut exuuiæ ab exuendo.

¶ Induſiũ. genus vestis quasi intusium qđ mox supra subuculã sumebat sicut palliũ & palla vocata & foris supra Induſiũ. A quo Induſiatus dicit qui hmõi veste est indutus. Plau. Induſiata patagiata.

¶ Induſtria est ingeniũ seu ars qua aliq̃d struere sumus idonei q̃is ꝑ ingenij siue artis exercitatione quãdoq; sumat. Vtrũq; cõplexus est Cice. cũ inqt. Vt induſtria nostra tuæ morẽ geramus voluntati.

¶ Induſtrius non induſtrioſus dicit qđ antiqui Indoſtrius dicebãt: ꝑ ingenioso & ꝑ eo qui multæ induſtriæ est & aliq̃d struere semp nititur. Ci. ad Herẽ. Nimirũ hæc causa est hmõi quã nec induſtrius, nec misericors: nec officioſus deserere põt. Hæc autem duo noĩa cõpoſita cẽseo: deriuata tamẽ ab instruo. Vñ Fest. Induſtriũ antiqui dicebãt Indoſtriũ: quasi quicq̃d ageret intro strueret domi. Ab Induſtri⁹ fit aduerbiũ induſtrie. Col. Higini⁹ veterũ auctorũ placita secretis dispsa monumẽtis iduſtrie collegit

¶ Inebrior. aris. Vide in dictione Ebrius.

¶ Ineffigiatus. a. um. informe: qđ nõ est factum ad aliquã effigiẽ. Gel. Namq; vt illa bestia fœtum ederet ineffigiatũ informẽq; lambẽdo id postea qđ ita ediditſet confirmaret & fingeret.

¶ Ineo. is. iniui. vel inij. itum. pe. cor. ex in & eo: significat Incipio. Sal. Quapropter vos moneo vt forti atq; parato' aĩo sitis & p̃lium cũ inibitis meminerit is vos diuitias decus gloriã p̃terea libertatem atq; patriã in dextris vestris portare. Et Inire est ingredi. Plaut. in Cas. Tu modo ꝑspicito quid intus agant: si tu iubes inibitur tecũ. i. intrabit. Idẽ. Injit te vnã̃ febris? Item mereri assequi lucrari obtinere cõparare. Terẽ. Vt gratiã ineã sine dispendio. Hoc autẽ fit cum nouis & ignotis fauorẽ & amicitiã alicuius adipiscimur. Et dicimus: Ineo gratiã tecum: Ineo gratiã tuã: & Ineo gratiã a te. Terẽ. in Eu. Ab eo gratiã inibo. Quãdoq; Tractare cõciliare: vt In eo pacẽ tecũ: Ineo bellum: Ineo fœdus: Ineo rationem: Ineo viã. i. inuenio. Cuius participiũ absolute positũ maiorib⁹ rebus adhibetur: vt Ineũte adolescentia: Ineũte vere: anno: mense: sæculo: lustro: bello. i. ingrediente. Rursus Inire est concumbere. Ply. Sed asini qui equas ineãt optimi legẽdi sunt. Hinc Initor. pe. cor. pro cõcubitore: & Initum pro coitu poni cõsueuit. Itẽ capere: vt Ineo fugã. Virg. Sępe leui somnũ suadebit inire susurro. Itẽ Facere. Plau. in cap. Qui cõsiliũ iniere quo nos victu & vita ꝓhibeant. Itẽ Considerare intelligere. Teren. in Phor. Hęc cũ ratione ineas q̃ sint suauia & q̃ chara sint ea qui prębeat. Do. Ineas: intelligas: æstimes. Ab Ineo fit Initiũ. initio. as. & Initiarius.

¶ Inito. as. frequẽtatiuũ ab Ineo. Diome. Ineo. is inito dicimus: vt Pacu. Loca arida initas.

¶ Ineptus: ex in & aptus. Ci. li. ij. de Ora. Ineptus nomẽ habere videtur q̃ non sit aptus. Idq; sermonis nostri cõsuetudine perlate patet. Nam q ad tẽpus qđ postulet nõ videt: aut plura loquitur: aut se ostentat: aut eorũ quibuscum est vel dignitatis vel cõmodi rationẽ non habet: aut deniq; in aliquo genere: aut incõcinnus: aut multus est: is ineptus dicitur. A quo Ineptia: Ineptitudo: Ineptulus.

¶ Ineptio. is. ui. itũ. ineptias facio. Lact. de Opi.

Vereor ne hmõi portenta & ridicula refutare nõ mi nus ineptũ eſſe videatur. Sed libet ineptire: quoniã cũ inepto agimus ne ſe ille nimis argutũ putet.

¶ Iners: ex in & ars ſignificat eũ q ſine arte eſt. Ci. lib. iij. de fin. Sed luſtremus aĩo has maximas artes quibus q carebãt: inertes a maioribus noĩabãtur. Quãdoq; etiã iners capiť ꝓ ocioſo & ignauo quiſ|ni hil artis operať: vel quaſi neſciat operari. Virg. lib. iiij. ge. In mediũ ſeu ſtabit iners: ſeu ꝓfluet humor. Do. in. Adel. Intelligamus aliter dici nõ inertẽ ſo cratẽ: aliter nõ inertẽ ſeruũ. Ab Iners fit diminutiũ Inertulus. Inertia inertis vitiũ q̃ ſic ſumi põt in ſua ſignificatione. vt de Inerte dictũ eſt: licet ꝓprie ſit artis ignoratio. Col. in p̃fa. lib. z. Non ergo fati gatione quẽadmodũ plurimi crediderũt nec ſenio: ſed noſtra inertia nimis benigne. Cic. lib. i. ad. Q. Fratrẽ. Duo illa relinquamus inertiæ noſtræ.

¶ Inerticula: gen⁹ vitis apud Col. boni vini & in noxię etiã nomẽ habet q̃ iners habetur in tẽtandis neruis q̃uis in guſtu non ſit habilis. Sola etiã temu lentiã non facit. Vnde rectius Sobria dici deberet.

¶ Ineſco. as. Vide in dictione Obeſco.

¶ Inexplorato aduerbiũ: ſignificat ſine explora tione & inquiſitione. Liu. lib. vi. Inexplorato pabu latum cohortes miſere.

¶ Inexputabile: quod numerari nõ poteſt. Col. li. x. Nam inexputabilis erat numerus.

¶ Infabre. penul. prod. aduerbiũ ſignificat fœde: ſicut A ffabre pulchre.

¶ Infamia: mala fama. Hiero. Quod illum teſtimo nio martyris ab infamia vindicaretur.

¶ Infamis & hoc infame. pe. ꝓ. qđ habet malam fa mã. Hiero. ad Pãma. Quis ꝓ infame opus ſeipſum voluit infamari? Infamis dictus eſt ab antiquis di gitus medius propter ignauiã quoniã indigere vi deatur aliorũ defenſione. Perſ. Infami digito luſtra libus ante ſalius expiat. Iuue. Mediũq; oſtenderet vnguẽ. Nam olim qui medio tanq̃ per indicẽ mon ſtrabatur: arguebatur infamiæ.

¶ Infamo. as. pe. pro. infamia afficio. Hier. Si ori ginem nunq̃ ſecutus ſum: fruſtra infamare me cupi tis. Quintil. Deinde cum ſe iactaret eodẽ modo di cere Senecam infamauit.

¶ Infans ſubſtantiuũ dicit puer: q nondũ fari cœ pit. Qđ etiã de brutis & auibus dicit. Ply. Quadru pedes infantes ſuos cognoſcũt. Idem. Veſpertilio volucrũ ſola lacte nutrit vbera admouẽs geminos volitat amplexa infantes. A diectiuũ vero capitur quaſi ꝓ paruo. Idem de boleto. Nec tunicæ minor gratia in cibo infantis boleti. i. parui & nõdũ adul ti. Interdũ dicitur Infans nõ facũdus. Cic. in Bru. Ipſum Scipionẽ accepimus nõ infantẽ fuiſſe. Per tranſlationem ſumitur pro ſtulto & quaſi, loqui ne ſcięte. Ex quo Infantior & infantiſſimus. i. ſtultior & ſtultiſſimus.

¶ Infantia. æ. ętas infantilis: & qñq; ſtultitia dicit.

¶ Infantile adiectiuũ: quod eſt infantis. Aug. lib. pri. Con. Imbecillitas membrorũ infantiliũ inno cens eſt: non animus infantiũ.

¶ Infandũ a fando ſumitur: qđ vix fari quis poſſit Virg. Infandum regina iubes renouare dolorẽ. Po nitur nõnunq̃ pro interiectione. Virg. lib. i. Georg. Infandũ ſiſtunt amnes terræq; dehiſcunt.

¶ Infarcio. is. impleo. Ply. lib. xxxiij. Quid nõ in africa hiſpaniaq; ex terra parietes quos appellant fornaceos qm̃ fornacum modo circũdati vtrinq; duabus tabulis vernis infarciũtur q̃ inſtruũtur.

¶ Infatuo. as. fatuũ ſine ſale. i. ſapientia facio. Fit em̃ a fatuus: vbi in vel auget vel ſuperflua eſt. Hie. ad ruſ. Quid Salomone ſapientius? attamen a mo ribus fœminarũ infatuatur. Infatuę mulieres dictę ſunt quę faunorũ ludibriis attingãtur. Et ſimiliter Infatuati viri quos nũc vulgus ſpiritu plenos no minat: quidam etiã dæmoniacos.

¶ Infenſus qui ira in aliũ elatus eſt & odiũ gerit.

¶ Infero. p. cor. intro pono ſeu intro porto. Plau. in Am. Neq; meũ pedẽ huc intuli. Lact. lib. z. Non placebat Perſio q̃ aurea vaſa templis inferãtur. In terdũ Inferre ponit pro Inijcere. Idẽ li. iiij. Nefan das manus deo ſuo intulerũt. Li. li. z. A deo concitato impetu ſe intulerãt hetruſci vt funderẽt ipſo in curſu aricinos. Interdũ pro Facere: vt Intuli damnũ. Lact. lib. v. Patiẽtia eſt malorũ q̃ inferũtur: aut accidũt cũ æquanimitate ꝓlatio. Interdũ ſubijcere ſeu apponere. Idẽ lib. i. Quod clarũ fiet exẽplo qđ inferemus. Interdũ ꝓ introducere. Liu. lib. i. Lucus erat quẽ medium ex opaco ſpecu fons perẽne riga bat aqua: quo qa ſe perſæpe Numa ſine arbitris ve lut ad cõgreſſum deæ inferebat camœnis eũ lucum ſacrauit. Interdũ pro ingerere. Cic. li. i. offi. Turpe eſt & valde vitioſum in re ſeuera cõuiuio dignũ aut delicatũ aliquẽ inferre ſermonẽ. Interdũ pro cõclu dere. Sene. Cum his argumẽtis qđ ꝓpoſuerat intu liſſet. Interdũ pro Cõtra ferre. Cæſa. lib. i. Romani cõuerſa ſigna bipertito intulerunt. Inferre arma eſt bellũ gerere. Ci. Octa. Quibus cogitas arma infer re? Inferre crimẽ eſt imputare ſeu obijcere. Idem in Læl. Addendũ eodem eſt vt ne in crimi|nib⁹ aut in ferendis delectetur amicus: aut credat oblatis. Stu prum inferre eſt immittere ſeu infigere.

¶ Inferiæ: ſacrificia quę inferis ſoluũtur. Virg. Vi uentes rapit inferias quos immolet vmbris.

¶ Infernus: pro infernorũ loco. in ſingulari gene. maſ. in plurali neutri. Hiero. in para. Deglutiamus eũ ſicut infernus viuentẽ. Et in Iob. Ducunt in bo nis dies ſuos & in pũcto ad inferna deſcendũt. Eſt & Infernus. a. um. quod eſt infra: ſicut Supernus. a um. quod eſt ſupra. A quo Inferne aduerbiũ. Et In fernas. atis. ſicut Supernas. atis. Ply. Et ideo Ro mæ infernas abies ſupernati præfertur.

¶ Infernalis & hoc infernale ab infernus fit cũ eſt ſubſtantiuũ. Vnde infernales furiæ.

¶ Inferus. a. um. pe. cor. ab infra dictũ eſt. Vnde in feri quib⁹ inferius nihil eſt. Inferũ mare Tyrrhenũ: ſicut ſuperum Adriaticũ: q̃ ex vrbe Roma verſus Adriaticũ euntes fere ſemper aſcendũt. Contra ad vrbem ad mare Thuſcum venientes deſcendũt.

¶ Infeſtus qui alicui malũ infert & pluſq̃ inimicus Iamq; aduerſus eũ fertur. Et infeſtus dicit cui aliũ de malum impendet. Cic. Dolebãt iudices & acerbe ferebã ſi huius ſalus ob eam ipſam cauſam eſſet in feſtior q̃ is meã ſalutem atq; vitã ſua benuolentia prędidio cuſtodiaq; texiſſet. Nigidius. Infeſtũ a feſtinãdo dici putat. Qui em̃ inſtat alicui: eumq; pro perans vrget & opprimere eum ſtudet atq; feſtinat vel contra de alicuius periculo & exitio feſtinatur: is vterq; infeſtus dicitur ab inſtantia fraudis quam vel facturus alicui: vel paſſurus eſt.

¶ Infeſta ſigna dicuntur q̃ aduerſum tendunt hoc eſt vexilla in hoſtem euntia vt moleſtiã inferant.

¶Infestū mare habere: significat latrocinādo mā re infestare. Cice. li. iij. de rep. Nam cū quęreretur ex eo quo scelere impulsus mare haberet infestū vno myoparone eodem inquit quo tu orbem terræ.
¶Infesto. as. crebris cursibus molestiā infero. Vnde Infestatio molestatio.
¶Infestiuus: qui nescit vel nō est idoneus ad dicendas vrbanitates. Gel. Homo subagrestī ingenio & infestiuo.
¶Infibulo. as. pe. cor. Vide in dictione Fibula.
¶Inficio. is. pe. cor. ex in & facio: significat intingo. Hie. Quasi ipsa ea deniq; lana cū inficit sanguine conchylij vel muricis vertitur in purpuram. Per translationē sumit p vitio seu maculo. Liu. Hoc luxu & peregrinis infecti moribꝰ. Et Inficere venenare. Virg. lib. z. geo. Quo nō p̄sentius vllū pocula si quādo sęuæ infecere nouercę. Ply. li. xi. Nimio fumo inficiunt apes. Hoc verbū Diome. a fuco componi existimat. dicit em̄ Facio conficio: Fuco inficio. Sed aspera nimis videt cōpositio: licet a significatione nō abhorreat. Sed cur nō a Facio quādo quidē Inficio quasi intus facio significare potest?
¶Infectus ab inficio: idē est qđ intinctus maculatus venenatus. Sue. de Cali. Inuēta & arca ingens variorū venenoꝝ plena quibus mox a Claudio demersis infecta maria tradūtur nō sine piscīū exitio. Sena. Diu in istis vitijs iacuimus: elui difficile est. Non em̄ inquinati sumus: sed infecti. Cic. lib. i. tus. Sed nos imbris delicijs: ocio: langore: desidia: animū infecimus. i. polluimus corrupimus. Cum autē significat non factus: cōponitur ex in & factus: vt Infecta pace: infecto negocio. Plau. in cap. Quod male feci crucior modo: si infectū fieri posset.
¶Infectus. us. accipitur pro tinctura. Ply. lib. viij. De lanarū infectu suo loco dicemus.
¶Infectores: qui alienū colorē in lanam cōijciūt. Plau. Incedūt infectores crocotarij offectores. Offectores sunt qui pprio colori nouū efficiunt.
¶Inficior. aris. deponēs: significat nego. Vñ Inficiationes q̄ sunt debitæ rei negationes cū per creditorē a debitore deposcit. Ouid. li. xi. meta. Stabat opus p̄tiū rex inficiat. Et pprie Inficiari est verbo quicq̄ negare factū: quasi infectū. Vñ ad facta non ad dicta pertinet. Nā si quis aliquid se dixisse fatea tur non sic conuenire videtur: vt id aduersario inficior: vel inficias eo ita vt inquis esse: sed nego.
¶Inficias tm̄ actī casus & pluralis nūeri: & solū cū eo. is. iūgitur: & sine p̄positione. vt Hic inficias iturus est: seu ibit. Cōponitur em̄ ex in & non & facio.
¶Inficiator: qui negat se vel debere qđ actor petit vel cōmisisse qđ accusator obijcit. Ci. lib. i. de. ora. Nōue intelligebat vt si inficiator p̄basset iudici aī petitam esse pecuniā q̄ esset deberi cepta. Vñ status cōiecturalis dicit Inficialis in quo sp reus inficiat.
¶Infidus. a. ū. pe. p. Vide supra in dictiōe Fidelis.
¶Infimus. a. um. pe, cor. ab infra seu ab inferus superlatiuum est.
¶Infimates. pe. pd. dicti sunt sicut sūmates q̄ sunt ppositā. Plau. in Sti. Sūmates viri atq; infimates.
¶Infinitiuus modus sine alterius verbi adminiculo poni solet vbi subintelligitur. Vere ne ita est? vt Me ne incepto desistere victā? Plus em̄ potest infinitum tēpus ad significādū q̄ finitū. Ter. in Eu. Inuidere oēs mihi: p inuidebant. Ideo autē dicitur infinitus: quia alij modi definiūt psonas primā secūdam & tertiā. Hic aūt sine personis est: & habet pręfinitū tēpus p̄sens p̄teritū & futurū: vt Amare pręsens. Amasse præteritū. Amatū ire futurū. Ecce vides designare tantū tempora nō personas. Amare em̄ nescitur persona nisi velis iūgere. Te amare debet ille. Tunc quasi sit finitū. Si autē nō subiungas ille vel iste vel ipse fit infinitus modus. Nā & numero singulari vel plī infinitus est. Cum em̄ dico amare nec finitū est vtrū de vno an de pluribus dicā.
¶Infirmus: non firmus. Vnde Infirmitas inualiditas nō ægrotatio sicut plęriq; male vsurpant: cum quis nondū firmus vel ætate vel ægrotatione est. Ci. Vt em̄ infirmitas puerorū & ferocitas iuuenū.
¶Infligo. is. pe, p. infero incutio. Aug. li. z. de ci. dei. Ita ne tandē Scipio laudas hanc poetis romanis negatam esse licentiā vt cuiq̄ opprobrium infligerent romanorū cum videas eos nulli deorum peperciſſe nostrorum?
¶Inforo inforas. pe. cor. a forū compositū: significat dico seu in forum diuulgo seu in forum voco. Plau. in Cur. Licet ne inforare si incomitiare non licet? Nō inforabis me quidē: nec mihi placens tuū pfecto nec forū nec comitiū. Aliquādo cōponitur ex in & foro. as. qđ est intus foro. Ply. li. vij. Timebāt prisci truncū findere: mox inforare ausi medio ipsiq; medullę calamū imprimebāt viuū inserētes.
¶Infra ab in nasci videtur cuius significatio nota est. Et sine casualibꝰ quidem aduerbiū est adiuncta vero p̄positio: vt Ego te esse infra oēs infimos puto. Facitq; ex se Inferus. a. um. inferior infimus infernus. Nam aduerbia hmōi localia p̄positionū loco ponūtur: & e diuerso: vt Intra viscera p in viscera. Absq; læsione p extra læsionē: & in adulteriū dixit: p cōtra adulteriū. Docet Laurē. Valla Infra ad dignitatē & locū referri: vt Infra dignitatē meā est: & infra tectum. Intra ad numerū & spatiū: vt Intra viginti dies: & intra muros nō aūt infra. Sed hanc differentiā minus seruatā video: q; infra etiā ad numerum pertineat. Ply. li. xi. Oua incubari infra decem dies edita vtilissimū vetera aut recētiora infœcunda. Aug. de Petri cathedra. Tamē cū infra quadragesimę dies hæc solēnitas venerit facere eā nobis debet sanctorū dierū reuerētia gratiorē. Habet aūt infra relatiuū supra: sicut itra extra: sup subter.
¶Infringo. is. valde frango. Vñ infractus. Interdū infringere est illidere & infligere. Terē. in Adel. Plus quingentos colaphos infregit mihi.
¶Infractus valde fractus. Vir. Turnꝰ vt infractos aduerso marte latinos. Et infractus nō fractus: vt Vir infracti animi. i. q nullis rebus aduersis frāgit.
¶Infractio nō modo pro non fractione: sed etiā p torpore ponit. Ci. In quē cadit ægritudo: cadere in eum timorem infractionemq; animi.
¶Infrio. as. Vide in dictione Frio.
¶Infumo. as. pe. p. ad fumū sicco: sicut insolo ad solē sicco. Plau. Atq; hilas infumatas & fumen.
¶Infumibulū spiraculū per quod fumus exit.
¶Infulæ. pe. cor. fasciæ sunt in modū diadematū vt inqt Ser. super lib. x. ænei. a qbus dependēt vittæ ab vtraq; parte. Fest. Infulas sacerdotū filamentum vocabāt. Alij scribunt Infulas filamēta alba esse qbus tępla ornabātur & moris fuisse vt nubentes priꝰ q̄ mariti domū ingrederētur infulis postes ornarent. Iuxta primū sensum. Amb. lib. offi. sum p̄sse videtur cum inquit. Ego raptus de tribunali

bus atq; adminiſtrationis infulis ſacerdotũ docere vos cœpi: quod ipſe non didici. Hinc Infulatus. a um. quod eſt infula ornatum.

¶ Infundo. is. Vide in dictione Fundo.

¶ Infundibulũ inſtrumentũ quo in vaſa liquores infundimus. Cato. In cella olearia hæc opus ſunt dolia olearia & opercula ſeſtariũ oleariũ vnũ: labellum vnũ: infundibula duo. Ruſtici noſtrates lurã vocitant. Antiquiores autẽ os vtris lurã dicebant vnde lurcones capacis gulę homines: vt Lemargi nomen acceperunt.

¶ Infurnibulũ pala qua panes in furno diſponũt.

¶ Ingeniũ a gignendo ꝓprie natura dicit cuiq; ingenita. Sal. lib. iij. hiſt. Caſtriſq; collatis pugna tñ ingenio loco phibebat. Ter. Nã qui cũ ingenijs cõflictatur eiuſmodi. i. cũ hominibus eiuſdẽ naturæ. Eſt etiã ingeniũ vis quædã naturalis nobis inſita ſuis viribus prędalens ad inueniendũ qđ ratione iudicari poſſit. Ci. lib. v. de fi. Vna ingenij appellatur docilitas & memoria: eaſq; virtutes qui habent ingenioſi vocãtur. Vñ ꝑclara ingenia & obtuſa ingenia dicimus. i. acuta & rudia. Hinc ingenioſus q naturalẽ vim ad aliquid agendũ accõmodatã habet.

¶ Ingenuus q in libertate natus eſt: & ab ingenuorũ antiquitate vt Boe. in toꝑ. inqt: gentilitas ducit Et eſt relatiuũ libertini. Eſt em̃ libertinus q iuſta ſeruitute manumiſſus ẽ. Vñ interrogare hoc modo ſolem⁹: Ingenuus ne an libertin⁹ eſt? i. liber nat⁹ an ſeruitute liberatus ſiue ex libertinorũ genere ortus. Hinc Ingenuitas: q̃ contraria eſt libertinitati. Hinc de Agatha martyre ſcribit. Sũma ingenuitas iſta eſt: in qua ſeruitus Chriſti comprobatur. Ingenue aduerbiũ libere & ſimpliciter. Sic ingenue loqui dicimus eum qui ita loquitur vt liberũ hominẽ decet nihil timidum: nihil habens ſeruile.

¶ Ingemo. is. pe. cor. valde gemo. Virg. Daphni tuũ pœnos etiã ingemuiſſe leones Interitum.

¶ Ingero. is. pe. cor. immiſceo immitto intro gero Leo pap. Nouit cui adhibeat æſtus cupiditatis: cui illecebras gulæ ingerat: cui apponat incitamen luxuriæ. Aug. Quid facio ego modo cũ loquor? ſtrepitum verborum ingero auribus veſtris.

¶ Inglorius. a. um. qđ eſt ſine gloria. Cui cõtrariũ eſt inclytũ & glorioſum. Hier. ad Mar. Sed alia habitante in corpe fiat inclytũ qđ ante ingloriũ fuit.

¶ Ingluuies ventris rapacitas. Et pro gula ſumit. Col. lib. ix. pro cibo poſuit. Nam niſi vacua eſt ingluuies cruditatem ſignificat.

¶ Ingrandeſco. is. dui. grandis fio. Col. lib. x. At circa Calendas Martias locis aprícis licet porrum ſi iam ingranduit tranſferre.

¶ Ingraueſco. is. valde grauis. i. moleſt⁹ fio & quaſi opprimo. Hiero. in lib. Gene. Non eſt herba gregibus ſeruorum tuorũ ingraueſcente fame in terra Chanaan. Aug. lib. v. Con. Et ingraueſcẽtibus febribus iam ibam & peribam.

¶ Ingredior. eris. ſſus. Vide in dictione Gradior.

¶ Ingruo. is. nõ proprie ſed per tranſlationẽ ſignificat inuado immineo & impetũ facio a gruũ proprietate duplici. Prima q; more agminis cõuolant. Altera q; clamore ſimili vtũtur: vt Milites in prœlio ineundo. Plau. in Am. Noſtra cõtra ingruũt vicimus vi feroces. Lact. li. z. Si ſęua tẽpeſtas: ſi grãdo ingruat ad deũ cõfugitur. Col. li. z. Etiã ingruẽte hyeme frumenta iacimus. Dicitur eñ de bello de pluuia de tempeſtate de ruina & huiuſmodi.

¶ Ingurgito. as. pe. cor. cũ vehementia glutio: gulã redimpleo. Plau. in Cur. Vide vt ingurgitat ĩpura in ſe merũ auariter plenis faucibus. Ci. in Anto. Idem cum ſe cibis ingurgitaſſet. Lactan. lib. iiij. aliter. Sicut ſus: quæ ſe ingurgitat cœno.

¶ Inguina pe. cor. ſunt genitalia tam fœminarũ q̃ virorũ. Mar. Acceſſi quotiẽs ad opus miſtiſq; mouemur Inguinib⁹. Sue. in Nero. Virorũ ac fœminarum ad ſtipẽ deligatorũ inguina inuaderet. ſ. ore.

¶ Inhalo. as. pe. pro. Vide in dictione Halo.

¶ Inhæreo. es. inhærẽs vel fixus ſto. Col. li. iij. Ca cumina deinde oliuæ ſicut matri inhęrẽt vtraq; ꝑte adradito: & ita fiſſurę fici aptato: cuneũq; eximito.

¶ Inhæreſco inhærẽs fio. Idẽ li. z. Perexigua conſpergit aqua gleba manuq; ſubigit ac ſic glutinoſa eſt q̃is leuiſſimo tactu inhæreſcit & picis ſ morẽ ad digitos lẽteſcit habẽdo. Ci. li. iij. de natu. deor. Prouiſũ eſt vt ſi qua minima beſtiola conaret itrũ pere in ſordibus auriũ tanq̃ in viſco inhæreſcet.

¶ Inhibeo. es. penul. cor. ex in & habeo. Vide in dictione Prohibeo.

¶ Inhio. as. ꝑprie ſignificat valde os aperio. Per tranſlationẽ vero ponit ꝑ vehemẽter cupio. Plau. in Aul. Credo illũ iã audiſſe mihi eſſe theſaurũ domi id inhiat. Gel. li. i. Dũ eius mortẽ inhio egomet viuo mortuus inter viuos. Aug. li. iij. de ci. dei. datiuo iũxit vt ſit inhiare quaſi deſyderiũ aut cor apponere. Hic inquit aliquid agerẽt dij heluones atq; nebulones ſacrificiorũ adipibus inhiantes.

¶ Inhonores q ignobiles ſũt & ſine honore. Am: li. i. offi. Cõtra aũt iuſtos inopes degere inhonores ſine liberis. Et Ply. li. v. Inhonores ciuitates dixit.

¶ Interest cōponitur ex in & re & est: vt sit quasi in re est. Vñ mea interest: in re mea est. Hoc est in mea vtilitate. Ideoq; cōstruitur cū his ablatiuis mea tua sua nostra vestra & cuia siue sit psonale siue impersonale cū in alijs nominibus grō iungat̃. vt Socratis interest. i. in re socratis est. Interdū sepatim iunguntur. Liu. Quid em̃ in re est aliud si plebeiā patricius duxerit? qd iuris tandē mutat? Plau. Si tuā est quippiā in rē. i. si tua interest. Idē. Vt trū veniat nec ne: nihil in re est mea. Ponit̃ qñq; sine aliquo casu. Ply.lib.ix. Seri etiā radices illita fimo interest. Sic dicimus. Interest vnde quis gaudeat. i. multū facit vel differentia est. Val.max. Nihil interest an humi an sublime putrescam. Cic. genitiuū iunxit cū ait. Per magni interest quo tēpore hęc epistola tibi redita sit. Similiter Li. Si nihil interest regis peto vt dum dico vinculis liberer. Nā hęc noia magni parui tanti quāti & aduerbia facile multū plus plurimū parū paulū pauxillulū nihil nūquid aliquid magis minus maxime minime iungūtur cū his verbis interest & refert: vt minime interest minime refert. Cōponitur etiā ex inter & est. Significatq; interdū prę sentē esse: & sic cōstruitur cū datiuo. Val.max. Quo facilius laboribus & periculis interest. Interdum in medio esse. Liu. de secundo bel.puni. Id morari victoriam rati q̃ interesset amnis. Col. Arbores quę intererūt ablaqueabūtur. Interdum differentiā importat & cōstruitur cū duobus accusatiuis median te inter. Cice. Inter hominē & beluam hoc maxime interest. Dicimus quoq; interest a stulto & stulto. Ter. Homini homo quid præstat? stulto intelligēs quid interest? Idem alio modo ptulit in Adel. Hoc pater hoc dominus interest. Interdū importat distantiā: & cōstruitur cū ablatiuo loci vbi incipit distātia: vel aduerbia localia: vt Ex foro ad prætoriū interfunt viginti passus & decē milia interfunt hinc illuc. Fit tamen melius per disto.
¶ Interequito.as.in medio equito. Cæsar li.vi. Ordines interequitans.
¶ Interfœmineū. Apul. appellat genitalia mulie bria eo q̃ inter fœmina sint collocata. Fœmina vero sunt inter partes fœmorum interiores.
¶ Interficio is.p.c. significat facti priuationē. Ci. Dolobellę ablt̄o iūxit. Eadē mulier virū filiū eodē tēpore venenis clam datis vita interfecerat. Quod etiā de inanimatis dicit. Virg. Ferj stabulis inimicū ignem atq; interfice messes. i. perde & crema.
¶ Interfluo per medium fluo. Ply. Flumine mediū oppidū interfluente.
¶ Interfundo per medium fundo. Ply.lib.i. Idem oceanus interfusus intrat per tot maria quib⁹ Africam: Europam: Asiam: dispertit.
¶ Interiaceo.es.pe.cor. Vide in dictione Iaceo.
¶ Interiacto.as.pe.cor. inter aliquid iacio: interpono: intermitto: intermisceo. Aug.li.viij.cō. Tunc interiecto aut digito aut nescio quo alio signo codicem clausi. Col.lib.i. Vt si qua interiecta sint stramentis aut paleis spinarum vel germinum semina intererāt. Liu.lib.i. Aliasq; interiectas collibus valles. Idē ibi. Paucis interiectis diebus. Cæsar li.vij. Galli inter equites raros sagittarios expeditosq; leuis armaturæ interiecerant qui suis cedētibus auxilio succurrerēt. Hinc interiectio pars oīonis quæ in

oſone interponit. De qua Aug. ſic loquit. Interiectio nō pars oſonis eſt: ſed ſignū affectiōis erūpentis animi vocē. Et ſignificat aut lętitiā vt euax: aut amaritudinē vt heu. Ergo quot ſunt perturbati animi motus tot voces reddūt & vocātur interiectiones q̄ interrūpant oſonē vt illud. Hic inter dēſas corylos: vbi in mediū oſonis interiecta eſt a littera

¶ Interiſcio, is. pe. cor. idem quod interiacio. Var. Et inter ſingulas a prę ſepib⁹ interijcere longurios qui eas diſcernant.

¶ Interibi pe. cor. in medio eius loci. Gel. li. z. Cōſul interibi dū ea pugna ſe in locos tutos ſubducit.

¶ Interim pe. cor. aduerbiū temporis ſignificat intra hoc tp̄s. Ponitur & p aliqñ. Quintil. Prima barbariſmi ac ſoloeciſmi fœditas abſit. Sed qa interim excuſanť hæc vitia: aut cōſuetudine: aut auctoritate: aut vetuſtate: aut denięq; vicinitate virtutū acriter ſe in illud tenue diſcrimē grāmaticus intendat.

Aliqñ p repēte. Ter. in Hecy. Primū dies cōpluſculos bene conueniebat ſane inter eas: interim miris modis odiſſe cœpit Soſtratā. Do. Interim diſcretio eſt rei quę ad narrationē pertinet: vt apud Ter. in An. Interim nōnunq̄ collachrymabat.

¶ Interimo. pe. cor. interficio. Plau. in Caſ. Accurrite ne ſe interimat. Interdum ponitur pro priuo. Idem ibi. Nam dudum vt concurrimus alcheſimarchus ne ſe vita interimeret.

¶ Interimentū. Vide in dictione Detrimentum.

¶ Interiūgo ſubſiſto. Tractū a curru cuius rota interiecto ſude iungit vt quieſcat. Mar. Et cū currere debeas bouillas interiūgere quęris ad camœnas.

¶ Interlino is. pe. cor. in medio ſiue per mediū maculo. Hiero. Quibus lamentis: quo dolore: quo gemitu ſe abeuntem proſecutus ſim iſtæ quoq; teſtes ſunt quas cernis interlitas. Cic. pro Cluentio. Qui tabulas publicas municipijs vi corripuiſſe iudicatus ſit qui teſtamentū interleuerit.

¶ Interloquor. p. c. in medio loquor: ſiue loquēdo ipedio. Terē. in Heau. Siccine me interloq̄re. Quā doq; ſignificat inter aliqd agendū definio. Vñ interlocutoria ſentētia vocať q̄ nō definit controuerſiam ſed aliqd obiter ad cauſam ptinens decernit.

¶ Interluceo. es. pe. pro. in medio luceo.

¶ Interluco. as. pe. pro. a lucus fit vbi cum cæditur lux ingreditur. Ply. li. xviij. Interlucatio arboribꝰ prodeſt: ſed omniū annorū trucidatio inutiliſſima Eadem dicitur Collucatio apud Catonem.

¶ Interluo. is. interfluo. Claudi. lib. pri. Trinacria quondā Italię pars vna fuit ſed pōtus & æſtus Mauere ſitum: rapuit confinia Nereus Victor: & abſciſſos interluit æquore montes. Aliquando Interluere lauare eſt. Cato de re ruſtica. Manꝰ interluito: poſtea vinum ſumito.

¶ Interluniū dicit id ſpatiū tēporis in quo nec amplius luna vetus apparet: nec adhuc noua videť qa radijs ſolaribus operta ſit ſupra nō autē e regione.

¶ Interlumina ſpatiū qđ inter columnas relinquit

¶ Intermeſtris luna dicit interluniū & coitus lunę. Ply. lib. xvi. Idēq; mox intermeſtri luna atq; dimidiata. Intermeſtriū. Var. li. i. de re ruſ. Quod a noua luna creſcit ad plenā & inde rurſus ad nouā lunā decreſcit quoad veniat ad intermeſtriū a quo die dicitur luna eſſe extrema & prima: a quo Athenis eam diem appellant ενηι και μεαρτριακαδοσ.

¶ Interminus. a. um. quod non habet terminū. Si donius ad Fonteliū. Dominis ſimplicio & apollinari Intermina interceſſione vos comperi.

¶ Intero is. pe. cor. intus tero. Terē. in Phor. Tute tibi hoc intriſti: tibi omne eſt exedendū. Hoc autē inter ruſticos de alliato mortario dici ſolet: ꝓprie eñ hmōi cibus intrita dicit: q̄uis etiā de alijs rebus dicatur q̄ terūtur. Ply. li. xxxvi. Ruinarū vrbis ea maxime cauſa q; furto calcis ſine ferrumine ſuo cę menta cōponūtur. Intrita quoq; quo vetuſtior eo mollior. Intrita ergo videť eſſe calx ſed illa maxime q̄ nō e gleba ſtatim ad opus cōfertur ſed tempore maceratur atq; fermētefcit. Vtuntur hoc vocabulo. Var. Col. Victr. vt intrita ꝓprie tectorijs nobilibus calx e gleba: vulgaribus & vilibus albarijs fere dicata ſit. Legitur & intritū apud Ply. li. xxxv. pro terra ipſa vnde lateres figuntur. Intritū inquit ipſum eorū priuſq̄ fingantur macerari oportet.

¶ Intermico. as. pe. cor. in medio ſplēdeo. Claud. li. i. Rutilum ſquāmis intermicat aurū. Poteſt etiā intelligi in ſquāmis vehementer micat.

¶ Intermitto ad tēpus omitto ceſſo. Cic. Et ſiego id tēpus intermiſerā potius q̄ omiſerā. Liuiꝰ. Cum iter non intermitteret.

¶ Interminor. penul. cor. maxime minor. Plau. in Aſi. Mihi tibiq; interminatus eſt nos futuros vlmeos ni hodie argyrippo eſſent vigīti minæ. Ter. in An. Interminatus ſum ne faceres.

¶ Intermorior penitus morior: ſeu intra hæc morior. Bithynicꝰ. Peto a te vt abſentē me q buſcūq; in rebus opus fuerit tuearis ſi nullū officiū tuū apd me intermoriturū exiſtimas. Intermortuū vero latini dicūt eū qui inter mortē vitāq; ex dolore procumbit ſimilis expitāti. Ply. li. xxxij. Vituli marini adeps inſtillať naribus intermortuarū vulue vitio. Sue. de Nero. Poſtq̄ deinde Galbam & Hiſpanias deſciuiſſe cognouit: collapſus animoq; male facto diu & ſine voce & prope intermortuus iacuit.

¶ Internaſcor in medio naſcor.

¶ Interneco pe. cor. ſimul interficio & multitudinē totā ferme cōplectit. Plaut. in Am. Legiones reuenīūt domū duello extincto maximo atq; interfectis hoſtibus. Hinc internecio vitæ priuatio. Liui. lib. ix. Lucerini ac Samnites ad internecionē cæſi.

¶ Internectiuꝰ. a. um, qđ ad internecionē pertinet Vñ internectiuū teſtamentū dicit ꝓpter qđ dominus eius necatus eſt. Internectiuū bellum: qđ ad deſtructionē fit. Liu. li. ix. Nullus modus fuit cædib⁹ deletaq; auſonū gens vix certo defectiōis crimine perinde ac ſi internectiuo bello certaſſet. Plyn. Habet deinde internectiuū bellum cū Ichneumone.

¶ Internodiū: ſpatiū inter nodū & nodum. Col. li. iij. Virgā mallearē nō amplius q̄ ſex gemmatū eſſe cōuenit: ita tamen ſi breuia internodia habet.

¶ Internoſco inter alios ſiue alia noſco.

¶ Internūcius: qui inter aliquos medius eſt: ad alii quid tractandū: & modo huic: modo illi per vices nunciat. Plau. in Am. Seu per ſcriptas litteras ſiue q ipſe ambiſſet ſibi: ſeu per internūcium. Huius feminīnū eſt internuncia.

¶ Interopus ſignificat dum operatur. Tibul. Crura ſonant ferro ſed canit interopus.

¶ Interordo ſpatiū qđ ē inter ordies. Col. li. vi. Vtiacēs nō excedat iterordinis ſpatiū. Idē. Macro ſolo q nis pedib⁹ interordīes omiſſis mediocri ſeniſ-

¶ Interordiniū idem ſignificat. Idem. Minimū eſt

quinq; pedum interordiniũ ſeptem maximũ. Hinc Internodinarius. a. um. Idẽ. Conſitis pluribus internodinaria ſemina malleolis: quos poſtea q̃ conualuerint crudo ſolo quod emiſſum eſt: tranſuerſis ſcrobibus propagent.

¶ Interpellare eſt loquẽtẽ vel aliq̃d agentẽ interrũpere. Ci. li. i. tuſ. Sed nihil te interpellabo cõtinentẽ orationẽ audire malo. Ply. in epiſs. Interdũ laſſo mihi oportuna interpellatione ſubueniũt. Hinc interpellatores dicti. Cic. In litteris ſine interpellatore verſor. Aliqñ interpellare ẽ dicere. Lucil. li. xxx. Verũ tu q̃d agis? interpella me vt ſciã. Aliquando Rogare. Val. max. li. iij. Cato vt ſocios ap̃d auũculũ adiuuarũt cõſtanti vultu nõ factus, reſpõdit. Iterũ deinde ac ſæpi⁹ interpellatus in ꝓpoſito ꝑſtitit.

¶ Interpollare ĩmittere interponere. Ambr. Illi naturalia captant ſecreta & vltra orbis terrarũ terminos mare norunt q̃d nullæ interpellant inſulæ: nec terra aliqua interiacet. Aliquãdo ſignificat nouare mangonizare & quaſi nouã formã a veteri fingere quaſi interpolire: tractũ ab arte fullonia qui polien do vellera quæq; in nouã ſpeciẽ mutant. Vnde veſtes interpollatæ & mancipia interpollata in iure ciuili: quę cũ ſint veterana lenocinio & arte faciẽ mutant pro recentibuſq; ac nouicijs licentur. Ply. Ac hercle alexãdriæ vbi thura interpollãtur. i. rudia cũ ſunt poliũtur. Cõuehebatur eñ illis thus rude aſpectu ſimile cortici. Plau. in Am. Illic me homo interpollabit: meumq; os finget denuo.

¶ Interpolla: noua inuẽta & renouationes artiũ & aliarũ rerum. Ply. Mutatur ars quotidie quotiẽs interpollis & ingeniorũ græcię flatu impellimur.

¶ Interpollatrix: mulier quę antiquas veſtes renouat vt eas facilius vẽdat. Põpo. Interpollatricẽ accerſire oportet q̃ huic veſtẽ abducat. Et mulieres vitia deformitatis arte occulcãtes interpollę dicũtur

¶ Interpres ex inter & pres: q̃d noneſt in vſu: licet preſs ꝑ fideiuſſore inueniat. Et eſt q̃ in aliqua re agẽda medius eſt & veluti cõciliator & auctor. Virg. li. iiij. Aene. Tuq; harũ interpres curarũ & conſcia Iuno. Interpretes ab Aſconio dicũtur per quos indicitur pactio. Quoniã vero huiuſmõi homines animos eorũ quibus dati ſunt interpretes ſciſcitãtur & inuicem illis exponũt: factum eſt vt interpres ꝑ eo accipiatur qui obſcura exponit. Vir. Troiugena interpres diuum. Vbi Ser. Interpres vaticinator qui mentẽ deorum mortalibus publicat.

¶ Interpretor. pe. cor. expono. Hiero. ad Helio. Interpretare vocabulũ monachi hoc eſt nomẽ tuum quid facis in turba qui ſolus?

¶ Interpretamentũ: interp̃tatio. Gel. Ex quib⁹ diuerſa latinæ linguæ interpretamẽta collegimus.

¶ Interpremo. penu. cor. intercudo. Plau. in Rud. Aedepol infortunio hominẽ prædicat donabilem qui ſacerdotis ſceleſtus fauces interpreſſerit.

¶ Interputo. as. pe. cor. inter aliquid & aliquid decido. Col. lib. iij. Roſam fruticib⁹ ac ſurculis diſponi per ſurculos pedales conuenit per idẽ tẽpus quo & viola: ſed omnib⁹ annis fodiante Calẽdas Martias & interputari oportet: hoc modo multis annis perẽnnat.

¶ Interrumpo: per medium ſeu in medio rumpo. Plancus Cic. Pontes quos feceram interrupi.

¶ Interreges ꝓprie dicti ſunt centũ patres q̃ mortuo Romulo donec ali⁹ rex crearetur rẽp. gubernabãt. Ex his eñ auctore Feneſtella decernebat cuius ptãs quinq; dies ſpatio finiret: & ita per totũ annũ omnes finiebant imperiũ. Sic interregnũ regni interuallum & ſpatiũ temporis quouſq; in loco mortui alius ordinatur. Vide in dictione Reges.

¶ Interſcapiliũ vallecula q̃dã a fine colli incipiens inter ſcapulas iacet. Higy. in deſcriptione vrſæ. In humero claram vnã in pede de poſterioribus nouiſſimo duas: in ſummo interſcapilio vnam.

¶ Interſcindo in medio ſiue p mediũ ſcindo. Liui. Pontemq; interſcinderẽt. Lact. de opi. Labra ipſa: quę quaſi antea cohęrebant q̃ decẽter interſcindit.

¶ Interſepio. is. pe. p. intercludo vel intermedio. Lact. lib. de opi. At id velut pariete per mediũ ducto interſepſit.

¶ Interſero. p. cor. interſeui interſitũ: in medio plãto ſemino inſero ve. Gel. lib. i. Eadẽ ratione qua ſecundi quattuor interſiti ſunt. Col. li. iiij. Deinceps paſtinatur malleolus ordinarijs vitibus interſerendus. Interſero vero pro interpono interſerui interſertum facit. Hiero. in ꝓlo. Salo. Ea quæ minus habebantur interſerens.

¶ Interſono. as. pe. cor. ſignificat in medio ſono.

¶ Interſpiro. as. pe. pro. de medio ſeu per medium ſpiro. Cato. Manu cõprimito acina vt combibant aquã marinã: vbi impleueris dolium operculo operito relinquito qua interſpiret.

¶ Interſterno. is. in medio ſterno. Iuſti. lib. i. Hæc Babyloniã condidit: murũq; vrbis cocto latere circundedit arena pice bitumine interſtrato.

¶ Interſtinguo. is. ꝑ interualla aliqua extĩguo. Feſtus. Ignis veſtę ſi quãdo interſtinctus eſſet virgines verberibus afficiebãtur a Pontifice.

¶ Interſto. as. inter aliquid ſto: intercedo. Vnde interſtantia & interſtitium.

¶ Interſtitium: ſpatiũ & diſtantia inter aliqua. Macro. Cum quattuor ſint elemẽta ex quibus cõſtant corpora: terra aqua aer & ignis tribus ſine dubio interſtitijs ſeparãtur: quorum vnũ eſt a terra vſq; ad aquã. Ab aqua vſq; ad aerem ſequens. Tertium ab aere vſq; ad ignem. Higy. Quod ab eo ſydere paruo interſtitio differt.

¶ Intertextũ quod in medio textũ aliquid habet: vt chlamys intertexta auro: quę vulgo brocata ex auro dicitur. Picturata vel acu picta vel phrygiata dicitur recamata.

¶ Intertraho de medio traho. Plau. Ni ego illi puteo ſi occœpſo animã omnẽ intertraxero.

¶ Intertrigo. pe. pro. nomen ab interterẽdo deductum. Et eſt id malũ cum ſimul membra interterunt ur: & confricãtur accedente ſudore. Vulgo dicitur Trafregatio. Tunc eñ femina atteruntur aduruntur q;. Paratrima a græcis appellatur. Col. li. vij. Intertrigo bis die ſoluitur: aqua calida mox decocto agrico ſale cum adipe defricatur.

¶ Interturbo valde turbo. Dauus interturbat oĩa inquit Terẽ. in An. Vbi Do. Hic inter auctiua particula eſt adeo vt nõ ꝑ media ſignificatione ſit: ſed qua maiorẽ habere non poteſt: vt interfectus.

¶ Interuello. is. de medio vello: q̃d fit cum malas herbas a bonis extirpam⁹. Palla. Si ſpiſſa ſunt interuelles aliqua vt cętera roborẽtur. Plau. in Am. Vt ego infelix homo fui qui nõ alas interuelli.

¶ Interula. pe. cor. camiſia. Hinc illud. Quẽ veſtire debuit interula veſtiuit interitu.

¶ Interuaco.as.pe.cor. in medio vacuus maneo. Col. li. v. Bulbus trepidaneis interiacētib⁹ ſpatijs obrutus anno celerius maturā perticā præbet.

¶ Interuenio is.pe.cor. in medio negocio quaſi ex inſidijs ſuperuenio & opprimo in ipſo actu q rē cel latam vellēt. Ter. in Adel. Interuenit homo de im prouiſo. Et interuenire eſt intereſſe. Cice. Quod nō eſſet factū ſi ipſe interueniſſem. Intercedere quod ab eccleſiaſticis ſæpiſſime vſurpatur.

¶ Interueniū: quo eſt inter venas. Vict. li. viij. Sed nō per interuenia dilabantur: & decreſcant.

¶ Interuerto callide ſurripio: qđ plerūq; fit cū rem cōmodatā aut creditā dolo re domino reſtituatur efficimus. Cice. in Ver. Candelabrū qđ rex ægypti Ioui Capitolino dono tulerat a Verre qui illud cō modato a rege acceperat interuerſum eſſe conqueri tur. Plau. in Aſi. Hem iſtuc ago quo modo argen tum interuertā. Inuerto vero eſt quaſi in contrariū verto: vt veſtem aut pellem ſeu etiā verba præpo ſtere pronūcio: vt lauo vola.

¶ Interuiſo is.pe.p. quaſi interim viſo. Ci. Martio Teq; & iſtā rationē ociſ tui & laudo & vehemēter p bo: q; q; minus interuiſis hoc fero aīo æquiore.

¶ Inteſtatus dicit nō ſolū q mortuus eſt nullo con fecto teſtamēto: ſed etiā cuius ex teſtamento adita nō eſt hæreditas: vt inqt Paul. Itē Inteſtat⁹ eſt cui⁹ verbis nō adhibet fides quive teſtis eſſe nō poteſt. Pōpo. Ipſe cū vno ſeruo ſenex inteſtatus ꝓficiſcit

¶ Inteſtabilis q iure teſtamētū facere nō pōt: & cu ius teſtimoniū nō accipit. Caius de teſtamentis. In teſtabilis cū lege quis eſſe iubet eo pertinet ne eius teſtimoniū recipiat: & eo amplius vt quidā putant neue ipſi dicat teſtimoniū. Gel. pro deteſtabili po ſuit. Eos tamē qui ad Annibalē nō rediſſent vſq; adeo inteſtabiles inuiſoſq; fuiſſe vt tediū vitæ cœ perint: necemq; ſibi conſciuerint.

¶ Inteſtinus.a.um. pe.p. qđ eſt intimū. Vñ illa in teſtina dicūtur: quę in interiori corporis parte clau dūtur. Inteſtinū odiū dicit vel occultū vel magnū hoc eſt cor & animā premēs. Inteſtinū opus quod factū eſt ex ligno fabrorū. Var. li. iij. de re ruſ. Cum villā haberes opere tectorio & inteſtino ac pauimē tis nobilibus lithoſtrotis ſpectandā parū putaſſes ēē ni tuis quoq; litteris exornati parietes eſſent. Sci endū q; inteſtina corporis ſex eſſe perhibent. Duo denū. ſ. quod a longitudine. xij. digitorū nomē ac cepit ſicut Auicēna teſtatur. Ieiunū ſic dictum quia nunq; quod accipit cōtinet ſed protinus in inferio res partes trāſmittit. Vocatur & Hilla. Inde farcimi na hillę dicuntur. Hora. Perna magis ac magis hil la. Longum & alio nomine tenuius qui eſt in ſinus vehemēter implicitū. Hoc Var. Longanonem ap pellat quia longius eſt inteſtinū hoc q duo tenuia. Monoculū quod & cæcū nominatur: quia in dexte riorem partē peruiū nō eſt. Colon a noſtris alius di citur vbi magna dolorū cauſa eſt. Nouiſſimū eſt re ctū ita nominatū qa in ima parte dirigitur qua ex cernitur. Hæc aūt inteſtina ab omēto cōtegunt. Et dicit neutro genere & inteſtinus maſculino. Ply. li. xi. Inteſtinus quibuſdam ab ore incipiēs quadam via eodē inflectitur vt ſepiæ & polypo. In homine annexus infimo ſtomacho ſimilis canino. Diffe runt tamen inteſtina a viſceribus. Illa em̄ inferiora ſunt hæc ſuperiora. Celſus lib. iiij. A viſceribus ad inteſtina veniendū eſt. Alio nomine dicuntur In teranea. Ply. Medelæ ſunt innumeræ ad interanea.

¶ Intingo.is.ex in & tingo. Tingere vero inficere & madefacere. Vnde intinctū qđ nos ſaporē in ci bis dicimus. Greci embēmata. Col. Hoc ſinapi ad embēmata nō ſolum idoneo ſed etiā ſpecioſo vte ris εμβαπτειν em̄ tingere eſt. Ply. laudat intinctū ex myrto. Ouid. lib. 2. Faſ. Nutriat intinctos miſſa patella cibos. i. aliquo ſapore reſperſos.

¶ Intorqueo es. cōtra ſeu intus torqueo iacio. Vir. Sacrum qui cuſpide robur: Læſerit & tergo ſcelera tam intorſerit haſtam. Item intorqueo circum tor queo. Col. lib. iiij. Cum iam matura mala fuerint an teq; rumpātur peciolos quibus pendēt intorqueto eo modo ſeruabunt.

¶ Intra p̄poſitio ab in deriuat. Luca. Intra caſtro rum timuit tētoria ductor. Intra cubiculū: intra op pidū ſignificat in tentorijs: in cubiculo: in oppido Aliquādo ſignificat citra. Ci. Sed tamē quoniā ef fugi eius occaſionē q fortaſſe arbitraretur me hāc rempub. nō putare ſi perpetuo tacerē modice hoc faciā: aut etiā intra modum vt & illius voluntati & meis ſtudijs ſeruiam. Modice. i. cum modo. Intra modum. i. citra modum. Hoc eſt minus q̄ modice. Cuius contrariū eſt vltra modū. Sic dicimus in.

¶ Intra famā. i. citra opinionē: vltra famam qđ eſt perq̄ multū. Quintil. Hortenſij ſcripta tamē intra famā ſunt. Quomodo autē ad ſpatiū & numerū re feratur: Vide in dictiōe Infra. Ab intra fit interius a quo interior intimus internus interaneus intrinſe cus introrſum intrarius inteſtinus intro. as.

¶ Intrarius: qui intimus eſt. Plau. Caros mihi atq; intrarios amicos.

¶ Intro aduerbiū proximū eſt voce & ſignificatio ne inter. Et ſicut inter & intra ab in deſcēdūt: ſic in tus & intro. Sed intus in loco & de loco intro ad lo cū ſignificat. Et cōponitur cū D. vt Introduco. E vt introeo. G vt introgredior. M vt ītromitto. R vt introrūpo. V vt introuoco. S vt introſpicio.

¶ Intro.as.as. ingredior intro vado.

¶ Intrico.as.pe.p. implico. Vnde extrico eius con trariū. Trico vero a tricis q̄ ſunt ſplicatiōes. Plau. Quod argentū tu mihi: quas mihi tricas narras.

¶ Intrinſecus & extrinſecus. pe.cor. aduerbia ſunt cōpoſita ab intra & extra & ſecus cum ſignificat tu xta. Hiero. ad Iulianū ea complexus eſt. Callidiſſi mus inquit aduerſarius & inueteratus dierū malo nouit alia q̄ extrinſecus ſūt & a philoſophis quoq; mundi adiaphora hoc eſt indifferētia vocantur: in eorumq; amiſſione atq; contemptu perfectam nō eſſe virtutem: alia quæ intrinſecus & de ſe data co gant dolere perdentem. Inueniūtur tamen hæc no mina apud recentiores.

¶ Intritum. pe. pro. nomē ab intero deductum: de quo paulo ante. Cibus in mortario tritus vt eſt al leatum. Mar. Circūlata diu menſis intrita ſecundis Eſt & participium Intritus. a. um.

¶ Introduco. is. pe. p. ſignificat intra aliquē locū duco. Sal. Vulturtiū cū legatis introducit. Per trāſ lationē eſt inſtruo doceo. Vñ introductio eruditio nis principiū: quā græci εισαγωγειμ vocant.

¶ Introeo. is. notum. Cice. in Læl. Fuerat æquius vt prius introieram: ſic prius de vita exirē. Inde fit Introitus. us. pro. ingreſſu.

¶ Introgredior. eris. ſicut ſonat. Vir. Poſtq̄ intro greſſi & coram data copia fandi.

¶Intromitto tis. Teren. Vereor ne illud grauius phœdria tulerit. neue aliorſum atq; ego feci acceperit q; heri intromiſſus non eſt.
¶Introrũpo is, q̃ſi cũ impetu introeo. Gel. Cerua emiſſa in cubiculũ Sertorij itrorupit hellanic⁹.
¶Introſpicio is. pe. co. Amb. li. i. off. Introſpice vlcera & vibices aĩæ eius & cordis mœſtitudinẽ.
¶Introuoco pe. cor. Liui. li. x. Fabius nihil precatus populũ q̃ vt priuſq̃ introuocarent ad ſuffragium tribus Appij Claudij prętoris allatas ex ętruria litteras audirent.
¶Introrſus aduerbiũ quid ſignificet declarat Cęſar lib. iij. Ab eo flumine pari accliuitate collis naſcebat aduerſus huic & cõtrari⁹ paſſib⁹ circiter duocentis inferius apertus a ſuperiore parte ſylueſtris vt nõ facile introrſus perſpici poſſet. Quidam volunt intelligi introrſus a leua parte: & interiorem a ſiniſtra.
¶Intybus pe. cor. gñis fœmin. In plurali intyba neutri: & intybi maſculini. Ver. Et amaris intyba fibris. Ply. li. xx. Intybi quoq; nõ extera remedia ſunt: ſuccus eorũ cum roſaceo & aceto capitis dolores lenit. Hærba eſt capilloſa & amara: cuius tenues capilli ſegetes ambiunt & enecant. Intybũ erraticũ antiqui cicoream vocant.
¶Intueor eris. Vide in dictione tueor.
¶Intutus ta. tũ. pe. pro. nõ ſecurus. Liui. li. v. Caſtra gallo⁹ intuta neglectaq; ab omni parte nacti inuadunt.
¶Inuado is. pe. pro. inceſſo: & tã datiuo q̃ accuſatiuo iungit. Var. de vi. pa. Tanta porro inuaſit cupiditas bonorum plęriſq;. Et inuadere eſt repente & cum impetu aliquem ingredi. Ver. Inuadunt vrbem ſomno vinoq; ſepultam. Sal. Priuſq̃ hoſtes inuaderet. Item ingredi ſiue incipere. Ci. Non potui magis in arcem illius cauſę inuadere. Verg. lib. vi. Nunc inuade viam: vaginaq; eripe ferrum.
¶Inualeſco is. robur ac firmitatẽ acquiro. Vnde inualuiſſe cõſuetudinẽ: inualuiſſe mores dicimus.
¶Inualitudo imbecillitas. Cicer. in Læl. Q; autẽ in his nonis in collegio noſtro nõ affuiſſes inualitudinẽ reſpõdeo cauſam nõ mœſtitiã fuiſſe.
¶Inueho is. ſumit̃ modo pro ſimplici. Ver. Centauro inuehitur magna: Quãdoq; intro veho. Liui. li. vi. Quantũq; romana ſe inuexit acies: tantũ hoſtes gradu demoti. Inuehor deponens ſignificat maledictis aggredior. & veluti quodam impetu ſermonis in aliquẽ feror. Cic. In eã itaq; partẽ ſa vehementer inuectus.
¶Inuectiuę oratiões ſunt aduerſus aliquẽ ſcriptę: q; in illius mores inuehamur.
¶Inuento is. pe. cor. cõperio quaſi in aliquid venio. Ver. Inueni germana viã. Hinc inuẽtiones & inuenta. Differunt q; ſecundũ aliquos inuenio & reperio: q; inuenire ſit rẽ quęſitam offendere. Reperire a caſu. Oui. Tu nõ inuenta reperta es.
¶Inuerto quaſi in cõtrariũ verto. Vide in dictiõe interuerto.
¶Inverſum in numerũ. Verg. Ille etiã ſeras inverſum diſtulit vlmos.
¶Inueſtigo as. pe. prod. ſignificat quęrẽdo inuenio. Tractũ a venatoribus: qui per veſtigia feras quęrendo inueniũt. Ter. Nihil tã difficile eſt quin quęrendo inueſtigari poſſit. Ci. p Liga. Sed quoniam diligentia amici inueſtigatum eſt quod latebat: confitendum eſt vt opinor. Interdum tamen ſignificat veſtigo. i. quęro. Ter. in Eun. Vbi quæram? vbi inueſtigem? quem percunctер? qua inſiſtam via incertus ſum. Ci. li. i. offi. Imprimiſq; eſt hominis propria veri inquiſitio atq; inueſtigatio Sed quoniam in quandoq; negationem innuit ſumitur etiam pro non inuenio: vt eſt illud apoſtoli cũ. O altitudo diuitiarũ ſapientię & ſcientię dei q̃ incomprehenſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius.
¶Inueſtire eſt quaſi ornare. Ply. li. xxxv. Publicas porticus inueſtiuit pictura.
¶Inuetereſco ex in & vetereſco. Vetereſco aũt a vetero as, fit. Vetero a vetus. Vetereo nõ repperi ſz tantũ vetereſco: quorũ prętерita nuſq̃ legi: ſed veteraui ambo facere oportet ſi inueniant. Nam vetero & vetereſco eodẽ modo in ſignificatione ſua pcedere puto quo integro & integraſco. In formatione vero etiã ſimiliter niſi q; inuetereſco mutat a in e. ſicut conſano cõſaneſco, Reſano reſaneſco Hilaro hilareſco. Incuruo incurueſco: & alia huiuſmodi. Sic inuetero & inuetereſco inueteraui. Lac. li. ii. in actiua ſignificatione poſuit. Hæc verſutia & his artibus notitiam dei veri ac ſingularis apud omnes gentes inueterauerunt. i. in deſuetudinem poſuerũt. Inuetereſco paſſiue. Ter. in hecy. plog. dixit. Nouas q; exactas feci vt inuetereſcerent ne cũ poeta ſcriptura inuaneſceret. Do. Inuetereſcerẽt in deſuetudinẽ venirẽt: ſpectarentur: amarent̃ Colum. ptõvſus lib. vii. in paſſiua ſignificatiõe. & pprie de morbo dicẽs. Sed ſi iã inueterauit: vehemẽtioribus eſt opus remedijs. Ci. quoq; in Cato. Iam omnis conglutinatio recens ęgre inueterata facillime diuellitur.
¶Inueterati etiã dicunt̃ qui in malis inſenuerunt vt in ſacris litteris. Inueterate dierũ malorum
¶Inuicẽ pe. cor. Ex in & vicẽ proprie ſignificat mutuo. Quintil. Qui ſe ardentiſſimo amore inuicẽ dilexerunt. Aliquãdo ſumitur pro ſecũdo loco Plyni. Iunior. Habes res vrbanas: inuicem ruſticas ſcribe.
¶Inuideo es. pe. cor. ex in & video ſignificat inuidiã habeo: hoc ẽ ex alicuius rebus ſecũdis dolore afficior. Tractũ a nimis videndo: q; oculos & animum in eos quibus inuidemus cõtinue intentos teneamus. Vñ etiam cum accuſatiuo conſtructum inuenitur. Oui. Troades inuideo. Ver. Inuidet imperium. Idem poſt accuſatiuum poſuit datiuum. Liber pampineas inuidit collibus vuas. Sic eñ decenter cicimus inuideo tibi doctrinas, Fortuna mihi inuidet diuitias. Ply. Neq; ego vt multi inuideo alijs bonum quo ipſe careo. Apule. Mihi fortuna diuitias inuidit. Col. li. iii. tuſ. Vt nobis optimam naturam inuidiſſe videantur. Priſci. tamẽ in negatiue exponit dicens. Inuideo tibi quaſi non videns tibi fio: hoc eſt non ferens te bene agentẽ videre. Aliquando inuidere ſignificat interius vel penitus videre. Ci. li. de ora. Itaq; ne hoc poſſum dicere me omnino ignorare quid poſſideat: neq; plane noſſe atq; inuidiſſe. Hiero. de vera circunciſione. Quis inuidet dominiverbũ de corde patris eructatum? Sciendum q; licet inuideo actiuum ſit tamen conſuetudine datiuo iungit: immo vt Diome. docet vltra datiuũ poteſt regere genitiuũ accuſatiuum & ablatiuum: vt inuideo tibi gloriæ: glo-

riam & gloria. Eius paſſiuū eſt inuideor: vt Ego inuideo tibi: & tu inuideris a me. Hor. Ego cur acquirere pauca Si poſſum inuideor. Plaut. in Tru. Mauelim mihi inimicos inuidere: q̄ me inimicis meis. Nam inuidere alij bene eſſe: tibi male eſſe miſerum eſt. Qui inuident egent: illi quibus inuidēt rem habent. Eſt quādo inuidere ponitur p odiſſe q̄ contra votum nimium videmus. Ouid. Troia iacet certe danais inuiſa puellis. Cice. Dijs hominibuſq̄ inuiſus.

¶ Inuidia ab inuideo fit: & ſignificat actum ipm inuidēdi: qui eſt dolor alienę felicitatis. Aliquando pro odio & maleuolentia ſumitur. Eſt enim vel dicto vel facto in alterum maleuolentiæ conciliatio: vt ſi quis calamitates ſuas referat: oſtendatve vt auctor ſi calamitatum concitet odium cęterorū: quod dicitur inuidiam facere vel vocare vel adducere ad inuidiam. Quintil. Nec ei tot ſcelerum cōmemoratione concitarem inuidiam. Ter. Ita vt ſi ne inuidia laudem inuenias: & amicos pares. Inde inuidioſa res dicitur quæ facti atrocitatem augēs inuiſum illud vel illius auctorem faciet. Huius diminutiuum eſt inuidiola. Idem. Cum neſcio quid inter eos inuidioſę exortum fuiſſet

¶ Inuidentia eſt ęgritudo animi quę ꝓpter res ſecundas alterius ſuſcipitur: quę nullam iacturā afferant inuidenti. Ci. in tertia Tuſ. Ab inuidendo inuidentia recte dici poteſt: vt effugiamus ambiguum nomen inuidiæ. Cadit enim in vtrunq̄: & in eum qui inuidet: & in eum cui inuidetur. Vnde potentia & opes inuidioſę dicuntur: quod verbū ductū eſt a nimis videndo fortunam alterius. Vbi inuidentiam q̄ inuidiam dicere maluit: tanq̄ inuidentia inuidi ſit: inuidia eius cui inuidetur. Sed in frequenti vſu eſt inuidia magis q̄ inuidentia apud doctos: indoctoſq̄ indiſcriminatim. Inuidia diſtat ab odio q̄ inuidemus fortunato: odim⁹ vitio ſum: q̄ inuidiā ꝓfiteri erubeſcimus odiſſe palā decorum eſt: q̄ inuidia hominum tantū eſt odium reliquarum tantū animantium: vt inquit Plutar. in libro de inuidia & de odio.

¶ Inuidus qui actu alicui inuidet. Hora. Inuidus alterius macreſcit rebus opimis.

¶ Inuidoſus qui morbo inuidētię laborat. Ouid. Tēpus edax rerū: tuq̄ inuidioſa vetuſtas Oia deſtruitis. Interdum ſumitur pro eo cui habetur inuidia. Idem. Pactolonq̄ petit q̄q̄ nō aureus illi Tēpore: nec charis erat inuidioſus harenis. Sic potētia & opes inuidioſę dicunt. Cicero Dolobellę. Cōtingit enim tibi quod haud ſcio an nemini vt ſumma ſeueritas animaduerſiōis nō modo nō inuidioſa: ſed etiam popularis. Et inuidioſus odioſus atq̄ inuiſus dicitur. Vnde inuidioſa res dicitur quæ facti atrocitatem augens: inuiſum illud vel illius auctorem facit.

¶ Inuide facere dicitur q̄ per inuidiā aliquid agit.

¶ Inuidioſe vel q̄ per inuidiā vel qui in aliquē excitat odium. eumq̄ inuiſum facit.

¶ Inuigilo as. pe. cor. ſupra ſiue intus vigilo. ſolt citus ſum. Lact. lib. iiij. Vel cuſtodiendis domib⁹ inuigilat.

¶ Inuito as. pe. pro. manifeſtā habet ſignificatiōnē quā poni⁹. Ci. Ad quē fruēdū nō mō non retrahit verūetiā inuitat atq̄ allectat ſenectus. i. puocat. Et inuitare eſt delectari. Vir. li. i. geor. Inuitat genialis hyems: curaſq̄ reſoluit. Itē replere. Plau. in Am. Mira ſunt niſi inuitant ſeſe pluſculum.

¶ Inuitatus us. inuitamentū & inuitatio pro eodē ſumuntur. Cicer. Cęſari. Mitto ad te Trebatium atq̄ ita mitto vt initio mea ſponte poſt autem inuitatu tuo mittendum duxerim. Idem in Horten. Voluntates autem nulla ad neceſſarias inuitamenta afferunt ſenibus.

¶ Inuitus a. um. qd nō libenter fit. Teren. in And. Feci hodie vt fierent inſperante atq̄ inuito Pamphilo. Ci. li. ii. ad heren. Sin eſt probus cur talem inuitam inuitum cogis relinquere. Idem comparatiuum poſuit: cū ait. Quem ego paulo ſciebam vel impudentius vel inuitius: nolo ēm dicere de tā ſuaui homine faſtidioſius.

¶ Inunco as. quaſi vnco inuado & arripio. Lucil. Aut qui nūmos triſtis inuncat. Col. li. vtij. Tū etiam quotidie minuitur lana: quæ q̄to prolixior in pectore concreſcit: tanto magis obnoxium eſt rubis quibus velut hamis inuncata a paſcentium tergoribus auellitur.

¶ Inundo as. quādoq̄ abſolute ponit & ſignificat creſco & extra alueū verſor. Ply. Anteq̄ nilus inundaret. Quandoq̄ actiue & pro ambulo ponitur. Idē. Agros & ſata omnia inundant. Hinc fit inundatio pro diluuio

¶ Invnguē & advnguē ſignificat ad perfectionē Ver. li. ii. Geo. Nec ſecius omnis in vnguē Arboribus poſitis ſecto via limite quadret. Tranſlatio a lapicidis q̄ vngue marmoris ęquitatē experiunt

¶ Inuius ia. ium. quod eſt ſine via: & per quod iri non poteſt.

¶ Ionia regio minoris aſię media inter Cariā & eoliā ab Ionio atheniēſiū duce cognominata qui eā regionem ſubegit. Vel ab Iano Iaphet filio vt Ioſephus inquit. In ea Miletū ciuitas. Priēnis Epheſus & Clazomene.

¶ Iordanis fluuius in iudęa eximię ſuauitatis. Oritur ad radices libani duobus fontibus ſurgit: alterius nomen Ior: alteri dan: qui ſimul iuncti Iordanis nomen efficiunt.

¶ Ipſe a. um. pronomē demonſtratiuū quando ſi licet cum alijs pronominibus iunctum eorum accipit ſignificationem vt egoipſe: tuipſe: illeipſe. Inuenitur tamen ſæpe abſq̄ alijs per eclipſim prolatum & tamen eorum habens ſignificationem: q̄ cum eo ſubaudiuntur. Verg. Quęq̄ ipſe miſerrima vidi. Aliquando relatiuum eſt. Idem. Ipſe arduus altaq̄ pulſat Sydera. Aliquando emphaſim ideſt expreſſionem alicuius rei latentis habet: vt ſi dicā Ipſe pater de quo minus credendum eſſet qui hoc fecit. Q̄d ſi ei addatur particula met: vt ipſemet diſcretio ſignatur. Hoc eſt ipſe ſolus: & non cum alijs: vel ipſe per ſe: & non per alios. Aliquando ſignificat ſimilem: vnde & comparatiuum habet ipſior. & ſuperlatiuum ipſiſſimus. ideſt ſimilior ſimillimus. Apud veteres ipſus pro ipſe dicebatur Teren. Ipſus eſt.

¶ Ipſippe: ideſt ipſi nec alij.

¶ Ips vermiculus eſt: q̄ cornua vitesq̄ prærodit: vt cis frumenta: tripis ligna: ſis veſtes: is vitra: midas fabam. Declinatio autem huius nominis non facilis eſt: Vnde docet ſic Suidas ἴψ ὁ σκωλὴξ τετράκλινεται ἴψωσ καὶ το πλῆθυντικὸν ἴψι.

¶ Ipſulces bracteæ dicebantur in muliebrem viri lem veſpeciem expreſſę.
¶ Ir neutri generis & indeclinabile proprie manꝰ cōcauitas: licet quandoq; pro ipſa manu ponatur
¶ Ira dicta eſt ab eo q̄ eſt ire. Nā a ſe it qui iraſcit & furit: Vnde & qui iram deponit ad ſe redire dicitur. Teren. in adel. Tandem reprime iracundiā: & ad te redi. Eſt autem ira libido puniendi eius. a quo iniuria offenſi ſumus.
¶ Iratus dicitur qui ex aliqua re laceſſitus excādu it: etiā ſi natura non ſit iracundus.
¶ Irate aduerbium per iram ſignificat.
¶ Iracūdus qui ex parua vel nulla cauſa quicq; na tura ad iram ꝓcliuis eſt: etiam ſi tunc nulla mouea tur ira. Hinc iracundia dicta (auctore Feſto) q̄ irā incendat. Donā. Ira de cauſa eſt: iracundia de vi tio multum iraſcentis. Sene. libro de ira. Ira quo diſtetab iracundia apparet: quo ebrius ab ebrioſo & timens a timido. Iratus poteſt eſſe non iracun dus. Iracundus poteſt aliquando non iratus eſſe. v ſurpatiue tamen iracundia ponitur pro ira. Cic. li. iij. tuſc. Iracundia eſt vlciſcendi libido.
¶ Iraſcor iraſceris iratus cōſtruit cū datiuo. Plau. Noli amabo Amphitrio iraſci Soſiæ cauſa mea. Huius cōpoſita ſunt. Subiraſcor quod eſt paulum iraſcor. Obiraſcor contra iraſcor. Liui. li. i. Fortu nę vt fit obirati cultum reliquerant deum.
¶ Ire pedibus in ſententiam quid ſignificet. vide ſupra in eo is.
¶ Irenarches ſiue irenarcha dī: q ad tollēdas diſ cordias: & pacandos ciuium animos in ciuitate pręficitur. Apud iuriſconſultos tamen dicitur: q diſciplinę publicę & corrigendis moribus pręfici tur. Græci enim ειρηνην pacem vocant ἀρχων.
¶ Iris is. vel idis. arcus cœleſtis ab ειρειν. quod ē nunciare. Nam poetæ deorum nunciam fingunt. Verg. Irim de cœlo miſit ſaturnia Iuno. Huius ar cus cauſa eſt radius ſolis cauæ nubi immiſſus: qui repulſa acie in ſolem refringitur. Nubes enim for mam arcus diſcoloris efficiunt quia alię partes ea rum tumidiores ſunt: alię ſummiſſiores: & quædā craſſiores: q̄ vt ſolem tranſmittant: alię imbecilli ores q̄ vt excludant. Hæc inęqualitas alternis lu cem vmbramq; commiſcet & exprimit illam mi rabilem arcus varietatem. Eſt & iris herba ſuauiſſi mi odoris: vt Plyn. lib. xxi. teſtis eſt: cuius radicē dixit in vnguentis & medicinis cōmendari. Cau lem habet cubitalem & rectum: radicem raphano ſimilem: quę ſternutamenta mouet: Floret diuer ſorum colorum ſpecie quaſi arcus cœleſtis: a quo nomen habet: vulgo dicit lilium ceruleum.
¶ Ironia cum accentu in penu. dici poteſt ſimula tio vel illuſio ειρωνεια ab ειρω dico: & inde ει ρωνευομαι. in voce paſſiua quod eſt cauillor. Fi gura cū aliquid per contrariū dicitur & illuſionem
¶ Irrętio is. a rętę fit & ſignificat retineo rętę quaſi capio. Vnde irrętitus dicitur qui aliqua fraude vel blandicijs aut dolo quaſi rętę captus. Lactā. libro tertio. Eos aūt qui deū ſciūt dolis & aſtu aggredi tur vt cupiditate aut libidine irrætiat aut peccatis blandientibus deprauatos impellat ad mortē.
¶ Irraucio is. irrauſi. ſum. ex in & raucio qd a rau cus deſcendit. Et ſignificat raucus fio. Dicitur & irrauceo es. irraucui. Ci. li. de ora. At Aeſopum ſi paulum irraucuerit explodi.

¶ Irpices pe. cor. genus raſtrorum ferreorum ſeu regulę cum pluribus dentibus quos item vt plau ſtra boues trahunt vt pruant glebas & extirpent herbas in agris.
¶ Irrepo is. pe. pro. pſi. ptum. ſignificat paſſim & latenter more reptilū intro eo: cuius frequētatiuū eſt irrepto. Hora. Verum opere in longo fas eſt ir repere ſomnum.
¶ Irripio is. pe. cor. intus rapio. Cice. Irripiunt in ædes ſubito.
¶ Irrigo as. pe. cor. ex in & rigo. ſignificat quaſi riuos in agrū deduco. Rigo aūt a riguus.
¶ Irriguus a. um. qd irrigat: vel facile irrigari pōt Cato. Vinea eſt prima vel ſi vino multo eſt. Secū do loco hortus irriguus. Accipitur & quādoq; in ſignificatione actiua: vt aqua irrigua quę irrigat. Verg. li. iiij. geor. Irriguumq; bibant violaria fon tem. Tibul. Tunc bibit irriguas fertilis hortꝰ aq̄s. Ambr. ſubſtantiuo vſus eſt. Magna eſt elemoſy na quę ardētium criminū globos beniuolētię ſuę fonte refrigerat & quodam irriguo largitatis ob ruit incendia delictorum. Et li. hexa. Q̄ ſi irriguis aquarū plęrūq; & ſegetes lętiores ſunt.
¶ Irrito as. pe. cor. cōponitur ex in & rato as. quo veteres vtebantur pro ratum facio: approbo: & ſi gnificat nō ratum eſſe volo vel oſtendo vel facio Et irritum improbatum: non ratum: & per tranſla tionem in nihilum redactum. Vergil. Irrita perpe tua ſoluēt formidine terras. Teren. in phor. Q̄d di ctum indictū eſt: qd erat ratū id irritū eſt.
¶ Irrito as. pe. p. ſignificat prouoco. irāq; incēdo Frequentatiuum ab irruo per mutationem u in i ꝓt euphonię cauſa. Tractum a canibus: qui cum pro uocantur irruunt: velvt Do. ait Qui reſtrictis dēti bus hanc litteram. r. imitantur. Vergil. libr. x. Irri tatq; virum telis & voce laceſſit. Ouid. lib. ij. faſt. Tum ſicco primas irritat cortice flāmas. i. ſuſcitat Plau. in Amph. Irritabis crabones. Eſt & prorito as. pen. produc. Nam ſicut irrito pro laceſſo ab ir ruo eſt: ita prorito a proruo: Nec multum in ſigni ficatione differunt. Nam prorito idem eſt qd pro uoco. Col. libr. ii. Lini ſemen niſi magnus eſt eius in ea regione quam colis prouentus & p̄tiū prori ta: ſerendum non eſt. Agris em̄ p̄cipue noxiū eſt Hic in bonam partem ſumitur. Irrito vero magis frequentatū eſt: q̄ prorito. Et ferme ſemper acris malęq; vehementię. Prorito non ſic: ſed in bonā & in malam partem vti prouoco capi poſſet. Irri to ſemper in malam.
¶ Irrogo as. pe. cor. infero: infligo. Plau. in cap. Qui conſilium iniere quo nos victu & vita prohi beant: iis diem dicam irrogabo multam: vt mihi ecœnas decem meo arbitratu dent cum cara anno ſa ſit. Aug. lib. iiij. ci. dei. Nam iuſtis quicquid ma lorum ab iniquis dominis irrogatur nō eſt pœna criminis ſed virtutis examen.
¶ Irruo cū impetu feror. Sal. Cum forte in eum ir ruerent facile repulſi. Do. Irruere proprie dicūtur qui cū furore p̄liū ineūt. Quandoq; ratione prępo ſitionis in ſignificat introruo intromitto: ingero Augu. Vidiſtis mulierē in ciuitate famoſam non inuitatam irruiſſe conuiuio.
¶ Irrugio is. valde rugio. Hiero. in Gen. Auditis Eſau ſermonibus patris irrugijt clamore.
¶ Irrumpo violēter & cū impetu ingredior. Ply-

li.xxxv.L.hoſtilius mãcinus qui primus cartha ginem irruperat. Lact.li.ii.Nam cum ab Alexan dro capta ciuitas eſſet ac milites ad eam ſpolian dam irrupiſſent.Et ferme ſemper in hac ſignifica tione hoc verbo vtũt auctores. Lact.pprie ſũpſit libro ſexto pro penitus frango. Sũmum inter ſe hominũ vinculũ eſt humanitas: qđ qui irruperit nefarius & parricida exiſtimandus eſt.

¶Irrumo as.pe.cor.a ruma mãma.Vide in dicti one fello fellas.

¶Is:ea:id:eandẽ ſignificationẽ habet quam hic & eundem locum retinet vt qui diuitias cupis:is vel hic: velille:vel idem auarus eſt. Ab is fit iſce: ſicut ab hic hicce.

¶Is vrbs a babylone itinere dierũ octo diſtans: apud quã eſt is fluuius e quo bitumẽ toti⁹ babylo nis ſubminiſtrabat.

¶Iſæus cũ æ diph.nomẽ rhetoris pariter & phi loſophi quẽ philoſtratus in vitis ſophiſtarũ aſſy riũ tradit. Cuius hoc fuit inuentũ: omnẽ materiã in breue cõiscere. Eſt & nomen flũminis.

¶Iſagoge pen.pro.latine introductio dicitur ex ισ quod indicat & αγω duco. Vnde αγωγη du ¶Iagogicon introductorium. Grãmato (ctio. iſagog⁹ iſag⁹ introductor vel iductor q⁹ eas iducat i.introducat quodã modo in corda diſcentiũ.

¶Iſapis pe.produ. fluuius propinquus Cęſennę vt Stra.lib.v.ſcribit.

¶Iſara pen.cor.fluuius rhodano ſe iungens: vbi Cemen⁹ mõs rhodano applicat vſq; huc ad druẽ tiam effertur in adriaticum ſinum.

¶Iſaurum ciuitas pãphilię a qua Iſauricus ſeruí lius romanus dictus eſt : qui Iſaurũ cepit. Ouidi. Aphrica victorẽ de ſe vocat alter Iſaurũ.Hic ad eo pauper fuit vt publico funere romę elatus fue rit. Ammianus Iſaura plurali numero dixit. Clau diopolis : quam deduxit coloniam Claudius Cæ ſar Iſaura ante. Alij iſauriam fœm. genere protu lerunt. Sunt qui dicant iſauriam regionem mino ris aſię:dictam q⁹ vndiq; aurarum flatibus pateat eiuſq; metropolim eſſe ſeleuciam.

¶Iſchia ſcribit Iulius Pollux carnoſas poſt lum bos vtrinq; eminentias appellari: quæ vero poſt hæc increſcũt πλουτοι: hoc eſt latine nates. Duo illa oſſa circa q̃ verſura fit ita diſtinguñt: vt dicat cõcauum illud ſupius κοτυλη latine acceptabulũ Inferius vero ισχια qđ nũ coxẽdicẽ dicũt. Quo etiã nomine & neruus ille nominatur qui coxendi cem femori cõmittit. Erit ergo coxẽdix vertebra cotyle infixa quam pyxidem appellant neruis qui buſdam ita illigata vt facilis coxarum motus atq; flexus fiat: vnde qui coxendice laborant iſchiadi ci vel iſchiaci dicuntur. Plyn.Mox aquam bibere catillo mire id prodeſſe iſchiadicis. Recentiores medici ſciaticam dicunt.

¶Iſchyros cũ accentu in prima:latine fortis dici tur ισχυσ enim fortitudo eſt.

¶Iſchomache pen.cor.nomẽ cõpoſitũ ex ισχω habeo μαχη pugna. Quo noie dicta eſt hippo damia quę habuit in nuptijs ſuis pugnã centauro rum.Hęc fuit Atracij filia q̃ nupſit perithoo.

¶Iſis iis.& idis. actũm facit iſim. Inachi filia.Io prius dicta quę olim pererrãs cũ ad nili fines pue niſſet Iouis amatoris ope formã vaccę imutauit. Eſtq; ab ęgyptijs pro dea celebrata.De qua Luc.

lib.vi.Nos in tẽpla tuã romana recepimus iſim. Hoc etiã noĩe dicta eſt inſula in ſinu arabico. Sui das.ισισ αυτη λεγεται ιω ην ηρπασεν ο ζευσ εξ αργουσ και την ηραν φοβουμενοσ αυτην μεταβαλλε ποτε μεν εισ λευκην βουν πο τε δε εισ μελλαιναν ποτε δε εισ ιαζουσαν μεθησ πλανωμενοσ ηλθεν εισ αιγυπτον.

¶Iſmarus pe.co. gnis maſ.in plurali neutri.Mõs thracię aſp & incult⁹ ex vna parte ex alia fertilis vi netis & oliuetis quẽ Orpheus incoluit vbi iſmara vrbs ciconũ fuit. Verg.Nec tantũ rhodope mirã tur & iſmarus orphea.

¶Iſmenus pe.p.fluuius bœotię ab iſmeno pelaſ gi filio cognominatus. Statius. Horruit ingenti venientem iſmenon aceruo.

¶Iſocrates pe.cor.nomẽ maximi oratoris græci qui perfectus magiſter :& ſcripſit multa p̃clare: & docuit alios:cuius domus cunctę grecię quaſi lu dus quidã patuit atq; officina diſcendi.

¶Iſonymia cũ accẽtu in pe.latine Iuris ęqualitas idcitur.

¶Iſpellũ ciuitas in vmbria ex altera montiũ par te:qua Camertes.

¶Iſrael interp̃tatur vir videns deũ:qđ nomen im poſitum fuit Iacob partiarchę a quo Iſraelitę pe. produ.qui de iſraelis ſtirpe ſunt:qui prius hebræi dicebantur. Sed poſtq̃ in duo regna populus he breorũ diuiſus eſt:tunc duę tribus quę de ſtirpe Iu da reges habebant Iudęorũ nomẽ ſortitę ſunt.reli quę.x.tribus iſraelis nomẽ tenuerunt:et ab iſraele filio Iſaachi regio maioris aſiæ ſamaria cõtermia dicta eſt iſrael. Dicũtur & iſraelitides a nominati uo ſingulari iſraelitis idis.& iſraelitis.Hiero.in li. numeri. Arrepto pugione ingreſſus eſt poſt virũ iſraelitidem. Sic Madian.madianitis & madianti dis.Moab moabitis & moabitidis.

¶Iſſa inſula in mari Adriatico adiacẽs dalmatiæ vt Ptol.li.ii.ſcribit.in qua fuit iſſa nõ ignobilis ci uitas a qua Iſſæus a.um.

¶Iſſus vrbs cicilię & ſyriæ fluuius.

¶Iſter iſtri fluuius europę per magnus:qđ & iſtrũ dicitur:quãdo.ſ.flumen ſequitur:vt inquit Prob⁹ Hoc & Abdubanũ & Danubiũ vocatur. Vide in dictione Danubius.

¶Iſtria Italię regio illyrio cõtermina q̃ in latitu dine.xl.paſ.millia in circuitu.cxxv.millia cõple ctitur a formione nunc Tiſano fluuio ad fanaticũ ſinũ in quo Arſia amnis decurrens iſtriam ab illy rio dirimit.Iſtrorũ gẽtem fama eſt originem acol chis duxiſſe miſſis ab oeta rege ad argonautas p ſequendos qui vt a ponto intrauerunt iſtrũ nec ra ptores inueniſſent ſiue metu regis: ſiue tędio lõgę nauigationis iuxta Aquilegiam cõſederũt:iſtriq; ex amnis noĩe:quo a mari cõceſſerãt ſunt appella ti.In ea eſt Iuſtinopolis vrbs quã Iuſtinus impe rator extruxit:a qua paulus Vergerius vir eloquẽ tiſſimus originem duxit.

¶Iſthmus ea terrę ſtrictura eſt quæ in duo maria iter porrigit.Ouid.Qua duo porrectus lõge freta detinet iſthmos. Sũt aũt duo iſthmi achaicus ſeu corinthiacus:& thracius iſthmus corinthiac⁹ an guſta eſt & breuis terra. De quo Põpo.ſcribit.hoc ideo iſthmo cognomẽ eſſe quia.iiij.milliũ ſpatio ægeũ mare ab Ionio ſubmouẽs anguſto tramite helladi peloponeſum ãnectit. Super hoc iſthmo

fuit vrbs corinthi. Thracius iſthmus inquit Soli nus in thracia eſt ſimilibus anguſtiis & pari latitu dine arcti maris cuius littora vrbes ytrinq; ſecus oſtentãt propontidis oram : inſignit pactyę me lana ſinum cardia. Plyn. li. iiij. Super hoc iſthmo ſcribit fuiſſe cardiam ciuitatem.

¶ Ita aduerbiũ ſimilitudis geminũ ſuplatiuũ ex poſcit ſiue nois : ſiue aduerbij. Ci. li. de ora. Vt qſ q; greçe optime ſciret ita eẽ nequiſſimũ. Vel habet verbum vim ſuperlatiui habẽs. Idem in Cato. Vt quiſq; ętate antecedit : ita ſniæ principatũ obtinet Interdũ cũ cõparatiuo : ſignificatq; ſic. Quãdoq; valde. Ter. in an. Nõ ita diſſimili ſunt orõne ac ſti lo. Q ñq; optãtis. Pacu. Ita te dij ament : ita tibi p voto ſecũdent omnia. Quandoq; illatiua coniun ctio eſt : pigitur. Cice. Ita nobiliſſima ciuitas græ cię & olim potentiſſima ſepulchrum ciuis ſui igno raſſet nili ab hoĩe arpinate didiciſſet. Similiter qñ cõponit cũ q; ſemper eſt coniunctio cauſalis & ha bet accẽtum in prima & dicimus itaq;. Si aũt duę partes ſunt : habet accentum in penul. & dicimus itaq;. Teren. in An. Immo ita volo : itaq; poſtulo vt fiat. Plau. in Am. Verum ita animat⁹ fui : itaq; ſum nunc vt ea te patera donem.

¶ Ithaca inſula ante Epirũ in qua regnauit vlyſ ſes. In ea etiam vrbs eiuſdem nominis : vt inquit Ptol. li. iii. Ibi etiam mons neritos a quo tota inſu la qñq; dicta neritos fuit. Ver. Neritos ardua ſaxis

¶ Italia Europę regio prius heſperia ab heſpero athlãtis fratre q a fratre pulſus & hiſpanię & italię dedit nomẽ : ſiue vt Macro. inquit ab heſpero ſtel la q; occaſui ſubiecta ſit. Inde Oenotria vel a bo nitate vini qđ in italia naſcit. Nã greci οἶνος vinũ dicũt : vel ab œnotrio ſabinorũ rege. poſtea Italia ab Italo ſiculorum rege qui agriculturã italos do cuit & leges poſuit. Nam ad eam partem venit : in qua poſtea Turnus regnauit & ſuo nomine appel lauit : Vergi. Eſt locus heſperiam graii cognomi ne dicunt. Terra antiqua : potẽs armis atq; vbere glebę Oenotrii coluere viri : nũc fama minores Ita liam dixiſſe ducis de nomine gentem. Timęus & Var. a bobus vocatam dixerũt : quoniã tauri græ ca veteri lingua itali vocati ſunt a quorũ multitu dine & pulchritudine italiam dixerunt. Latium ve ro pars italię eſt. Eſt etiam dicta auſonia vt Ariſto teles inquit pars ad Tyrrhenum verſa. Eſtq; in for ma cruris inter adriaticum & thuſcum mare : & a iu gis alpium dorſoq; apennini porrecta ſe paulatim attollẽs vſq; ad rheginum verticem & littora bru tiorum extenditur : in vltimo ſui ſcinditur in duo cornua : quorũ alterum Ionium ſpectat mare : alte rum ſiculum in extremitate rhegyum oppidũ ha bẽs. Eius lõgitudo ab Auguſta prætoria quę in al pineo fine ſita eſt & per Romã Capuamq; porrigit vſq; ad oppidum rhegyum Solino teſte decies cẽ tena & viginti millia paſſuũ colligit. latitudo ve ro quadringẽta decẽ vbi maior latitudo : vbi vero minor cẽtũ trigitaſex. hẽtq; vmbilicũ in agro rea tino : q̃ dudũ ex latere maris ſupi rubiconẽ fluuiũ p finibus habuit. Diuidit aũt in. xvi. regiones. ſ. Liguriam : æthruriã : Latium : Campaniam : Luca niam. Calabriam : Apuliam : Samniũ : ſiue Apru tiũ : Picenũ : Flãminiam & æmiliã : ſeu Romãdio lam : Vmbriã nũc ducatũ ſpoletanũ. Galliã ciſal pinam. Venetiam nunc Marchã Taruiſanam. Ia pidiam : & Carniam nunc Foriulium & Iſtria. Ab Italia fiunt Italus a. um. & italicus a. um.

¶ Italica vrbs in italia : quę alio noĩe Cõfiniũ dr : vt ait Stra. alia in hiſpania pria ſyrii Italici.

¶ Italicũ phię gis quoddã nũcupatũ ex ea parte Italię quę quondã magna greçia dicta. Q; vt do cet Aug. li. viij. de ci. dei auctorẽ habuit Pythago rã ſamiũ a quo etiã ferũt ipm phiæ nomẽ exortũ

¶ Itẽ aduerbiũ ſignificat ſimiliter quaſi iterũ idẽ.

¶ Iter iteris ſecũdũ Priſ. Itiner vero itineris p actu eundi : licet itiner nũc nõ ſit in vſu : cũ obliqui nois iter ab vſu diſceſſerint. Plaut. in mer. Ergo itiner exequi meũ me ſines. Var. Expectãt itiner longo ſermone leuare. Lucr. li. v. Cõcuſſos itere & labefa ctos itere multo. Dictũ iter q; vehẽdo quid teritur vel ab eundo : cuius ſupinum eſt itum : ſiue ab ito frequentatiuo. Significat quãdoq; viã. Hier. in li. numeri. Auertit ſe de itinere & ibat per agrum. De marietiã dr. Ter. Ain tu tibi hoc incõmodũ eue niſſe iter. non hercle parmeno verbis dici poteſt quantũ re ipſa nauigare incõmodũ eſt. Iter facere eſt ire : qđ & iter tenere dicimus. Verg. Quo ve te netis iter. Habere iter : idẽ qđ iturũ eſſe. V t iter ha beo ad Cęſarẽ. i. oportet me ire : vel iturus ſum ad Cęſarem. At viam facere nõ eſt iter facere : ſed lo cum vbi non erat via aperire.

¶ Itineror aris. iter facio.

¶ Itinerariũ viatoriũ. Vñ Itineraria dñr cõmenta rii earũ rerũ quę in itinere acciderũt.

¶ Iterũ aduerbiũ. i. rurſus : vt Atq; iterũ ad troiã magnus mittetur achilles. Interdũ ſignif. ſecũdo Ci. in arte veteri. Primo quidẽ decipi incõmodũ ẽ iterũ ſtultũ. tertio turpe.

¶ Itero as. pe. cor. rurſus aliqđ ago & q̃ſi per iter factũ reuertor. Gel. li. i. poſuit pro eo. Sed eos Se natores qui magiſtratũ curulẽ nondũ ceperãt pe dibus iterauiſſe in curiã. Sed hoc ab iter fit. In alia ſignificatione ab iterũ. Liui. li. i. Reſiſtere atq; ite rare pugnam iubet.

¶ Itidẽ pe. cor. ſignificat ſimiliter eodẽ mõ. quaſi iterũ idẽ. Ter. Ibo ad eũ. atq; hęc eadẽ quę tibi di xi dicã itidẽ illi. Sue. de Aug. Cẽturiones ſtatio ne deſerta itidẽ vt manipulares capitali animaduerſi one puniuit.

¶ Ithyra pe. cor. vrbs in tauro mõte parthiã ver ſus. A qua Ithyreus a. ũ. Eſt aũt ithyreus epithetõ arcus. Vnde dicimus Ithyreus arcus & ithyreas ſa gittas. ideſt parthicos arcus & parthicas ſagittas eoq; parthi p̃cipue arcub⁹ & ſagittis vtunt in p̃lio Ver. Ithyreos taxi torquentur in arcus. Luc. Ithy reis curſus fuit inde ſagittis.

¶ Ithome oppidũ in peloponeſo : itẽq; in theſſa lia. Vnde ithomeus Iuppiter.

¶ Ithonia ciuitas in bœotia ab Ithonio Amphi ctyonis filio quã alij ithonẽ vocant. A qua & pal las ithonia eſt appellata.

¶ Ito as. frequentatiuũ eſt verbi eo is. vnde iter dr

¶ Ithyphallus ꝓprie mẽbrũ virile erectũ. Dñr & ithyphallicuratores bacchi : q; in orcheſtra ſalta bãt. Hoc noĩe dictus ẽ priapus ἰθυφαλλος.

¶ Iturea regio eſt a qua iturei populi.

¶ Iubæ crines aialiũ a collo pendẽtes. Vñ ſubati leones dñt q; iubas hñt ad differentiã eorũ qui iu bas non habent.

¶ Iubar ꝓprie ſtella q̃ ante ſolẽ ortũ lucifer : poſt

ſolis occaſum veſper appellaſ q; ſubata appareat vel q; ſplẽdor eius diffundat in modũ ſubę leonis radios. Verg. libro quarto. It portis iubare exorto. Sæpe tamen pro ipſo ſplendore ponitur. Oui. Et tremulum ſumma ſpargit in ęde iubar. Et non tantum de ſolis ſeu ſtellę: ſed etiam de cuiuſcunq; rei ſplendore: vt auri argenti gẽmarum a lucifero dici volunt. Vnde & ad maieſtatem hominis trãſfertur. Claud. Per fratris regale iubar. Et aliquando ponitur pro aurora.

¶ Iubeo bes. iuſſi. ſſum. impero. Quintilia. Nam q̃uis infeſtum latronibus mare iuſſus intraui neq; diſſimulaueriz magnas fuiſſe cauſas patri cur hoc mihi imperaret. Interdum iubere ponitur pro rogare. Vergilius. Infandum regina iubes renouare dolorem. Interdum pro aperte dicere: & quaſi exhortari optareq;: vt iubeo te ſaluere. Iubes me bene ſperare. Terenti. Iubeo Chremetem ſaluere. Interdum pro decernere: vt populus iuſſit: ideſt decreuit. Inuenitur hoc verbum cum accuſatiuo. Quintil. Pater me iuſſit. A iubeo fit iuſſio. Similiter iuſſus us. & iuſſa: q̃q̃ & iuſſum legatur. Siſen. libro. iij. Tamen Tudertibus ſenatuſconſulto & populi iuſſo dat ciuitatem. A iuſſus cõponit̃ iniuſſus Ter. in hecy. Quãobrẽ incẽdor ira te eſſe auſam facere iniuſſu meo.

¶ Iubilũ dicitur id qđ ex gaudio voce/nec tñ verbis explicatur. Syrius li. xiiij. Et lętus ſcopulis audiuit iubila cyclops.

¶ Iubilo as. pe. cor. De quo Aug. Iubilare ꝓprie eſt gaudũ verbis nõ poſſe explicare. & tñ voce teſtari qđ corde cõceptũ ẽ & verbis explicari nõ põt Nõ. n. verbis iubilaſ: ſed ſolus gaudentiũ ſonit⁹ reddit̃ quaſi parturiẽtis & pariẽtis cordis lętitia in vocẽ rei cõceptæ quę verbis explicari nõ poſſit.

¶ Iucũdus a iuuo as: q; mentẽ & ſenſum iuuet. Et is dicit̃ qui cã exiſtit alteri vt ille gaudeat. Vnde iucundę litterę: iucũda oſo: iucundus aſpectus. Cic. ad Atticũ. Fuit mihi ſępe & laudis nr̃æ gratulatio tua iucunda & timoris conſolatio grata. Q ñq; iucũdum dicitur qđ eſt lętitię plenũ: vt apud eundẽ li. iij. inuect. Eſt mihi iucunda in malis & grata in dolore veſtra erga me voluntas. i. lętitiæ plena & voluptuoſa qualis ẽ in proſperis. Grata quaſi plena effect⁹ & fructus. In iucũdo enim quędam gratia eſt delectationis: In grato etiã cõmodi. Quippe aſpectus roſarũ iucũdus eſt: aſpect⁹ plenę meſſis gratus. Hinc iucũditas quaſi amœnitas quędã ex qua naſcitur voluptas.

¶ Iucũdor aris voluptatẽ: gaudiũ & delectationẽ affero. Lact. li. iij. Quotidie aũt iucũdabar ante faciẽ ei⁹ cũ lętaret orbe perfecto. Sed hic ſumit̃ pro gaudio affici: ſicut & Hieron. Nulli dubiũ eſt oẽm illam cœleſtẽ hieruſalem: tunc exultaſſe ineffabili lętitia: tunc iucundatam eſſe inæſtimabili charitate: tuncq; cum omni gratulatiõe iubilaſſe: quoniã feſtiuitas hæc quæ nobis hodie reuoluitur annua illis oĩbus facta ẽ cõtinua. Inuenit̃ etiã iucũdo as: Aug. li. xvij. ci. dei. Exaltaſti dexterã: iucundaſti omnes inimicos eius.

¶ Iudæi a Iuda filio Iacob dicti ſunt q; fuit vnus ex. xii. patriarchis. Nã licet fuerit. xii. trib⁹ q̃ a. xii. filijs Iacob deſcẽderũt: a Iuda tñ iudęi ſunt appellati: qa vt Aug. inqt de ſtirpe eius regnum veniebat iudęis. Prophetauerat enim Iacob dicens. Nõ deficiet princeps de Iuda: nec dux de femoribus eius: donec veniat cui repromiſſus ẽ. De tribu aũt iuda venit dominus noſter Ieſus Chriſtus.

¶ Iudæa ę. iudeorũ regio dicta ẽ. ſiue iuda indeclinabile: a qua iudaicus a. um. ꝓ iudæus a. um. ſicut hebraicus: achaic⁹: euboicus: ꝓ hebręo achęo euboęo. Iuuc. Iudaicũ ediſcunt. Diuiditur autem Iudęa in duas partes: in citeriorẽ & vlteriorem. Hæc peræa vocaſ: qa vt inqt Ply. a cęteris iudæis iordane ſit amne diſcreta. Nam & regio quę trans euphraten eſt perea noĩaſ. vt docet Stra. ſicut trans padani q tranſpadũ habitãt. Sic Ply. li. vi. citeriorẽ galliã vocat q̃ſi perea: hoc ẽ vlterior ſit aliqua Et in ſacris lr̃is. Secutę ſunt eũ turbę de galilea de capoli hieroſolymis iudea & tranſiordane. Iudea tñ tota palæſtina dicta eſt: quę prius Canaan a filio Cam. Terra diues opũ frugibus fertilis opima balſamis. Vñ ob ſingularẽ aeris tẽperiẽ et elemẽtorum gr̃am exiſtimauerũt iudęi eam promiſſam pr̃ibus terram lacte & melle manantẽ.

¶ Iudex dr̃ quaſi ius dicẽs pp̃lo: ſiue q; in iure diſceptet. Iure aũt diſceptare eſt iudicare. Et iudex eſt q ex iuriſdictione ꝓpria aut ſibi delegata & cõmiſſa ius habet ſuper cauſas litigiorũ cognoſcẽdi. Et qui ex propria iuriſdictione illud habet dicitur iudex ordinarius. Qui vero ex delegata: dicitur delegatus: extraordinarius.

¶ Iudiciũ vt Gel. inqt diuinatio dr̃: quoniã diuinare quodã mõ iudicẽ oportet quã ſnĩam ſeſe ferre par ſit. Iudiciorũ duo gẽna ponit. Aug. Damnationis ſ. & diſcretionis. Vñ ſcriptũ eſt Iudica me deus & diſcerne cauſam meam. Apud iuriſconſultos variis modis dicitur iudiciũ. Sed illud in primis accipit̃ qđ ꝓ ordinatione cauſę diſcutiẽdæ in iure fit corã iudice. Et eſt actus legitim⁹ trium perſonarum. ſ. iudicis: actoris & rei.

¶ Iudico as. quaſi ius dico: diſcerno: vt Recte iudicate filij hoĩm. Aliqñ exiſtimo: vt illud: recte iudicaſti. Aliq̃ alicui⁹ cauſam audio & ꝓ illo ſnĩam fero. Et ſic cũ dto cõſtruitur. Aliq̃ condemno: & tunc actõ. Aug. Iudicare alicui eſt ferre ſnĩam pro illo: ſiue audire eius cauſam: vt Iudica pupillo: & viduę. Iudicare aliquẽ eſt ipſum condemnare: vt Linguis ſuis doloſe agebãt iudica illos. Cõſtruit̃ etiã q̃ñq; cũ gtõ vel abl̃to. Gel. Quãtęq; pecunię iudicati eſſent p̃dicabat. Hui⁹ cõpoſita ſunt: abiudico: adiudico: diſiudico & preiudico.

¶ Iudicialis & hoc iudiciale ſignificat quod eſt in dicis: vt iudicialis ſententia.

¶ Iudiciarius a. um. qđ ad iudicẽ pertinet: ſiue vt iudiceſ. Gel. A poetarũ & a rhetorũ epilogis ad iudicandas lites vocatus rẽ iudiciariã: quoniã vocis vt dicit̃ viuę pœnuria erat quod aiũt magiſtris cognoſcerem.

¶ Iugerũ pe. cor. in plurali iugera & iugeris. Varli. i. de re ru. In hiſpania vlteriore metiũt̃ iugeris in campania verſibus apud nos in agro romano ac latino iugeris. Priſ. tñ iugus iugeris ab hoc iugere iugera: hoꝝ iugerũ: his iugeribus. Pompo. mel. Sed vltra q̃ canalẽ hẽt euehat plus iugeris ſpatio ſublimis. Tibul. Vt multo inumerã iugere paſcat ouẽ. Iuue. Iugeribus paucis lũbos donare cliẽtis Eſt aũt mẽſura quã Hero. mathematicus ducẽtis pedibus cõtineri ſcribit. Quintil. Ducẽtis quadraginta pedibus: in longitudinẽ dimidij in latitudi

nē: ꝙ tantū ſpatiꝫ arari vno die ab vno pari boū cōſueuit. Ply. li. viii. Iugerū vocaꝝ ꝙ vno iugo bo um in die arari poſſit. Var. li. i. Iugerū qđ q̄ dratos duos actus hēat. Actus quadratꝰ q & latus ē & pe des centū viginti & lōgus totidē. Is modiꝰ ac mi na latine appellaꝝ. Iugeri pars minima dī ſcrupu lū. i. decē pedes & lōgitudine & latitudine q̄dratū Dictum iugerum ab eo ꝙ erat iūctum. Vnde Col. li. vi. Hoc dupli catū facit iugerum & ab eo ꝙ erat iunctum nomen iugeri vſurpauit.

¶ Iugeratim per ſingula iugera. Columella libro quarto. Vt primę vineę centenas amphoras iuge ratim præberent.

¶ Iugū dictū eſt ꝙ iūgaꝝ & in acutū arcteꝝ. Eſt em mōtis cacumē. Ver. Dū iuga montis aper: fluuios dum piſcis amabit. Eſt & iugū ligneū inſtrumētū quo iunganꝝ boues & adinuicē arctātur: q̄uis & ad hoīes tranſferaꝝ ꝙ eo colla iunganꝝ. Itē iugum dī lignū quo textores telā cōuoluūt. Oui. li. vi. met. Tela iugo eſt iūcta. Et iugū dicebaꝝ ſub quo ignominiæ gr̄a victi hoſtes mittebātur. Nam fixis in terra duabus haſtis ſuper eas ligabatur tertia tunc victi hoſtes diſcingebanꝝ: & ſub illa tranſire coge bāꝝ inermes. Hinc ſubiugare ꝙ debellare ac ſubiicere. Itē iugum in vinea dī cum duabus aut pluribus perticis fixis alię ſuper eas alliganꝝ in quibus vites cōiunguntꝝ: & quaſi iugū. i. ſummitatem quā dā faciunt. A quo vites ipę ſeu vineę iugatę dicuntur. Q̄ ſi haſtilibus in terra defixis ſingulę tranſuerſę perticę in vnā tantū partē ordinis annectāꝝ vniiugę vineæ dicunꝝ. Et gn̄s ipſum iugi cāteriū ruſtici vocant. Ply. Salices quędā in pceritatē magnā emittūt iugis vineas perticas. Idē. Simplici iugo conſtat vniiuga porrecto ordine cāteriū appellant. Hinc iugari vineę dīr q̄ in iugū cōſtituntꝝ Colu. Sequi iam adminiculandę iugandęq; vineæ cura. Itē iugū (vt Var. inqt libr. i.) vocaꝝ qđ iūcti boues vno die exarare p̄nt. Itē iugū dī vñ lances dependēt. Rurſus iuga ſunt tabulę nauiū in quibꝰ ſedent quę tranſtra vocanꝝ. Ver. Inde alias quę p iuga longa ſedebāt Deturbat laxatq; foros

¶ Iugata vitis a iugo ꝙ ad ſimilitudinē militaris iugi fiebat: vt paulo ante dictum eſt.

¶ Iugo as. cōiugo: a iugo q̄ ſi ad vnū iugū alligo Ci. li. ii. tuſ. Hoc quidē eſt cōe virtutū. omnes em̄ inter ſe nexę & iugatę ſunt. Huius cōpoſita ſunt abiugo: adiugo: cōiugo: deiugo: deorſum iugo: diuido. Pacu. Perq; noſtram vnanimitatem quā memoria deiugat. Subiugo quę habēt pe. cor.

¶ Iugoſus a. um. qđ in iugū acuiꝝ: & eſt procliue.

¶ Iugantinus deus dictus eſt qui iugis pręeſſe putabatur.

¶ Iugulū diminutiuum eſt a iugum.

¶ Iugulus pe. cor. a iūgo anterior colli pars vnde vox halituſq; ꝓcedit q; per eā pectori caput iūgaꝝ Et duplicē eſſe cōſtat. Ply. li. xi. Vni homini ſunt duo iuguli. dextrū & ſiniſtrū. Apul. Per iugulū ſiniſtrū capulo tenus gladiū totū ei demergit. Cor. Cel. li. viij. A dextro iugulo ſi id fractū eſt: ad alā ſiniſtram a ſiniſtro ad dextram. Et quia locus ille maxime letalis eſt: & penetrabilis. Inde iugulatio & iugulare deducunꝝ. Et iugulū ferire dixerūt ꝓ eo qđ eſt interficere. In agendis cauſis iugulū petere tunc dī orator q̄n qđ eſt potentiſſimū id inuadit p̄mit validiſſimę aduerſariū: videꝝ illū iugulare argumentis perinde ac vibratis telis.

¶ Iugula ſtella orion: vel ſigni cœleſtis pars de q̄ Var. Iugula qđ ſignū Accius appellat oriona aſt citius orion patefit. Huius ſigni caput ducīꝝ ex tribus ſtellis quas infra duę clarę quas appellāt hiulos inter quas quod videꝝ iugū iugula dicta. Plau. in amphi. Neq; iugulæ neq; veſperugo neq; Vergilię occidunt.

¶ Iugulo as. iugulū cędo ſeu iugulū ſoluo. Lactā. li. iij. Qui cū timeāt ne ab hoſte iugulenꝝ ipſi ſe iugulant vt mortē morte deuitēt. Et nō ſolū de gladio ſed etiā de morbo dī. Celſus lib. iii. Quartana neminē iugulat. Tranſferꝝ interdū ad inanimata. Mar. Scelus eſt iugulare falernū.

¶ Iugalis qui iugū hēt. Hiero. in li. ꝫ. Et ſubnerua uit iugales curruū. Iugale viculū copula matrimonij. Verg. Cui vincla iugalia curę.

¶ Iugarius vicus romę: dictus qa ibi Iunōis iugę ara erat: quā putabāt mr̄imonia cōiūgere. Liui. Iugariū ęq melio & fortunę tēplo vicinū ſtatuit.

¶ Iuges dicunꝝ eiuſdē iugi pares. A quo iniuges boues qui nunq̄ iugo adhibiti ſunt. Cōiuges vir & vxor. Biiuges ſiue bijugi: quadriiuges quadriiugi equi bigas vel quadrigas trahētes.

¶ Iugis aſſiduus cōtinuus: quaſi ſemper iugo affixus: a quo Iugiter aduerbiū. i. cōtinue.

¶ Iuglans eſt q̄ cōmuni noīe nux appellatur: & inter nuces primū locū obtinet a iuuando & glande dicta vel quaſi iouis glans q̄ſi ioui dicata ob egregiū fructū. Hęc em̄ arbor nuces habet ſuauiori ſapore q̄ glādes. Vſi Cloatius diuglandē primo vocatā ſcribit. quaſi Διος βαλανος. poſtea detractione primę lr̄ę iuglandē. Cōſtat ſane apud antiquiſſimos maximo in honore fuiſſe glandem anteqū mortales ad delicias ſe cōuerterēt: vt quę ſola ſimplici vitę atq; innocuę alimēta p̄beat. Quapropter cū hunc fructum. ſ. nucē veteres illi egregiū exiſtimarēt decorare eū digna appellatiōe volentes iuglandē quaſi iouis cibū nuncupauere. Hanc nucē ob excellentiā greci baſilicā appellant: quaſi inter nuces regalem. Ply. Et iuglandes e perſide a regibus tranſlatas indicio ſunt greca noīa. Optima earū gn̄a ſunt: q̄ perſica atq; baſilica vocant. Perſica quidē in tantū augenꝝ vt putamē rūpant Ideoq; moluſcę nuces a putaminis mollitie vocitantur. Eſt & aliud nucis iuglādis gn̄s quę tarentina dī fragili putamine & ita mollis vt vix attrecta ta frangaꝝ: vñ quidā Tarentū appellatū putāt ꝙ nuces iuglādes & pineas molles habeat ac ſimiliter oues. Tarentū aūt ſabini vocāt molle. Hor. Et molle tarētū. A iuglāde iugulā veteres dixerūt ſtellā q̄ alio noīe appellaꝝ Orion ꝙ amplior ſit cęteris quaſi nux iuglās. Secūdū inter nuces locū obtinet pinea exiles nucleos habēs q̄uis totius corporis magnitudine alias ſuperet. Eſt gn̄s earū qđ tarentinū vocaꝝ putamen habēs fragile digitis & auiū furto ſemp expoſitū. Hęc ſylueſtris pinus dī ad differentiā alterius q̄ vrbana vocaꝝ. Eſt & tertiū genus: quæ pinus picea appellatur: ꝙ pice potius q̄ pino ſimilis ſit. Iccirco etiam Apinam vocant quaſi minime pinum. Nucleum autem verius q̄ putamen adeo mollem habet: vt ſimul mandātur: nuces quoq; eius apinę a veteribus noīabanꝝ Quartū gn̄s apinaſtrū vocāt. Tertio loco numeranꝝ auellanæ: quas antea Abellinas patrio noīe

cõſtat vocitatas ab Abellino campanię oppido vbi abundãt cęteris minores. Vſi a ſatyrico poeta numę nuces vocãt. Propriũ arboris nomẽ eſt corylus. Eędem & p̃neſtinę dĩr q; his p̃neſtini abundẽt. Et põticę q; in aſiã greciãq; primo e ponto venere inqt Ply. Hinc illud Papinij ex hẽdecaſyllabo. Quicqd nobile põticis nucetis. Quidã per diminutionẽ nuculas p̃neſtinas dictas exiſtimãt vel q; exigua ſint: vel q; incluſi olim a pœnis p̃neſtini famẽ nucib⁹ tolerauerũt. Dehĩc ſequit amygdala nucleũ habens diſſimilẽ latitudine. Hęc et nux greca vocãt & thaſia a thaſo inſula thraciæ olim Etria: Cuius populi thaſij vocant. Poſtea nux caſtanea armata eſchinato calice quę & heracleotica Sunt & caſtaneę triangulari forma quę in aqua natant & coctiuę vocantur.

¶ Iulius dictus ẽ Cęſar q; hoc mẽſe ad quartũ id⁹ quintiles p̃creatus ſit dictator: ſeu q; eo mẽſe nat⁹ dicãt. Hic Iulianus a.um. Vñ Iuliani milites apd Sue. dicti ſunt Cęſariani. Et Iuliani anni quos idẽ ordinauit. Similiter Iuliana vectigalia apud Cic. li. xiii. antoninarũ. Eſt & Iulianus nomẽ propriũ

¶ Iulus cognomẽ Aſcanij filij æneę. Et Iulus nomẽ flos p̃prie arborũ ſed q; añcedit: vt in fico groſſuli q̃uis & p̃lanugine ponãt. Theop. Ferũt arbores nõnullę iulos ſuos hoc ẽ lanugines. Ply. Ferũt & auellanæ iulos compactili callo ad nihil vtiles. Itẽ Iulus piſcis qui balenis cetiſq; dux eſt itineris.

¶ Iumentũ a iuuãdo. i. p̃bẽdo: cuius appellatiõe cõtinẽt aialia q̃ vel ſalmas gerũt: vel currus trahũt vel terrã excolũt: vt equi: muli: aſini: camęli. boues. Col. li. vij. Nec tñ villa regio eſt in qua mõ frumẽta gignant q̃ nõ vt ouiũ ita armẽtorũ adiumẽto iuuet: vñ etiã iumẽta nomẽ arc traxereq; noſtrũ laborẽ vel onera ſubuectãdo vl̃ arãdo iuuarẽt Eſt & iumentũ vehiculi gñs quoniã adiũctis pecoribꝰ trahebat: qđ a iũgẽdo q̃dam dictũ exiſtimãt.

¶ Iũgo ís. xi. ctũ. cumulo q̃ſi invnũ ago. Cuiꝰ cõpoſita ſunt. abiũgo: adiũgo: cõiũgo: diſiũgo: deiũgo. qđ eſt ſeparo. Plaut. in aſi. Ne nos deiunge amantis. Iniũgo: interiũgo: ſubiũgo: & ſeiungo.

¶ Iunctim aduerbiũ. i. ſine interuallo. Sue. Magiſtratus & maturi⁹ inchoauit & pene iũctim pcurrit

¶ Iuncus a iũgẽdo: quoniã vſus eius ad iũcturas vtilis eſt: cuius multę ſunt ſpecies. A quo iunceus a.um. quod eſt ex iunco.

¶ Iuniperus pe. co. arbuſcula q̃ i arenoſis frequẽs naſcit coma virẽs perpetua: vnde & topiario opi idonea & carioſam ſenectã nõ ſentit: pducit ex ſe vernicẽ quo vtunt ſcriptores pẽnarij ad papirum exaſperandã. Medici ſandaracam vocant.

¶ Iunq; vt inqt Ci. de natura deo. aer vt ſtoici diſputãt interiectus inter mare & cœlũ Iunonis noie cõſecratus q̃ eſt ſoror & cõiunx Iouis q; ſimilitudo eſt ætheris: & cũ eo ſũma cõiunctio eſſ cœmina uerũt eũ Iunoniq; tribuerũt q; nihil ẽ mollius. S3 Iunonẽ a iuuando credo eſſe nominatam.

¶ Iunius mẽſis a iunone putat dictus quẽ iunoni alẽ & iunonũ dicebãt. Sed poſtea detritis q buſdã lr̃is ex iunonio iunius eſt dictus. Sunt q; putant a Iunio Bruto dictũ iuniũ qui primus romæ factus eſt cõſul: q; hoc mẽſe. ſ. calẽdis iunijs pulſo Tarquinio ſacrũ Carneę deę in cælio mõte voti reus fecerit. Alija iunioribus deriuant: ſicut maium a maioribus. Ouid. li. vi. faſ. Sic ſtatuit: mẽſeſq; nouę ſecreuit eadẽ. Iunius eſt iuuenũ q; fuit añ ſenum.

¶ Iunices pe. cor. tenerę ętatis boues vel fœminę. q̃ tã ceſſarũt vitulę eſſe necdũ tñ ad ſummam magnitudinẽ puenerũt dictę quaſi iuuenicę a iuniore ętate. Perſ. tot tibi cũ in flammas iunicũ omenta li queſcãt. Nã maſculi iuuenci dicuntur.

¶ Iungauni ligures incolę Alpigi oppidi diſtant a Monœci portu ſtadijs. cccclxxx.

¶ Iuppiter tris vel teris ſecundũ Priſ. nõ iouis: q gtũs a iuppiter ſed nõ a iouis. Nã a pricipio iouis appellatus eſt a iuuãdo poſtea adiũcto altero vocabulo dictus eſt iuppiter quaſi iouis pr̃: ſicut Neptunus pater: Saturnus pater dicere ſolem⁹. Ecõtrario veteres veiouẽ appellarũt deũ cui dempta eſſet iuuãdi facultas. Celebrabãt eñ quoſdã deos vt prodeſſent: quoſdam ne obeſſent placabant. Plau. in Caſ. Repente vt emorianr̃ humani ioues Et a iuuãdo ſimiliter dr̃. Nã cũ p̃igne ponãt nulla res ſic fouet oĩa quẽadmodũ calor. A poetis dicit diuũ atq; hoĩum rex. A matoribus autẽ optimus maximus: Et quidẽ ante optimus. i. bñficẽtiſſim⁹ q̃ maximus q; a maius certeq; grati⁹ pdeſſe oĩbus q̃ opes magnas habere. Ci. cõtra Clodiũ. Quocirca te Capitoline quẽ ppter bñficia pplus ro. optimũ: ppter vim maximum appellauit. Ponit qñq; paere. Hor. Manet ſub ioue frigido venator teneræ cõiugis ĩmemor. Iuue. Fremeret ſęua cũ grandine vernus Iuppiter. Vñ & ſub dio dicimus: cũ Διὰ Iouẽ vocẽt greci quẽ oĩa eſſe voluerũt. Vt Val. ſoranus. Iuppiter oipotẽs regũ rerũq; deũq; Progenitor genitrixq; deũ deus vnus & omnes. Alibi p aĩa mũdi. Eſt & iuppiter nomẽ ſtellę.

¶ Iurgo as. quaſi iure cõtra aliquẽ ago: verba cõtẽtioſa facio. Ter. in an. Cũ duo egomet vidi iurgantẽ ancillã. Vñ & iurgatio (vt Feſtus ait) iurisactio. Et differt iurgare a litigare & iurgiũ a lite: quoniã iurgiũ leuior res ẽ: ſiquidẽ inter benivolos aut p̃pinquos diſſenſio vel cõcertatio iurgiũ dr̃: inter inimicos diſſenſio lis appellat. Cic. li. iiij. de repu. Si iurgãt inqt benivolorũ cõcertatio ẽ: lis inimicorũ nõ iurgiũ dr̃. Idẽ. Ergo lex putat iter ſevicinos nõ litigare. Eſt & iurgor deponens. Hora. in Ser. Iurgat verbis. Ab his fiũt cõpoſita: Obiurgo: & obiurgor: de quibus alibi.

¶ Iurgiũ diſſenſio. vide id dictione iurgo

¶ Iurgioſus a.um. qđ eſt cõtẽtioſum ſeu cõtumelioſum. Gel. Mulier moroſa admodũ iurgioſa.

¶ Iuro ras. a iure fit. Nã iurare proprie eſt quẽpiã promittere adhibitis etiam teſtibus ita ſeruaturũ: acſi tius eſſet. Huius compoſita ſunt Abiuro. Adiuro: Coniuro: Deiuro: & Exiuro: quod eſt multum vel valde iuro. Nonius de priſcis dictionib⁹ Exiurare & Deiurare idẽſt valde iurare. Plautus in Amphytrione. Exiuraſti mihi te dicere per iocũ. Deiero & peiero. de quibus alibi. Obiuro. Preiuro ante alios iuro. Euro qđ ſignificat id quod deſyderatur: non poſſe preſtari. Plau. Eiurauit militiã. Et hęc peru habent pen. prod.

¶ Iuratus participiũ tã actiue q̃ paſſiue accipitur. Cic. ad Heren. Ex eo q; ait ſe nõ potuiſſe adeſſe ita vt iuratus fuerat. i. vt iurauit. Sic iniuratus qui nõ iurauit. Idẽ in Verrẽ. Malo ei iurato ſuã q̃ iniurato aliorũ tabellas cõmittere. Paſſiue ptulit. Luc. lib. viii. Mihi per latiũ iurata tonantẽ. Idẽ li. v. poſuit verbũ in paſſiua ſignificatione. Et lætæ iurantur

auēs bubone ſiniſtro.

¶ Iuramentū eſt affirmatio vel negatio ſacrę rei at teſtatione firmata.

¶ Ius iuris. quidā a iuſtitia deducunt: quidam a iuſſum per apocopē. Nihil. n. aliud eſt ius q̄ quod vel natura: vel ciuitas aut populus vel gens vel conſuetudo iubet. Et differt a lege: q̄ ius generale eſt: lex iuris ſpecies. Et ius ad non ſcripta etiā pertinet: lex ad ius ſcriptū. Diuidit ius in naturale: gentiū & ciuile. Naturale quod eſt cōmune oi nationi eo q̄ vbiq̄ inſtinctu naturę habetur: nō aliqua cōſtitutione facta ab homine ſed ab ipſo naturę conditore: vt maris & fœminæ cōiūctio. liberorū ſucceſſio in bonis parentū. puerorū educatio. cōmunis oim poſſeſſio quia iure naturali oia ſunt cōmunia. i. cōmunicāda tempore neceſſitatis. rei depoſitæ vel cōmodatę reſtitutio. Violentiæ per vim repulſio. Quod tibi vis fieri alteri facias & econtrario. Ius gentiū: quo gentes humanæ vtuntur quod a naturali procedere facile intelligere licuit quia illud omnibus animalib⁹ hoc ſolis hoibus inter ſe conuenit: vt deo religioni vt patriæ & parentibus pareamus: vt vim atq̄ iniuriam propulſemus. Ius ciuile: cū aliquid cōmuni iuri vel additur vel detrahitur. hoc eſt cū populus ſibi conſtituit quaſi propriū eius ciuitatis. hoc autē ſcrpto cōſtat vt ſunt leges: plebeſcita: ſenatuſcōſulta: principū decreta. Aut ſine ſcripto vt ea q̄ auctoritate prudentiū fiunt. Et hęc proprie eſt interpretatio iuris & eorū oim q̄ ſupra diximus. Vñ qui hoc profitentur: interpretes iuris: & iuriſcōſulti & iuris prudentes dicūtur. Et qui inter eos excellunt iuris antiſtites noiantur. In ciuili iure prętoriū ius cōtinetur quod p̄tores ſupplēdi vel corrigēdi iuris ciuilis gratia introduxerūt ob publicā vtilitatē. Hoc a p̄toris honore: honorariū appellatur. Eſt etiā ius ſingulare quod cōtra tenorē rationis ob aliquā vtilitatē auctoritate cōſtituentiū introductū eſt. Ius cōſuetudinis quod in morē vetuſtas vulgi approbatione p̄duxit. Ius militare quo ſoli milites ſunt aſtricti: vt belli inferendi ſolēnitas: fœderis faciēdi nexus ſigno dato egreſſio in hoſtes & pugnæ cōmiſſio. Signo dato receptio. Stipendiorū modus: dignitatū gradus: p̄miorū honor: prędæ diuiſio pro perſonarum qualitatibus. Iuris p̄cepta tria ſunt: honeſte viuere: alterū non lædere: ius ſuū cuiq̄ tribuere. In noſtra etiā religione eſt ius diuinū in quo diuina oracula cōprehēdunt: & ius pontificiū quod romani pōtifices ſanxerūt. Aliq̄n ius ponit pro auctoritate ſiue libertate quadā atq̄ licentia. Cic. Quare ſuo iure noſter ille Ennius ſanctos appellat poetas. i. ſua licentia quia ſummus erat poeta. Idem. Pro meo iure dico. quaſi cōfidenter Aliq̄n pro merito. Quint. Quis eum nō id meruiſſe: quis nō iure paſſuſ̄ affirmet? Aliq̄n pro neceſſitudine. vt ē mihi cū illo ius cognationis vel amicitiæ. Aliq̄n pro loco in quo ius redditur appellatiōe collata ab eo quod fit in id in quo fit quē locū definiūt. Vbicunq̄ prętor ſalua maieſtate īperii ſui ſaluoq̄ more maiorū dicere ius cōſtituit. Et ius eſt liquor eorū quę coquūtur. Terē. in Eu. Harū videre ingluuiē ſordes inopiā: q̄ inhoneſtæ ſolæ ſint domi atq̄ auidæ cibi: quo pacto ex iure heſterno panē atrum vorent.

¶ Iuriſdictio. Facultas atq̄ poteſtas iuriſdicundi. Nā ius dicere eſt p̄eſſe iuridicūdo & legib⁹ gubernare: ac iuſtitiā miniſtrare. Seruius ſul. Poſtero die cū ab eo digreſſus eſſem eo cōſilio vt ab atheniſ in bonorā irem: reliquā q̄ iuriſdictionē abſoluerē.

¶ Iuridicus. a. um. pē. cor. quod ſecūdū ius eſt. Vñ Iuridic⁹ dies quo rite ius dici pōt. Et Iuridica actio quę ſecundū Ius eſt.

¶ Iuſtitiū quaſi iuris ſtatio dicit iuris dicendi intermiſſio qđ fieri ſolet publico luctu i reip. calamitatibus. Liu. Dictator cū iuſtitiū edixiſſet oēs iuniores ſacramento adegit. Idē. Iuſtitiū edicit claudi tabernas tota vrbe iubet: vetat quē q̄ priuatę q̄ cū rei agē

¶ Iuſiurandū eſt affirmatio religioſa vt inquit Cic. li. iij. offi. Quod aūt affirmante quaſi deo teſte promiſeris id tenendū eſt.

¶ Iuſtus a iure dicit & eſt is qui iura ſeruat. Interdū ponitur pro mediocri cū & ius ipſum mediocritas q̄dam ſit. Vñ iuſtā magnitudinē alicuius rei dicimus cū nec debita minor eſt nec modū excedit. Hinc iuſti dies dicebātur. xxx. dies cū exercitus eſſet imperatus & vexillū in arce poſitū. Interdū pro magno Vñ dicimus iuſtā rem. hoc eſt magnā quēadmodū vt bonā partē & iuſtā partē. magnā partē. Et bene doctus valde doctus. Ply. Opere iuſto tēporū noſtrorū hiſtoriā orſi. Sic iuſtū prælium iuſtū exercitū hiſtorici dicunt magnū. Aſco. Iuſtas inimicitias p magnas apud Ciceronē expoſuit. Interdū pro vero. Vñ apud iuriſcōſultos. Qui filiū adoptat interrogat an velit eū quē adoptat iuſtū ſibi filiū eſſe. i. verum filiū. A iuſtis fit compoſitū iniuſtus: qui cōtra ius facit: & qui iuſtā magnitudinē excedit. Vis Iniuſto ſub faſce viam dū carpit.

¶ Iuſtitia. inquit Cic. eſt habitus aī cōi vtilitate ſeruata ſuā cuiq̄ tribuens dignitatē. Differt aūt iuſtitia a iudicio & ab ęquitate: qa vt docet Hier. iuſtitia actio recta. Iudiciū diſcretio boni & mali. Aequitas rectitudo mētis intelligitur. Iuſtitia eſt in his qui ſecundū regulā veritatis bene operātur: iudiciū in illis quę recta deſcriptiōe cū proximis agimus. æquitas in eo cū ſyncæra intentione deo ſoli in his q̄ recte gerimus vel iudicamus placere cōtendimus.

¶ Iuſta ſacrificia quę mortuis impendūtur: q̄ iure fierent his qui de nobis viuentes benemeriti fuerāt Sal. in Iug. More regio iuſta magnifice fecerant. Ouid. Hanc quia iuſta ferunt dixere feralia lucem. Col. li. vi. Hoc condimēto illectæ pecudes fortius iuſta cibariorū conficient.

¶ Iuſcū. ſiue iuſculū. cibariū liq̄di⁹ qđ cōſtat vitellis ouorū omphatio iure pinguī croco & cynnamo

¶ Iurulentus. a. um quod eſt iuris plenū. Cor. Celſus. Tū res eadē magis alit iurulenta q̄ aſſa: magis aſſa q̄ frixa. Var. Vbi pultē aut iurulenti quid ponēbant a capiēdo catinū noiarunt. Apul. vero in magiæ apoſ. Iuſſulentū non iurulentū formauit ſic de Ennio dicēs. Oſtendit qualiter quiſq̄ piſciū aſſus aut iuſſulentus optime ſapiat.

¶ Iuuo. as. iuui. iutū. opē fero. Lact. li. v. Sī eloquētia ſi virtutē ingenii: diuinarūq̄ rerū doctrina iuuaſſet. Hinc Iuuēcus & iumētū. Interdū iuuare eſt delectare. Vir. Iuuat arua videre. Hui⁹ cōpoſitū eſt Adiuuo qđ eſt iuxta vel valde iuuo. Hie. Orationū ita q̄ veſtrarū adiutus auxilio. Hinc fit aliud cōpoſitū Coadiuuo. Frequētatiuū eſt iuto. as. a quo adiuto. Ter. Ian. At te adiutare oportet adoleſcētuli cauſā

¶ Iuuamen: iuuatio: & iuuamentū. idē ſignificāt. ſ. auxilium.

¶ Iuuēcus. & Iuuēca nō tantū de boue ſed de hoſte

quoq; iuuene intelligũtur. Vñ fit per diminutionẽ Iuuenculus & iuuẽcula. Hor. Te ſuis matres metuunt iuuẽcis: te ſenes proci miſerẽq; nuper virgines nuptæ. Ouid. Graia iuuenca venit.

¶ Iuuenis a iuuãdo q; ea ætas maxime ſit apta ad laborẽ tolerandũ. Et a iurecõfultis iuuenes dicũtur qui adoleſcentiũ exceſſerũt ætatẽ quo ad incipiant inter ſeniores nũerari. Hinc formaẽ cõparatiuũ Iunior. Col. tñ dixit Iuueniori examini ſolet accidere ¶ Iuuenile adiectiuũ. ſignificat quod ẽ iuuenis. vt ætas iuuenilis. a quo Iuueniliter aduerbiũ. qd eſt more iuuenũ. Ci. in Cato. Et Annibalẽ iuueniliter exultantem patientia ſua molliebat.

¶ Iuuenalis. etiã adiectiuũ a Iuuene. Ply. Sulpitiꝰ galba iuuenalẽ famã apud principem popinarũ penis aucuparetur iuuenalẽ appellauit diẽ quaſi a iuuenili ætate peculiariter celebrandũ. Sue. de Cali. Adiecit diem ſaturnalibus appellauitq; iuuenalẽ. Eſt & Iuuenalis nomẽ propriũ.

¶ Iuuenalia: erant ludi qui p ſalute iuuenũ celebrabant Sidonius. Iam vero iuuenalibus peractis quẽ te p̃bueris ſequẽte in æuo chartis poſterioribus loquemur. Erant & ſolẽne iuuenalia cũ Dianæ ſimulachra & imagunculæ dicabantur.


¶ Iuuentus. ætas iuuenilis. quę & Iuuenilitas & iuuenta dicit. Sal. Ibiq; iuuẽtutẽ ſuã exercuit. Aliqñ ſignificat multitudinẽ iuuenũ Ser. ſulpitius. Licitũ eſt tibi credo pro tua dignitate ex hac iuuentute generũ eligere. Aliqñ ponitur p dea q̃ preeſſe putabatur huic ætati. Hęc eſt hebe Iunonis filia & Herculis vxor: quæ etiã Iuuentas a nõnullis dicitur. quẽadmodũ libertas.

¶ Iuuenesco. iuuenis fio. Lact. li. vii. Deniq; cõfirmatis viribus cœpiſſet iuuenescere.

¶ Iuxta quãdo p̃poſitio eſt: ſemper ſeparatur & ſignificat apud prope. Vir. li. iii. Humilis volat ęquora iuxta. Plau. Iuxta te ſum: tu pie tuearis oportet. Aliquãdo ſignificat ſimul cõiunctĩ. Var. de vi. pa. Cũ interea lucubrãdo faceret iuxta ancillas lanã. i. ſimul cũ ancillis. Quãdo vero aduerbiũ ſignificat æque ſimiliter eodẽ modo. Plau. dixi tibi mater: iuxta mecũ rem tenes. i. æque mecũ. Sal. in iug. Hyemẽ atq; æſtatẽ iuxta pati.

¶ Iuxtim aduerbiũ ſignificat prope. Sue. in Tibe. Magiſtratibus pro tribunali cognoſcentibus plærũq; ſe offerebat conſiliatiũ: aſſidebatq; iuxtim vel ex aduerſo in parte primori.

¶ Ixion nomẽ propriũ fratris phlegiæ. Ixon auis de vulturis genere alba & minor vulture. Suid. ἰξοσ ω χρωνται εισ αρευσιν ὠτηνων.



Yrie leiſon. i. dñe miſerere ſunt duę dictiones. Nam κυριοσ ω κυριε invocatiuo. i. o dñe ſed p k ſonus græcus eſt pronũciandus: quod per c latini nõ potuerunt: ideo in abecedario k inſeruerũt neceſſitate: altera pars ẽ verbũ ελεεω και καγογιζεται ουτωσ μελλωγτε λεησω αοριστοσ δε ελεησα και ωροστακτικωσ ελησον ελεησατω ſed ne tot vocaliũ fiat colliſio: excluditur ε & per apoſtrophon dicit κυρι & ελεησον. & ideo ſacerdotes ad miſſam debẽt pronũciare per κ greçũ & nõ per c latinũ: ne maieſtati diuinę derogẽt: qđ ſi ante pricipẽ

ſeculi facerẽt: q̃to infinitius ante deũ: quẽ tangẽtes deberent vſq; ad vngues pedũ cõtremiſcere.

DE LITTERA L.



Abor opera defatigatio Virg. Nec me labor iſte grauabit. Dicitur etiam Labos: ſicut lepos: arbos: honos.

¶ Laboro. as. pe. pro. fatigor & cum labore ago. Sene. Iugiter fodiendo laborat. Vñ & per trãſlationẽ laborare pro male habere ſumitur. ꝓpter quod laborare febre: laborare podagra dicimus. Ply. Succus eius podagra laborantibus prodeſt. Aliqñ pro Angi & ſolicitũ eſſe. Cic. D. Bruto. Senatũ populũq; ro. de te laborare non ſolũ ſalutis ſuæ cauſa: ſed etiã dignitatis tuę Aliquãdo pro conari ſicut eius cõpoſitũ. Elaboro Aliqñ pro cõponere colere. Vir. Arte laboratę veſtes. i. cõpoſitæ. Et laboratus ager dicit cultus. Huius verbi cõpoſita ſũt Elaboro. quod ſignificat conor. Cic. Nihil mihi ita elaborandũ eſt q̃ vt cõſilia nemo intelligat: Illaboro labore vaco. Vñ Illaboratũ quod ita ſecernitur ab inelaboratũ: q; Inelaboratũ dicit quod nõ ſatis artificio excultũ eſt. Illaboratũ vero quod ſine labore factũ videtur: Illud vitio dari ſolet: hoc laudi. Quint. de Cic. Cũ interim hęc oia quæ vix ſingula quiſq; intẽtiſſima cura cõſequi poſſet fluũt illaborata: & illa qua nihil pulchrius auditu oratio eſt p̃ ſe fert tã fæliciſſimã facultatẽ.

¶ Laborioſus hõ dicit laboris multũ ſuſtinẽs. Cic. pro Cælio. Vos laborioſos exiſtimet quibus ociois nec in cõmuni quidẽ ocio liceat eſſe Laborioſus ager in quo laboratur: q; in eo laborẽ capiamus neceſſe eſt Cæcili. Durũ rus fugite laborioſum. Laborioſũ opus difficile: & quod nõ ſine labore perficit. Hinc laborioſior. ſſimus. Et aduerbiũ. laborioſiſſime. quod eſt cũ maximo labore. Hiero. Stc Plato a gyptũ laborioſiſſime peragrauit.

¶ Laboriæ. atũ. Italiæ pars illa q̃ vulgo Terra laboris dicit. Et laborinus cãpus nobilis in cãpania: in quo adeo pinguis terra eſt vt ſtipulã tantę craſſitudinis faciat q; ea incolę pro ligno vtant: ſic dicꝰ q; ingẽs labor fit in eo colendo quippe ſolũ habet arduũ opere difficile cultu bonis ſuis. Ply. li. xviii. Quantũ aũt vniuerſas terras cãpus: cãpanus antecedit tantũ ipſum pars eius q̃ laboriæ vocant. Finiũtur laborię via ab vtroq; latere conſulari q̃ a puteolis & quę a cumis capuam ducũt.

¶ Labo. as. ruo. & repente cado. Trãſlatio ab arbore ſucciſa quę multis ferri ictibus ſucciſa tandẽ incipit in caſum ruinãq; minitari. Ouid. li. xi. me. Iam q; labant cunei ſpoliataq; tegmina cæræ. Vir. labat ariete crebro ianua.

¶ Labaſco is. labans fio: Terẽ. in Eu. Labaſcit victus vno verbo q̃cito. Reperitur & labaſcor deponẽs pro primitiuo. Var. li. rerũ di. Poſtq̃ vidi minima labaſci mentẽ infirmã populi.

¶ Labor. eris lapſus ſignificat leniter ſenſimq; deorſum eo. ruo. deficio. morior. fallor. Cic. Non qua ſi vnũ ex hac vrbe miſſũ: ſed quaſi de cælo delapſũ in hanc vrbẽ intuent. Lact. li. vi. Aut hoſtili aliquo impetu diruunt: aut certe vetuſtate ipſa diſſoluta labunt Hier. Multi ꝓpter ignorantiã hiſtorię labunt

errore. Liui. li. i. Labēte deinde paulatī diſciplina. i. deficiente. Labi etiā dicūt ii qui in lubrico figentes veſtigia in terrā ruūt Vñ lapſus. Huius cōpoſita ſūt Allabor. Collabor. Delabor deorſum labor. Dilabor. Elabor. Illabor introlabor. Col. li. ii. Ne præcludatur humoris illapſus atq; exitus. Interlabor in medio labor. Prælabor. ante labor. Col. libr. xii. Prelabētis vero tēporis fuga q̄ ſit irreperabilis q̄s dubitet? Prolabor: vltra labor. Lact. li. vii. Hinciā prolapſi ſunt ad deliramēta. Perlabor p mediū labor. Relabor rurſus labor. Aug. li. viii. cō. Nec relabebar tñ in priſtina. Sublabor latenter: aut quaſi labor. Virg. lib. i. ge. Sic oſa fatis in peius ruere ac retro ſublapſa referri. Et hęc habēt penultimā ꝓduc.

¶ Lapſus. us. ruina. Tranſfert quoq; ad eos qui nimia infirmitate vel imprudētia deliquerūt. Item lapſus ſerpentiū progreſſus dicit. Vir. At gemini lapſu delubra ad ſumma dracōes effugiūt. Et lapſus currus vocatur. Idē. pedibuſq; rotarū ſubiiciunt lapſus. Lapſus. a. um. participiū eſt.

¶ Lapſio. idē quod lapſus. pro ruina. Amb. Hieriſco figura iſtius mūdi in quā de paradiſo hoc eſt Hieruſalem illa cæleſti electus adam pro lapſione præuaricationis deſcēdit.

¶ Lapſo. as. frequētatiuū. Aug. li. iiij. con. Vidiſti de longinquo lapſantē in lubrico & in multo fumo ſcintillantē fidem meā.

¶ Labile: quod facile labitur. ı

¶ Labes ruina ſeu dedecus a lapſu. Vir. Hinc mihi prima mali labes. Q ñq; dicitur macula q̄ caſu ſubito lenia inficit. Tractū ab oleo ve alio liquore q̄ in veſtē lapſa eam fœdet. Trāſfertur in hoſtes vituperatione dignos. Ouid. Lataq; ſit vitæ labe nouerca tuæ. Cic. lib. iii. offi. Hunc tu quas conſcētiæ labes in animo cenſes habuiſſe? quæ vulnera? Huius diminutiuū eſt labecula.

¶ Labefacio rumpo deſtruo. Ter. in adel. Oēs dentes labefecit mihi præterea colaphis tuber eſt totū caput.

¶ Labefacto. as. frequētatiuū. Col. li. ii. Igit in operе boues arcte iūctos habere cōuenit quo ſpecioſi⁹ ingrediant ſublimes & elatis capitib⁹ ac minus colla eorū labefactentur. Cic. in Cato. Quod ſi legere vel audire velletis externas maximas reſp. ab adoleſcentibus labefactatas: a ſenibus ſuſtentatas & reſtitutas reperietis.

¶ Labicanū. dicitur villa labicana. Sic ager labicanus dicit qui ē in italia. Hinc populi labici dicti ſūt de q̄bus Vir. li. vii. Et picti ſcuta labici. Liui. lib. i. Labicos pedū vi cepit. Glaucus Minois filius labicus dictus eſt a ſcuto militari qd' oſtendit in italia ἀσπιδηφόρος quā latine anſam vocam⁹ & manubriū. A Suetonio in Cæſare. dictū eſt abſolute in labicano: ſicuti in formiano in tuſculano.

¶ Labia & labra pro eodē accipiūtur. Perſ. Nec fōte labra ꝓlui caballino. Teren. in eu. Labiis demiſſis. Hinc labeones & labrones qui labra maiora habent. Accipiūtur interdū pro marginibus & extremis oris fluminis lacus fontis & huiuſmodi: q̄ leni aquæ motu perluūtur. Hinc labra orū vuarū & aliarū rerū extremitates vocam⁹. Hie. in exo. Facieſq; illi labrū aureū per circuitū Eſt & labrū ſeu labiū genus vaſi quod vulgo Tinaciolū dicimus ad lauandum aptū quaſi lauabrū. Cic. Terē. Labrū ſi in balneo nō eſt. fac vt ſit. Vir. Sicut aquę tremulū labris vbi lumē ahenis Sole rēpercuſſum aut radiātis imāgine lunæ. Hier. in exo. Facies & labiū æneū cū baſi ſua ad lauandū. Hinc labra ſeu labia vmaria lupinaria & olearia dicūtur in quibus lupini cōdunt: & in q̄ vina in lacu oleū e cortina tranſferūtur Cato. Oleū in labrū primū indito. Præterea labra plagarum vulnerū fiſtularūq; extremitates appellant. A labrū in primo ſignificato fit Sublabro de quo infra

¶ Labellū diminu. a labrū Ply. Cinerēq; in labellis aqua addita cōfricant manu: & cōſidere patiuntur.

¶ Labiolū cū accētu in antepe. diminu. eſt a labiū.

¶ Labeo. nomē iuriſconſulti a labiorū magnitudine ſic dicti. Quicunq; enim magna labia habent labeones & labrones cognominātur.

¶ Labruſca genus vitis agreſtis q̄ erratica dicit q̄ in terræ marginibus & ſepibus naſcatur.

¶ Labina. pe. p. lubricū dicit Hier. ad amycū ęgrotum. Sicuti aliquē ſecuris inceſſibus gradiētē repētino caſu: aut marmoris leuitas aut labina pauimēti ſubuerſa pedū tutela contorſit. Eſt etiā hoc noīe vicus inter Cremonā & Veronā duabus cladib⁹ romanorū notus. qui antea Bebriacus dicebatur.

¶ Labyrinthus per. y. & per th. Nam græce λαβύρινθος dicit locus viarū ambagibus inflexus. Fuerunt aūt quattuor labyrinthi. in iiij. mūdi partibus In ęgypto primū in heliopoli vñ exēplar ſumpſit eius quē in creta fecit dædalus. Tertius in Lemno. Quart⁹ in italia quē ſibi extruxit. Porſena rex etruriæ ſepulchri cauſa. Famoſior Creticus perplexis parietibus: vbi minotaurus incluſus fuit. Fuit ſtructura pro magna ſui parte ſubterranea ambagibus adeo implexa vt neino qui intraſſet poſſe inde exire diceretur.

¶ Lac ſuccus maternus quo alalia nutriūtur: dictū a laciendo: q̄ admotis māmis infantes alliciūtur. Virg. Et lac ſubducit agnis. vel quia γάλακ græce.

¶ Lactes plurali tantū numero. genere fœ. ſecūdū Probū. Priſ. vero hęc lactis declinat. Titi. In ferentina craticula cerebellum lactis agnina. Sunt aūt lactes graciliora inteſtina q̄ tria ſunt: tenue ieiunū pluros q̄ inuoluūtur meſenterio: vt a ſpinæ contactu duro munitiores magiſq; ſeptos reddat. Dictæ lactes aut ꝓpter mollitiē: aut ꝓpter candorē pinguedinis. Nam a lacte denominātur Prob⁹. Lactes ſūt loca in lateribus ſub vmbilico pubetenus adeo delicata vt plagā ferre nō poſſint. Ply. videtur ſentire lactes tantū in ouibus & hoibus eſſe. Sic. n. lib. xv. ſcribit. Ab hoc ventriculo lactes in oue & hoie per quas labit cibus Sūt etiā qui dicāt eſſe mēbranas q̄ & omēta quibus cohęrēt inter ſe inteſtina. Et hi moti ſūt propter pinguedinē cū omētū nō ſine pinguedine ſit. Ply. li. xi. Ventriculi atq; inteſtina pinguia atq; tenui omēto integunt. Quidā ꝓ inteſtinis pinguib⁹ accipiūt. Vñ Perſi. Emeris auriculas pulmōe & lactibus vnctis. Plau. in Cur. accepiſſe videt pro inteſtinis graciliorib⁹ per q̄ labitur cibus q; cibū alliciant. Ita tibi inq̄t vacuitate venio laxis lactibus

¶ Lactidiaci ſunt q̄ circa vmbilicū calce ꝓcuſſi ſūt quia ea pars delicata & mollis eſt: aut quia inteſtina circa vmbilicū eſſe noſcuntur.

¶ Lactarius. a. um. quod ex lacte eſt confectū: vulgo lacticiniū dicit: vt opus lactariū. Q ñq; lactariū dicit quod ex ſe lac ꝓducit. Ply. Tithymallū noſtri hærbā lactariā vocāt: alii lactucā caprinā. Var. Dādum bubus lupinū & lactariis medica & cytiſum.

¶Lactarius.rii.qui cibos ex lacte cõficit. Spartianus in heliogabalo Dulciarios & lactarios tales habuit vt quęcũq; coqui de diuerſis edulis exhibuiſſent.vel ſtructores vel pomarii illi modo de dulcibus modo de lactariis exhiberent.
¶Lacteus a.um.quod ex lacte eſt:qñq; candidum ſuaue ſucculentũq; ſignificat:vt colla lactea. Et lacteus qui lacte alitur.
¶Lacticinia.cibi ex lacte facti.
¶Lactiphagi quidã ſcythię populi qui & Galactophagi dicuntur.
¶Lacteo.es.lac fugo.quod proprie filiorũ eſt Hiero.in deutero.Iuuenẽ ſimul ac virginẽ lactentẽ cũ homine ſene.Hinc Lacteſco.is.
¶Lacteſcere eſt in lac cõuerti:ſeu lacte impleri.Ci. li.iii.de natura.Ois fere cibus matrũ lacteſcere incipit.Ply.lib.xi.Aſinę pręgnãtes cõtinuo lacteſcũt. Virg.lib.i.ge.frumẽta lactẽtia dixit.i. lacte plena.
¶Lacto.as.lac prębeo. quod ꝓprie matrũ eſt. per tranſlationẽ ſignificat aliquẽ per blandicias allicio atq; decipio.Ter.in an.Niſi me lactaſſes amantem falſa ſpe producẽs:Hinc Ablacto quod eſt a lacte remoueo.
¶Lactuca lactis copia dicta eſt: q; abundantia lactis exuberet.Ply.li.xix. Quæ niconis vocatur a copia ſoporiferi: q̃q̃ omnes ſomnũ patere credantur apud antiquos italię hoc ſolũ genus charũ fuit: & ideo lactucę nomen adeptæ.Lactucarũ plura ſũt genera.Sunt.n.lactucę Ceciliæ:Cappadoces:thateſiacę:paphia ſiue cypria:& ſeſſilis.Lactucarũ criſpas cappadocas vocant. Seſſiles quę late per terram diffundũtur.
¶Lactucula q̃uis videatur diminutiuũ a lactuca.tamen alia eſt herba habens lac.
¶Lactucinii.ſunt cognomina romanorũ procerũ a lactucis deducta.
¶Lacio.is.lacui & lexi ſecundũ Priſ.lacitũ & lectũ ſignificat in fraudẽ duco a lax q̃ fraus dicitur. Huiꝰ cõpoſita ſunt Allicio.delicio.elicio.illicio. oblicio pellicio.ex quibus fiũt frequẽtatiua.allecto delecto electo.illecto.oblecto.pellecto.Et primitiua quidẽ habẽt duo ꝑterita & duo ſupina quẽadmodũ lacio q̃uis nõnulli ab elicto elicui ſolũ velint formatũ eſſe. Nã electo.as.a ſupino electũ quod ab elexi formatur cũ alias a ꝑterito elicui fiat ſupinũ elicitum a quo Elicito.as. Plau.in aſi. Ibo aduerſum atq; electabo quicq̃d illud ſit. Ter.in phor. Is ſenẽ per epiſtolas pellexit modo nõ montẽ auri pollicẽs. Liu. in laudania. Te illo aſiatico ornatu fluẽs pellicuit.
¶Lacer.& lacerus.a.um.pe.cor.dilaniatus. Lacer a veteribus dicebatur qui auribus curtatus erat ilacerum quodcũq; corpore imminutũ.
¶Lacero.as. dilanio. ſæpius vulnero & quaſi per mẽbra diſcindo. Tractũ a laniis qui diſcẽdẽdo corpora dilaniant. Virg. Quid miſerũ æneam laceras Huius verbi cõpoſita ſũt. Dilacero.quod eſt deorſum lacero. Plau.in cap. Qui me meãq; rem quod in te vno fuit tuis ſceleſtis falſcidicis fallaciis delacerauiſti. Dilacero varie lacero. Lact.libr.i. In quibus ipſe poſtea dilaceratus & carptus eſt.
¶Lacerna. virilis veſtis fimbriata & fere militaris quę gręce chlamys noĩatur. dicta q; capitio minor ſit a lacerando. Lacerũ.n.dicimus quicq̃d corpore imminutũ eſt. Hęc vtrinq; indui poterat & ex vtra parte reici. Iuue. Criſpinus tyrias humero reuocante lacernas. Erant apud veteres lacernę albę quibus vtebanť in ſpectaculis:erãt coccinię erãt militares. Et a lacerna fit lacernatus. ſicut a Tunica tunicatus
¶Lacęna etiam genus veſtimenti.
¶Lacerta ſerpentis genus cuius duo ſunt genera. Altera eſt maior & lacerta viridis dicit̃. Altera minor.hanc zygnida quidã: alii calcidem vocant. In vtroq; genere maſ. lacertus dicitur. dictus q; pedes habeat ad ſimilitudinẽ noſtrorũ lacertorum. Virg. Nunc virides etiã occultant ſpineta lacertos. Ply. lib.viii. Lacerti arabię cubitales.
¶Lacertus ſerpẽtis genus.de quo modo. Item genus piſcis idoneus ad ſalſamenta de quo. Mar. Cũ ſaxetani ponitur tibi cauda lacerti. Et in hoĩe brachium dicitur a cubito ad manus vertebra. Ouid. li.i.me. Laudat digitoſq; manuſq; Brachiaq; & nudos media plus parte lacertos. Et quoniam lacerti muſculoſi ſunt & cõpacti pulpaſq; habẽt duras ex ſe lacertus formauit adiectiuũ Lacertoſus.a.um. p toroſo robuſto ac valido. Col.li.vii. Fœminibꝰ lacertoſis:cruribus compactis.i. dura carne & toroſa neruorũq; collecta catenis.
¶Lacedæmon.cũ diph.in pen. Iouis filius. a quo hæc lacedęmon vel lacedęmonia ſecundũ latinos peloponeſi vrbs Menelai regia:cuius ciues lacedæmones & lacedęmonii dicũtur. Vege.lib.iii. Athenienſes & lacedęmones ac macedonas rerum potitos. Virg.lib.vii. At nõ ſic phrygius penetret lacedęmona paſtor. Hęc alio noĩe Sparta dicta eſt.
¶Laconia prouincia in peloponeſco q̃ & Oebalia & lacedęmonia ab aliquibus dicit̃ Hinc.lacon maſ. generis.& lacęna fœ. Nec inuenitur Lacenus pro laconico.habetq; lacęna diph.in pen. Virg. Nec tibi tyndaridis facies inuiſa lacęnę. Statius.lib.vi.the. Tandem inſpiratus mida de plebe laconũ. Hinc & Laconicus a.um. vt ager laconicus. Similiter Laconus.a.um. Vir.li.iiij. Virginibꝰ bacchata lacęnis Pauſanias aũt lib.ii.σωαρθη δε θυγατηρ του ευρωτου εθθεγ. ονομα ωολεωσ ωελοωονγησου αμυκλασ δε ηγυιοσ του λακεδαιμονοσ γενομενωμ δε αμυκλα ωαιδωμ υακιγθγμ μεμ μεωτατομ του ειδοσ καλλιστομ.
¶Laconicum ſubſtantiuũ ponitur pro loco orbiculari ambitu in ſe recuruo in balneis in quibus ſudor elicitur ſicco colore:vt docet Celſus.libr.ii. Et Vit.lib.v.pręcipit laconicum ſudationeſq; cõiũgi debere tepidario. Eſt.n. fornacula ex terra & tegulis mãmatis addito tomento cõcinnata quæ incluſo igne per ſpiracula parua calefit per pręfurniũ Hanc ſub nomine hypocauſti multi ſignauere. Nã hypocauſtum vaporariũ interpretamur. Frequentabatur laconicũ a crudis vti per deſudationẽ extruderetur quicq̃d excremẽtitii & ſudorifici humoris. Vñ Col.in prologo. Mox deinde vt apti veniamus ad ganeas quotidianã cruditatẽ laconicis excoquimus & exuto ſudore ſitim q̃rimus. Dictũ laconicum q; eo lacones peculiariter vterentur.
¶Lacon.onis.pe.ꝑ.qui ex laconia eſt. Gręce λακωμ. Quo nomine etiã ſignificatur celer. Et lacęna fœminini generis.
¶Laydes.pe. cõi. philoſophus cyreneus qui athenas profectus nouę academię princeps extitit. Archeſilęq; ſucceſſor appellatꝰ eſt Oeconomicus: q̃ rei familiaris curã magnã habebat.
¶Laceſſo.is.laceſſiui:& laceſſi per ſyncopen:& la-

ceſſiſſe pro laceſſiuiſſe. & laceſſerũt pro laceſſiuerũt Ci. Hos ego ſermones qui & multi ſunt & tuã exiſtimationẽ vt ſentio nõ offendũt: laceſſiui nũq̃. Lac. lib. v. Omitto eos qui prioribus eam tẽporibus ne quicq̃ laceſſerũt. Significat autẽ Laceſſere lacerare ſiue ad lacerandũ ire. Sal. Pridie legiones in mõte poſitas laceſſiuit. Generatim tamen prouocare ad quicq̃ faciendũ vel ad iram vel ad certamẽ ſignificat: vt fit cũ quis laceratur pulſatur vel tangit: ſiue impellitur ſcripto voce verbo facto. Cice. Cornifi. Sic igitur facies: meq; amabis & ſcripto aliquo laceſſes. Ego. n. reſpondere facilius poſſem q̃ prouocare. Virg. Efficiam poſthac ne quemq̃ voce laceſſas. Sal. Poſtremo diſſimulãdi cauſa: & ſiue expurgandi ſicut iurgio laceſſitus foret in ſenatum venit Col. li. ii. Nõnũq̃ ſtimulo laceſſat iuuencũ: quẽ reſte tractum calcitroſum etiã reddit.

¶ Lachanũ. pe. cor. dictio greca λαχανον. qua oẽ genus holeris cõprehenditur. Hor. ad porri & cicerus refero lachaniq; catinum.

¶ Lachanopoles. pe. pro. holerũ vẽditor. Lachanopolion. locus vbi vẽdũtur holera.

¶ Laganũ vero per g aliud ſignificat. Sũt. n. lãgana vt inquit Acron quẽdã quaſi mẽbranulę ex farina & aqua quę iure pingui coctę & caſeo pipere croco cynnamomoq; conditę in cibis dantur.

¶ Lacheſis. pe. cor. vna ex parcis eſt quæ de nobis ſortitur. Nam ſortiẽs latine interpretari poteſt. De hac in dictione Atropos dictum eſt. Michalus autẽ grãmaticus λαχεσισ δε λεγεται απο του λαχανειν φυεται γαρ αγηρ συν τω κληρω ενχερσιν πραξομενων.

¶ Lacinię ſunt in veſtimẽto partes extremę & ęſurę particulatim conciſę decoris cauſa vulgo frappæ dicũtur. Vnde Laciniata veſtis: & aduerbiũ Laciniatim quod ſignificat particulati & per flexuras. Apul. Nõ laciniatim diſperſo: ſed cuneatim ſtipato cuneatu difficultates illas trans abiremus. Col. lib. viij. iubet pecus ęgrotum diſtribui in lacinias. i. in particulas ſeparari vt facilius conualeſcant. Nã diſcreta aĩalia & in partes diuiſa in lacinias ſegregata dicũtur. Item lacinia genus fungorũ qui ſubrufi circa caſtanearũ radices erumpũt.

¶ Laciniоſus. a. um. accipit pro flexuoſo ſinuoſoq; Hier. ad Theophilũ Laciniоſus cõtra nos ſermo protractus eſt. Abeodẽ diſputatio laciniоſa dicit pro tortuoſa & implicata. Ab Apulcio. Cõuallis laciniоſa. Et Alexãdria fuit laciniоſa ãguloſo; curſu

¶ Laciniũ: promõtoriũ italiæ inter Adriaticum & Ioniũ a quodã latrone ibi ab Hercule interempto qui lacinius vocabat quia boues fuerat prędatus.

¶ Lachryma a greco qđ illi δακρυον vocãt d. in l mutata. ſicut & l. in d. mutat vt Medius Fidius idẽ per Iouis filiũ: & meditor pro melitor. Sunt tñ qui negẽt hoc nomẽ grecũ eſſe ſed latinũ tantũ: vt ſint lacrimę dictę quaſi lacerimę: quoniam ex animi laceratione lachrymę citãtur. Vſus tñ obtinuit: vt cũ h. ſcribatur. Cuius diminutiuũ eſt lachrymula. Ter. in Eu. Vna me hercle falſa lachrymula.

¶ Lachrymabile dignũ lachrymis. cuius cõtrariũ eſt Illachrymabile.

¶ Lachrymo. Lachrymas effundo. quod ad vites etiam tranſfertur Lact. Caudice defecto lachrymat ſua gaudia palmes. Huius compoſita ſunt Collachrymo. Teren. in an. Triſtis interim nõnunq̃ collachrymabat. Delachrymo deorſum lachrymo. Col. lib. v. Vt in terram potius deuexa q̃ in germine delachrymet. Illachrymo. valde lachrymo. Virgil. libro primo ge. Et mœſtum illachrymat templis ebur. Superlachrymo. Col. lib. v. Optimũ eſt igitur medio fere internodio ſubſidiarium tondere palmitẽ deuexamq; refectionẽ facere poſt geminã ne ſuperlachrymet & germinantem cæcet oculum. Eſt & lachrymor deponẽs. ſignificationis actiuæ. Hiero. Mihi narrare ante præſepiũ vbi plurimũ lachrymata es nõ debueras.

¶ Lognoſus a. um. qđ inſtar ligni durum eſt.

¶ Lignile pe. p. dictũ eſt vbi ligna in domo ad cõburendũ parata ſunt: ſicut fœnile vbi eſt vel eſſe ſolet fœnũ. Sic Boule: Equile: Caprile: & hmõi.

¶ Lignari eſt ad capienda ligna ire. Liui. li. x. Redeuntibuſq; lignatum ſe ire hinc.

¶ Lignatores dicti ſunt milites: qui lignatũ vadũt Idem in eodem paucis citra milibus lignatores ei cum præſidio occurrunt.

¶ Liguſtrũ ſic a lego: quaſi leguſtrum arbor ex cuius ligno teſſeræ fiunt aptiſſimæ.

¶ Liguria italiæ regio, p maiore parte mõtuoſa ſtet amnes Varũ & Macrã ab altero latere hñs apẽninũ ab altero padũ thuſciã attingens cuius caput eſt genua: a qua Liguſtica ora. & mare liguſticum. Dicta

Liguria a ligysto phaetōtis filio cōuersione.y.in.u.
¶ Liguſticū mare: vt refert Solinus coraliū ꝓcreat quod fulminibus reſiſtit.
¶ Ligus liguris ſcdm Priſ. pōt eſſe ꝓpriū nomen & tūc eſt gn̄is maſ. Et nomē gētile. & ſic eſt cōis. ꝓbus declinat hic & hęc ligur. & hic & hęc & hoc ligus ꝓ in cola liguriæ. Luc. li. i. Et nunc tonſe liger quondam per colla decora. Virg. li. xi. Vane ligus fruſtraq; ais e late ſuperbis. I dē. Aſſuetūq; malis ligurem.
¶ Liguſticus a.um. pe.cor. nomē poſſeſſiuū. Iuue. Nam ſi ꝓcubuit qui ſaxa liguſtica portat.
¶ Ligurio is. pe.cor. iui. vel ligurii itū. ſignificat mꝫ ta auide cōſumo & ſuauiora edulia carpo & ꝓ heluatior. ē p̄simoniū voro: licet ꝓdu. Hor. Tractauit calicē manibus dū furta ligurit. Vñ liguritores dr̄ gu loſi & voratores edulioꝝ dulciorū qui cōſūptis copibus catillos etiā lingūt & qui bona deuorāt. Eſt ēt ligurire paulatim & cū quadā mora atq; elegātia cō edere quaſi ſinēdo vt ꝓ ſe cibus in ſtomachū liq̄fiat Ter. in eu. Quęcū amatore ſuo cœnāt liguriūt. Dictū ligurire ἀπο του λιπαρου quod greci ſuaue dicunt vt inquit Do. per trāſlationē Ci. D. Bruto ſcribens ad ſuppilationē rerū vſus eſt. Cū q dā ingt de collegis n̄ris agrariā ligurirēt curationē: diſturbaui rem: totāq; nobis integrā reſeruaui. Et ab Auſonio dictū eſt Inguinum liguritor.
¶ Ligula pe.cor. dimi. a lingua. Vide ī dictiōe ligua
¶ Lilium genus herbę: de qua apud rei ruſticę ſcriptores fit mentio qūo ſeratur.
¶ Lilietū locus in quo liliorꝫ copia eſt. Palladius. li lieta cāneta ponenda ſunt.
¶ Lilybęum ꝓmontoriū ſicilię: & vrbs eiuſdē nois Syl. li. xiii. Cernit deuexas lilibeū noie chelas. Scribit cū diph. Nā græci λιλυβαιον dicunt.
¶ Lima inſtrumētū fabrile q̄ ferꝫ aut aliq d alid terit
¶ Limo as. polio & ſuꝑflua ꝺtraho. Hie. ad Dama. Sępe cauſatus ſū excoli nō poſſe ſermonē niſi quē ꝓpria manus limauerit. Aliqñ limare eſt conſūgere Plau. Nō p̄ tuus vnq̄ cū illa limabit caput. Huius cōpoſita ſunt Delimo & Elimo q̄ hñt pe. p.
¶ Limatulus dimi. a limatus. Ci. Volūnio. Opꝰ eſt hoc delimatulo & polito tuo iudicio.
¶ Limatura ſcobs: hoc ē puluiſculꝰ limādo ꝺtractꝰ
¶ Limax dr̄ q exgrit vt aliq d auferat. Plau. in bac. Limaces viri q; atterāt & conſumāt. Et limax teſtudo cochlea terreſtris q̄ & limaca a limo dr̄ in quo p hyemē delitęſcit & vitat vere ꝓdiens. Col. li. xi. implicitus conchæ limax hirſutaq; campe.
¶ Limus genus veſtis ab vmbilico ad pedes. Vir. li. xii. Velati limo & verbena tp̄a vincti. Et limus letamē eſt ſeu cœnū illud mollius qd̄ ab aquis deferri ſolet. Vñ limoſus a.um. Vir. Limoſoq; lacu per noctē obſcurus in vlua delitui. Hinc illimis & hoc illimis pe. p. qd̄ eſt ſine limo defęcatū ſyncerū. Sidoni⁹ ad heronitū. Nuſq̄ aquæ ductuum liquor integer vel ciſterna defęcabilis vel fons irriguus vel puteus illimis: hinc & Oblimo. de quo alibi.
¶ Limus a.um. obliquus. i. trāſuerſus obtortus qd̄ & limis tertiæ decli. dr̄. Vñ qui oblique aſpicit limis oculis ſpectare dr̄. Ter. in eu. Ego limis ſpecto ſic p flabellū clanculū. Do. Pōt eſſe nti caſus: vt ſit limis ſpecto vel ablatiui p̄is. & deeſt oculis. Cū igit̄ diſſimulāt ſe hoīes videre qd̄ vident & nō recta facie: ſed tranſuerſa intuentur: limi dicūtur aſpicere.
¶ Limen dr̄ qd̄ ex trāſuerſo in ianua eſt a limo obli

quo q; ingredientib⁹ exeūtibuſq; trāſuerſum ſit: vt eſt apud Do. Feſtū q;. Nec ſolū inferiorē ptē ſignificat q̄ ſub pedibus calcari ſolet in ingreſſu: ſed ēt ſuperiorē. Iuue Pēdētia liquit vela dom⁹ & adhuc virides in limine lauros. Neui⁹ vero limē ſuperū & inferū dixit. Exime limē ſuper; qd̄ mihi miſero ſępe confregit caput. Inferū quoq; vbi ego ois defręgi digitos Limē ſuperū ſupliminare ēt vocat: agręcis hyperthyrō. Ponit iterdū p ingreſſu. Vir. Limē erat cęcęq; fores & ꝓtius vſ⁹. Interdū p iteriore pte dom⁹. I dē Penetrāt aulas & limina regū. Interdū p loco ſtādi. I dē. Corripiūt ſpatio audito limēq; reliquūt. Interdū p principio: vt in limine vitę extinctus eſt. Interdū p amicicia: vt teſtat Ser. Enarrans illud de Turno. Se limīe pelli. Iuue. Limine ſubmoueor. i. repellor ab amicicia. A limen fit Elimino as. Liminare Poſtliminium liminaris & hoc liminare qd̄ ad limē ptinet: vt lapis liminaris q eſt in domus ingreſſu. Aug. ad hiero. poſuit p principio. Non hoc codex ipſe vt aſſolet i. liminari pagina prætendebat. i. in principio ſeu ingreſſu libri. hinc ſuperliminare.
¶ Limes itis. mō tranſuerſam viā ſignificat: modo terminū. Col. li. i. Semitas nouoſq; limites in agro fieri non patiat. In agris limites duo maximi ſunt. Cardo & Decumanus. Limes decumanus eſt qui ab oriēte in occidentem ſpectat. Cardo a meridie ad ſeptentrionem. Reliqui limites anguſtiores: diſtātq; inter ſe ſe paribus interuallis.
¶ Limito as. pe.cor. & Limitor ſignificat termino ſeu reſtringo ſicut a ſemitis. Semito as. & ſemitor. Vñ Limitat⁹ ager dr̄ in cēturias diuiſus. Ply. li. xvii. Aut ſi maior modus ſit totidē pedū cardinem quo decumano limitari. Semp vero q;tanis ſemitari: hoc eſt in q;to quoq; palo ſingulę iugo paginę includūt. Ci. Appio pul. De tua ꝓlixa bñficaq; nata limitabit aliq d poſterior annus pp quādā trilitiā.
¶ Limentinus putabat deus q liminibus præeſſet.
¶ Limbus muliebre veſtimētū erat purpurā in imo conſutā hñs: ſeu quodlibet aliud ornamētū veſtū extremitatē ambiēs. Vir. Sidoniā picto chlamydē cingit cūdata limbo. Hui⁹ dimi. ē Limbul⁹ a quo libellus.
¶ Limborarius qui limbum veſtem conſuit. Plau. Textores limborarii.
¶ Linus nomē viri ꝓpriū: ex mercurio ſeu vt quidā putāt ex Apolline & vrania geniti. alter phūs thebanus Iunior. Eſt ēt linus ſpēs hymni. Suidas autē. λινος χαλκιδευς απολλωνος και τερψιχορησοι δε αμφιμαρου και ουρανιας. Ιλεγεται δε πρωτος ουτος αποφοιν ικης γραμματα εις ελληνας αραξειν γενεσθαι δε και ηρακλεως διδασκαλος γραμματων και της λυκρικης μουσης πρωτος γενεσθαι ηγεμων.
¶ Linum απο του λινεω antiquo verbo qd̄ ē teneo: q a lino ea tenent. Iunc Lineus a.um. qd̄ ex lino eſt: vt veſtis linea.
¶ Linarius qui lini artē exercet; a græcis λιροπωλος: linoplocis.
¶ Linamētū filum qd̄ ex lino voluēdo trahit. Ply. Delphini linamenta accenſa excitant vuluæ ſtrangulatu oppreſſas.
¶ Linteū pānus lineus & ſudariū quo in balneis vtimur. Mar. Non tam ſæpe teret lintea fullo tibi. Itē Lintea ſunt vela quibus vtuntur nautæ. Virg. Certum eſt dare lintea retro. I tē lintea q̄ ſunt idonea ad ꝓcēſātium ymbracula. Vnde legimus Cęſarē totā

forum linteis adumbraſſe. Itē lintea linei amictus. Inde linteatus linteis indutus.i.lineis veſtibus quali hītu ferē fuiſſe Apollonius philoſophus: qm̄ huiuſmodi hītus videbaē mūdior q̄ qui ab aſalibus deglubebatur. Sidonius ad leonem. Cupidū ſciæ contēnentē pecuniæ. Inter epulas abſtemiū: inter purpuratos linteatus.

¶ Linteolū diminutiuū. Ply. pro petia panni linei. Vulneribus in linteolis imponiē. ſ. amurca.

¶ Lintearius qui lintea vendit.

¶ Linteones qui texunt linteamina, p conficiendis veſtib⁹: vt docet Ser. li. vii. ęn. Firmicus li. ii. math. ſcribit venerē in quadrupedibus occurrētem facere linteones: aut plumarios atq; colorum tinctores.

¶ Lineæ. ꝓprie ſignificat filū illud quo fabri materiarii vtunt ad ſignandam materiā q̄ ex lino fiat Et qm̄ ab hac ſi rubrica vel alio colore intincta fuerit figura deſignatur longa ſine latitudine atq; altitudine: ea quoq; figura linea vocatur. Item ea q̄ nō colore: ſed animo imaginātur geometræ lineæ vocantur. Et linea dicitur filū omne ex lino & quicūq; tenuis funicul⁹. Col. Ligato pede longa linea galli nacuſtoditur. Ply. Murenæ deuorant hamū: admo uentoq; dentibus lineas: atq; ita erodunt. Idem. Stēmata vero lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Et linea dicē quę eſt in ſuperficie. Nā ſuperficies ex lineis eſt vt punctū: qđ eſt principiū in geometria. Dicitur aūt punctū qđ diuidi non pōt. Linea quę ab vno puncto ad aliud deducitur.

¶ Linearis & hoc lineare: qđ ad lineā pertinet. Vñ Linearis pictura vocata eſt lineis circū vmbram hominis deductis. Primi hanc picturā exercuerūt Ardices corinthius & Telephanes ſicyonius ſine vllo colore ſpargentes tñ lineas ītus. vnde & latini linearem picturam graphidē appellauerunt.

¶ Liniamentū a linea: & ipſa extremitas & quaſi linea q̄dam corporis per quā hoīs forma dignoſcē a lineari pictura tracta in qua per ſolas lineas effigies hoīs cognoſcebaē. Iuſti. li. i. Liniamento æqualitas matri & filio perſimilis. Ply. Nec qui ſuccederet operi ad prędcripta liniamenta inuentus eſt.

¶ Lino is. & linio is. & lenio is. diuerſa ſunt. Nam linio & lenio quartæ cōiugatiōis ſunt. Lino tertię. Et lino linioq; habent pe. cor. lenio ꝓ. Virg. Seruataq; mella theſauris relines. Sedulius. Illiniēs hoīem veteri de ſemine ſupplet. Eſt aūt linire craſſe aliq d aliquo inſtrumēto ſuperinducere. Col. li. vii. Sed illi⁹ ſanatur noxa fibula ahena ſi locum læſum cōpungas cretaq; cynonia & aceto linas. Aliqñ etiam nō craſſe: ſed leniter aliquid inducere & quaſi lineā ducere. Vnde interlinire dicimus ſupinducto atramēto aut alio liquore ſcripturā aliquā picturam ve deſtruere. Sic lr̄ę dñr interlitæ: & talis inductio Liniradicē. Aliqñ obturare. Vir. li. inī. Gę. Neq; ille neq; q̄ intectis certatim tenuia cæra ſpiramēta linunt: vt etiā a cōtraria ſignificatione eius cōpoſitum ſimul Relino indicat: vt apud eūdē. Seruataq; mella theſauris relines. hēt hoc verbū lino tria p̄fita lini liui & leui. De prīo Quintil. in declamatiōe Cæci. Et ne quid ſceleri ipio deeſſet mariti tui cruore pietē liniſti. De ſecūdo Col. li. vlti. Multi cū ſemel noua dolia vel ſeria craſſa gūmi liuerunt: vna imperpetuum gōmitione eſſe cōtenti ſūt. De tertio Cato de reruſ. Poſtea dolium calefacito minus: qui ſi picare velis tepeat ſatis eſt lignis lenibus facito caleſcat. Vbi tēperate tepebit: cuminum īdito: poſtea linito. Si rece leueris in doliū quinquagenatum pedum quatuor ſatis erit. Supinū vnū tantum habet litum. Vñ litus a. um. pobturato maculato iſperſo. Vir. li. iiii. Ge. Elucent aliæ & fulgore coruſcant ardentes auro & paribus lita corpora guttis. i. inſperſa ſeu diſtincta. Quale eſt illud Hiero. ad Saluinam. Tu vero quæ in tumulo mariti ſepeliſti omēs pariter voluptates quæ litam purpuriſſo & ceruſa faciem ſuper feretrū ei⁹ lachrymis diluiſti. Eius cōpoſita ſūt Ad lino ad aliquid lino. Ply. Sunt q̄ leporino coagulo mel addant & hoc ſæpe adlinant dentē. Palladius. Si ſtercus primogeniti vituli adlinamus oribus vaſculoꝝ. Collino. Gel. Poſtea tabulas cęra colleuiſſe Circūlino. Ci. li. i. tuſ. Condunt ægiptii mortuos & eos ſeruant domi ꝓſęetiā cæra circūlitos condiunt vt q̄ maxime permaneant diuturna corpora. Delino: Illino: interlino: oblino. Vide alibi. Elino extra lino fœdo. Lucil. li. vi. Si hęc veſtimenta eleuit luto Perlino valde lino. Col. li. viii. Mox vlcera lauāt aceto. & tunc pice liquida cum adipe ſuilla perlinuntur. Relino quod obturatū erat aperio. Ter. Heau. Releui omīa dolia oēs ſerias. Sublino mediocriter fœdo illudo: & pridiculo habeo. Plau. īepi. Senex tibi os ſublitum eſt plane & ꝓbe. id eſt deriſus es. Et in capt. Quanto in pectore hāc meā magis rem voluto tanto mihi ægritudo auctior eſt animo ad illū modum ſublitum eſſe os mihi: id eſt ſubſtercoratū vel maculatum.

¶ Linio is. tui. itum. ꝓprie ſignificat vngo vel frico aut quid ſimile quod digito aut aliquo inſtrumento alicui rei ſuperīducē fricatur vel imprimitur: ſed tenuiter nō craſſe. Col. li. viii. Fere aūt ꝓ æſtatē ſic muſcis aures canū exulcerantur ſæpe vt totas amittāt Quod ne fiat amaris nucibus cōtritis liniendæ ſūt Hiero. in tob. Statimq; linies ſup oculos eius ex felle iſto piſcis. Fateor tamen adeo interdum hęc duo verba lino et linio in ſignificatiōe ꝓpinqua eſſe: vt vix diſcerni poſſint. Alinio cōponiē. Circunlinio. Lact. li. v. Circūliniaē modo poculum cœleſti melle ſapientiæ: vt poſſint ab imprudentibus amara remedia ſine offenſione potari.

¶ Lingones ſunt populi Galliæ ſupra heluetios & ſequanos in occaſum vergentes.

¶ Linternus Campaniæ fluuius haud longe a vulturno fluuio & oppido.

¶ Lingo is. xi. ctū. Lingere eſt aliq d lingua molliter tangere. Plau. in Caſi. Mel mihi videor lingere hinc linguam quidam deduci voluerūt. Rurſus lingere dicimur dum aliquid in ore tenentes guttatim id defluere in ſtomachum ſinimus. Quę res linctus dicē. Quæ vero in hunc vſum fiunt eclegmata grece dr̄. Ply. Telicos gemma eſt quæ oleæ nucleo ſimilis videtur & lingentium calculos frangit. Idem multi tuſſim veterem linctu ſalis diſcuſſere. Idē Eſemine lini fūt Eclegmata. Hinc fit compoſitū Elingo quod eſt extra lingo. Plau. in cur. Hic hodie apd me nunq̄ elingues ſalem.

¶ Lingua a ligando dicta eſt q̄ liget cibum. Nam cibos vi ſua conglobat ac deprimit in ventrēq; trāſmittit: ſeu q̄ ipſa dentium ſeptis quaſi muro vallata ac ligata ſit. Eſt & lingua minor quæ & ſublinguiū a quibuſdam dicē operculum cartilaginoſū: quod phyſtulam ſpiritalem in gutture claudit cum phyſtula cibali cibus defertur. Hæc cum ridemus at

tollitur:quia riſus omnia concutit. Quapropter periculoſum eſt ne nos riſus inuadat cum deglutimus Hoc enim operculum natura inſtituit ne quid eſculenti potulēti ve ad pulmonem feratur. Quod ſi accideret niſi reiiceretur hominē ſtrangularet. Accipitur quādoq; lingua pro diffentia ſermonum. Vnde dicimus linguam latinam: linguam græcam: vt eſt apud actus apoſtolicos. Audiuimus eos loquentes noſtris linguis magnalia dei. Quinetiam ī vna lingua ſermonis diuerſitas lingua dicitur: vt in græca lingua eſt Attica: dorica: ionica lingua. Scribit ſtrabo trecentas nationes quæ diſſimilibus linguis vtentur deſcendiſſe in dioſcuriadem vrbem colchorum clariſſimam.

¶ Linguarum diuerſitas inquit Auguſtinus libro decimonono ciuitatis dei: hominem alienat ab homine. Nam ſi duo ſibimet inuicem fiant obuiam neq; præterire: ſed ſimul eſſe aliqua neceſſitate coguntur: quorum neuter nouit linguam alterius facilī ſi bi animalia muta etiam diuerſi generis q̄ homines ſociantur. Rurſus lingua appelletur genus promōtorii nō excellentis: ſed molliter in planum deuexi. Similiter inſtrumentum planum et oblongum in ſpeciem linguę factum lingua dicitur: quale eſt illud quo vtuntur Aromatarii ad extrahenda e vaſis vnguenta. Cuius diminutiuum ſecūdum Priſci. eſt lingula: eiuſdem ſignificationis. & per cōciſionem Ligula. Feſtus. Ligula per diminutionem dicta alias a ſimilitudine exertę linguę: vt in calceis: alias inſertæ: id eſt intra dentes coercitæ: vt in tibiis. Pro ea q̄ calceorum eſt. Mar. Non extrema ſedet linia lingula planta. Iuuenalis abiecit n & li. corripuit. Et ligulā dimittere ſolicitus ne Tota ſalutatrix iam turba peregerit orbem. Mar. Quis me ligulam dicant equiteſq; patreſq; Dicor ab indoctis lingula grammaticis. Pro ea quæ inſtar linguę facta eſt. Plynius. Cæra punica fit hoc modo. Ventilat ſub dio ſępius cęra fulua deinde feruet in aqua marina ex alto petita addito nitro. Inde ligulis eligunt florem. Colu. Ligulam vocat inſtrumentum ad purgandum eua ſe ſpumam. Deinde inquit vbi linquatum mel i ſubiectum alutum defluxit. tranſfer in vaſa fictilia quę paucis ante diebus aperta ſunt dum muſteus fructꝰ efferueſcat: iiſq; ſæpius ligula purgandus. Plynius. Sunt qui comitialibus morbis dandum putant luna: quarta ſexta ſeptima linguæ menſura. id eſt cochlearis. Veteres etiam gladiolum oblōgum in ſpeciem linguę factum ligulam vocitauere. Lingua itē vt Plynius teſtatur Herba eſt quæ circa fontes naſcitur cuius radix combuſta & trita alopecias emendat. Similiter lingna bubula genus herbę quā græci bugloſſon dicunt boum linguæ ſimilis.. Lingua canina alia herba quæ cynogloſſos votatur a græcis Lingua petrea genus lapilli quod iter gemmas cōnumeratur. A lingua fiūt Elinguis ſine lingua & qui loqui non pōt etiam ſi linguā habeat. Elinguo as. Bilinguis trilinguis & hmōi.

¶ Linguax ſiue lingulax lingulacave verboſꝰ multum loquens: qui nimium & ſtulte loquit. Gel. lib. i. Hoc genus hominis in verba puectos locutuleios & blaterones & linguaces dixerunt.

¶ Lingulaca mulier multiloqua. Plau. in caſ. Lingulaca eſt nam nunq̄ tacet. Accipitur quandoq; p muliere auguratrice. Quādoq; p piſce qui ſolea aut ei ſimilis a nōnullis creditur. De quo apud Varronē & Plautum.

¶ Linquo linquis liqui lictum ſecundum Priſci. ſignificat relinquo: dimitto: habetq; li. ſyllabam indifferentem in præterito. Virg. Nec tamen indecorem tua te regina reliqui. Idem. Namq; ſua patriam liquerat tellure ſepultam. Huius compoſitum eſt Delinquo. ¶ Aſcē. Errat cum Neſtore Cęſarienſi male citante. Virg. enei. iiii. vbi legitur Nāq; ſuā patria antiqua cinis ater habebat.

¶ Lipara penultima correpta. Inſula ex æoliis a liparo rege Auſonis regis filio cui ſucceſſit æolꝰ. Hiero. Quæ e lipara ſiciliam nauigant ſiniſtra eſt. Hinc lapareus liparea lipareum.

¶ Liparus Auſonis regis filius: a quo lipara denominata eſt inſula.

¶ Liparis Ciliciæ fluuius απο του λιπαρου: quoniam ſcribit Victr. natantes in hoc flumine: aut ſe lauantes non aliter vngi ab ipſa aqua q̄ ſi oleo: aut adipe lauarentur.

¶ Lipſana pe. cor. tantū pluraliter declinatū nomē eſt quo apud nos reliquię ſignificantur.

¶ Lippus qui oculos habet lachrymantes cum putredo ab his defluat. Lippitudo ipſum vitium. Cor. Celſus. Si frons prurit lippitudinis metus eſt.

¶ Lippio is. iui. itum. lippus fio: hoc eſt marcorē in oculis contraho. Ply. li. xxviii. Oculorum vitia fieri negant nec lippire eos qui cum pedes lauāt aqua inde ter oculos tangant. Plau. in cur. ad fauces trāſtulit. Proſpicio parum os amarum habeo dētes plenos lippiunt fauces fame: ita cibi vacultate venio laſſis lactibus.

¶ Liquentia fluuius galliæ ciſalpinæ ſeu venetiæ: poſt Taruiſinū agrum. Oriturq; in opiterginis & in mare adriaticum cadit.

¶ Liquidus a. um. pe. cor. molle fluxum. Virg. Aut cum liquentia mella ſtipant. Aliquando ponitur p puro. Idem li. iiii. Dulcia mella premes nec tantum dulcia q̄tum & liquida. id eſt defęcata & ſine fordibꝰ Aliquādo pro proſpero. Plau. in pſeu. Ab ſiniſtra auſpicio liquido atq; ex ſententia confidētia eſt inimicos meos me poſſe perdere. Hinc fit aduerbium Liquido: quod ſignificat pure & manifeſte. Ter. in an. Vt liquido poſſum iurare. Dicimus etiam ad liq dum: quod eſt manifeſte.

¶ Liquido as. aperio manifeſto.

¶ Liquo liquas li. ſyllaba cor. ſignificat liquidū facto: cum ſcilicet aurum vel plumbū diſſoluitur. Lu. li. vii. Ereptaq; tela liquauit. Huius paſſiuum liquor Compoſita ſunt Eliquo: quod eſt extra ſeu valde liquo. Lact. lib. ii. Vnde autē vel quomodo deus hæc duo principalia ignem & aquam vel accenderit vel eliquauerit ſolus poteſt ſcire qui fecit. Augu. lib. ix. con. per tranſlationem dixit. Voces igitur interluebant auribus meis & eliquebatur tua in cor meum. Reliquo idem quod liquo. Vnde legimꝰ de ſanctis primo & feliciano q; iuſſerit præſes reliquari plūbū & bulliens in ora fundi.

¶ Liquatum ſiue liquamen: pinguitudo animalis ad ignem liquefacta & in vſum coquinarium ſeruata ad condiendos cibos. Licet & de aliis dici poſſit: quæ non comeduntur: vt eſt apud Columellā libro octauo. Succus excolati lupini veteris vini fex & amurca pari menſura miſcentur: eoq; liquamine tota ſa ouis imbuitur.

¶ Liquaſco is. liquidus fio.

¶Liqueo liques liquui.ll. ſyllaba correpta. Eſt aũt liquere liquidũ ſeu molle eſſe qđ inſtar olei diſcurrit Hiero.in Ieui. Omne liquẽs quod bibitur deuniuer ſo vaſe immũdum erit. Hinc liqueſco. liquidus fio Perſius. Tot tibi cũ in flãmas iunicũ omenta lique ſcant. Virgi. Limus vt hec dureſcit & hic vt cæra li queſcit. Huius cõpoſita ſunt. Colliqueo. a quo Col liqueſco. Deliqueo. a quo Deliqueſco qđ eſt in to tum reſoluor. Ouidi. libr. vii. me. Protinus imbutũ cæleſti nectare corpꝰ Deliquuit ſtagnũq; ſuo de no mine fecit.

¶Liquet impersonale. ſignificat. Cõſtans manife ſtum & certũ eſt. quoniã q reſoluũtur certa conſtan tia & manifeſta fiũt. Teren. in eu. Illum liquet mihi deierare his mẽſibus ſex nõ vidiſſe proximis.

¶Liquefacio. a quo liquefio eiuſdẽ cũ liqueſco ſi gnificationis. A liquefacio cõpoſitũ. Illiquefacio quod eſt valde ſeu intus liquefacio. Cic. lib. iiii. tuſ. Quæ ſunt oẽs vnius generis ad perfundendũ aĩm tanq illiquefactæ voluptates.

¶Liquo:as liqui reſoluor defluo ſtillo Cuiꝰ paſſiuũ eſt liquor liqueris. quorũ li. ſyllaba. producitur. Vir gil. Vere nouo gelidas canis cũ mõtibus humor Li quitur ideſt paulatim diſſoluitur Idẽ lib. iij. Nam q prima ſolo ruptis radicibꝰ arbos vellitur huic atro liquuntur ſanguine guttæ ideſt defluunt. Luc. libro nono. Liquiſ & nigra diſtillant inguina tabe. Hinc etiã fit liqueſco liqueſcis prima pro Ouid. libro pri mo de pon. Sic mea perpetuis liqueſcũt pectora cu ris. A liquo fit cõpoſitũ. Col. liquo. Varro. Quod aurum cũ colliquiſſet informa fuit infuſum.

¶Lira prima ſyllaba produ. ſulcũ ſignificat. Col. lib. ii. liras ruſtici vocant eaſdem porcas cũ ſic ara tum eſt vt inter duos latius diſtantis ſulcos medius cumulus ſiccam ſedem frumẽtis præbeat. Hinc Li rare: a quo delirare & delirus. Deliramentũ. Lirare dicuntur agricolæ cũ crate dentata vel tabula ara tro annexa operiunt ſemina. Primo enĩ aratur ter ra quod dicitur proſcindere. deinde ſecũda aratio ne excitatæ grandiores glebæ fraguntur quod vo cant effringere Tertia aratione iacto ſemine boues lirare dicũtur. qui tabellis & vomere ſimul & ſatũ fru mentum operiũt in porcis & ſulcant in foſſas quo pluuia aqua dilabatur Hinc delirare aliquẽ dicimus cum nõ recto ſulco tegendo ſemen incedit deinde per metaphoram ad inſaniam hoc vocabulũ tranſla tum eſt. Vnde & deliri inſani dicuntur. & delilare in ſanire. Hora. in epiſtolis. Quicquid delirant reges plectuntur achiui. Deliramentũ ipſa deliratio. Qui dam tamen delirare a græco trahunt Nam ληρειν ineptire eſt. Noſtri etiam liras gerras & nugas voci tauere. Plau. Nam tuæ blandiciæ mihi ſunt quod di ci ſolet gerrę germanæ ædepol liræ. Lyra. per y ali ud ſignificat.

¶Liro. as. liras facio Col. lirantur iugera duo ope ra vna.

¶Liratim aduerbiũ per liras. Col. Eæq; cum ſint li ratim ſeri debent.

¶Liris: fluuius cãpaniæ ortus in Apennino & min turnas pterlabens. Mar. Cæruleus mons liris amat quẽ ſilua maricę protegit. Virg. Et vmbroſæ liris p regna maricæ.

¶Lis: cõtrouerſia a limite id ẽ termino dicta. q; pri mæ inter hoies lites de limitibus fuerũt.

¶Litigo. as. pe. cor. quaſi litẽ ago diſcepto conten do. Mar. Ah miſer & demens vigintí litigat annos Quiſq; ſ cui vinci gargaliane licet. Plau. in ri. Qua de re nũc litigatis inter vos ſ Litigiũ litis actio. Idẽ in Caſ. Nam ego quid cõtrahere cupio litigii inter eos ſ Litigioſum dicit de quo lis eſt. Litigioſus qui frequens in litibus verſatur. litigator & litigatrix q & quę litigat.

¶Lithos græce: lapis latine dicitur.

¶Lithagyrium: ſpuma argenti quaſi q; ſit in lapi dem compacta argenteũ.

¶Lithocolla: glutinum quo lapides coniungũtur Fit enim ex lapide pario aut marmore cũ taurino glutino.

¶Lithoglyphus pe. cor. ſculptor lapidũ.

¶Lithotomia: penul. prod. lapidicina. lithotomꝰ architectus.

¶Lithologema pe. pro. lithogẽ atis ſtrues lapidũ

¶Lithoſtrotos pe. pro. maſ. generis. & hoc litho ſtrotum. dictio compoſita ex λιθος lapis & στρω τος ſtratus: appellat locus lapidibus ſtratus ſi ver bum græcũ proprie interpretari volumus. Verũ li thoſtrota ex paruulis cruſtis conſtabãt quibus ſolũ pauimenti incruſtabat. Vã legimus in etiã Ioãnis. Et ſedit pro tribunali in loco qui dicit lithoſtrotos Var. li. iii. de re ruſ. Cũ villã haberes opere tectorio atq; inteſtino ac pauimentis nobilibus lithoſtrotis ſpectandã. Hoc a noſtris dicitur Sectile.

¶Lithiaſis: morbus calcularis.

¶Littera q̃uis ſecundũ ſuã analogiã per ſimplex t. ſcribi debeat, tamen quia prima ſyllaba eius pro ducitur p duplex tt ſcribi ſolet Dicta littera quaſi le gitera eo q; legenti prębeat iter. vel q; in legẽdo, ite retur vt inqt Ser. Vel a lituris: q; ſcripta deleri poſ ſet: quia plerunq; in cęratis tabulis antiqui ſcribere ſolebant & indedelebant. Vel a lino. is. quod in ſcri bendo illinitur ideſt leniter inducitur atramentum. Vel a linea quoniã græce γραμμη | linea dicit & in de gramma littera & grãmatica litteratura. Et litte ræ quę notę quoq; appellantur ex lineis cõſtant. Et ſignificat principaliter litteras indui duas: vt. a. b. c. Sicq; diffinitur q; ſi minima pars vocis compo ſitæ ex litteris quæ ſcribi poteſt indiuidua. Huic ac cidit nomen. ſ. quo appellatur figura qua pingitur: & poteſtas, qua valet. Aliquãdo littera capitur pro ſcribentis manu. Cic. ad Atticũ. Nam alexidis ma num amabã q; tam prope accedebat ad ſimilitudi nem tuæ litteræ. Plurali numero litterę epiſtolã de ſignant niſi apud poetas. apud quos legitur littera pro epiſtola. Ouid. Quã legis ab rapta briſeide lit tera venit. Vocantur præterea litterę diſciplinę quę litterarũ monumentis continentur. vnde dare litte ris operam dicimus. hoc eſt incumbere artibus quę ſcriptæ ſũt. A littera fit diminutiuũ litterula. quod Hier. poſuit pro breui epiſtola cũ inquit. Muniſcu la oia & ſuſpectas litterulas vobis iterdico ſub ana themate. Litteratus qui litteris præditus eſt. Cuius contrariũ eſt Illitteratus. pro rudi & indocto. Litte ratulus diminutiuũ eſt. Hiero. contra. Rufi. videris tibi litteratulus & rabi.

¶Litteroſus idem quod litteratus. Caſius. Homo litteroſus mere.

¶Litterarius litteraria litterariũ. quod ad litteram vel ad litteras pertinet. Vñ dicitur Ludus litterari⁹.

¶Litterator. qui litteras noſcit vel docet.

¶Litteratura: ars q̃ de litteris tractat: vt eſt grãma

tica. Aug. lib. viii. cõ. Imperatoris Iuliani tempo-
ribus lege data, prohibiti sunt christiani docere lit-
teraturam & oratoriã.

¶ Litus, a, um, participiũ a lino Videſ dictiõe. lino.

¶ Littus per duplex tt terra q̃ ab aqua tãgitur: vel
q̃ alluitur: vel q̃ aqua ad id allidat: vel q̃ ibi aqua
eliditur seu q̃ fluctibus oblimatur. Et ꝑprie. de ma
ri dicitur: ripa de fluminibus. Ouid. Campoq; rece
pti Liberioris aquę pro ripis littora pulsant Sue. in
nero. Dispositę per littora & ripas diuersoriæ taber
næ. Quãdoq; etiã littus dicitur de fluminibus. Vir
gil. in diris. Littora q̃ dulcis auras diffunditis agris
cũ de Mincio loqueretur. Sumitur interdũ pro ter-
ra mari vicina. Idem Cui littus arandum &c. In-
terdũ pro spacio circa aram a litãdo quia ibi litabã
tur hostiæ. Nam sicut docet. Do. Nauigantes eũdo
& redundo in littore sacrificabant propter quod &
vsus obtinuit vt duplici tt scribaf cũ lito primã cor
ripiat. Cicero tñ in top. a lędo deducere videf. Qd
cũ primã producat: vnico. t. scribendũ erit. A litt⁹
fiũt littoreus littorea littoreũ & littoralis adiectiuũ
vt arena littorea: & plaga littoralis.

¶ Lito litas sacrificio facto deos placo. votũq; im
petro. Sue. in Cæsa. Deinde pluribus hostiis cæsis
cũ litare nõ posset introiit curiã. Huius cõpositũ est
perlito quod est perfecte lito. Gel. Si hæres diuinę
factę ritęq; perlitate essent haruspices dixerunt oia
ex sententia processurum esse.

¶ Litura lituræ superinductio: & cõplanatio. a li-
no linis vt fit cũ superinducto atramẽto alio ve li-
quore scripturã vel picturam destruimus.

¶ Lituro lituras penultima prod. cancello expun-
go. Sidonius apol. Tũc vel certius te probasse reli-
qua gaudebo si liturasse aliqua cognouero

¶ Lituus baculus incuruꝰ quo sedẽtes augures aui-
bus templa designabant. Gel. Lituus est virga bre-
uis in parte qua robustior est incurua. Dicitur inter
dum regale sceptrũ. hoc est ille romuli baculus qui
post romulũ a litibus dirimendis in medio incẽdio
integer mansit vt apud Val. maximum Nihil in eo
prẽter lituũ romuli integrũ repertum est. Et Plutar.
in Romulo. Lituus conseruatus est in palatino col
le vsq; ad Celtarũ tempora a quibus capta vrbs in-
censa fuit. Sed postea expulsis a Camillo hostibus
inter altissimas faucillas illæsus cũ omnia ignis con
sumpsisset inuentus est. Festus scribit lituũ esse ge-
nus buccinę curuę vnde vox gracilior exiret: q̃ qui
cecinerit liticen dicitur Virg. li. vi. Et lituo pugnas
insignis obibat & hasta.

¶ Liticen pe. cor. qui lituo canit.

¶ Liuius nomẽ historici patauini qui res romanas
miro artificio luculẽtoq; sermone pscripsit De hoc
Hiero. ad Paulinũ. Ad Titum liuiũ lacteo eloquen
tiæ manantẽ de vltimis hispaniæ galliarumq; fini-
bus quosdã veniſſe nobiles legimus. Et quos ad cõ
templationẽ sui roma nõ traxerat vnius hois fama
perduxit. Habuit illa ętas mauditũ oĩbus sęculis ce
lebrandũq; miraculum vt tantã vrbem ingressi: ali
ud extra vrbem quærerẽt. Fuit & alius Liuius poe-
ta Comicus cognominatus Andronicus. De quo
Diome. Constat inquit apud Romanos: Primũ la
tino sermone comœdiã Liuiũ Andronicũ scripsis
se. Geli. lib. xvi. Primus oĩm. L. Liui. poeta. Fabu
las docere Romæ cœpit post Sophoclis & Euripi
dis mortẽ annis plus fere. C. & lx.

¶ Liuor: vestigiũ & nota quę fit ex flagello. Vſi in
ecclesiastico legimus. q̃ flagelli plaga liuorẽ facit.
Aliquãdo significat colorẽ nigriorẽ. Var. Sic pau-
latim liuor in candorẽ vertitur: & ois macies e cor-
pore abscedit. Et quoniã talis est color inuidorum
ideo liuor accipitur pro inuidia. Luc. Liuor edax ti
bi cuncta negat. Claud. libr. iii. Rabiẽ liuoris acer-
bi Nulla potest placare quies.

¶ Liuidus proprie dicitur qui ex percussu carnẽ ni
gram habet fluxione cruoris ad eũ locũ qui percus
sus est Ply. Taplię succus suggillatis ac liuidis pro
dest. Hinc liuidus pro nigro. Virg. Quid ve petunt
animę vel quo discrimine ripas: hæ linquũt: illæ re
mis vada liuida verrunt. Quoniã vero qui inuidia
laborãt exedentes se dolore hũc colorẽ contrahũt:
Liuidus sæpe pro inuido ponit. Mar. Omnibus in
uideas liuide nemo tibi. Huius dimin. est liuidulus.
Iuue. Quibus inuideas si liuidulus sis.

¶ Liueo. es. ater sum. Ply. lib. xxii. Cortex vero sci
licet helioſtrophi liuentibus colorẽ reddit. Et aliq̃
inuideo. Pompe. Malignus homo & fortunis alio-
rum semper liuens.

¶ Liuesco. liuidus fio. Claud. li. iii. Haud equidẽ in
uideo nec eni liuescere fas est Vel nocuisse deos. Hu
ius compositũ est Adliuesco.

¶ Lix dicit cinis in quẽ materię redigũtur cũ fuerit
exustæ. Ply. lib. xxxvi. allegat Varronẽ dicentem
lix cinis est foci Et lix vocatur aqua cineri immista
Vnde lixiuiũ. Et lix. aqua. a lica qui secutus est her-
culem deflecti quidã aiunt.

¶ Lixiniũ aqua in qua lauandi gratia decoctus est
cinis per n ante i. Col. lib. xii. Sunt qui culmos fa-
bæ exurant & exeo quod cremauerint cinere lixini
um faciũt. Idem libro vltimo lixiniã vsurpat. In ol
la inquit fictili ampla pręparatã lixiniã cineris sar-
menti calefieri conuenit.

¶ Lixæ dicti sunt qui vilioris quæstus gratia exer-
citũ sequũtur vt puta lauandi aut coquendi gratia.
Syl. libro. v. punicorum. Inutile marti lixarũ vul-
gus. Scipio apud liuiũ Actium vmbrũ appellat se
milixam quasi semimãcipium noĩe ignominioso.
Var. Lixulas & semilixulas vocabulo sabino scri-
bit dici circulos ex farina caseo & aqua cõmistos &
inter cibaria numerarĩ. Appellatiq; sũt a cinere. q̃
lix cinis foci sit. Vñ elixus, a, um. quod coctũ est ci
nere ollę suppositio. & Aulicociũ. qd olla coctũ est.
Nam veteres pro olla, aulam dicebant.

¶ Lixo as. lixũ facio. & vernacula lingua dicimus
lissare. a quo fiũt cõposita. Elixo & prolixo. qd est
lixũ facio seu in lõgũ acuo. Colu. lib. v. Quare ma-
gnopere monẽdus putator est vt plixet aciẽ ferra-
mẽti & quantũ possit nouaculę similẽ reddat.

¶ Loba. æ. milii vel panici racemꝰ vt est apud Var.

¶ Locus proprie dicitur quicquid aliquid cõtinet:
Vir. Hic locus vrbis erit. Ponituq; a dialecticis in
ter accidentia substantiæ: & est vna de septẽ circun
stantiis q̃ ita numerãtur. persona. qualitas, negoci
um: facultas. causa. modus tẽporis q̃ hoc versu cõ-
tinẽtur. Quis quid vbi quibus auxiliis cur quomo
do quãdo. Quãdoq; locus dicitur genus. Sal. Na-
tus haud obscuro loco. Quãdoq; distributio tẽpo-
rum q̃ cui in spectaculũ venturo tribuũtur ab ædili
bus. Vñ motus loco dicitur qui suas horas nõ obti
nuerit inter pcedentes & secutores. Et Cicero loco
motus est cũ ex vrbe pulsus. Terẽ. Noster grex per

tumultū cōmotus eſt loco. Cum aūt dicimus Loco patris te habeo. ſignificam⁹ ea eſſe charitate qua pater eſt vel eſſe debet. Ter. Si te in germani fratris dilexi loco. Loco vero ſolatii: loco voluptatis: loco honoris pro iucundū voluptuoſum & honorificū dicitur. In locū ſubſtitutus. i. in alterius vicē. Quinti. Et in locū iuuenis amiſſi ſubſtituit de vanitate ſolatiū. In plurali loci & loca. Loci ſedes argumentorum ſunt q̄ intra ſe cōtinent argumēta & ex quibus ipſa argumēta petenda ſunt. Ab Ariſtotele topica vocati ſunt. loca ſunt in quibus aliquid locatur q̄ q̄ etiam locos in eodē ſignificato dicamus. Virg. De uenere locos vbi nūc ingentia cernis. Similiter locos pluraliter dūtaxat mulieris vuluam ſeu vterū & vulgo matricē appellamus. Varr. in origi. Sic loci muliebres in quibus naſcendi initia conſiſtūt Ply. lib. xi. Fœminis eadem oſa præter veſſicā & intus vtriculus vnde dictus vterus quod alio noīe locos appellant. hoc in reliquis animalibus vuluam tantum dicimus.

¶ Loculus dimi. a locus. ſignificat eni paruū locū. Var. lib. iii. de re. ruſti. Hortenſius familiaris noſter cum piſcinas haberet magna pecunia ędificatas ac loculos ita ſæpe cū eo ad villam fui. Ponitur etiā in terdū p̄ ſacculo in quo pecunia ſeruaf q̄ alio noīe dī vulua & bulga & marſupiū & capſula ſiue ſit lignea ſiue eborea. Mar. Hos niſi de flaua loculos implere moneta nō decet. Interdū pro feretro quo mortui efferūtur: quod alias capulum & libitinā vocāt. Et loculi pro vulua.

¶ Locellus diminutiuū a loculus. Mar. Si quid ad huc ſupereſt in noſtri fæce locelli. Eſt munus nihil eſt: ipſe locellus erit.

¶ Loculatus. a. um. qđ habet diuerſos locos. Var. Nam vt pauſanias & cęteri pictores eiuſdē generis loculatas magnas habent areolas vbi diſcolores ſint certas ſic hi loculatas habēt piſcinas vbi diſpares diſcluſos habent piſces.

¶ Loculamēta loca diſtincta ſiue capſulæ in quib⁹ aues & ſimilia nidificare ſeu habitare ſolent. & a loculis deduci videtur. Col. Vel ſi nō ita cōpetit paxillis adactis tabulę ſupponātur q̄ vel loculamēta quibus nidificēt aues vel fictilia columbaria recipiāt & lib. x. de apibus dicit. Crepitaculis æreis aut teſtarū plærunq̄ vulgo iacentiū terreatur fugiēs iuuentus: eaq̄ quæ vel pauida cū repetierit alueum maternū. & in eius aditu glomerata pependerit: vel ſtatim ſe ad proximā frondē contulerit protinus cuſtos nouum loculamentū in hoc pręparatū plineat intrinſecus prædictis hęrbis: deinde guttis mellis reſperſum admoueat: tum manibus aut etiam trulla congregatas apes recondat.

¶ Locuples penul. cor. generis oīs ſecundū Priſ. & tam in i q̄ in e ablatiuū finit. Cic. in frumentaria. In prouincia locupleti & referta. Hora. In locuplete domo. Dictus locuples a lata humo hoc ē locorū plenus. qui plæraq̄ loca ideſt qui multas poſſeſſiones habet: quemadmodū pecunioſus a pecorum copia Aſſiduus ab aſſe dando cognominaf. Ply. li. xviii Cognomina etiā prima inde pilumni qui piſtrinas inuenerūt. Piſones a pinſendo. Hinc & locupletes dicebāt loci: hoc eſt agri plenos. Et nō modo p̄ diuite. & loca multa poſſidenti: verū etiam pro firmo certoq̄ ad quālibet rem ponitur. Cic. lib. iii. off. Accedit eos teſtis locuples poſſidonius. Poſſet tamen pro bono & magnæ auctoritatis capi & forte rectiꝰ quēadmodū & illud. in eodē li. cōparatiue poſitum Quē enim locupletiorē querimus q̄ principē popu li romani qui retinēdi officii cauſa cruciatū ſubierit vltro?

¶ Locupleto. as. pe. cor. locis & poſſeſſionib⁹ quēpiam diuitē facio q̄is etiam ad oſa ſicut dito capi poſſit vt cū quis opibus rebuſq̄ etiā incorporeis ditatur. Colu. lib. iii. Vt ante perpenſum & exploratū habeamus vt locupletet patrē familiæ vincatū cultus Plau. Viſus eſt paterna hęreditate locupletarier Huius cōpoſitū eſt Collocupleto. quod ſignificat valde dito Ter. in heau. Vbinā eſt fides dū ego propter te errās patria careo demēs tu interea loci collocupletaſti antiphila te.

¶ Loco locas pono cōſtituo. Liu. li. i. Caſtra abvt be haud plus quinq̄ milia paſſuū locant. Virg. Hic alta theatri fundamēta locant. Interdū locare eſt reponere. Plau. Dum aulā domi locatā perquirit: ablatam reperit. Interdū nuptui tradere. Ter. in phor. Quæſo q̄ ſi filiā ſuam vnicā locaret. Hinc Illocabilis. q̄ tradi viro nō poteſt. Plau. Virginē habeo grādem dote caſſam atq̄ illocabilē. Interdū affictare: ad appenſionē dare vel ad vecturā ſeu ad operā faciendā. Et tunc cui quid locatur in datiuo poniſ & pretiū in ablatiuo: vt ſex nūmis aureis operam vel domū tibi meā locaui: vel equū annū totū. Aliquādo etiā in accuſatiuo cū p̄poſitione ad: ſi rei nō homini locatio fiat. Plau. i tri. Ego huic diei nomē trinūmo faciā. nam operam meā tribus nūmis ego locaui ad artes nugatorias. Sine pretio aūt expreſſo ſed cū datiuo homini. Cice. in Ver. Senonis Menonini nobiliſſimi hois vxoris fundus erat colono locatus Sulp. Cice. Poſtea q̄ curauimus vt idē athenięſes in eodem loco monumētū ei marmoreū faciendum locarent ideſt cōcederet pro loco. Huius verbi cōpoſita ſūt. Abloco: quod eſt aliis loco affecto. Sue. in Vitel. Satis cōſtat exituro viaticū defuiſſe tāta egeſtate rei familiaris vt vxore ac liberis quos romæ relinquebat meritorio cœnaculo abditis domū in reliquā partē anni ablocaret. Colloco ſimul loco. Eloco extra loco: vt cum iumentū vel boues extra locare ſolent agricolæ. & agrū frumētarū inde male curant. Quod Columella lib. i. tangit cum inquit. Et maxime vexant ſecundū qui boues elocant. eoſq̄ vt cætera male paſcunt nec induſtria terram vertūt. Et habent pe. cor.

¶ Locito. as. pe. cor. frequētatiuū formatū. a ſupino a in i mutata. Teren. in adel. Agelli eſt hic ſub vt be paululū quod locitas: huic demus qui fruatur.

¶ Locatarius: qui domū aut fundū aliud ve ſimile in locationem conducit.

¶ Locuſtę ſunt aīalia parua infirmas habētia alas vt inquit Hiero. q̄ quidē de terra conſurgētia altius nō valent auolare vt plus ſint q̄ reptilia & tamē auibus nō æquētur. Dictæ locuſtæ a locis vrendis obiacturam quā merſibus afferunt tactu multa vrētes morſu vero omnia erodentes vel a loco & ſto ſtas. vel a longis haſtis tibiarū & crurū quaſi græci ακρα τοῦ vocent. Has. parthi in cibo ſumūt. Et diuus domini pręcurſor ioānes locuſtis vixiſſe ſcribitur ſed contra obſtinatos licet ſciam magnos viros aliter ſcribere: hoc non me fallit. q̄ locuſtis pratorum veſceretur audiāt etiam grammaticos. Nic. perottus grandi vir auctoritate longā facit diſputationem:

ſed carptim dicit in|india naſci longitudine triũ pe
dum:quarũ cruribus cũ aruerint vtũtur ꝑ ferris: in
cyrenaica lex eſt: vt ter in anno debellent. in ſyria
quoq; eas necari militari imperio mos eſt. nefas eſt
credere diuũ Ioannẽ:quẽ regis noſtri dei præcuſo=
rem merito vocãt:hui⁹ cibi impunitate vſum in ere
mo fuiſſe:crudeli cibo:& venenoſo: ſed de græcis
ſunt iſti auctores celeberrimi Eudemus rhetor:hel=
ladius:Eugenius: Zoſimus: Cæcilius: Lõginus:
Lupcus: Iuſtinus:Pachatus: Pamphilus: Zopy=
riõ:tandẽ & Suidas oĩm cõgregator ita ſcribit græ
ce ακριδοσ ζωυφιου ηστιε δε ακριδασο
τροδρομοσ και μελι ατριον οτερ ατο τωρ
δενδρων επιουγατομενον. μαννα τοισ πολ=
λοισ προσατορευεται Iſaaci⁹ etiã interpres pro
fuſus Nicandri dicit aĩal eſſe venenoſũ Ply.lib. ix.
dicit locuſtas eſſe piſces:atq; beatus Aug.li.x. cõ=
feſſionũ ait ioannẽ aĩalibus hoc eſt locuſtis in eſcã
cedẽtibus nõ fuiſſe pollutũ. ſed quid reſpõdebũt ſã
ctę matri eccleſiæ ſ inſurgent ne tanq̃ corybãtes: q̃
cantat:& publice ſolẽnizat. Prębuit hirtũ tegimen
camelus artubus ſacris trophęũ bidentes: cui latex
hauſtũ ſatiata paſtum mella locuſtis: vbi illud locu
ſtis intelligendũ eſt vt ait ibi Suidas: ideo cõcludẽ=
dũ eſt nõ ſolũmodo mãna intelligi oportere: verũ
etiã ſummitates oĩm germinãtiũ: vt ſunt etiã cora
lia roſarũ ſylueſtriũ: & ſpinarũ: ſed cauſa iſtius erro
ris fuit: qm̃ iſta dictio ακρισ ακριδοσ duo ſignifi=
cet & locuſtã vermẽ venenoſum/qm̃ ſũmitates cor
rodat: quẽ deus aliq̃ iratus mittit contra populos
& nationes: ſignificet etiã corculũ germinãtiũ. i. ip
ſa germina. An igitur fas dicere virũ tam ſanctũ/tã
gratũ deo comedere vermes miſſos cõtra inimicos
dei:& quare nõ comedit etiam muſcas: & tabanos
miſſos cõtra pharaonẽ? ſed tpe hyemis vbi erãt lo
cuſtæ ſ aliuerãt ne? Immo aliqui medici interp̃tan
tur eſſe rapũculos. & alii doctiſſimi poma ſylueſtria
ſed tã ſancto hoi pium eſt credere mãna pro libito
cælũ fluere: vt tam precioſũ: & tã diuinũ corpus ſuſ
tẽtaret: q̃uis Ply.lib.xi.cap.xxix. ait parthis & hæ
in cibo gratę. Sed talia monſtroſa ſunt. ꝙ etiã indi
comedãt: nõ eſt mirũ: ſi quidẽ comedunt etiã hoies
quos ex finitimis regionib⁹ venant Locuſta quoq;
venefica næroni grata ex Gallis euocata: de qua
apud Iuue. Dion græcus hiſtoricus λοκουσταν τι=
να φαρμακιδα τεριβοητον αρτι τωτινα μετε=
τεμψατο και φαρμακοτι αφυκτον τροκατα
σκευασαεσ τιγατων καλουμεγων μυκητων
αγεβαλε και μεγ αυτη εκτων αλλων ητθιεγ.
Locuſta etiam piſcis eſt ex genere cruſtaceorũ cor=
pore longo cornua ante oculos bina longa & aſpe
ra habet dictus a ſimilitudine terreſtris.

¶ Locutulei: ſunt hoĩes in verba prouecti & blate
rones & linguaces quorum lingua tam prodiga in
frenisq; eſt vt teterrima quadã colluuione verborũ
fluat ſemper & æſtuet.

¶ Locrus: vrbs ab Aiace oileo & naritiis qui cũ ſe=
cuti ſunt cõdita apud locrinũ montẽ qui eſt in bruti
is ad extremũ italiæ oppoſitus peloro. Virgi. Illic
naritij poſuerũt mœnia locri. Inde locrenſes quo=
rum rex fuit ipſe Aiax oile⁹. hi Epizephyrii cogno
minati ſunt a zephyrio pro montorio cui iminent.
Auctor eſt Ply. a locris incipere italiæ frontẽ q̃ ma
gna græcia appellata eſt. Alii ſũt locri in græcia co=
gnominati ozolæ a malo odore. Alii Opõtii bœo

tiis finitimi qui & Epicnudii dicti ſunt.

¶ Lodex. ſcis pe. pro. lecti veſtis & operimentũ ſi=
ue linteolus quo in lecto vtimur & frequẽter lauatur
Vñ a polluendo lodices appellatas nõnulli putant
Iuu. Modo ſub lodice relictis vteris in turba. huius
diminutiuũ eſt Lodicula Sue. in Aug. Ita vt extre=
mis ſpaciis ſubſultim decurreret ſeſtertio vel lodi=
cula inuolutum.

¶ Logos apud græcos modo ſermonẽ ſignificat
mõ verbũ modo rationẽ. Hier. ad paulinũ. Logos
græce multa ſignificat. Nã & verbũ ẽ & ratio. & ſup=
putatio & cauſa vniuſcuiuſq; rei ꝑ quã ſũt ſingula q̃
ſubſiſtũt. Au. li. cõtra hereſes. Hermes q latine dicit
Mercurius ſcripſit librũ qui logos τελειοσ. appel=
letur. i. verbũ pfectũ. Apud nos qñq; pro dicto ridi
culo ac cõtẽnendo ſumit. Ci. pro Gallo. Ego te cer
to ſcio oẽs logos qui ludi dicti ſunt aĩaduertiſſe. A
logos fiũt Catalogus. Epilogus. dialogus Elogiũ
analogia & prope infinita alia. & Logica.

¶ Logica latine rationalis. Nã græci λογικον. ratio
nale dicũt. Hæc rationalis philoſophia dicit q̃ pro
prietates verborũ exigit & ſtructurã & argumenta=
tiones ne ꝑ vero falſũ ſurrepat. Boet. in cõmẽ. top.
Hæc eſt inquit diſciplina quaſi differẽdi quędã ma=
giſtra quam logicen veteres peripatetici appellaue
runt. cõtinens in ſe inueniendi iudicãdiq; peritiam.

¶ Logiſtoricus. cõtexens rationes cõputus & mo=
dos hiſtoriarũ. ſiue hiſtorice ſermocinãs de liberali
bus ſciẽtiis. Quo noĩe dictus eſt quidã liber Varr.
Vñ. Sidonius ad namatiũ. Varronẽ logiſtoricũ ſi=
cut popoſceras & Euſebiũ chronographũ miſi.

¶ Loligo. pe. pro. genus piſcis quaſi voligo ſecun
dum Var. Volitat. n. hic piſcis extra aquã ſe efferẽs
hic caput inter pedes & ventrẽ habet: quẽ nũc vul=
go Calamariũ vocãt a thecæ calamariæ ſimilitudi=
ne. Habet. n. oſſicula duo quaſi cultrũ & calamũ &
cruorẽ nigrũ atramẽti modo cũ externe albus & cũ
a volo as. habẽte pe. cor. deſcendat loligo: aũt pro
ductã habeat: in metro per duplex. ll. ſcribendũ pu
to. hor. in ſer. Hic nigrę ſuccus lolliginis. Huius di=
minutiuũ eſt Lolliguncula. Plau. Emitto ſepiolas
lolligunculas.

¶ Loliũ: herbę genus. alio noĩe zizania. Hor. Eſſet
ador loliũq; meliora relinquẽs. Hinc Loliarius. a.
um. Col. li. ix. Cribro viciario vel loliario qui iam
fuerit in vſu pulli ſuperponatur.

¶ Lomentũ: græci λειωμα. vocant qđ tritũ pro=
prie ſignificat. Ply. li. xxxiii. Subtiliſſimũ gen⁹ lo=
menti quidã vocãt quinis aſſibus æſtimatũ.

¶ Lombardia. regio italię a longobardis dicta quę
ciſalpina gallia vocabatur. Eius fines ſunt Apeni=
nus & alpes & quicquid intra alpes bænacũq; atq;
Mintiũ amnẽ continetur. cuius metropolis eſt Me=
diolanũ a populis qui lingones germaniæ & bardi
galliarũ ſunt ſimul miſti nõ autem a longis barbis:
vt ſolent viri docti ridere.

¶ Longus proprie porrectus. Virgil. Stant longis
innixi haſtis & ſcuta tenẽtes. Per tranſlationẽ quã=
doq; ponit pro diuturno. Idẽ. Et longũ androma=
che teſtant amorẽ. Quãdoq; pro magno Vñ lõgio
res dies maiores dicimus. Q ñq; pro pnicioſo. Idẽ
Infœlix dido longũq; bibebat amorẽ. Et lõgũ ad=
uerbialiter. quod ſignificat lõgo tẽpore. Mar. Vtq;
tuis longũ dominũſq; puerq; fruãtur munerib⁹. A
longus fiũt cõpoſita oblongus. & Prelongus.

¶ Longe aduerbiũ pro longitudine tam tẽporis q̃ loci. vt cũ dicimus lõge lateq; diſcurrit. Interdũ ſignificat valde. Sal. longe mihi aliena mens eſt. Interdũ præcipue. Cice. Illud hoi longe optimũ eſſe. Huius cõpoſita ſunt Alonge & delõge q̃ habent accentum in prima. Longe gentiũ. ſignificat lõge. ſicut nuſq̃ gentiũ nuſq̃ locorũ.

¶ Longæuus. a. um. cũ diph. qđ eſt longi æui. Vir. Quẽ tibi longæuo ſerũ lauinia cõiunx educet ſiluis Cic. in Cato. Omiſerũ ſenẽ qui mortẽ contẽnendã in tam longęua ætate nõ viderit. Hinc Longęuitas ελληγστι δε αἰωρ ωγοσ λεγεται.

¶ Longanimis pe. cor. qui eſt perſeuerantis animi æquanimiter tolerans. A quo Lõganimitas pro tolerantia. Hier. Longanimitas q̃ alibi ſuſtentatio dicitur: videtur a patiẽtia differre quia qui infirmitate magis q̃ proposito delinquunt ſuſtentari per longanimitatẽ dicũtur. Qui vero pertinaci mẽte exultant in delictis ſuis ferri patienter dicendi ſunt. Patientia ergo eſt qua per ſuperbiam & procari mente peccantem nõ ſtatim punit deus Longanimitas eſt qua per infirmitatem & nõ deliberati animi malitiam peccantes diu portat.

¶ Longitudo: prolixitas: vt longitudo dierũ in dextera illius.

¶ Lõginquus. a. um. qđ eſt remotũ diſtans. Ci. M. Cato. Non dubito quid p̃ſentes cenſeãt. nos quidẽ longinqui & a te ipſo miſſi in vltimas gentes.

¶ Longo. as. q̃ uis nõ ſit in vſu. habet tamen cõpoſita in frequenti vſurpatione habita. q̃ ſunt elongo & prolongo qđ eſt protraho. Plau. Quę mihi anus prolongat promiſſa.

¶ Longiſco longus fio. Ennius. Neq; corpora firma longiſcũt quicq̃.

¶ Longurio. idẽ quod lõgus. Var. Hic qui ante me eſt neſcio quis longurio.

¶ Longurius apud Var. pertica longior. Qui. li. i. de re ruſ. ait. Secunda ſepes eſt ex agreſti ligno ſed non viuit. Fit aũt palis ſtatutis crebris ac virgultis implicitis aut latis pforatis & per ea foramina traiectis lõgurijs ferreis binis aut ternis aut ex arboribus trũcis demiſſis in terrã deinceps cõſtitutis. Idẽ libr. ii. Itaq; in ſtabulis oportet clauſa habere oſtia ac feneſtras & inter ſingulas a p̃ſæpibus interiicere lõgurios q ea diſcernãt ne inter ſe pugnare poſſint

¶ Longanon: rectũ inteſtinũ dicitur quo aluũ purgamus. ſic dictũ quia in longũ ptenditur & non eſt ita orbibus implicitũ. ſicut inteſtinũ tenue. Apicius. Longanones porcinos exture tarẽtino farſos cũctos conciſos in cinere pullorũ.

¶ Longobardi populi Germaniæ quos a longis barbis cognominatos ferunt & ab oceano germaniæq; vltimis oris veniſſe nouas ſedes q̃rentes hi. Albuino duce italiam intrauere: breuiq; oẽs pœne citerioris gallię vrbes cepere. ibi cũ ducentis annis regnaſſent. a carolo magno ſupati fuerũt ſed tñ vt diximus vt celtiberi ex celtis & iberis fuit vna natio ita lingones pplĩ germanię & bardi galliarũ populi facta vnione gentẽ vnã & vnũ nomen admiſcuerũt: & ideo Põticus vir doctus noſtri tẽporis lingobardos appellat nõ aũt lõgobardos quãtis aũt probationibus prodeat ille vir ſcrupuloſus alii viderĩt.

¶ Lopades: genus conchę marinæ. Plau. in para. Medico addite lopades echinos oſtreas.

¶ Loquor. eris. locutus. per. c. ſecũdũ Priſ. proprie ſignificat verba profero. Differũt aũt ab inuicem. Loqui & dicere q; loqui ſit a natura: dicere elegãter & facunde. Cũpoſita verbi loquor. ſunt. Alloquor ad aliquẽ loquor. Cic. Cũ pridie eius diei eũ allocutus fuiſſem. Alloquimur etiã ea q̃ aut ſũmo affectu aut extremo periculo narramus. Vir. Extremũ qđ te alloquor. Ouid. Nec q̃a te noſtra ſperẽ prece poſſe moueri alloquor Hinc Alloquiũ. Amb. li. Hexa Dixit deus nõ vt per vocis organa quidã ſonus ſermonis exiret: nec vt linguę motus cęleſte formaret alloquiũ. Colloquor ſimul loquor. a quo Colloquium pro confabulatione. cũ veniũt in vnũ locũ loquendi cauſa. & collocutores qui ſimul loquuntur. Circũloquor per circuitũ quendam declaro. A quo circũlocutio quã græci periodon vocant: vt ſi elephanti dentem pro ebore dicamus. Eloquor a quo Eloquiũ. Deloquor quod eſt de aliquo loco dẽputato loquor. Var. Hic dicũtur eloquiũ ac reliqui in fanis ſabinis e cella dei qui deloquũtur. Interloquor. Obloquor. Præloquor anteloquor. Lact. libr. iiii. Daniel quoq; ſimilia p̃locutus eſt. Perloquor perfecte loquor & ſermonẽ perficio. Et habent pen. cor.

¶ Locutor ſeu loquutor. q nimiũ loquit. Gel. Qui ſunt leues & futiles & importuni loquutores.

¶ Loquela: verbũ quod in loquẽdo proferimus.

¶ Loquentia & loquiũ q̃uis a loquor deducantur: nõ tamen eis vtimur niſi in compoſitione vt breui loquentia breuiloquiũ: multiloquẽtia multiloquiũ magniloquẽtia: magniloquiũ. Similiter magniloquus multiloquus ſtultiloquus blãdiloqu⁹ & huiuſmodi q̃ habẽt pe. cor. Anteloquiũ primus loquẽdi locus: ſeu principatus loquẽdi. Soliloquiũ qđ ſignificat illius qui contẽplãdo ſolus ipſe ſecũ loquitur.

¶ Loquax verboſus garrul⁹. Vñ corui: & aliæ aues quę humanã vocem imitantur: loquaces dicuntur. Hinc comperatiuũ loquacior & ſuperlatiuum loquacißimus. Loquacitas naturalis loquẽdi abundãtia Cic. Torquato. Facit autẽ non loquacitas mea ſed beniuolentia longiores epiſtolas. Accipitur etiam pro ſtulta & inani loquendi copia.

¶ Loquacito. as. multũ loquor. Hie. Si quãdo mulierculæ de diuitiis propriis de filis: de veſtibus de mundi vanitatibus garrulando loquacitent: vt moris eſt eis frangãtur.

¶ Lora ſiue lorea gen⁹ potionis eſt quã græci Deutertã appellant quaſi ſecundariam veluti apud nos tertiaria per vini caritatẽ. Nam δευτερον apud græcos ſecundũ dicit. Fit ex maceratis aqua vinaceis poſt muſtũ acinis expreſſum. Non poteſt iure vocari vinũ q̃uis inter vina operaria numeretur. Tria eorũ genera. Primũ decima parte aquæ quaſi muſti expreſſa ſit & ita nocte & die madefactis vinaceis: rurſuſq; prælo ſubiectis. Secundũ tertia parte eius quod expreſſum ſit addita aquæ expreſſoq; decocto ad tertias partes. Tertiũ fæcibus vini expreſſũ quod fæcatum Cato appellat. Var. de vi. pa. Antiquæ mulieres maiores natu bibebant loram. Dicta lora quaſi lota acina. Hæc etiã lenia tenuia vina dicũtur. Ply. lib. xxiii. ait leniſſimũ vinũ celerrime inueterari. Idẽ ſcribit tenue vinũ minus alere magis ſtomachũ nutrire. Cato fęcatũ appellat quod fæcibus vini exp̃ſſum eſt. Vinũ aqua miſceri Staphili⁹ primus inuenit. Dilutũ quoq; vinũ dicit aquatum.

¶ Lorũ prima pro. Nam lora habet o cor. proprie ſignificat corrigiã ex corio: & græcũ ἐλωρον. Vñ

ponit pro cingulo. Poetę baltheū Veneris qui Cestus dicitur lorū appellant. Lora etiā habenas vocamus & retinacula iumentorū: zonas quoq; ac volumina ex corio bubalo q̄bus pugiles vtebātur. Præterea quæcūq; ligamina lora dici possunt & loramēta ligamenta etiā quę ex talibus fiūt. Gel. Postea videbamus Androdū & leonē loro tenui reuinctū vbe tota circū tabernas ire. Hiero. Loramēto ligneo circūdatū ædificii fundumētū, nō dissolueret. ab hoc lorū etiā pro corigia accipitur qua homines verberantur. Do. Lora apud veteres laura dicebantur: a laura triūphorū sub qua mos erat captiuos vinciri ducique per pōpam. Ideo aūt vt conditionis reminiscantur loris cædūtur. Vnde lorarii dicebantur qui in scænicis fabulis parebāt iis qui ludis erant præfecti: & vel vinciebant vel cædebant quos iussi erant vincire vel cædere. Tortores quoq; lorarios vocatos inuenimus. Gel. Itaq; hi sequebant magistratū tanq̄ in scęnicis fabulis qui dicebātur lorarii. Itēlora dicūtur corrigiæ quibus lecti & sellę instruūtur super quibus tomenta vel culcitrę imponuntur. Mar. Nouis linteis loriscq;. Hinc etiā funiculus aureus argenteusve qui collo gestari solet lorū appellatur.

¶ Lorarii Vide in dictione Lorum.

¶ Lorica pe. pro. a loro fit & est munimentū corporis: quale in imperatorū antiq̄s statuis videmus galoris alligatata sit. Quod si sit i numine: Aegis idis dicit. Habetq; in medio caput meduſæ. Nam vt interpretat Var. E loris de corio crudo pectoralia antiqui faciebant. Proprie vulgariter dicuntur bardæ vt sunt equorū: & scuta græcorū non aūt sunt quas vulgo panzerias vocāt: quoniā postea Galli succuderūt e ferro sub id vocabulū ex annulis ferreā tunicam. Lorica in ædificiis est quoddā quasi sæpimentum & veluti peribolus quę nos tuet a lapsu.

¶ Lorico as. loricam induo. Vñ loricatus lorica indutus. Ply. Mox vbi pluribus eodē modo se coriis loricauit in dimicationē pergit. Loricatio apud iurisconsultos accipitur pro ornatu domus speciosoac veluti tectorio q̄ impensæ sunt voluptariæ. Huius verbi cōpositū est dilorico de quo alibi.

¶ Loricula dimi. a lorica quod etiā in re militari significat præsidiū obsidentiū. Solent. n. obsessores vltra teli iactū fossam facere quā nō solum vallo & sudibus sed etiā turriculis instruūt: vt erūpentibus ex ciuitate possint obsistere Quod opus loriculam vocant vt est apud Vegetium & Cæsarem.

¶ Loripes edis. pen. cor. qui pedē in modū lori tortum habet. Iuue. Loripedē rectus derideat ęthiopē albus. i. qui quasi loro pedē ligatū habet claudus natura vel casu factus.

¶ Lotium: vrina a diluēdis corporibus appellatū Est enī totius corporis locio sicut vrina ab vrinor verbo descendit. Sue. Reprehendēti filio tito q̄ & vtinę vectigal cōmentus esset: pecunia ex prima pēsione admouit ad nares scisscitās num odore offenderetur. At illo negāte. At qui inquit e lotio est.

¶ Lotos & lotis idis. ppriū nomē nymphę neptuni filiæ: quę priapū fugiēs in arborē sui nominis cōuersa est. Ouid. li. x. meta. Amnicolæq; simul salices & aquatica lotos. Hæc arbor vt scribit Ply. insignis est in Africa quā vocāt celtim tam dulci cibo: nam myrthi modo bacchas fert: vt nomēctiā gēti terręq; dederit nimis hospitali aduenarū obliuione patriæ. Ligno color niger ad tibiarū cantus expetitur. Quare & a poetis pro tibia ponit. Quidā arbitrantur esse eam arborē quā romani Viscium dicūt. Est etiā eodē noie herba in ægypto: quā Homerus inter hærbas subnascentes deorū voluptati primā nominauit. Hæc recedētibus aquis nili prouenit fimilis fabæ: in cuius capite fructus est papaueri simi lis intus grana ceu miliū ex quo incolæ faciūt panē Vñ Ply. li. xxii. Qui arborē tantū lotū putant Homero auctore argui possunt Ab hac fata fit latome tra ex cui⁹ semine simillimo porri fiūt panes in ęgypto a pastorib⁹: maxīe aqua vel lacte subacto. Est & alia lotos quā miti trifoliū dicūt Item alia lotos agrestis in libya hasta duobus cubitis longa ramos plurimos proferens. Quidā etiā loton miliū vocant.

¶ Lotophagi populi in Aphrica: apud Syrtes a loto nomē sortiti qui ex loto arbore vīctitāt cuius fructus sunt magnitudine fabæ colore croci quorū cibus tam dulcis est vt aduenis incutiat patriæ oblitionē. Vñ cū Vlyssis socii delati fuissent in Aphricam & gustassent vix inde abducti fūt Home. li. viii odys. ουδε αρα λωτοφαγοι μιμνοῦθε εταροισιν ολεθρον ημετεροισ αλλασφιδος αν λωτοιο τωγε σασθαι τῶν δε οστις λωτοιο φαγοι μελιηδεα καρπον εδοι ουκ ετι αγγελιαι τε παλιν νοστου τε λαθεσθε.

¶ Lubricus a. um. pe. cor. quasi labricus: proprie lubricus locus dicit in quo quis nequit cōsistere qualis est terra glaciata. Virgi. Lubrica conuoluit sublato pectore terga. Et sese opposuit salio per lubrica surgens. Inde figurate adolescētia lubrica dicit quę facile labit. Lubricos oculos dixit Cicer. i. mobiles sicut dicit pes lubricus q̄ est in lubrico. Piscis lubricus dicitur qui labitur cū tenetur.

¶ Lubrico as. lubricū facio. Iuue. Qui lacædemonio pituīmate lubricat orbem.

¶ Lucæ boues: siue lucanæ boues dicti sūt Elephāti. Vide in dictione Elephas.

¶ Luca: ciuitas thusciæ: a qua lucenses dicunt q̄ in ea habitant: aut qui in ea orti sunt.

¶ Lucani populi dicti sūt q̄ ea regio sita est ad partem stellę luciferę: vel q̄ loca ętherea sint. i. multę lucis. Vel a Lucilio duce: vel q̄ primitus in luco consederint. Hi inter calabros & apulos siti sunt & a sabinis orti. Eorū regio lucania: quæ nūc principat⁹ dicitur. In ea est pestum oppidū & Elea vrbs. Lucania & petilis metropolis. Hor. Lucanus an appul⁹ anceps. Est & Lucanus a. um. quod ad lucē pertinet a quo antelucanus a. um. Anteluco & antelucor.

¶ Lucanus nomen propriū poetæ.

¶ Lucanica genus farciminis ex porcinis carnib⁹ a lucanis populis primū inuēta. Mar. Filia picenæ venio lucanica porcæ. Pultibus hinc niueis grata corona datur.

¶ Lucē claritatē esse nemo est qui dubitet. Quoniam aūt dies clara est: quē admodū nox obscura: ponitur quandoq; lux pro die & nox pro tenebris: q̄uis prima luce & primis tenebris: nō primā partem diei ac noctis significat. Prima vero die p̄ tota non pro diei parte. Gel. Alia luce orta auis in pastū profecta est. Inuenit etiā luci aduerbialiter positū sicut Vesperi. Cic. in Anto. Quis. n. audeat luci & in militari via. græcum est λυξ λυκοσ ενδεν και λυκοσ λεγεται οτι εν τη νυκτι λυκοσ ουκεν δειται. A lu-

ce fit lucanus a.um & antelucan⁹ a.um. quod eſt an te lucis tempus: & ſublucan⁹ ſub lucis tẽpore. Ply. lib. xi. Nec oĩo prius vergiliarũ exortu ſublucanis temporibus. Lux autẽ ἀπο τησ λυκυσ dicta eſt λυκυ. n. veteres græci appellãt primã lucem quæ præcedit ſolis exortum.

¶ Luceo es. xi. ſplendeo. Cuius cõpoſita ſunt. Al luceo ad aliquid ſeu iuxta aliquid luceo. Colluceo ſi mul ſeu totus luceo. Ply lib. x. Inuſitata genera ali tum accepimus quarũ plumę igniũ modo ꝯlucea ant noctibus. Diluceo diſtincte luceo. Gel. li. ii. Cõ tra vero qui in ſex horis poſtertoribus naſcit eo die videri natũ qui poſt eã noctẽ diluxerit. Eluceo ex tra ſiue multũ luceo. Lact. li. vii. Quis tam cęcus vt exiſtimet ſine cauſa eſſe facta in quibus mira diſpo ſitio, prudentiſſimę rationis elucet. Aug. lib. i. con. Hinc ſatis elucet maiorẽ habere vim ad viſendũ li berã curioſitatẽ q̃ meticuloſã neceſſitatẽ. i. clarũ eẽ Illuceo lucidus ſum. Sed ad diẽ ptinet. Liui. Vbi il luxit cepere claſſem. Sed hic magis eſt ab illuceſco Plau. in Cap. At pol te ſi hic ſapiat ſenex atra pix agitet apud carnificẽ tuo quę capiti illuceat. Idẽ in Am. Nũc te inquit quę manſiſti mitto vt cedas di ei vt mortalibus illuceſcas clara & candida. Inter dum illuceſcere eſt illuminare & ſplendentem face re. Lac. li. vii. Qui ſolem cũ cæteris ſyderibus illu xit. Interluceo in medio luceo. Cic. li. iii. ad Heren. Præterea diſſimiles forma atq; natura loci cõparan di ſunt vt diſtincti interlucere poſſint. Sed hic inter lucere quaſi internoſci eſt. Pelluceo per mediũ trã luceo. Quint. Sed vt inter ſe vincti atq; ita coeun tes ne commiſſura pelluceat. Huius ſignificationis eſt perluceo: & tranſluceo. Senec. de tranquillitate. Quid perlucentes ad vnũ aquas & circũfluentes cõ uiuia? Cic. lib. ii. offi. Quaſi perlucet ex his quas cõ memoraui virtutibus. Col. li. v. Vt nullo loco trã luceat. Polluceo de quo alibi. Præluceo anteluceo. Cice. Ego meis maiorib⁹ virtute prẽluxi. Relucco. Virg. lib. ii. Sigæa igni freta lata relucẽt. Subluceo aliquantum luceo. Ouid. de meridie. Qualia ſubluc cent fugiente crepuſcula phœbo: aut vbi nox abiit nec tamen orta dies.

¶ Luceſcere eſt clarũ fieri Plau. in am. Tempus eſt: extre ex vrbe: priuſq̃ luceſcat volo.

¶ Lucidus a.um. quod eſt clarũ perſpicuum: a quo perlucidus & Tranſlucidus. Quintil. lib. viii. Simi liter illa tranſlucida & verſicolor quorũdã elocutio res ipſas effœminat.

¶ Lucido as. lucidũ facio: illuſtro a quo Dilucido. quod eſt declaro: ſeu diuerſis modis clarum facio. Cic. lib. iii. ad herẽ. Nam quod in dicẽdo rei dilucidandę & magnificãdę cauſa dolũ appellauimus: id in dicendo honeſtius conſiliũ appellabimus. Eluci do: extra ſeu multũ lucido.

¶ Lucifico as. pe. cor. idẽ quod lucido. a quo Eluci fico Nonius. Elucificare luci dare: dictũ a luce. La berius. Si cito fulgentis ſplẽdore pecunię volo elu cificare exitum ætatis meæ.

¶ Lucifuga. pe. cor. qui fugit lucem.

¶ Lucifer pe. cor. ſtella Veneris cũ ante graditur ſo lem cũ ſubſequitur heſperus.

¶ Lucerna. a luceo. Græce Lychnus vocatur: cuiꝰ prima corripitur cũ tamẽ in Luceo producat. Iuue. Diſpoſitæ pinguẽ nebulã vo. nuere lucernæ. Lucer narũ vſum primi ægyptii mõſtrauere: vt auctor eſt Euſe. li. x. præparationis.

¶ Lucernarius qui lucernã fert. Lucernula dimin.

¶ Lucens quod aliũde lucẽ habet. Virg. Lucentẽq; globũ lunę. Lucibile quod per ſe lucet.

¶ Lucetius dictus eſt Iupiter a luce quã prẽſtare ho minibus putabatur.

¶ Lucina. pe. pro. q̃ partui prẽeſt q; partũ ferat in lucẽ. Ply. putat lucinã dici q; oculis pſit & luci. Sũt qui a luco deducãt qui romę Iunonι ſacer eſt in ex quiliis. Ouid. lib. ii. faſ. Gratia lucinę dedit hæc tibi noĩa lucus Aut quia principiũ tu dea lucis habes.

¶ Lucius prẽnomẽ eius qui primꝰ ita vocatus: qa oriente luce natus eſt. Sic lucia nomẽ mulieris. pe. cor. proferri debet: cõtra cõmunẽ vſum.

¶ Lucilius & lucullus noĩa propria a luce deducta.

¶ Luculẽtus. a.um. qđ eſt luce plenũ ſplẽdẽs. Plau. in cor. Pulchrũ & luculentũ hoc nobis hodie euenit prẽliũ. Sal. Tũ. M. Tullius orationẽ habuit luculẽ tam & vtilẽ reip. Hinc aduerbiũ Luculenter clare & ſplẽdide. Hier. De quorũ vitis motibuſq; mirificis quę luculẽter ipſe cõſpexi libellũ ipſe cõpegi.

¶ Lucubro. as. pe. cor. vigilo: & ad lucernã aliquid cõpono. Vñ Lucubratio vigilia & opus quod lucu brando fit. Var. de orig. Non ſolum ad Ariſtopha nis lucernã ſed etiam ad cleantis lucubraui. Liui. li. i. Sed nocte Soram deditã lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædiũ ſedentẽ inuenit. Hie. in pro logo Iudith. Huic vnã lucubratiũculam dedi. Sũt & lucubrationes ruſticanę veſpertina & antelucana quando a veſpere & ante lucem cõficiunt intra vil lam opera rei villaticæ conducibilia. Col. li. xii. Itẽ ad lucubrationẽ veſpertinã palos decẽ: vel ridicas quinq; conficere: totidemq; per antelucanam lucu brationem.

¶ Lucus nemus arboribus denſum deo ſacratum a lu ceo per antiphraſim dictũ eo q; non luceat quoniã cũ nullę illic arbores propter religionẽ cæderentur opacus & ſine luce erat. Sũt alii: qui nõ per cõtrari um deducãt ſed ꝓpter lumina crebra ſacrificiorũ q̃ ibi nocturno tẽpore fiebãt Dicit etiã Lucus us. pro luce. Terẽ. Cũ primo lucu. i. prima luce & cũ primũ ſol illuceſcet. Lucus martis dictus eſt in quo Mars illã veſtalẽ virginẽ cõpreſſit: vt eſt apud Iuſtinũ & Plutar. Luculus & lucellus diminutiua ſunt.

¶ Luco. as. licet nõ ſit in vſu: a luco ſiue a luce fieri puto. Cuius cõpoſita ſũt. Colluco: quod eſt ramos ſylue decido. Interluco idẽ ſignificat Subluco ſuc cidendo illumino.

¶ Lucar pretiũ quod ex lucis captatur: vel eroga tio quę in lucis fiebat.

¶ Lucaria feſta q̃ in luco romani faciebãt qui ꝑma gnus erat inter viam ſalariã & tyberim pro eo q; vi cti a gallis fugientes e prælio: ibi ſeſe ocultauerant.

¶ Luceria: vrbs Apuliæ: q̃ & Auſonũ colonia fuit

¶ Luceres ſiue Lucerẽſes: tertia pars populi roma ni diſtributa a Tatio & Romulo ſic appellati a Lu cumone ſiue a lucerio ſiue a luco quẽ Aſylum Ro mulus vocauerat.

¶ Lucerius Ardeæ rex qui auxilio fuit Romulo ad uerſus Tatium.

¶ Lucumo proprium viri nomẽ. a quo Lucomedi appellati: qui poſtea lucerẽſes ſunt dicti. Hi fuerunt Thuſci. Var. Dimicantẽ Romulũ contra. T. Tati um a lucumonibus. i. thuſcis auxilia petiiſſe.

¶ Lucrũ a luẽdo ſi amplius exoluerct q̃ quãti eſſet

emptũ. A quo Lucroſus.a.um. plenũ lucro. Ply. li.xviii. Et auctionibus eã adhiberi lucroſũ putant
¶ Lucellũ.diminutiuũ paruũ lucrum. Hor.in Ser. De ſene guſtarit tecũ partita lucellũ.
¶ Lucriones: dicti ſunt qui vndiq; lucrari cupiunt.
¶ Lucrinus.pe.pro.lacus cãpaniæ in ſinu baiano cõtra puteleos propinquus Auerno lacui adeo vt in maximis quandoq; tempeſtatibus coniũgi ſole at. Dictus a lucro propter multitudinẽ piſciũ q ibi capiebãtur. De vtroq; Mar. Dũ modo lucrino modo ſe permittit auerno.
¶ Lucretilis mons in ſabinis.
¶ Lucta conflictus.
¶ Lucto.as.apud antiquos.& Luctor deponẽs. ſignificat cõtra aduerſariũ oi adhita vinitor cõtigo quia in huiuſmodi conatu membra ſoluunt. Virg. Luctantes ventos. Ser. hoc eſt egredi laborantes. Aliquando Luctari eſt lucta ludere. Lact. Ne quando in laqueos & fraudes illius aduerſarii noſtri cũ quo nos de⁹ luctari voluit inciderem⁹. Ter. in ecy. Dicitq; illi annulũ ſeſe dum luctat detraxiſſe. Hinc Luctatio ludus quo alius aliũ nititur in terrã pſternere. Cõpoſita ſunt Colluctor. Luctã. de opi. Nam & ille colluctator & aduerſarius noſter ſcis q̃ ſit aſtutus: idem ipſe violentus. Obluctor acrius cõtra aliquem nitor. Col.li.vii. Sæpe etiã vel grauitate longioris: vel cũ in proſcindendo aut duriori ſolo: aut obuiæ radici obluctatus conuellit armos Reluctor pro repugno. Idem lib.i. Nam cũ veteri aſtruitur recens ædificium quaſi aſſurgenti reluctans oneri cedit. Quintil. Cum a me quidam familiariter poſtularent vt aliquid de ratione dicendi componerẽ diu fum equidem reluctatus.
¶ Luctitor frequentatiuũ. Vñ Priſ. ponit apud veruſtiſſimos luctito pro luctitor inueniri.
¶ Lugeo es.xi.ctum. quaſi luce egeo propter cõtinuũ luctũ. Vel dicitur a luo q̃ luctus vitam hoſis ſoluat. Eſt.n. lugere valde flere. Lact.li.iiii. Quis tam facũdus & tãta rerũ verborũq; copia inſtructus exiſtet? q̃ oratio tanta affluentię vbertate decurrẽs: vt illam crucẽ merito deploret quã mũdus ipſe & tota mũdi elemẽta luxerũt? Eſt & lugere in luctu hoc eſt in lugubri habitu eſſe ex obitu charæ neceſſariæq; perſonę. Vñ Luctus vt Cic.libr.iiii. Tuſ. inquit eſt ægritudo ex eius qui charus fuerat interitu acerbo. Scribit. Dionyſius hali.li.v. Romanas matronas Valeriũ publicolã: Brutũq; luxiſſe annuũ tẽpus de poſitione auri & purpuræ vt eſt illis luctus cõſuetudo in neceſſariorũ cognatorũq; funeribus. Huius verbi cõpoſita. Prolugeo de quo alibi. Elugeo qđ eſt luctũ depono. Vñ Agretius. Eluxit qui luctũ deposuit. Illuxit cũ lumen apparuit. Liui. Quid aliud in luctu q̃ purpurã aut aurum deponunt fœminę? Quid aliud cũ eluxerũt: ſumũt? Aliquãdo Elugere eſt lugendo deflere. Cic. Patriã eluxi iam & grauius & diutius q̃ vlla mater vnicũ filium.
¶ Luctus us. nõ ſolũ ploratio dicit ſed etiã inſigne indicitũq; mœrẽtis ſicut eſt veſtitus niger & pullus. Sępe.n. ipſe habitus? vultuſq; & veſtis luctus dicit. Nã in luctu atrati ſunt purpura auroq; depoſitis: cũ eluxerũt nigrã veſtem exuunt: purpurãq; reſumũt. Antiqui etiã declinabant luctus lucti. Actius. Ceſſo hinc ire & rapere lucti veſtem in lecto cõiugis.
¶ Luctuoſus a um. luctu plenũ. Sal. Virorũ more pugnãtes cruentã atq; luctuoſam victoriã hoſtib⁹ relinquatis. Et luctuoſus dicit qui eſt in luctu
¶ Luctificus a.um.pe.cor. quod luctũ inducit.
¶ Lugubris & hoc lugubre pe.cor. quod ad luctum pertinet: vt veſtis lugubris quę defertur pro morte alicuius chari.
¶ Ludus dicit in factis: iocus in verbis. Et ludus in ſingulari de priuatis & de exercitatione gymnaſtica cũ multotũ conuẽtus ab vno eruditur pręceptore Vñ & pro ſchola & loco ſumit in quo exercentur docenturve. Sic dicimus ludũ palæſtræ: ludũ pilæ: ludũ gladiatoriũ: ludũ muſicũ: ludũ litterariũ. Sue. in Cæſa. Formã qua ludũ gladiatoriũ erat: ædificaturus cõſiderauit. Aſco. Omnẽ ſcholã ludũ dixere romani. Quintil. Quia diutiẽ illũ promiſerã patrẽ in ludũ vęndiderũt tanq̃ decepti hoc eſt gladiatorũ Ci. de ora. Tũ hoc in ludo non pręcipit. Faciles.n. cauſæ ad pueros deferũt. Et ſtatim poſt. Hæc eſt in ludo cauſarũ fere formula. Vbi de grãmatices ludo locutus eſt. Sene. Dionyſius tyrãnus de regno ęiectus ludi magiſter factus eſt. De ludo muſices intelexit. Luſus vero & luſio ad voluptatẽ magis pertinẽt ſine vlla arte & puerorũ proprie dicũtur. Quin. Nihil me luſus offenderit. Et paulopoſt Sũt etiã nõ nulli acuẽdis ingeniis nõ tãtũ inutiles luſus. Ci. Ex multis luſionibus nobis ſenibus talos relinquãt & teſſeras. Vbi de voluptate ſenili locutus eſt. Ponit tamẽ quãdoq; luſus pro ludo: & ludus pro luſu. Similiter luſus p ioco opponit q̃ ſerio: quẽadmodũ & iocus. Ply. iunior Ariſtoni. Quos quãtoſq; auctores ſequar facile impetrari poſſe cõfido vt errare me ſed cũ illis ſinant quoq; non feria modo: verũ luſus etiã exprimere laudabile eſt. Eodẽ mõ ludus. Hor. Sed tamen amoto quęramus ſeria ludo. Ludi vero tantũ plurali numero ſpectacula publica ſignificãt Cic. in Ver. Inter binos ludos. Fuerũtq; apud græcos quattuor ludorũ genera præcipua. i. olympici: phthii: iſthmici: & nemei de q̃bus dictũ eſt in dictione certamẽ. Ludi apud romanos etiã quattuor erãt Megalenſes funebres plebei & apollinares.
¶ Ludi⁹ & ludio pro ioculatore hiſtrione: & ludia p ioculatrice. Mar. Hermes cura laborq; ludiarũ Liui. Acciti ex ethruria Romã ludiões q̃ ad tibicinis modũ ſaltabãt Oui. Ludi⁹ q̃ quatã ter pede pulſat humũ
¶ Ludo is.ſi.ſum. ludum exerceo & cõſtruitur cum ablatiuo. Interdũ etiã cũ accuſatiuo. Sue. de Aug. Aliqñ vt vincat ludit aſſidue aleam. Ter. in Adel. Ita vita eſt hoim quaſi cũ ludas teſſeris. Interdũ ludere eſt deridere. Plau. in Aſi. Nec me cur ludatis ſcire poſſum. Interdũ decipere. Ter. in Adel. Cur non ludo hũc aliquantiſper melius eſt quãdoq; hoc nũq̃ mihi voluit credere. Interdũ iocari vulgo ſcrizare ſolazare. Ply. ad fabiũ. Ludere me putas: ſerio peto. Intellexit.n. ſe non ioco agere ſed ſerio. Terẽ. in Adel. Congrum iſtũ maximũ in aqua ſinito ludere pauliſper. Interdum canere pulſare. Gel. Is optime ludere a magiſtro eius didicerat. Interdũ verſibus ſcribere. Virg. Ludere quę vellem calamo permiſit agreſti. Interdũ amittere. Ter. in phor. In illis fructus eſt in illis opera luditur Vbi notandũ ludo modo actiuum: modo neutrũ eſſe vt ex iis quæ ſcripta ſunt intelligi licet. Compoſita ſunt Alludo: Colludo. Vnde Colluſor ſocius in ludo. Cic. Lenticulam de alea condẽnatũ colluſorẽ ſuum reſtituit. Vir. lib. i. Græ. poſuit pro ſimul mouere. & ępe leuẽ paleam & frondes volitare caducas. Aut ſumma nantes in

aqua colludere plumas. Iurecõſulti Colludere dicũt aliquos: cum diuerſam partem adiuuant: prodita cauſa ſua. Sic em̃ cliẽtẽ ſuũ ſimul cum aduerſario ludunt. i. fallunt ac decipiũt. Deludo derideo decipio Plau. in Aſi. Furcifer etiã me deluſiſti. Idem. Quid me deluditis & nocte excluditis foras? Eludo. Illudo Præludo ãteludo. Ambro. li. i. offi. Qui diſcipli nã bellicam vult aſſequi quotidie exercetur armis: & tanq̃ in procincta politus pręludit prœlium. Hinc præludium quod ꝓprie ſignificat præcentionem: hoc eſt quod ante inchoationem cãtus præmitti ſolet fauoris emerendi gratia. & hæc habent pe. p.

¶ Ludifico as. derideo ſeu per iocũ & ludum fallo. Plau. in Caſ. Iam hic eſt lepide ludificatus. Inuenit̃ etiam ludificor deponẽs. Ter. in Phor. Ergo ſic me ludificamini.

¶ Ludibrium proprie vbi ludimus deridemuſq; & q̃d ludendi cauſa expetimus. Vir. Ne turbata volẽt rapidis ludibria ventis. Vñ haberi aliquid ludibrio dicimus. i. deriſui & contẽptui. Ter. in Ecy. Non ſic ludibrio tuis factis habitus eſſem. Ambr. de agnete ꝑ coitus peccato poſuit cũ ait. Cũ quibus libidinis ſuę ſe poſſe credebat ludibrium exercere.

¶ Ludicrum ſubſtantiuũ dici põt quodcũq; luſoriũ ac ioculare. Liui. li. i. Et cum his creſcẽte in dies grege, iuuenum ſeria ac iocos celebrare iam tum in palatino monte lupercal hoc fuiſſe ludicrum ferunt & a palãteo vrbe archadica palatiũ: deiñ palatinũ mõtem appellatũ. Ibi cuandrũ ex eo genere archadũ q̃ multis añ tẽpeſtatibus tenuerũt loca: ſolẽne allatũ ex archadia inſtituiſſe: vt nudi iuuenes lyciũ pana venerantes per luxũ atq; laſciuiã currerent: quẽ Romani deũ vocauerũt Inniũ. huic deditis ludicro &c.

¶ Ludicrus a. um. Luſorius iocularis leuis. Vir. Ne q̃ leuia aut ludicra petunt̃ p̃mia. Vñ ars ludicra ars hiſtrionica & ſcænica dicit̃. Priſ. Hic & hæc ludicris & hoc ludicre declinat: cum tñ ſic declinando ludicria: non ludicra faceret.

¶ Lues dicitur cũ in vrbe aut in agro febris aliudue morbi genus hoies vel pecora ſiue vtrũq; corripit: interdũ arbores & ſata. Peſtis quæ aut cito occidit: aut cito abit ab eo quem inuaſit.

¶ Lugdunum ciuitas Galliæ apud aquitanam quã Plancus cum Galliam comatam regeret tradit̃ cõdidiſſe. In ea fluunt Liger & Garumna.

¶ Luma genus ſpinæ quæ in pratis naſcit̃ & locis vliginoſis: ſic dicta q̃ agricolæ eam e terra luunt. i. ſoluũt. Hic lumeta loca lumis plena & lumaria falx qua lumeta ſecantur.

¶ Lumbrici vermes terreni a lubricitate dicti.

¶ Lumbus pars corporis qua libido deſignat̃. Sũt enim lumbi a cinctura ad nates: a quibus venereus liquor defluit. Vñ & apud poetas ſumit̃ qñq; p mẽbro pudẽdo. Plau. Expergite lumbos extollite. Et in Pria. Criſſabit tibi fluctuante lũbo. Dicitur etiam lumbus de brutis. Hor. li. i. Ser. Curto ire licet mulo vel ſi libet vſq; tarentum Mãtica cui lumbos onere vlceret ac eques armos. Hinc fiunt elumbus vel elũbis & delumbe.

¶ Lumbare tegmen quo pudenda tegunt̃: vt apud Hiere. Sicut tu poſuiſti lumbare iſtud ad lũbos tuos

¶ Lumbago: vitiũ & debilitas lũborũ.

¶ Lumẽ quaſi lucimẽ: a quo Luminoſus a. um. q̃d eſt clarum. Ci. Cũ ſint maxime luminoſæ ꝑtes duæ & quaſi iactuoſæ. Hinc etiam lumino: aquo Illumino as. & Relumino quod eſt lumen reddo.

¶ Luminare quod lumen habet. Hier. in Gñ. Fecit deus duo luminaria magna: vnũ vt pręeſſet diei: alterum: vt præeſſet nocti.

¶ Luna a lucẽdo dicta q̃ noctu ſola luceat. Alii lunam: quaſi lucem alienam dicunt q̃ lumen a ſole recipiat. Ci. Tum illa quæ luce lucet altena. Vel luna dicit̃ q̃ ſit luminũ vna: vtcũq; eſt per greco ꝓimitationẽ ẽ ελληνεσ γαρ φασι λεγεσθαι οτι σελασ το φωσ και αφω οτι υπο ηλιου λυκα λαμβανει σελην. Hinc pleniluniũ quod eſt cũ luna q̃nta decima & rotonda eſt. Vel plenilunium dicitur lunę oppoſitio. Ply. li. xviii. Cũ vero occidẽte ſole orietur ſcilicet luna ex aduerſo: ita vt pariter aſpiciãtur tunc erit plenilunium. Interdum cum appere deſierit: & noua fit: & coeunte vel ſilenti luna vnde lunæ coniunctio dr̃ dies ſilentis lunæ. Diminutiuum a luna eſt lunula.

¶ Lunaris & hoc lunare: qđ ad lunã ptinet: vt lunaris ratio. lunaris annus q mẽſe vno ſuũ efficit curſũ

¶ Lunaticus morbus dictus ẽ q, eum q̃ interlunio natus eſt hũc morbum fere pati comptũ eſt. Qui & Comitialis a quibuſdam etiam appellr̃. Sed diuerſũ eſſe oſtendit firmicus li. iiii. mat. cũ inquit. Et ſi luna male fuerit collocata: aut ſpaticos: aut lunaticos: aut caducos facit. Eſt autem ꝓprie lunaticus: q̃ aut ab iſania vexat̃ certis lunæ tp̃ib⁹ aut grauat̃ morbo

¶ Lunatus a. um. qđ eſt ad lunę ſimilitudinẽ factũ: vel quod habet ſpeciẽ lunæ. Tres em̃ ſũt figurę creſcentis lunæ. Nam modo curuatur in cornua: mõ in orbẽ circũacta: vt cũ eſt plena & ſoli aduerſa. Modo dimidio orbe cæſa: hoc eſt cum æqua ꝓportione diuiditur. Et ob id a noſtris diuidua vocat̃.

¶ Luo is. lui. ſignificat ſoluo. Liui. Vt tandẽ debito ſupplicio ſcel⁹ lueret. i. ſolueret ſeu purgaret. Tractũ a pecunia: qa apđ ãtiquos pœnę pecuniarię fuerunt: ſed græcum λυω λυεισ λυει. Interdũ luere eſt ſuſtinere pati. Iuſtin. li. i. Quicũq; capi potuerũt ſupplicia crucibus luerunt Dicimus etiã luo capite ſicut Mulcto. & puno. Liui. li. ix. Obſides etiã ſexcẽti impati capite luerunt. Hinc cõponit̃ Reluo ꝑ ſoluo ſeu repigñero. Nã in alia ſignificatione cõponit̃ a lauo ſicut Deluo & ꝑluo.

¶ Lupus græce λυκοσ aĩal rapax. cuj⁹ fœ. eſt lupa. Et lupus genus piſcis pręcioſi qui varolus a quibuſdã Sturio dr̃. Et ſub oſtia fluuioꝝ captus etiam laneus: lanatuſve appellr̃. Mar. Laneus euganei lup⁹ excipit ora timaui Aequoreo dulces cũ ſale paſtus aquas. Sunt illi cũ mugili naturales inimiciciæ. Itẽ lupus genus eſt fræni aſprimi: a lupinis dẽtibus dicti q̃a inęquales ſũt: ſiue q̃a duriciã hũt lupini dentes: & ꝓpea morſus eoꝝ aſperrimus. His frenis vtebant̃ galli. Ouid. li. de triſ. Et placido duros accipit ore lupos. Item lupus eſt inſtr̃m adũcã quo vaſa q̃ in puteum forte ceciderũt extrahunt̃: harpax græco vocabulo & harpago noiat̃. Itẽ lupus Aranei gen⁹ quo noſe etiã dicta eſt herba q̃ aſparagi vice mandi ſolet: q̃ & lupus ſalictarius q, ſalices ad ſimilitudinẽ vitis aſcendat. Itẽ lupus: vt palladius auctor eſt ferula manubriata vocatur.

¶ Lupus eſt in fabula ꝓuerbiũ natũ eſt q, phyſici affirmant eũ a voce deſeri quẽ prior lupus viderit. Q̃d eẽ fert̃ cũ ille ſupuenit de quo loq̃mur & nobis ſua pñtia ãputat facultatẽ loq̃ndi. Virg. Vox quoq; mœri Iã fugit ipa: lupi mœri videre priores. Lupũ

aurib⁹ tenere puerbiũ ẽ qđ in re ancipiti piculoſa q̄ dici ſolet. Nã q aurib⁹ lupũ tenet: nec eũ dimittere audet nec retinere põt ſine piculo. Hier. cõtra Io. origeniſtã. Nũc vero q̄ſi aurib⁹ lupũ ap̄henderis: nec tenere potes: nec audes dimittere. Sue. in Tibe. Cũctãdi cã erat metus vndiq̄ imminentiũ diſcriminũ vt ſæpe lupũ ſe auribus tenere diceret.

¶ Lupa cũ ſit fœmi. a lupus ponitur tamẽ qñq̄ p meretrice: q⁹ vt illa cibi: ita hęc vel libidinis vel q̄ſtus appetens ſit.

¶ Lupanar pe. pro. ſumitur pro turpi meretricum loco. Aug. li. xviij. ci. dei. Meretrices aũt lupas vocabant. Vnde etiã nũc turpia loca earũ lupanaria nũcupanť. Amb. adiectiuũ poſuit cũ ait. Cũ meretricib⁹ ſcortaberis in cõtubernio lupanari. Dicit̃ & lupanariũ. Vlp. de petitione hęreditatis: licet a lupanario pceptæ ſunt. nã & in multorũ honeſtorũ virorũ p̄diſs lupanaria exercentur.

¶ Lupari ſcortari: meretricari. Accius. Qui cum meretrice per vias habitu noſtro lupantur.

¶ Lupatũ idẽ qđ lupus p̄ fræno aſperrimo. Ver. Preſſiſq̄ negabũt Verbera dura pati & duris pare re lupatis. Dicta lupata vt Ser. inquit a lupinis dẽtibus qui inęquales ſunt. Vnde & eorũ morſus vehementer obeſt.

¶ Lupinus a. um. qđ eſt lupi. Plyn. Maſſurius palmam lupino adipi dediſſe antiquos tradit. Lupinus ſubſtãtiuũ gñs legumis qđ nõ miti⁹ terrã appetat voraxq̄ illi⁹ ſit q̄ lupus: & tellurẽ adeo amat vt q̄uis frutetoſo ſolo cõiectũ inter folia vepreſq̄ ad terrã tamẽ radice perueniat.

¶ Lupercal a lupa dr̃ locus ſub palatino mõte ſacratus ab euãdro Pani deo archadię q lycæus vocať q̄uis quidã ita appellatũ velint: q⁹ lupa ibi remũ & Romulũ nutriuerit. Ouidi. in faſt. Illa loco nomẽ fecit: locus ille lupcal Magna dati nutrix p̄mia lactis habet. Vel dr̃ a luẽdo: q⁹ ibi per caprum luebať: hoc eſt ſacrificabať: vt ſit dictſo ex tribus oñonis partibus cõpoſita quaſi luere per caprum.

¶ Lupercalia etiã ſacra q̄ in eo loco fiebãt mẽſe februario: greci lycea vocant:

¶ Luperci dicti ſũt q̄ſi ex illorũ myſteriorũ ſemie exorti ſiue vt Var. putat q⁹ lupcalib⁹ in lupcali ſacra facerent nudi in honorẽ Panos. Ci. inſectatur M. Anto. q⁹ in lupercalibus in quibus ſedebat Cęſar amictus toga purpurea in ſella aurea coronat⁹ ſe lupercũ exhibuerit. Nam nudi ſacerdotes lupci currendo luſtrabant ciuitatem & verberabant prę gnãtium manus mulierũ vt facilioris eſſent part⁹ zona ex corio capri. De his Ouid. Quis vetat archadico dictos a mõte lupercos Faunus in archadia templa lycæus habet.

¶ Lura os culei ſiue vtris ab antiquis dicta eſt.

¶ Lurcones dicti ſunt guloſi & bonorũ ſuorũ cõſũptores. Plau. in Perſa. perẽnis herbę lurco edax: furax: fugax. Lucil. Edite lurcones comedones viuite ventres.

¶ Lurco as. cibũ cũ auiditate nimia ſumo. Põpo. Lardũ lurcabat lubens.

¶ Luridus a. um. pe. cor. qđ eſt ſupramodũ pallidũ: quaſi loridũ: quaſi loro percuſſũ & liuidũ factũ Hor. li. car. Doletq⁹ partus fulmine luridũ miſſos ad orchũ. Hie. ad Oceanũ. Lurida ora: ſparſum crinẽ: ſquallidas manus: ſordida colla ſũmittere.

¶ Luſcinia auis dicta q⁹ lugẽs canat. Hanc philomelã greci vocãt: q̄ peruigil cuſtos cũ oua quodã ſinu corporis & gremio fouet inſomnẽ longę noctis laborẽ cãtilenę ſuauitate ſolať. Hęc auis a poetis q̄ñq̄ dr̃ atthis: q̄ſi attica. Mar. Sic vbi multiſona feruet facer atthide lucus:

¶ Luſcus p̄prie q altero captus ẽ oculo: q̃lis fuit Hãnibal: de quo Iuue. Portaret belua luſcũ. Quandoq̄ tamẽ dicit̃ qui eſt hebetioris viſus. A luſcus fit eluſco: as. qđ eſt luſcum facio: & oculum eruo. Scribit Iulianus iureconſultus Aquilia lege teneri eũ qui eluſcauerit diſcipulũ in diſciplina.

¶ Luſcitus pe. p. qui hebeti viſu eſt: & q meli⁹ noctu q̄ die videt.

¶ Luſcioſus ſiue luſcitioſus & nuſcroſus dr̃ q propter vitiũ oculorũ parũ videt: q⁹. ſ. luſcos imitet q clarius veſperi q̄ meridie cernit: vt inq̄t Feſ. Plau. in mili. Aedepol tu quidẽ cæcus non luſcioſus es Ply. Sãguine hirci ſanari luſcioſos putat. hos greci myopes & nyctolopas vocãt: morb⁹ ipſe luſcio vocať. Sũt q ita diſcernãt: vt luſcioſi dicãť: q ad lucernã nõ vidẽt myopes qui minutius cernũt.

¶ Luſitania pars vlterioris hiſpanię quã nũc portugalliã appellãt. Scribit Ply. luſum liberi patris ac lyſam cũ eo bacchantem nomen dediſſe luſitanię. Hęc oceano occidentali alluitur: in qua eſt ciuitas emerita: & portugallię regnum. luſitanũ littus pollet gẽmaceraunio: qđ indicis pręferunt aduerſus vim fulgurum creditur opitulari.

¶ Luſito as. pe. cor. frequẽ. eſt verbi ludo. Plau. in cap. Nã vbi illo aduenit q̄ſi p̄ricipis pueris: ãt monitę: ãt antes: ãt cothurnices dãť q bus cũ luſitẽt

¶ Luſorius a. um. qđ ad ludũ ſpectat: vt tabula luſoria qua teſſeris luditur.

¶ Luſtrũ ferarũ habitaculũ in ſyluis a luto q⁹ ſit luſoſa lacuna. Ver. Non abſunt illis ſaltus ac luſtra ferarum. A qua ſimilitudine ij qui in locis abditis ac ſordidis deſidię & ventri indulgent in luſtris vitam agere dicuntur: propter qđ & luſtra dr̃ popinę & lupanaria vbi habitant lupę. i. meretrices. Cice. li. z. phil. Cũ oẽs impuritates ī pudica in domo quotidie ſuſceperis vino luſtriſq̄ cõfectus. Idem Caſio. Quæ autẽ in luſtris & in vino cõmentatio potuit eſſe? Et luſtrũ dicit̃ ſpatiũ quinq̄ annorũ: a luendo. Hoc eſt ſoluendo: q⁹ quinto quoq̄ ãno vectigalia & tributa ſoluebãť & vrbs luſtrabať. i. ſacris purgabať q̄ purgatio vrbis etiã luſtrũ dicebať. Liu. li. ij. Oẽs cẽturię & equites in campũ martiũ cõuocati ſue oue tauro cęſis immolarũt: qđ luſtrũ eſt dictũ: ſicq̄ a ſacrificio illo cẽſus obtinuit nomẽ luſtri. Quia vero cenſus ipſe ſiue luſtrũ ſingulis quinq̄ annis habebatur cẽſorum magiſtratus inualuit cõſuetudo: vt luſtri appellatione ſpatia quinq̄ annorũ appellentur: Hinc armiluſtrum

¶ Luſtro as circũdo. Lact. li. z. Sed luna quę orbẽ illũ ſigniferum. xxx. dierũ ſpatio luſtrat. Interdũ luſtrare ſignificat expiare. Liui. li. iij. Ibi inſtructũ exercitum oue: ſue: tauris tribus luſtrauit. Interdũ aſpicere agnoſcere. Cic. li. iii. offi. Sed cũ oñia ratiõ eatq̄ animo luſtraueris. Interdũ ſequi. Ver. At mecum raucis tua dum veſtigia luſtro. Interdum patefacere clarificare: vt idem. Poſtera phœbea luſtrabat lampade terras. Interdum inumbrare. Vnde luſtra ferarum cubilia: & lupanaria per contrarium dicimus quia parum illuſtrãtur. Interdum circũſpicere. Vergi. li. iij. Omnia colluſtrans

hanc primum ab littore classem Conspexi venientem. Et lustrare quod vulgo dicitur monstrā facere Cuius sententię duo sunt verba: recognosco. s. & recēseo. Huiꝰ verbi cōpositā sunt collustro: qđ est circunspicio. Cic. li. v. tus. Ego autē cum oīa collustrarem oculis animaduerti colūnellā. Illustro: perlustro. quod est perfecte circūeuideo. Liui. li. i. Hercules ad primā auroram excitus cū gregem perlustrasset oculis.

¶ Lustror aris. deponens significat scortor a lustris abditis locis. Plau. in pseu. Lustrantur luxantur comedunt quod habent.

¶ Lustralis & hoc lustrale: quod ad lustrum pertinet. Liui. li. i. Sacrificium lustrale in diem posterū parat. Lustralia exta veteres dixerunt prępinguia eo qꝺ lustralis. idest quinquēnalis bos dicitur esse perfectę ętatis.

¶ Lustricus a. um. Vnde lustrici dies infantiū appellantur: puellarū octauus: puerorū nonus: quia his infantes lustrantur: & nomina eis imponunt. Et qui eos lustrant lustratores vocantur: & fœmine lustratrices: & q lustrant lustrati noīantur.

¶ Lucer vas in quo vinū diluit. i. aqua miscet. Nā & luto & loto pro diluo a veteribꝰ vsurpatum est.

¶ Lutū cœnum siue sordes. habet primā correp. Iuue. Compositiqꝺ luto nullos habuere parentes. Hinc luteus lutea luteum: quod est ex luto. Tibul. Sed nimius luteo corpora tingit amor. Fit autē lutum a luo uis. αλλα απαγτατα τα απο του λυειν ωσαγω λελεχαμεν.

¶ Luto as. luto inficio. Vnde lutatus luto infectus A luto fiunt cōposita. deluto: & eluto: de quibus supra in dictione deluo dictum est.

¶ Lutescere significat lutum fieri.

¶ Luteus color rubeus sanguinolētus: nā est sanguini consimilis: a λυθρον: qui est cruor. Gellius latinum putat: & a luce deduci. Ait enim luteus q̄ ruffus color est dilucidior. Vnde nomen quoqꝺ factum videtur. Alij a luo qꝺ fit quasi dilutus: hoc est solutus & decoloratus ruffus. Est enim luteus color dilutior rutilus qualis est color auri. Vnde violę eius coloris luteolę dicuntur. Et lutea herba qua chrysocolla tingitur: quę naturā lini seu lanæ habet ad succū bibendum. Et vitellum in ouo ouilu teum vocamus. Idem color cærinus appellatur a cęræ colore. Idem & flāmeus dicitur. Plyn. Lutei video honorem antiquissimum in nuptialibus flāmeis totum fœminis concessum. Hinc flāmea appellabant vestimenta lutei coloris: quibus flaminica vtebatur. Luc. Lutea demissos vellarunt flāmea vultus. Huius nominis prima producit. Persius. Iam chlamydes regū iā lutea gausapa captis Iuue. vero primam corripuit. Incude & luteo vulcano ad rhetora misit. (calta.

¶ Luteolꝰ dim. Ver. Mollia luteola pīgit vaccinia

¶ Luxo as. soluo. Plyn. li. xvii. Aut circū fossor: vel etiā subarator imprudens laxauit radices. Vñ luxa siue luxata mēbra dicuntur locis suis mota & soluta. Et luxati dicūtur quorum membra suis locis mota sunt. Idem. Althęæ radix decocta luxatis prodest. Hinc luxuriosi dicti sunt: qui in re familiari profusi atqꝺ soluti sunt.

¶ Luxus us. luxuria & luxuries non solū pro reverenea sed etiam & fere semper propriecqꝺ pro omni superfluitate & nimia profusione & sumptuosiore cibi vestitus & aliarū rerū cura dici solent. Cic. li. i. offi. Inteliigimus q̄ sit turpe defluere luxuria delicate ac molliter viuere. Idem in Verr. acti. i. Quas res luxuries in flagitijs: crudelitas ī supplicijs: auaritia in rapinis: &c. Vergi. li. i. Ge. Luxuriē segetū tenera depascit in herba. Idē. At domus interior regali splēdida luxu Instruitur. Luxus etiam pro splendore ponitur. Claud. lib. ij. Sub tua purpurei venient vestigia reges Deposito luxu.

¶ Luxuriosus sa. sum. ponitur pro nimium abundanti. Cice. de ora. Gēmare sitire agros ętas segetes: luxuriosa frumenta. Tunc enim in segetes solent immitti oues vteas pascant.

¶ Luxurio as. & luxurior luxuriaris (si Diomedi credimus) hanc habent distantiam: qꝺ luxurio sit in laude: luxurior in crimine. Significat luxurio non lasciuiam mentis: sed habitudinem corporis Verg. lib. iij. Ge. Luxuriatqꝺ thoris animosum pectus. Corn. Seuerus. Luxuriantur opes: atqꝺ odia longa grauantur. V trunqꝺ tamen pro superabundare: profundere & lasciuire smorbiezare ponitur Plyni. libr. xviij. Aliqui in frigidis ab equinoctio auctūni: in calidis serius ne ante hyemē luxuriēt. Tibul. Luxuriant animi rebus plerunqꝺ secundis Liui. li. i. Positis externorū periculorum curis ne luxuriarētur ocio animi quos metus hostium disciplinaqꝺ militaris continuerat. Colu. libr. iij. Cacumina virgarum ne luxurientur dimutilato. A luxurior fit compositum Eluxurior quod ē extra luxurior. Idem in eo dē. Qui si pingui agro validis vites deposueris pāpinis magis eluxuriabuntur.

¶ Lyæus cū diph. dictus ē bacchꝰ. λυω soluo eo qꝺ mentē & mēbra vinū dissoluat: vñ sequit̄ paralysis. Verg. Regales inter mensas laticēqꝺ lyęum.

¶ Lycus nomen propriū viri quo nomine multi vocati sunt. Vnus troianus: de quo Verg. Fata lycī. Alter thebanus ignobilis: qui regem thebanū occupauit. Item alius thebanus rex. Alius pādionis filius: qui a se lyciam nominauit. Alius lycaon Callistoos pater: archadię rex: qui cū solitus esset hospites necare. in lupum a Ioue cōuersus est. Fuit & alius lycus Priami filius. Item lycus fluuius assyriorum qui Tygri immiscetur. Ouid. libro. iiij. de pon. Huc lycus huc fagaris peneusqꝺ hypanisqꝺ cratisqꝺ. Et lycus græce: lupus latine dicitur: ab λυκος: deest a prima luce: qꝺ id tempꝰ maxime aptum sit rapiendo pecori.

¶ Lychaonia regio asię: quę totius asiæ medium quodammodo locum & arcem occupat. Sūt qui scribant lychaoniam esse partem archadię quę in peloponneso sita est. a lychaone rege archadię cognominatā. A lychaonia fit lychaonius lychaonia lychaonium. Ouid. de trist. Quæqꝺ lychaonio terra sub axe iacet.

¶ Lychaones populi sunt in Asia minore propelyciam: vt Ptol. lib. v. scribit.

¶ Lycius apollo dictus est a lyco lupo: qꝺ sicut lupi pecora rapiunt: ita ipse humorem haurit radijs Prisci grecorū primam lucem quæ præcedit solis ortū Λυκηγ nppellarunt. απο τησ λυκοσ. Idqꝺ temporis hodieqꝺ lycophos cognominant lycij apollinis oraculum: quia in lycia maxime claritatis fuit ob luporum interfectionem.

¶ Lycæus cū diph. mons archadię q Pani deo sacer est & vbi templum bicornis fauni: a quo lycęa

ludicra illi ſacrata: a nobis lupercalia ſunt dicta a lupis quęad expiandos manes fiebant. Ouid. li. ij. faſt. Faunus in archadia templa lycæus habet. Dictus lycæus απο των λυκων .i. a lupis quib⁹ propter frequentiam pecudū abundabat.

¶ Lycæum fuit athenis ſchola Ariſtotelis: ſicut Academia Platōis: in qua περι πατων .i. deambulans philoſophabatur. Vnde peripatetici orum nomen effulſit. Fuit & lycæum gymnaſium Ciceronis in Tuſculano a nomine ſcholę ariſtotelicæ. de quo libro. i. de diui. ſic refert. Nuper cum omen cum. Q. fratre in tuſculano diſputatum eſt. Nam cum ambulandi cauſa in lycęū veniſſemus. Id. n. ſuperiori gymnaſio nomen eſt. Huius nominis penultima producit a Cicerone in illo verſu. Inq; academia vmbrifera nitidoq; lycęo Fuderūt claras fœcundi pectoris artes. Quia dichrona eſt.

¶ Lycia prouincia ſeu regio in minori aſia: finis pāphiliæ ex parte orientali ſic cognominata a lyco pandionis filio. Hęc Termile primū dicebatur ſicut herod. li. i. ſcribit. In ea patera vrbs Xāthus fluuius & chimæra mons. Ibi regnauit Rhadamā tus Iouis ex Europa filius. Hinc lycius lycia lycīū Verg. Vnam q̄ lycios fidumq; vehebat orontem.

¶ Lycon nomē philoſophi pythagorici. Fuit & alius lycon Socraticus: ſiue peripatetic⁹ eloquēs & in dicendo ſuauis adeo vt pro lycon glycon nominaretur: quod ſignificat dulcedinem. Hic fuit cultu & veſtium mollicie nitidiſſim⁹: Lucta & pilari luſione exercebatur. perijt podagrę morbo annos natus. lxxiiij. Tertius lycon fuit poeta. Quartus epigrāmatū ſcriptor.

¶ Lycaſtus vrbs cretę. a luporū multitudine quæ ibi eſſe perhibetur.

¶ Lychnus latine lucerna. Var. Lucerna a luce dicta eſt aut ab eo quod vocāt greci λυχνον. Plau. Lychnum emunge parumper vt videat anus vbi pedes ponat. Hinc Ellychnium quod lucernis adhibetur ad lumen præſtandum. Eſt enim funiculus ille qui incēſus flāmam nutrit. Lychnus penſilis eſt: quam vulgo lampadem vocant. Vnde ſcribit Plyn. libro. xxxiiij. Lychnos penſiles in delubris placuiſſe: q̄uis & de candelabris orichalceis dici poſſit lacunaribus appenſis: ſicut veteres lychnum penſilem dixerunt. Dicitur etiam hæc lychnia. Ser. vero oſtendit lychin⁹ dici nō lychn⁹ cum primam corripi dicat: quod fieri non poſſet: niſi poſt ch ſequeretur i: & triſyllabum fieret. Ver. Dependent lychini laquearibus aureis.

¶ Lychnites penultima pro. marmor albū quod in paro inſula effodiebatur ſic cognominatum q; ad lucernam in cuniculis cæderet. ſicut Plyn. lib. xxxvi. teſtatur. Eſt etiam hoc nomine gemma ardens a lucernarū accenſarū p̄cipua gratia.

¶ Lychnuchi grece noīant quicquid lucernas ſuſtinet: quaſi lucernifer.

¶ Lychnobij dicti ſunt qui loco dierum noctib⁹ vtūtur: & ad lucernas viuunt quaſi lucernarij: vt Seneca in vltima epiſtola. Nihil conſumebat niſi noctē. Itaq; credo dicentibus illū quibuſdā auarū & ſordidū. Vos inquit & lychnobiū dicetis.

¶ Lyciſca canis natus ex lupo & cane: hunc Ply. Crocutam vocat.

¶ Lyciſſa canis eſt nomē a lyco lupo. Vel quaſi laceſſa. i. ex laconia quia inde veniūt optimi canes.

¶ Lycophos qđ nos primū tēpus lucis noīamus

¶ Lycophron periandri corinthiorum tyranni filius. Eſt & nomē poetę greci. Suidas. λυκοφρων χαλικιδευς απο εβοιας υιος σοκλεους θεσπεί δε λυκουτου ριγινου γραμματικος και ποιη της τραγωδιων.

¶ Lycopolis vrbs egyptia: a lupis dicta: q̄ æthiopes egyptū incurſantes lupi facta acie vſq; ad vrbē elephātinā reppulerūt. Ibi egyptij lycopolim cōdiderūt a beſtijs illis ei nomē imponētes.

¶ Lycomedes Creontis filius.

¶ Lyctos oppidū cretę ſub Idomenei imperio. A quo idomeneus lyctius eſt appellatus.

¶ Lycurgus nomē propriū lacedęmonū regis q fuit philoſophus & lacedęmonijs leges ſanctiſſimas condidit. Aſtrictiſq; ciuibus iuramento: q̄ tā diu eas intemerate obſeruarēt donec ipe rediret e patria nunq̄ rediturus emigrauit. Vide Plutarc. Fuit & ali⁹ Nemeæ regionis rex: & ali⁹ rex thracū.

¶ Lychaon Caliſtonis pater & titani ac terræ filia archadiæ rex q vt in fabulis fert a Ioue in lupū cōuerſus fuit q; Iouē hoſpitē necare moliret.

¶ Lydus herculis filius ex Iole. alter filius athyis & frater tyrtheni. A quo lydia regio eſt appellata. Nā cū propter terrę ſterilitatem fratres ſimul ferre non poſſet Tyrrhenus ſorte iacta diſcedens cum ingenti multitudine ad Italiam veniens eam tenuit partem: quę ad mare inferū verſa eſt: & a ſe Tyrrheniā nominauit. Iydus vero remanens Mæoniam de ſuo nomine vocitauit.

¶ Lydia regio in maiori Aſia a lydo athyis męonię regis filio & Tyrrheni fratre cognominata: q̄ flexuoſis Męandri amnis recurſibus perfuſa ſuper Ioniā procedit: phrygię ab exortu ſolis vicina: ad ſeptētrionē Miſiæ: meridiana parte cariam ample ctēs. Hęc antea męonia vocabat: in hac ſunt vrbs Epheſus: Colophon: Clazomene & phara.

¶ Lyenteria inteſtinorū diſſolutio. λυω enim diſſoluo. εντερον inteſtinum hanc noſtri leuitatem inteſtinorum vocant: cum cibus non perficitur: ſed incoctus egeritur.

¶ Lympha a noſtris aqua: per mutationē n in l: q̄ ſi nympha. Nam proprie dicitur nympha.

¶ Lymphare furore vexare: vt apud Val. Flaccū. Lymphauerat vrbem. Sta. It lymphāte deo. Vñ lymphati ſiue lymphatici dicuntur furioſi veſani bacchabundi qui vitiū ex aqua cōtraxerūt: quod eſt huc atq; illuc diſcurrere. Plynius. Medetur inſanientibus lymphaticis. Nam creditum eſt ab antiquis: qui in fonte imaginem nymphę vidiſſet furore percipi: quos græci νυμφολητους. latini lymphatos vocant. Hora. libro primo car. Mentēq; lymphatā Mareotico redegit in veros timores. A Vergilio dicitur lympata regina pro mente commota & furiata. A lympha etiam. vt Priſc. inquit fit lymphor aris.

¶ Lympidus a. um. pe. cor. planus politus. Clarus Hieronym⁹ in libro xx. Elegit ſibi quinq; lympidiſſimos lapides de torrente.

¶ Lynx propriū nomē regis ſcythię: qui cū cogitaſſet occidere Triptolemū a cerere in lyncē aial cōuerſus fuit. Eſt aūt lynx ſeu lynca ex luporū certuariorū genere varío collo & maculoſo tergore & acutiſſimo viſu. Ver. Maculoſę tegmīe lyncis. Huius vrina in calculi duriciem vertit & ea fit gēma.

¶Lyncuri ũ gẽma quæ e lyncis vrina coacta est. Oui. E quibus vt memorãt quicqd vesica remisit Vertitur in lapides & congelat aere tacta.
¶Lynceus ea.eum.adiectiuum a lynce. Vnde qui acute vident lynceos oculos habere dicuntur. Hora. in sermo. Ne corporis optima lynceis Cõtemplere oculis.
¶Lynceus nomẽ propriũ eius qui fuit vnus ex argonautis acutissima oculorũ acie præditus qui dicebaꝫ videre vltra parietẽ. Et vt historici tradunt conspexit nouissimã lunã primãq; eodẽ die in signo ariete: quod paucis mortaliũ cõtigit vidisse. Vnde Horatius. Solus nubila lynceus.
¶Lyndus ciuitas rhodi vbi sacra herculis maledictis & execrationib⁹ solebãt celebrari. A qua lyndij dicti sunt. Fuit & altera lynd⁹ in dorica regiõe.
¶Lynter generis fœmi. genus paruæ nauiculæ e cauata arbore factę: ab λουτρον: teste Prisc. prima diph. abiecta o: & n interposita. Constant autem lyntres ex singulis arborib⁹ quę vulgo cauę dicũtur ad traijciendas flumine trabes. Verg. lib. i. Ge. Cauat arbore lyntres. Hæ em̃ non in pelago: sed in fluuijs stagnisq; palo aut cõto aguntur. Ponit etiã quãdoq; pro quodã dolij genere: vt ostendit Cato. Tibul. pro nauia quę est lignũ cauatum: vt nauis posuit: quo in vindemijs rustici vti solent. Aut mihi seruabit plenis in lyntribus vuas: Pressaq; veloci candida musca pede.
¶Lyptote dici potest apud nos defectiua. Nã ab λειπω quod deficio est deducit. Figura est cum minus dicitur: & plus intelligitur: vt apud Vergi. Quid prodest q̃ me ipse aio nõ spernis amyntha .i. libentissime amas.
¶Lyra instrumentũ musicũ: vbi quot sunt fides tot resonãt voces. απο του λυρειν qđ est canere Hinc poetæ lyrici dicti q̃ ad lyrã sua carmina cantabant: statuebaturq; eis chorus quinquaginta virorũ ac tauro donabant. Et carmẽ ipsum lyricum Hanc eandẽ poetæ chelym vocant. Et lyra signũ cœleste est. Varro libro secũdo de re rus. Hoc secũdum astri exortũ facio: quod græci vocant lyram fidẽ nostri. Lyra cedit quarto nonas februarij vel secundũ aliquos: Calendis februarijs & noctu q̃ occidunt terga leonis: vt Higinus ait. Ouidi. Illa nocte aliquis tollens ad sydera vultũ Dicet vbi ẽ hodie quę lyra fulsit heri. Hanc lyrã effecit Mercurius in mitileno monte archadię inde orpheo tradita dicũt. Alij autumant concessam orpheo ab apolline post repertam citharã interfecto orpheo musæ in cœlo lyram collocauere. Alij dicunt esse lyram Arionis citharœdi qui fuit tempore Cipselli tyranni corinthiaci qui primus fuit omnium citharistarum. A lyra etiam cuius prima corripitur fit delyrus a.um. pe. cor.
¶Lyricen pen. cor. qui lyra canit: cuius significationis est etiã lyristes. Sido. Alceo potior lyristes ipso. Sic enim dicitur lyristes: vt psaltes.
¶Lysander lacedęmon homo factiosus qui odiũ totius græcię in lacedęmonios concitauit: & a thebanis occisus fuit: qui lycaonẽ regno expulit.
¶Lysanias orator græc⁹. alter fuit Archias qui lycaonem regno expulit.
¶Lysias orator iucundissimus: De quo Quintil.
¶Lysius arcadiæ fluuius: ad cuius radices est æscu lapij tumulus.

¶Lysimachus macedõ clar⁹ Callisthenis discipulus. alter fuit vnus ex Alexandri principibus.
¶Lysimachia vrbs hellespõti q̃ terræmotu corruit
¶Lysippus clarissimus statuarius qui ad sexcenta decem opera fecisse traditur: quę singula arti claritatem dare potuissent. Hic teste Quintiliano ad veritatem optime accessit. Propert. Gloria Lysippo est animosę fingere signa.
¶Lytta gen⁹ vermiculi: qui nascitur in lingua canum. Hic si infantibus catulis eximitur: nec rabidi fiunt: nec fastidium sentiunt.

De littera M.

MTRANSIT per deriuatiões in n. d. vel t. vel c: vel q. sequẽtibus: vt tantũ tantundẽ. Idẽ identidẽ. Eorũ eorundẽ. Num nuncubi: nunqs nunq̃. citcunq̃q; tanq̃: nanq; quẽq; quãq. q cunq;. Similiter am ꝓpositio sequentibus f. vel c. vel q. mutat m. in n. vt anfractus: &c. Vide in n dictione anfractus.
¶Macarius nomen viri propriũ: & latine dici põt beatus. macarius mos beatitudo.
¶Macedonia regio a Macedone Osyridis Iouis filio dicta est. Habet macedonia ab oriente thracium limitem. Ab occasu Ionium pelagus: a meridie epiro terminatur: a Septentrione habet Dalmatiæ partem. Hæc (teste Plynio libro. xli.) olim centum quinquaginta populorum duobus inclyta regibus Philippo. s. & Alexandro: quondamq; terrarum imperio.
¶Macedo penultima corre. qui macedoniam habitat. Luca. lib. vi. Cum tibi sacrato macedo seruetur in antro.
¶Macedonicus macedonica macedonicũ posset siuum a macedonia. Vnde mare macedonicũ: qđ est Aegæi pars: & incipit a pallene mõte: qui thraciæ finem facit. Extenditur vsq; Megaram: quo Isthmos interpositus miscerí Aegæum Ionio nõ permittit. Cuius littora a ciuitatibus nomen accipiunt.
¶Macellum locus quo venalia omnia quæ ad victũ humanũ pertinebant contrahebantur. Plaut. in aul. Venio ad macellum: rogito pisces: indicãt caros: agninam caram: caram bubulam: vitulinã cetum: porcinam. cara omnia. Cicer. Si epicuri de voluptate liber corrosus esset: putarem annonam in macello cariorem fore. Dictũ macellum a Macello quodam viro: qui in vrbe latrocinium exercebat: quo dãnato censores hæmylius & Fuluius statuerunt vt in domo eius obsonia venderẽtur redactis infiscum eius bonis. Alij macellum dicunt q; ibi fuerit hortus: quem macellum a lacedæmonijs appellatum ferunt. Et Iones ostia hortorum macellotas vocabant. Donatus a mactandis pecoribus deriuat. Sunt & qui a macerando dici existiment: q; pecora dum eo ducuntur: ibiq; tenentur: macerantur. Vnde & macellum diminutiuum pro macilento ponitur. Lucil. lib. vi. Si nosti non magnus homo est nasutus macellus.
¶Macellarius qui macellũ exercet non solum carnium sed omniũ obsoniorũ: quinetiã panis & frumenti venditor: quippe hęc omnia in macello venundabantur. Var. Duo sunt ornithonis genera.

Vnum delectationis causa, alterum fructus causa quo genere macellarij & in vrbe quidã habent loca clausa & rure maxime cõducta.

¶Macer cra.crũ.a mœrore fit:& exilem extenuatũq; significat. Vergi. Heuheu q̃ pingui macer est mihi taurus in aruo. Colu. lib. ij. Nam vel pinguissima vel macerrima humo iacitur.

¶Macies macritudo & macor extenuationẽ signi ficãt. Apu. Vñ ista tã subita macies & tãtus pallor Pla. Ossa atq; pellis: vt miser macritudine. Pacu. Corpusq; meũ tali mœrore errore macore sonet.

¶Macilentus plenus macie. Festus. Macilẽti macie attenuati.

¶Macreo es. macer sum: a quo macresco: macer fio. Col. lib. vi. Dabimusq; operã ne pœnuria cibi macrescat pecus. Var. Qui earũ aspectus ad desyderiũ macrescere facit volucres inclusas.

¶Maceo ces. macui: ideq; qđ macreo: a quo macesco macescis macer fio. Col. li. z. Constat arua segetibus eius scilicet ordei macescere. Varro. Tum propter laborẽ asperantur & macescunt.

¶Macio as. macrum facio. Cuius compositũ est emacio: quod est valde macio. Col. libro quinto. At certe in ordinarijs vitibus vtiq; obtinendum est ne pluribus flagellis emacientur nisisi futuris ꝑ paginibus prospiciemus.

¶Macero maceras cũ ad corpus refertur significat attenuo cõtero: ab eo quod est macer. Hora. li. .i. car. Quoniã penit⁹ lentis maceret ignib⁹. Pla. in ca. Multos iste morbus homines macerat. Cuꝫ autẽ ad animũ significat affligo. Lactan. libr. vij. Nec ad oculos somnus accedet sed animas hominum sollicitudo ac vigilia macerabit. Proprie tamen macerare est mollisicare: vt fit cum quippiã tam diu in aqua tenetur donec tenerescat. Teren. in adel. Salsamenta hęc o stephanio fac vt macerentur pulchre. Colu. lib. primo. Piscinas duas: alteram quæ anseribus pecoribusq; seruiat: alterã in qua lupinum: vlmi vimina & virgas atq; alia quę sunt vsibus nostris apta maceremus.

¶Macerescо macerat⁹ fio. Ca. de re ru. Frumẽto curgulio ne noceat neu mures tãgãt lutũ de amurca facito: palearũ paulũ addito finito macerescãt

¶Macro cras. cuius cõpositũ est emacro: quod ẽ valde macer fio. Ply. li. xvtij. Terrã emacrari hoc satu. s. milij existimantes.

¶Maceria & maceries paries sive murus vel cõgeries lapidũ in vnũ cõpactorum sine cæmento: aut alio genere ferruginis quo vineę claudi solẽt. Ter. in adel. Iube hanc macerię dirui. Var. tñ aliter, li. z. Quis ignorat septa e macerijs ita esse oportere in leporario: vt tectorio tecta sint & sit alta. Cato de re ruſ. Macerias ex calce cæmentis silice vti dominus oĩa ad opus prębeat. Qñq; maceria dicit mẽbrana secũdinarũ quã alio nomine steram appellant. Hierony. in Gñ. Quare diuisa est propter te maceria? Et maceries dicitur macilentia. A fra. Si ille hoc nunc sentit facere illi satis vis quanta illi⁹ mors sit maceries tibi.

¶Macto as. interficio. Lactan. libro secundo. Mactantur greges hostiarum. Plaut. in Amphit. At ego certe cruce excruciatum mactabo. Tractum ẽ a sacris vbi mactari oues dicuntur quę immolant Vergil. Et nigram mactabis ouem: lucumq; reuisses. Dictũ est autem macto: quasi magna auctoritas: hoc est augeo. Nam priusq̃ victimam immolarent thus aut vinum super eam fundebant. Vñ mactum esse taurũ dicebant thure vel vino cumulatam hostiam & magis auctã. Hinc mactare magna augere veteres vsurparunt. Cice. Ferunt laudibus: mactant honoribus. Per translationẽ quã doq; mactare ponitur pro malo afficere seu male tractare. Plau. in aul. Dotatæ mactant malo & dãno viros. Quandoq; pro ꝑcipitare. Accius. Aut illoꝝ copias fundam in campo: aut nauis vestras mactabo in mare. Quãdoq; pro honorare. Plau. Tamẽ honeste mactatum reducam domum. Qñq; pro verberare: Vide legim⁹ de martyribus primo & feliciano. Extenderunt eos milites & virgis fortiter mactauerunt.

¶Mactus cta. ctum. tam genitiuo q̃ ablatiuo construitur & vocatiuo semper: vt Macte virtutis & virtute: id est magis auctæ cumulateq; Est autẽ dictio quæ laudet simul & adhortetur puerum quem probitate crescere videat. Sanguinolentis etiã ex acie redeuntibus dicitur. Mar. Macte animi quem rarus habet morumq; tuorum. Syl. libro quinto. Lælius affatur macte o venerande pudici. Ductor macte animi. Cicer. Macte virtute esto. Hierony. Macte virtute: macte zelo fidei. Plyni. in laudem astrologorum. Macti ait ingenio & cœli interꝑtes rerũq; naturæ capaces. Sta. libr. vii. th. Macte animo iuuenis. id est perfectę indolis: vt exponit laertius interpres.

¶Machaon Aesculapij filius fratet podalirij medicus clarissimus.

¶Mache latine pugna.

¶Machæra cum diph. Nã grece μαχαιρα: latine sica: gladius culter quod nomẽ impositum est a græcis quia multo sanguine cõmaculetur. Iuue. Ames nomen victumq; machęræ. Instrumentum est ad scindendũ simul & vulnerandũ. Apu. li. ix. de asi. Cõminabatur sese concisurũ eum machęra frustatim. Quo sermone eius cõmonefactus hortulanus eripit ei spatham.

¶Machæropios faber gladiorum quo noie dict⁹ est Demosthenis pater ab officina gladiorũ: quã Athenis egregiã multisq; artificibus seruis instructam habebat.

¶Machærophorus sicarius gladiũ ferẽs. Cice. ad Q. fratrẽ. Machęrophorus centũ sequentibus miros risus nobis edidere.

¶Macteq; dicũtur ꝑtiosa edulia. Sue. de Cali. Multis venenatas macteas misit. Mar. mactea neu. genere ptotulit. Sed te mactea sola iuuant.

¶Machalaũ nomẽ grecum compositum ex mache quod pugnam significat & αλαοσ cæcum & errãtem. Oppidum in brixiano agro insubriũ clade nobile.

¶Maccabæus cũ duplici cc. & diph. nomẽ barbarũ: quo vocati sunt illi viri fortissimi apud sacras litteras celebratissimi.

¶Machina pe. cor. grece μηχανη molitio inuentio. Vñ mechanicus faber: seu opifex eorum operum quę ingenio simul & manibus fiunt: & mechanica ars fabrilis. Vnde artes diuidũt in liberales & mechanicas. Asco. Machina dr vbi nõ tã materięrõ q̃ man⁹ atq; ingenij ducit. Machina ẽt dr instrumentũ quo moles aliqua facile quocũq; voluersis impelli põt. Et machinas bellicas vocam⁹ opera

fabrilia quibus in bello vtimur. Itē ipſa cōſilia q̄ bus decipere hoſtem conamur: machinę vocant.
¶Machinor imaginor: cogito ad reperiendum & fabricandum tam bonum q̄ malū. Lactā. libro ſecundo. Nimirum deus vniuerſi artifex ſic illa diſpoſuit: ſic machinatus eſt: vt per ſpatia cœli diuina & admirabili ratione decurrerent ad efficiēdas ſuccedentium ſibi temporum varietates. An Archimedes ſiculus concauo ęre ſimilitudinem mūdi ac figuram potuit machinari: in quo ita ſolem lunamq; compoſuit vt inęquales motus & cœleſtibus ſimiles conuerſionibus ſingulis quaſi diebus efficerent. Liui. li. i. Confeſtim turno necē machinatur. Sal. Iā tū nō cōſulibus ſed plęriſq; ſenatoribus perniciem machinabātur. Dicitur aūt machinari ab μηχαομαι: quod ē inuenio. Vnde μηχανημα inuentum & molimen dicitur.
¶Macra fluuius in apēnio inter ligurū mōtes per lunā ciuitatē in Tyrrhenū mare influit.
¶Macri cāpi inter Bononiā & Rauēnā per quos Romam itur.
¶Macros gręce latine longus: a quo multa fiunt compoſita.
¶Macrocola pe. p. a lōgitudine dicunt. Sunt em̄ eo nomine maiores & longiores chartę quas modo regias vocamus. Nam & catullus regiā chartā vocat: Ex eadem origine ſunt protocola quę formularij conficiunt.
¶Macrocoſmus longus mundus: Microcoſmus paruus mundus.
¶Macrochir longa manus.
¶Macrochera tunica manicata. Lāpridius. Macrocheras ex purpura ad vſum ſuū reuocauit.
¶Macroceni mōtes ab iſtro flumine nō lōginqui
¶Macrobius nomē viri propriū: latine lōgęuus dicitur. Nam μακροσ longus: & βιοσ vita dicit
¶Macrobij etiam populi æthiopię ſunt vltra meroen. vt inquit Solinus quib⁹ dimidio protēſtior eſt vita q̄ noſtra. iuſtitiam colunt: amant ęquitatē plurimum valēt robore: & forma pulcherrimi. Vltra hos populos deſertæ inhumanęq; ſolitudines ſunt. Apud eos lacus eſt quo perfuſa corpora quaſi vncta niteſcunt: adeoq; liquidus vt ne folia quidem ſuſtineat.
¶Macrologia lōgus ſermo.
¶Macrologeo multa loquor.
¶Macrocatalectos dictio in longā deſinens.
¶Macrothymia lōganimitas.
¶Macrothymos longanimis.
¶Macrochronius diuturnus.
¶Macula turpitudo ac ſordes. Ply. Fullones eas maculas e veſtibus tollunt. Q ñq; ponit pro nota ſeu ſigno. V ñ genitiuę notę in corpore natę dicūt Plau. in cap. Viden tu illi maculari corpus totum maculis luridis. Q ñq; pro infamia. Cice. Cuius vt adoleſcētiæ maculas ignominiaſq; ptereā. Q ñq; pro rætis foramine ſeu plaga: quā vernaculo ſermone dicimus lamagia. Idē in Ver. acti. ſeptima. Ræticulū ad nares ſibi admouebat tenuiſſimo lino: minutis maculis plenū roſę. Var. libro tertio. pro ræti poſuit. Septum totum grandibus maculis integitur ne eo inuolare aquila poſſit: neue ex ea euolare aues. Quādoq; maculę dicuntur ſigna in marmore. Seneca epiſtola. cxvi. Delectāt nos ingentium maculę columnarum.
¶Maculoſus ſordidus: immundus. Plau. Sordida ac maculoſa facie. Item dicitur varius ac notis plenus. Vergi. Succinctam phatetra ac maculoſę tegmine lyncis.
¶Maculo as. i. fœdo: turpo. Lact. lib. v. Innocētium cruore maculantur. Hinc cōmaculo as. & immaculatus: qui eſt ſine macula.
¶Macticus qui habet magnas malas & os patens quaſi malucticus.
¶Madeo mades: madidus ſum. Plynius lib. viij. Tergoris galeęq; impenetrabilis ptērā ſi humore madeat.
¶Madeſco ſis. habet ſignificationē paſſiuā innatā calore intrinſecus ſumpto: vt proprie madeſcere ſit cū quis febri vel labore ſeu potione p̄potentis vini ęſtuat aut aliter ſudorē emittit: licet etiā extrinſecus dici poſſit. Claud. li. iij. Largis tūc imbribus ora madeſcūt. Col. li. vij. Stabulētur ſic eo loco ne humore madeſcant vngulæ. Hinc cōponit permadeſco: quod eſt valde madidus fio. Idē li. z. in id tēpus cōuenit inter peritos rei ruſ. nō eſſe arādū niſi ſi magnis vt fit nōnunq̄ ſubitaneis imbribus quaſi hibernis pluuijs terra permaduerit.
¶Madefacio is. balneo. Lactan. libr. vi. Si focos odorati ac veteris vini perfuſione madefecerint.
¶Madefio habet ſignificationē paſſiuam extrinſecus: vt cū qs aqua alioue liquore balneat. Sue. Cū decidiſſet in mare p ducētos paſſus euaſit ad proximam nauē elata leua ne libelli quos tenebat madefierent.
¶Madidus a. um. qđ eſt aliquo liquore reſperſus. hinc ſemimadidus. Col. li. z. Sed quādocūq; arabitur obſeruabimus ne lutoſus ager tractetur: neue exiguis nimbis ſemimadidus.
¶Madido as. madidū ſeu balneatū facio. Claud. li. ij. Ille nouo madidantes nectare pēnas Cōcutit & glebas fœcundo rore maritat.
¶Madefico as. idē qđ madefacio. Ply. li. xxviij. Etſi cōtra epiphoras feruētes oculorū anguli ſub inde madificentur efficacius ſi cibo vinoq; ſi prędie ea abſtinuerit.
¶Mador infuſio ipſa. Sal. li. iij. hiſt. Quaſi par in oppido feſtinatio & īgēs terror erat ne ex latere noua munimēta madore infirmarēt. Nā oia oppida ſtagnabāt redundātib⁹ cloacis aduerſo ęſtu maris
¶Madaurā ciuitas in collimitio ſita getuliæ & numidię: A qua Apuleius madaurenſis eſt appellatus. Ad hanc vrbē ſcribit Aug. li. con. ſe contuliſſe cū adoleſcens eſſet diſcendarū ingenuarū litterarū gratia florente ibi gymnaſio.
¶Madulſa ebrius: quia madidus ſatis vino ſit.
¶Madian vrbs quædā ab vno filiorū habraā ex Cethura ſic vocata: quę teſte Hier. eſt trans arabiā ad meridiē in deſerto ſarracenorū contra orientē maris rubri. Vnde vocant Madianei & madianea regio. Legimus & filias Ioab ſoceri Moyſi filias madian. Sed hęc alia ciuitas homonyma ei⁹ iuxta Arnonen & Ariopolim: cuius ruinæ nunc tantū modo demonſtrantur.
¶Mæander cum dipht. quę & mæandrus fluuius phrygię ſiue Mœonię ita ſinuoſus flexibus: vt ſæpe credatur ad fontem reuerti. Per phrygiam currit lydiamq; diſterminat a Caria. Vnde Ouid. lib. ix. met. eum phrygium appellat. Nō ſecus ac liquidis phrygius mæander in vndis. Stra. ſcribit q̄n

multũ accipiat limi: & vario impetu: mõ ad hanc: modo ad aliã adiſciat ripã. Vnde obliqtates oẽs mæandros veteres appellarũt. Cice. in piſo. Scio quos tu męandros quęſtuiſti. Eſt etiã picturę gñs. quod Feſtus neu. genere męandrũ declinat a ſimilitudine męandri. Ver. Quã plurima circũ Purpura męandro duplidi melibœa cucurrit. Hoc etiam nomine dictus eſt mons Indię.

¶Mænas cum diph. genus piſcis. Vide in dictione mæna.

¶Mænas nadis. furioſa ſiue inſana dr̃ ab μαινομαι. quod eſt furere. Fuerunt aũt mænades mulieres: quę Liberum patrem ſemper ſecutę bacchi ſacra celebrabant paſſis capillis furẽtium more huc atq; illuc curſitantes. Iuue. Crinemq; rotant vlulã te priapo męnades.

¶Mænala pe. cor. intellectu ſingulare: voce autẽ plurale inquit Priſ. At Diom. docet in ſingulari eẽ generis maſ. in plurali neu. Mons archadię cęlſus Vergi. Piniferũ illum etiam ſola ſub rupe iacentem Mænalus. Luc. li. iij. Sicanias alpheus aquas tũc mænala liquit. Eſt & nomen vrbis. Mænalius a. um. quod eſt ex mænalo. Vnde a bacchus dictus eſt mænalius. απο του μαινομαι: quod eſt furere inſanire: ſiue a mænalo lycaonis filio. Et Aper męnalius: quẽ hercules Eury. detulit. ſtepha. byzãtius μαιναλοσ πολισ αρκαδιασ απο μαιναλου του λυκαοροσ και οροσ εστι και ερτη παλατιακτισμα.

¶Mæotis pe. pro. gręce μαιωτισ palus ſcythica in regione ſeptẽtrionali iuxta phaſidis oſtium frigore cõgelaſcens. Ouid. li. iij. de triſ. Longior antiquis vna mœotis hyems. Hinc piſces męotides ſeu mæotici dicti qui in mæoti capiuntur.

¶Męonia lydia eſt regio minoris aſię. Vnde męones populi hęc vocat regio exuſta. Nam ſicut ſcribit Strabo. Cinerulenta eſt in ſuperficie: & tota arboribus caret pręter vitem Dionyſius ſcribit hãc regionem eſſe ſub altiſſima tmoli mõtis rupe ſitã ex qua pactolus amnis effluit. hinc Mæonius a. uz Vnde Homerus dictus eſt męonius. Mar. Perlege męonio cãtatas carmine ranas. Dictus & męonides a patre qui męon appellabatur.

¶Mœror inqt Cic. li. iiii. tuſ. eſt ęgritudo flebilis.

¶Mœreo es. mœſtus. Vide in dictione mereo es. Caper. Mœſtus animo ſed triſtis vultu.

¶Mœſtitia & mœſtitudo idẽ qđ mœror. Quinti. Dolore atq; animi mœſtitia languens. Plau. Cur tanta mœſtitudo obtigit?

¶Mœſto as. & mœſtifico as. mœſtũ facio. Amb. lib. i. offi. Cur non ego etiã dicã in quibus eũ mœſtificare poſſum? Ab μοιρα. ideo per œ.

¶Mœro as. mœrentẽ & triſtẽ facio. Nam mœraret. i. mœrentem faceret. vetus verbum

¶Magar pœnorũ lingua villam ſignificat. Vñ & magalia villę dicuntur: q̃uis magaria ſecundum Ser. dici debeat: cuius prima producitur. Vergili⁹ Miratur molez æneas magalia quondam.

¶Magide mẽſę ſeu cognarij inſtrumẽti gñs habet & panis ſeu offę gñs qđ magida quoq; appellant.

¶Magia fons ſicilię in agro ſyracuſano. quo etiã nomine incantatio dici latine poteſt.

¶Maginor aris q̃ſi tarde conor vngor inqt Feſt⁹

¶Magirus pe. pro. latine coquus dicit. Vnde Archimagirus princeps coquorũ.

¶Magis aduerbiũ ſignificat plus: deducit q; a magnus & pręter naturã aliorũ habet neutrũ: nã comparatiua neutra vim aduerbij habẽt: vt validius: ſanctius. maius vero: nõ loco cui⁹ dicimus magis a quo fit cõpoſitũ demagis: qđ ſignificat valde magis: & pro nimis a veteribus ponebatur.

¶Magiſtri a magis: & ꝓprie artiũ p̃ceptores ſunt q̃uis etiã ad oẽs trãſferri poſſint quibus p̃cipua cura rerũ incumbit. Dicti magiſtri q; magis cæteris poſſint: vel q; magis q̃ cęteri diligẽtiã rerũ q̃bus p̃ſunt habere debẽt. Hinc magiſtri pagorũ ſocietatũ: vicorum: collegiorũ dicuntur: q; pagis ſocietatibus vicis collegijs p̃ſunt. Magiſtere qtũ dr̃ cui ſũma poteſtas erat in eqtes: addebaꝭ q; ſemp dictatori cui ſũma poteſtas ī populũ: a quo & magiſter populi dicebaꝭ. Ponit etiã magiſter pro cuſtode. Ter. Me filijs relinquũt: q̃ſi magiſtrũ. Et magiſter pecoris cuſtos vocaꝭ. Huius diminutiuũ eſt magiſtellus. i. paruus magiſter.

¶Magiſteriũ magiſtri dignitas ſeu officiũ. Nam magiſteria ſic a magiſtro videnꝭ deduci: quo mõ a miniſtro miniſteria. Sue. de Aug. Auus municipalibus magiſteriis cõtentus abundante patrimonio tranquilliſſime ſenuit. i. officijs municipijſui.

¶Magiſtro as. moderor: guberno.

¶Magiſtratus us. per deriuationẽ a magiſtris cognominaꝭ qui per impia potẽtiores ſunt q̃ priuati. Et modo ſignificat eos qui in poteſtate aliqua ſunt cõſtituti vt ſunt cõſules: proconſules: prętores: propręt ores: & alij qui ciuitates & prouincias regunt: modo ipſam poteſtatẽ ſeu officiũ. Ci. Nã iſtũ in vrbe magiſtratũ gerebat. Et magiſtratuum alij maiores: vt cõſules: cẽſores: prętores. Alij p̃ter hos dicebantur minores.

¶Magmata pe. co. paſtili & maſſę factę ex vnguẽtorum ſęcibus odoris gra απο του ματτειν: qđ eſt terrere & miſcere: vt inquit Ply.

¶Magmẽtũ veteres dixerũt quaſi maius augmẽtũ & auxiliũ: quoniã augebant numerũ hi qui accedebant alienigenę vt adiumento eſſent.

¶Magus dictio perſica: qua apud eos ſignificaꝭ ſapiẽs. Sic emñ perſę magos vocãt vt gręci phõs: latini ſapientes galli dryudas: ęgyptij prophetas ſiue ſacerdotes. Indi gymnoſophiſtas: & Aſſyrij chaldęos a chaldęa alię regione. Apud nos vero magus incantator ex officio vocari poteſt. nã cũ magi apud perſas potiſſimũ deorum cultui vacare ſolerent: in tãtã poſtea aucta eſt eorum vanitas vt nõ ſolũ obſeruatione ſyderũ futura p̃dicere ſed artibus quibuſdam & maleficijs: & ſcire ſe omnia & facere poſſe profiterenꝭ. Hinc magicus ca. cum quod ad magum pertinet: vt ars magica. Suidas. μαγεια και αστρολογια απο μαγουσαιων ηρξατο οι γαρ τοι περσαι μαγων υπο τωρεχωριων ονομαζονται και μαγουσαιοι οι αυ τοι.

¶Magnus grãdis cui⁹ cõparatiuũ eſt maior: ſuplatiuum maximus. A quo multa componuntur.

¶Magna gręcia dicta eſt ea pars italię quę a Tarẽto vſq; ad cumas eſt velvt Ply. li. iii. refert a locris italię fronte ad Tarentũ vſq; protẽditur: ſic dicta q; multæ magnæq; ciuitates in ea fuerint a gręcis conditę. Auctor Iuſti. lib. xx. Verg. Effuge cuncta malis habitãtur mœnia graijs. In ea habitauerũt Architas Pythagoras parmenides & zeno pythagorici philoſophi: & Aenni⁹ poeta. A qbuſdã to

ta Italia dicta est maior græcia. Ouid. in fast. Italanam tellus græcia maior erat.

¶Magnũ socerum. & magnã socrum appellabat vir vxoris suæ auũ: auiamq; Maior socer & maior socrus vxoris proauus proauiaq; appellatur & sic per singulos gradus.

¶Magnalia sunt ingentia facta & admiratione digna. Hier. in lib. Exo. State & videte magnalia domini quæ facturus est hodie.

¶Magnificus qui magna facit. Scribit Arist. lib. iiij. Eth. magnificũ dici illum qui in magnis pro dignitate sumptũ facit qui circa publicã magnificentiã impensas facit honorificas veluti in ludis in rebus dijs sacrificatis: in ædificijs: in epulo publico: nõ q in se ipsum sumptuosus est. Est & magnificẽs a quo magnificẽtia: q̃ est vt Ci. inquit rerũ magnarum & excelsarũ cũ animi ampla quadã & splendida propositione cogitatio atq; administratio.

¶Magnifico. as. extollo. Ply. Magnificat & vitulꝰ qui nondum herbam gustauerit fimum.

¶Magnas. atis. & magnatus. ati. q in populo magnus habetur.

¶Magnata vrbs Hyberniæ: a qua magnatę populi vocãti sunt.

¶Magnes. etis. generis mas. genꝰ lapidis ad se ferrum attrahẽtis. Dictus magnes ab inuẽtore in Ida primũ repertus: de quo Plyn. lib. xxxvi. Orpheus αυταρ ερωτε σησ αλοχου κελομαι σεδαη, μεναι ει εθεν αργυρῳ αρδροσατῳ αλλοτριοιο λεχοσ και δωμα φυλασσοι.

¶Magnesia macedoniæ regio: thessaliæ annexa. Abest ab Epheso. sicut Ply. lib. v. scribit. xv. mil. pas. A qua magnetes q & magnesij populi vocati sunt. Luc. li. vi. Et magnetis eqs mynię gẽs cognita remis. Est & magnesia vrbs in asia apd quã Scipio asiaticus. Antiochũ regẽ magna clade affecit.

¶Magog. nomen viri filij Aphet propriũ: a quo vt Iosephus ait lib. i. Magogæ dicti sunt: qui a græcis Scythæ dicuntur.

¶Maguderis vt Prisc. li. vij. inquit: frugis. i. caulis genus q nascitur ex ea parte cuius radix sirpis auellitur hanc caulem laserpitij quidã existimãt. Plau. in Ru. Seu tibi confidis fore multam maguderim. Laserpitiũ autẽ herbam esse nõnulli arbitrãtur: vt Ply. lib. xix. testatur. Legitur & Magudaris. Colu. lib. vij. Facit & radix quã græci vocãt μαρουλα ρηρ vulgus autẽ nostra consuetudine laserpitium appellat.

¶Maiestas a magnitudine dicta est. Est em̃ decus amplitudo & dignitas vel populi vel senatus vel principis imperatorisve. aut etiã priuati magni viri. Vnde maiestatis crimẽ iurisconsulti diffiniũt qd aduersus populũ Rom. vel aduersus securitatẽ eiꝰ cõmittitur. Et rei maiestatis dicuntur qui eiusmodi crimẽ cõmittunt maiestas quoq; dea credita est honoris & reuerẽtiæ filia: de qua Ouid. Donec honor placidoq; decens reuerẽtia vultu Corpa legitimis imposuere toris. Hinc sacra maiestas quę mũdũ tẽperat omnẽ. Quaq; die partu est edita magna fuit Nec mora cõsedit medio sublimis olympo Aurea purpureo conspicienda sinu.

¶Maiales porci castrati. Var. Verres cõmodissime anniculi vtiq; nec minores q̃ semestres. Quo facto nomẽ mutant atq; e verribus dicũtur maiales.

¶Maiores: intelligi possunt quicũq; aui abaui proauí atauí tritauí & ante hos in infinitũ. sicut minores q etiã post trinepotes futuri sunt. Ci. Ego meis maioribus virtute pluxi: vt si prius noti nõ fuerint a me incipiant habere initiũ memoriæ suæ. Virgi. Hunc lætũ tyrijsq; diem troiaq; profectis esse velis nostrosq; huius meminisse minores. Non solũ minores hi dicũtur sed etiã posteriores & posteri & nepotes: sicut ij q ante nos fuerũt maiores & superiores & patres & aui appellãtur. Et tam maiores q̃ minores in hac significatione tantum pluraliter declinantur. maiores magistratus sunt consules penes quos fasces sunt: vel qui priores facti sunt: maior prętor dicit Vrbanus: minores cæteri. maiores flamines dicebãt patricij generis minores plebei. maior auũculus: aui & auiæ auunculus. Sic maior patruus. maior amita.

¶Maius mensis a maioribus dictus est: qa vt inqt Macro. maioribus consecratus erat quorũ cõsilio resp. gerebat. sicut iunius a iunioribus q rem armis gerebant. Postq̃ em̃ Romulus populũ romanũ in maiores minoresq; diuisit: vt altera pars cõsilio altera armis tueretur in honorẽ vtriusq; partis hunc maium: sequentẽ iuniũ vocauit. Ouí. Hinc sua maiores tribuere vocabula maio. Iunius a iuuenũ nomine dictus adest. Sunt & q malũ a maiestate deae denominatũ velint. q; flamẽ vulcanalis kalendis Maijs huic deę rem diuinã facit. Alij a Maia Mercurij matre: ꝓpterea hoc mense mercatores oẽs Maię pariter & Mercurio sacrificare soliti erant.

¶Malus. fœ. gene. arbor: cuius fructus est malũ. i. pomũ: tractum nomẽ a græcis qui malũ μηλον dicunt. Vnde melimela: & habẽt pe. p. Hinc malinus. a. um. qd̃ est materiatũ ex malo. Col. li. viij. Est etiã nõ ingrati saporis muria præduratus: atq; ita malinis lignis: vel culmi fumo coloratus.

¶Malus. mas. generis arbor nauis: quia instar mali sit in fũmitate: vel quia cingitur quasi quibusdã malis quorũ volubilitate facilius leuãtur vela & similiter primã producit. Luc. libro. x. Antẽnas proram malos tonsasq; natantes.

¶Malus. a. um. pri. cor. dicit qd̃ opponitur bono. Est em̃ generale nomen turpia simul & detrimentosa cõplectens. Vnde dicimus malũ culpæ qd̃ male agendo cõmittitur. quale est homicidium & hmõi. malũ pœnæ qd̃ deus ob mala cõmissa immittit: vt est illud propheticũ. Ego dominus creans malum. Dicimus etiã malum militẽ qui est imbellis: malũ imperatorẽ qui est imprudẽs: malũ grãmaticũ qui est rudis: malum iudicẽ qui est iniquus: malã faciẽ, q̃ est deformis. Præterea malũ sumitur pro labore afflictione & angustia. Virg. Assuetũq; malo ligurẽ Et in psalmis. Letati sumus ꝓ diebus quibꝰ nos humiliasti: annis q̃bus vidimus mala. Vbi Hier. Quãto magis in hoc sęculo paupertate: inimicorũ persecutionibus vel morborũ cruciatibus fuerimus afflicti: tanto post resurrectionẽ in futuro maiora præmia cõsequemur. Itẽ sumitur ꝓ malignitate. Sene. Imbecillũ insontẽq; dãnare summũ est malũ. Itẽ pro interiectione. perinde ac si diceremus proh nefas. Qui loquendi mos per interrogationẽ & honestus & vsitatus est. Gel. Quæ malum ratio ista est? Ply. Quę malũ ista demẽtia est iterari vitã morte? Ter. in Adel. Quod hoc malũ infelicitatis? In eundem sensum. Cic. ad Atticum dixit. Qui mali? Ali quando capit̃ malũ ꝓparuo: sicut bonũ ꝓ magno.

¶Male aduerbiũ modo ponit pro valde ſed ſemp in malam partẽ. Cic. Addebat etiã idq; ad rem pertinere credebat ſcriptores illos male mulctatos .i. magna pœna affectos. modo pro parum. Vir. Heu male tum mites defendit pãpinus vuas. modo pro incõmode: ſicut bene pro cõmode. vt Male habito Vnde habito in compoſitione habet vim negationis. vt Male ſanus: male fortis. Ouid. li. iij. faſ. Nõ dum tradiderat victas victorib⁹ artes Græcia facũ dum ſed male forte genus.

¶Male audio ſignificat alicui⁹ maledicta ſuſtineo ſeu infamor vituperor culpor. ſicut bene audio. laudor: vt ſi quis de me male dixerit: tunc recte dixero Male de me audio. Cic. lib. 2. In quo ego nõ quo libenter male audiam: ſed quia ego cauſam nõ libenter relinquo. Idem ad Atticũ. Hanc nõnulli amici Apiſ ridicule interpretãtur q me idcirco putent bene audire velle: vt ille male audiat.

¶Male cogito de te. i. male affectus ſum erga te: & malã habeo de te opinionẽ. Oui. Non tamẽ æneã q̃is male cogitet odi. Cæli⁹. Et ipſe facile aĩa duerterem male eum de me cogitare. huic cõtrarium eſt bene cogito.

¶Maledico tibi: & maledico te. A quo maledicus maledicẽtior & maledicentiſſimus q̃ male dicit quãtum poteſt & ſcit.

¶Malefacio tibi. Inde maleficus malefica maleficum pro pernicioſo. Sic maleficę mulieres incantatrices dicuntur & veneficæ. Maleficæ herbæ. malefice ſerpentes pro venenoſis.

¶Maleficentia & maleficiũ damnũ iniuria facinus Cæſar. Finitimis imperauit vt ab iniuria & maleficio ſe ſuoſq; prohiberent.

¶Male iudico: male cenſeo: male opinor declaratur error meus.

¶Male mereor de te: male tracto te. Cuius contrarium eſt bene mereor.

¶Male opto tibi: male precor intelligitur vitium eius de quo agitur. male volo tibi. odi te hinc mali uolus & maliuolentia: quę eſt voluptas ex malo alterius ſine emolumento ſuo.

¶Male vertere eſt in perniciem vertere.

¶Malitia: peruerſitas q̃ virtuti ſeu bonitati contraria eſt. Sene. In hoc ſũma bonitas: in illo extrema malitia. Frequẽter aũt ſumit pro verſutia. Cic. Virtutis cõtraria eſt vitioſitas. ſic eñ malo q̃ maliciã appellare quã græci κακίαν appellant. nã malitia certi cuiuſdã vitij nomẽ eſt: vitioſitas oĩm. Apud veteres etiã in bonũ accipiebatur. Plaut. Te ciuem ſũma omni malitia. Eſt & alia malitia ex natura p uenies. Ply. Quod modo cœli modo terrę malitia facit. Var. Id iæpe accidit malitia ſoli. Interdũ malitia dicitur labor afflictio & anguſtia ſæculi vt eſt in Euangelio. Sufficit diei malitia ſua.

¶Malignus a malus fit & is eſt qui difficultatẽ ſui oſtendit: hoc eſt qui aſper difficilis inuidus auarus eſt. Ply. Homo malignus & inuidus. hinc maligna via quę anguſta & ardua eſt. Vir. Adituſq; maligni Maligna lux q̃ ſubobſcura eſt. Idẽ. quale ſub incertam lunã ſub luce maligna. Malignus ager: agricolis illiberalis ac minime ferax. Idem. Difficiles primũ terrę colleſq; maligni. Et malignus conſuetudine dicitur maliuolus & malus: a quo malignitas.

¶Maligno. as. & malignor deponẽs. Hier. in p̃s. Super populũ tuũ malignauerũt conſiliũ. Et iterũ Qui malignantur exterminabuntur.

¶Mala. æ. faciei pars quæ & Gena: dicta q̃ totum dam ſpeciẽ mali præ ſe ferat. Nam eſt quę p̃eminet inter naſum oculos & buccã. Ply. Infra oculos malæ homini tantum quas priſci genas vocabãt. Ibi oſtenditur pudor. Et primã producit. Virg. tamen li. iij. Geo. equino generi malas tribuit cũ ait. Quo tẽpore glauci Porthmiadæ malis mẽbra aſſumpſere quadrigæ. Et mala latine dicit̃ ouis. Vnde & malonomos. i. paſtor ouiũ.

¶Malicoriũ: putamẽ mali granati. Ply. lib. xxiiij. Huius aridis foliis vt malicorio coria perficiuntur

¶Malobatra: vnguẽta quę ex aſſyria afferebãtur. Vnde Hora. inquit: Tinctos malobatro aſſyrio capillos. Hinc malobatratus: hoc eſt malobatro capillos delibutus: vt eſt apud Sido. apollinarem ad Leonem.

¶Malacus. latine mollis: ἐλληνιϛὶ μαλακος.

¶Malacia. æ. mollicia cum maris fluctus omnino quieſcunt & languent neq; vlla aura cõmouent. qđ vulgus vitandi mali ominis gratia bonatiã vocat Lucre. pellaciã a pelliciendo appellat. Subdola cũ ridet placidi pellacia põti. Similiter malacia eſt in grauidis ille langor & mollicies diſſoluti & cuncta faſtidientis ſtomachi. Ply. lib. xxiij. Malicoriũ expetitur in grauidaꝝ malacia: & quoniã guſtatu moueat infantẽ. Id græci κισσαν appellant & κιττην quod eſt vt Theodorus Gaza vertit picare a pica dictum quoniã eiuſmodi aues varia ſolent appetere cum ſunt prægnantes.

¶Malaciſſo. as. mollio ſubigo. Plau. Ah nimium ferus es: malaciſſandus es.

¶Malaſſo. as. a quo cõmalaſſo qđ eſt exerceo mature facio. Var. in dolore adiaphoron eſſe qđ philoſophia cõmalaſſeret eam partem quæ concuti cupiditatibus ſolet.

¶Malagma. atis. fomentũ cũ res dura per alterius admiſtionem molleſcit ſicut emplaſtrũ. Nam malagmata contuſa & ſuper cutẽ iniecta abunde mollificant a μαλαττω mollio: his molliũtur apoſtemata & maturefiunt. Col. lib. vij. Cuminũ conteritur: eiq; adijcitur exiguũ picis liquidæ & axungiæ vt lentorẽ malagmatis habeat. Ambro. lib. i. offi. Alliga ſenſum tuũ: nõ ſit remiſſus ac defluus: ne dicatur de te. Non eſt malagma apponere neq; oleũ: neq; alligaturã. Differũt autem emplaſtra a malagmatis & paſtillis. Emplaſtra imponũt vulneribus malagmata in integrã cutem inijciunt. Paſtilli aut illinũtur aut alicui molliori ceratione miſcentur.

¶Malua: herba quã græci μαλαχην vocant ab emolliendo ventre. Mar. Vtere lactucis & mollibus vtere maluis. Duo eius genera poſuit Ply. quæ foliorum amplitudine diſcernũtur. in ſatiuis maiorẽ græci malopen. alteram ab emolliendo aluo malachen dixere ſylueſtrem cuius folium grandiuſculũ eſt & albæ radices Althæam & ab excellentia effectus Ariſtalthæam ἀριϛον græci optimum dicunt καὶ ἀλθαιαν malua. Dicitur etiam malua maluaceum. a malua fit maluaceus. a. um.

¶Malaca: ciuitas in hiſpania. Mar. Siga oppidũ e regione malacam vrbem hiſpaniæ cõtemplatur.

¶Malea. pe. indifferẽte: promontoriũ laconiæ qđ per quinquaginta milia paſſuũ in mare ꝓtenditur vbi periculoſa eſt nauigatio propter aduerſos ventorum flatus: hinc eſt illud prouerbiũ. Cum ad mea

leam deflexeris domesticos obliuiscere. Virg. lib. v
Ionioq; mari: maleæq; sequacibus vndis. Proper.
Præbeat hospitio sæua malea suo. Dicta Malea a
Maleo argiuorũ rege qui in ea templum pulchrum
cõstruxit: quod maleoticũ appellauit. A malea fit
maleacus. a. um. vt Sinus maleacus.
¶Malea vrbs thessaliæ: a qua populi malilees &
mare vicinũ maliacum dicitur.
¶Maltha calx cum arena & aqua: vel pix cũ cæra
mista & huiusmõi ελληνιστι μαλθη λεγεται και
μαλθακιζω το μαλακον ποιεω.
¶Malleus fabrile instrumentum q̃ res duras mol-
liat quasi molleus. Ea enim quæ dura molliũtur ad
ignem vt malleis flagellentur.
¶Malleolus diminutiuũ a malleus. i. paruus mal-
leus. Et malleolus: teste Col. lib. iiij. dicitur nouus
palmes vitis innatus prioris anni flagello: sic dic-
tus ab ipsius mallei similitudine. vel q̃ in ea parte
q̃ deciditur ex vetere sarmento prominens vtinq; malleoli speciẽ præbet & plantationi aptus est. Vel q̃ vt ait Plyn. solebat capitulatus vtinq; & surcu latus seri. Et malleoli sunt sarmẽta illa q̃ in aggeribus ponuntur. Sed & manipuli parte pice contecti qui incensi aut in muros aut in testudines ad incendium faciendum iaciũtur malleoli vocantur.
¶Malleolaris & hoc malleolare a malleol⁹ fit. Col. lib. iij. Virgam malleolarẽ non amplius q̃ sex gemmarum esse conuenit.
¶Malleo. as. quasi malleo operor. Vnde & Mallea tor. Aug. lib. xv. de ci. dei. Tubalcain erat ærarius & malleator æramenti & ferri. Malleatus. a. um. q̃d malleo factum est. Vnde Malleati libri dicũtur vulgo stampati. Vlpi. xxxij. ff. inquit. Sed perscripti scripti nondũ malleati vel ornati vel quia paginæ malleantur repaginandę.
¶Maluuiũ vas in quo lauantur manus: & fœmineo genere Malluuiæ sicut pelluuiũ & pelluuiæ quo lauantur pedes. Nonius etiã Trulleũ appellat: cui⁹ vrceolus aquę manalis vocatur q̃ eo. aqua manãs in trulleũ effundatur. At Ser. lebetem vasculum interpretatus est in quod aqua cadit cũ man⁹ lauãtur ab aliis pollubrum etiã nominatur.
¶Malanomus penul. cor. pastor ouiũ μηλα ouis μομος pascuum.
¶Mambre mons iuxta hebron.
¶Mamers lingua oscoꝝ dictus est mars detractione syllabæ: qui & Maiors etiã appelletur. Mamertus prẽnomẽ oscum a eo q̃ hi martẽ mamertẽ appellant. ¶Apud Liuiũ Mamertus Aemylius dictator ex gente mamerta. Quidam dicunt Aemyliam gentem a mamerto appellatã cui propter humanitatẽ ciuicã cognomen fuerit Aemylio. Græci eñ Aemiliã vocãt sermonis lepiditatẽ atq; facundiã.
¶Mamertini: populi cãpani. hi cũ Messanã colonos misissent: iꝑi quoq; mamertini potius q̃ messanenses sunt vocati. Et cum ager eorũ vini feracissimus sit: Mamertinũ vinũ nõ messanẽse appellatũ est. Mar. Amphora nestorea tibi mamertina senecta: Si detur q̃d vis nomẽ habere potest. Dicti mamertini a ciuitate Mamertia q̃ a lacedæmonijs subuersa fuit. q̃ Messenij quinquaginta virgines lacedæmones violare tentassent. & nõ consentiẽtibus eas occidissent. Auctor Hiero. contra Ioui.
¶Mãma papilla quę & vber dicitur. Iuue. Et nuda teneat venabula mãma. Mãma quoq; greca dictio est: qua significatur nutrix: seu vt quidã aiunt auia .i. patris seu matris mater: sicut a tata pater. Marti. Mãmas atq; tatas habet.
¶Mamilla diminutiuũ licet per simplex m. scriba tur. Iuue. Illa loqui recta facie strictisq; mamillis.
¶Mãmula: similiter diminutiuũ a mãma.
¶Mãmosus. a. um. quod habet magnas mãmas. Mar. Mãmosas metuo: teneræ me trade puellæ.
¶Mãmeatus. a. um. idem q̃d mãmosus. Plau. Cuius amicam mãmeatam vidimus.
¶Mãmare est mãmas ad fugendũ pębere. Aug. in psal. interpretatione. Ve pregnantibus & mammantibus illis diebus. Hinc mãmatus. a. um. Vnde mãmatæ tegulæ a laxitate dictæ sunt quæ balneis adhibentur.
¶Mamillare: amiculi genus quo mulieres mãmas tegere consueuerunt.
¶Mãmotreptus quid significet. Aug. in interpretatione psalmorũ declarat. Si eũ inquit queris immitari & ex illo pendere adhuc lacte vis nutriri & fies mãmotreptus quales dicũtur pueri qui diu sugunt quod non decet. Et paulo post. Faciunt hoc nutrices mãmotreptis vt aliqua amara ponant in papillis suis quibus offensi paruuli ab vbere resiliant: & ad mensam inhient.
¶Mamilia propriũ nomẽ mulieris Telogeni filiæ a qua mamiliorũ familia est vocata.
¶Mamona non hebræorũ sed syrorum lingua: vt Hiero. ait diuitiæ nũcupantur q̃ de iniquitate collectæ sunt. Idẽ in psalmorũ expositione. Videtis q̃ iniquus mamona in isto sæculo deficit. Aug. verò sic. Mamona verbũ latinũ non est sed hebræũ cognatũ linguæ punicę. Istæ eñ linguę sibi significationis quadã vicinitate sociãtur. Quod punici dicunt mamon: latini lucrũ vocant. quod hebræi dicunt mamona latine diuitiæ vocantur. Suidas tamen μαμωρας χρυσος γηινος πλουτος ου χι οκτου σατανα αλλα ο περιττος και υπερ την χρειαν quare penultia lõga est: qa est ω mega
¶Mamurius faber ærarius laudatissimus.
¶Mamurræ: senatoria familia: Romæ erat sed formis oriunda.
¶Manceps qui aliquid a populo emit conducit ve quia sublata manu significat se auctorẽ emptionis esse: qui idem prẽs dicitur: quia tam debet prẽstare populo q̃d promisit q̃ is qui pro eo prẽs factus est. Et emptio mãcupi quæ solẽnitate quadã fiebat adhibitis nõ minus quinq; testibus romanis ciuibus puberibus & alio eiusmodi conditionis qui libram æneã teneret. Emptor ita dicebat. Hoc ego ex iure quiritũ meum esse aio hoc q̃d emptum est hoc ære æneaq; libra. Deinde libra ære percutiebat idq; æs dabat a quo rem emptã accipiebat. Et hæc mancipatio vocabatur. Hinc seruus equus ouis aliaq; huiusmodi mancipia: dicũtur q̃ manu capiãtur: siue mancupi emptione acquirantur: cum cætera neumancupi dicantur: vt rerum dominia iura q̃. Mancupes. Cice. appellat Romano publicanorũ principes qui quæstus sui causa decumas redimũt a populo romano. Vnde a Suetonio dictũ est. Non negauerim iactatum a quibusdam petronium patrẽ e regione transpadana fuisse mancupem operarũ q̃ ex vmbria in sabinos ad culturã agrorũ quotannis commeare solent. i. redeptorẽ conductorẽq; seruorum & operariorũ. Sciendũ est q̃ mancipi siue

mācupi indeclinabile est p omnes casus & genera q̄ q̄ alij figurate dici velint in casu dandi. Et manci pi dicitur ad nos pertinere quod ex subhastatione emimus estq; ius. Cice pro Murena. Qui si in his re petundis quæ mancipi sunt: his periculum indicit præstare debet qui se nexu obligat.

¶Mācipo.as.pe.cor. quasi manu capio: vt modo dictū est quod est obligo summeto & seruū facio: q̄uis sine libra & verbis supra positis. Lactā. lib. 2. Spiritibus immūdis puris animas suas mancipāt Plau. in Cur. Alienos mancipatis: alienos manumittitis: alienis imperatis nec vobis auctor vllus est: nec vosmet estis vlli. Hiero. in plo. Tobiæ. Librum vtiq; Tobię quoniā hebræi de catalogo diuinarum scripturarum secantes his quę agiographa memorant mancíparunt. i. subdiderūt, Huius compositum est Emancipo.

¶Mansisterna aquæ vrna. i. vrceus. Plau. in Bac. Effer mansisternā cum aqua foras.

¶Mācus ꝓprie manu eneruatus quasi manu carēs licet qñq; p debili ponat & ad res etiā inaptas trāsferatur. Cic. de fi. bo. Sed etiā alteris tribus q manca fore putauerūt sine aliqua accessione virtutē.

¶Mancinus nomē viri: a quo Mancinatus pro dānato q; Mancinus insignem domū habuit quæ eo interfecto publicata est.

¶Mandra speluncæ cubile & receptaculum ouiū: boum: aliorūq; huiusmodi. Iuue. Et stantis cōuicia mandræ: Eripiūt somnū druso. Probus scribit mādram esse vici ostiū vel flexum vel arrectū: aut breue & vile ędificiū qđ angustet latitudinē vici: vel ingens vehiculum quo trabes portātur. μαγδραρ λιτουσιρ ελληνες.

¶Mandragoræ duo sunt genera: candidus q mas & niger qui fœmina existimatur. Ferunt mala auellanarum nucū magnitudine. Mandragorā fossuri ab auersante vento cauent: & occasum spectāt. Vis eius in poculo somnifera est: ac etiam olfactu. Col. Mandragoræ pariat flores.

¶Mando.as. cōmitto: vt cū quid memoriæ mandatur: siue imponit cōmittitur ve vt memoriter teneatur: siue ex ꝓpria memoria id fiat cū quid repetitur aut auditur siue ex scripto. Memoria ꝓpria. Cic. lib. iij. ad Herē. Quoniā nuperrime dictū facile memoriæ mādatur vtile est cū dicere desinamus recentem aliquā relinquere in animis auditorū firmā argumentationē. Ex scripto. Gel. Memoriæ mandatū Platonē philosophū tenui admodū pecunia familiari fuisse. Et hoc modo mādo significat manu scribendo memoriæ do. vt Cic. pro Sex. Hæc phama celebrantur monumētis annalium mandantur posteritati propagantur. aliquādo & litteris & memoriæ simul quid mandatur. Idem lib. xij. Philip. Quid huic facias qui hoc litteris memorięq; māduit. Lact. li. vi. O ingenia hoībus indigna quæ has ineptias protulerūt: miseros atq; miserabiles q stultitiam suā litteris memorięq; mandauerūt. Litteris & memoriæ capere licet non solū scripto id mandatum esse vt rē ordine gestā ipsi scriptores haberent sed etiā vt memoriæ posteritati darent. Nam nō intelligi par esse censeo accipi litteris & memoriæ dictum ex abundātia sed ex diuersitate rei. Aliter etiā quid mandari pōt. vt Col. lib. iij. Semina q̄ recentissima terræ mandare cōuenit. Interdū madare cō mittere vt cū quid faciendū datur qđ iniūgere seu imponere seu cōmendare dicitur. Plau. in Cur. Mādatū est mihi vt has tabellas ad eum ferrē. Terē. in Adel. Huic mādes si quid recte curatū velis. Cōposita huius verbi sunt. Amando. Admādo. Cōmendo. Demando. Præmando. & Remando.

¶Mandatū & participiū & nomē esse potest. Participiū: vt Mandatū est mihi. apud Plau. Nomē: vt apud Quintil. Mādata tamē tua fili perago. Et est proprie mandatū cōmissio: hoc est qđ cōmittitur. Sal. C. Malius ex suo numero legatos ad Martiū regem mittit cum mandatis huiusmodi.

¶Mandatarius cui dantur mandata peragenda.

¶Mando. is. mandi: scđm aliquos mādui: & scđm alios mandidi māsum significat dentibus cōficio. Hiero. in Geñ. Tolles tecū ex omnib⁹ quæ mandi possunt. Virg. lib. iiij. nō ad effectū sed ad actū retulit. Stat sonipes & frena ferox spumantia mandit. Serenus vero ad effectū. Purgatur cerebrū māsa radice piretri. Dictū mando a manu dando q; manucibus ori admouetur: quēadmodū a manu ducēdo dicimus manduco. Huius compositū est Remādo quod est rursus mando rumino. Ply. li. x. Pontici quoq; mures simili modo remandunt.

¶Mando. onis. edax: q assidue mādit. Lucil. Atq; omnes mandonū gulæ.

¶Manduco. as. idem qđ mādo. Cuius compositū est cōmanduco. Ply. li. xx. Huius cucurbitę cōmanducatæ succus stomacho admodū prodest.

¶Manduco. onis. edacē significat. Hæc eñ oīa ferē idē denotant. Mandones: manducones: manduci: māsutij: Comedones: comedi: Edones: edaces: Epulones: lurcones. Curguliōes: Ganeones: Heluones: Scurræ: Parasiti: Gulones: Phagones: Liguriones: Nepotes: Catillones.

¶Manducus idē qđ manduco. Plau. Quid si ad lupos me ꝓ manduco locē ſ mādući effigies in pompa antiquorū inter cæteras ridiculas & formidolosas imagines ire solebat magnis malis ac late dehiscens & ingentē dentibus sonitū faciens.

¶Māsuti⁹ a mādēdo edacē significat vt inqt Fes.

¶Mandibula in qua dētes sunt siti: q̄ & maxilla dicitur. Sunt autē duæ mandibulæ superior. s. & inferior: a mādendo. Quo etiā noīe vocat gens in gallia aquitana auernis finitima sicut Strabo scribit.

¶Mansum dentibus cōtritū: & ꝓprie dicit de cibo comesto q pueris datur. Ci. li. 2. de ora. Qui oēs tenuissimas particulas: atq; oīa tenuissima mansa: vt aiunt nutrices infantibus pueris in os inferant.

¶Manna: ros melleus matutinus.

¶Mane diei principiū cū dies clar⁹ est: ab obtentu boni ominis. Manū eñ veteres bonū dicebāt. Vñ diij manes. i. boni quēadmodū e contrario īmanes crudeles dicimus: ac minime bonos. Vel sicut ait Macr. q; ab inferiorib⁹ locis. i. a manibus exordiū lucis emergat. Var. a manādo deriuat q; cū solem anat dies ab oriente. Vñ Manij & Lucij qui nati sunt mane & luce. Vel q; diij manes ꝓ omnia manare existimabantur.

¶Manes boni dicuntur. Acron. Diij manes dij boni: a manū qđ est bonū. Antiqui animū a corpore seperatū manē deum nūcupabant. Apul. de Socratis dæmonio dicit. Manes animæ dicūtur melioris meriti q̄ in corpore nostro genij dicūtur: corpori renūciantes lemures: cū domos incursionibus infestarent laruæ appellabātur. Contra si bonæ fuerint

lares familiares. Ser. ꝑ antiphraſim ait manes eſſe deos inferos quia nõ ſint boni. Idem dicit alibi eſſe animas corporibus exutas quæ nondũ in alia corpora migrauerint. Quandoq; manes dicuntur pœnæ. Virg. Quiſq; ſuos patimur manes.

¶Maniæ: deformes pſonę. Et manias laruas quas nutrices pueris imputari ſolent appellant. Medici maniacos vocãt furoris morbo laborãtes quoniã mania dicitur inſania & furia. Latini melius qui inſaniam a furore diſiungunt quoniã aliud eſt furere aliud inſanire. Item mania dea larũ mater cui olim ſacrificabant. Et Maniæ dicebantur ficta quędam ex farina in hominũ figuras q; deformes ſint quas etiam Maniolas appellabant.

¶Maniolæ inſulæ ex aduerſo Indię extra Gangẽ in quibus tradũt nauigia quę clauos ferreos habẽt detineri nec vlterius progredi ſinũt ne quãdo lapis herculeus qui circa ipſas gignitur illa ad ſe trahat. Eas tenẽt Antropophagi mauioli dicti ſicuti ſcribit Ptolemæus libro ſeptimo.

¶Manius: prænomen eſt eius qui mane natus eſt: ſicut Lucius qui luce.

¶Mãlius: ꝓpriũ nomẽ viri q; manu prõptus eſſet. Neminẽ autẽ patriciæ familiæ hoc nomine vocari licuit: poſt eum manliũ qui gallos a capitolio depulit: q; is regnũ occupare conatus necatuſq; ſit. Fuit & cognomen eius qui carthaginẽ vicit.

¶Manare ꝓprie dicit cũ aliquid ex integro ſed nõ ſatis ſolido per minutiſſimas partes ſtillat. Tractũ a græcis q μαυρὸν rarũ: & ſine denſitate appellant. Hinc manalem fontẽ dici exiſtimant q; aqua ex eo perpetuo manet: & manalem lapidẽ q; ex eo manare aquæ videãtur. Alij manare a mane deducunt: & de ſole ꝓprie dici volunt cũ oriẽtis radij ſplendorẽ iactare incipiunt. Sed frequentius ad aquã & ad humores refertur. Per tranſlationẽ ponit ꝓ deſcẽdere fluere ꝓcedere: & hmõi: & res quę manat quandoq; in ntõ ponit. Vir. Tũ gelidus toto manabat corpore ſudor. Lact. lib. i. Quid mirũ ſi ab hac gente vniuerſa flagitia manauerũt. i. proceſſerũt. Quandoq; in actõ. Ply. lib. xiiij. Arborũ ſucco manantiũ picẽ reſinãq; aliæ ortę in oriẽte: aliæ in europa feruntur. Quãdoq; in ablatõ. Liu. lib. i. Cultrũ ex vulnere Lucretię extractũ manantẽ cruore prę ſe tenẽs. i. fluentẽ. Hie. in. li. numeri. Tradet humũ lacte & melle manantẽ. Huius cõpoſita ſunt Emano & Permano.

¶Manus a manãdo dicta eſt q; ex brachijs manet vel q; ex ea manẽt digiti. Et manus inſtrumentũ & telũ nuale dicitur quo naues harpagonibus raptę tenẽtur: a manu humanæ ſimilitudine quã pericles atheniẽſis (vt fertur) inuenit. Hier. Ferreas manus & vncos ꝓparant. Luc. li. i. In manib⁹ veſtris quãtus ſit Cæſar habetis. Itẽ manus multitudo vocat Vir. Hic manus ob patriã pugnãdo vulnera paſſi. Item poteſtas vt cũ dicimus. Res in manu eſt: qđ nõ modo ſignificat in promptu eſt: ſed etiã in poteſtate. Inde Vlpi. teſte manumiſſio dicta eſt datio libertatis. Nam q̃diu quis in ſeruitute eſt manui hoc eſt poteſtati ſubditus eſt: & manumiſſus a poteſtate liberatus. Itẽ manus capit ꝓ proboſcide elephãti. Nam hanc manũ vocant latini q; ea in decerpendo pabulo ꝓ manu vtatur elephantus. Cur. lib. iiij. de elephãto loquitur. Præcipue terribilis illa facies erat cũ manu arma viroſq; corriperent & ſuper ſe regentibus traderẽt. Idẽ in eodẽ. Copidas vocabant gladios leuiter curuatos falcibus ſimiles quib⁹ appetebant beluarum manus. Nõnunq̃ pro ſcriptura manuũ. Quintil. li. i. Cauſas caſſius Cicero & Virgilius ſcripſerunt. ſic manus eorũ docent.

¶Manicula diminutiuũ. i. parua manus. Plaut. in Ru. Duæ cõnixæ maniculæ & ſucula.

¶Manũ conſerere: eſt prœliũ incipere & cõtendere Sed apud iurecõſultos cũ de aliqua re diſceptatur in iure præſente prætore ſiue ager ſeu quid aliud ſit manũ conſerere dicitur cũ manu apprẽhendit rem de qua agitur. Quod manus correptio & vindicatio & vindicia appellatur. Ad manus venire ſimiliter eſt prœlium ſeu cõtentionẽ incipere. Plau. Itur ad manus: arma ſumũtur.

¶Manica. pe. cor. pars veſtis qua manus tegũtur. Virg. Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ. Hinc manicata veſtis q̃ manicas habet: quas velut ꝓbroſas & fœmineas criminari dicunt a poetа q; priſci romani breues & citra humerũ deſinentes primo portauerũt. Manicæ etiã dicũtur manuũ vincula: vt apud eundẽ. Manicas atq; arcta leuari: Vincla iubet Priamus. Sic cõpedes vocãtur qbus pedes colligãtur. Hinc per trãſlationẽ dicũtur vincula nauiũ. Luc. Aſt alias manicæq; ligãt teretesq; catenæ. Itẽ manicę thecæ ſũt ex ferro qb⁹ brachia & man⁹ cõtra hoſtiũ iniurias muniũtur. Iuue. Quale decus rerũ ſi cõiugis auctio fiat. Baltheus & manicæ criſtę cruriſq; ſiniſtri Dimidiũ tegmen. Et manicæ dicũtur quibus aduerſum vim frigoris man⁹ muniũtur. Ply. iunior ad Macr. Ad latus notarius cum libro & pugillaribus cuius manus hyeme manicis muniebantur: vt ne cœli quidẽ aſperitas vllũ ſtudij tempus eriperet.

¶Manuarius. a. um. qđ ad manũ ptinet. Gel. Hoc ære quaſi manuario collecto cœnula parabatur.

¶Manuariæ tunicæ quę manicas habent.

¶Manuor aris. furor. Acti. Manuat⁹ veſtẽ amicæ.

¶Manibus pedibuſq; puerbiale eſt: hoc eſt omnibus viribus. Teren. in An. Quem ſcio manibus pedibuſq; omnia facturum.

¶Manuleatus. a. um. idem qđ manicatus. Plau. in Pſeu. Manuleatã tunicam hominẽ habere addecet Et manuleatã tunicã dicim⁹ manicas plixiores habentẽ: manicatũ hoiem indutũ tunicis manicatis.

¶Manubriũ a manu capulus appellatur q; manu teneatur.

¶Manipulus a manu fit: & proprie ſignificat manũalem herbarũ faſciculũ quẽ manu quis apprẽhẽdit metendo: vt in ꝑs. Veniẽtes autẽ venient cũ exultatione portãtes manipulos ſuos. Interdũ ponitur ꝓ exigua militũ manu quę vnũ ſequitur ſignũ. Erat em̃ pars cẽturię ita dicta q; ſub Romulo paup adhuc roman⁹ exercitus manipulos fœni haſtis allígatos ꝓ ſignis gerebat: & in legione quidẽ erãt xxx. manipli. Dictus manipulus vt inquit Va.. ab eo q; plures militũ manus iũguntur. Ser. docet manipulos eſſe ſigniferos q; imperante Romulo cũ romani & latini ſub vno centurione bellũ aggreſſuri eſſent manipulo herbæ haſtæ illigato ꝓ ſigno vterẽtur. Vnde manipularis dicitur qui fert vexillũ. Ouid. li. Faſ. Pertica ſuſpẽſos portabat longa manipulos Vnde manipularis noĩa miles habet. At Vege. li. z. ſcribit manipulum vocari cõtubernĩũ decem tantũ modo militum ſub vno papilione degentiũ: ab eo q; cõuictis manibus dimicabãt. Inde Cõmanipu-

lones qui in eodē maniplo ſunt: & Cōmanipulatio quibus nominibus vtitur Spartianus.
¶Maniplatim aduerbiū: ſignificat per maniplos.
¶Manifeſtū dicitur quod eſt clarū & apertū quaſi ad manus foris ſtans. Manifeſto. as. palā facio.
¶Manifeſtarius. a. um. quod eſt notorium. i. quod manifeſtatur. Plau. Capio fuſtem obtūco gallum furem manifeſtarium.
¶Māſuetus mitis quaſi manu aſſuetus. q. oīa quæ ſunt natura fera: manuū ꝓmulſione miteſcāt. Vir. Ille manu patiens menſæq; aſſuetus herili. Feſtus. Manſuetus neq; miſericordia mœſtus: neq; crudelitate ſęuus: ſed modeſtia temperatus. Beſtiæ manſuetæ etiā placidæ & cicures dicūtur. Ply. Trifariā diuiſdit animātes in placida fera & intermedia. Nā hirūdines apes delphini nec placida ſunt nec fera ſed mediæ inter vtrunq; naturæ.
¶Manſuetarij qui feras manſuefaciūt. Lāpridius in helio. Habuit leones & leopardos quos edoctos per manſuetarios ſubito ad ſecundā menſam iubebat accūbere. Iul. Firmicus lib. viij. matheſeos. Septentrione oriēte nati erunt manſuetarij ferarū.
¶Mellificū: mellis factio. Var. Sed vt hoc aptissimū ad sanitatē apium sic ad mellificū thymū. Idē. Quod ad mellificū bonū vehementer prodest.

¶Mellatio: mellis vindemia cū mel eximitur. Pli. Hęc ergo mellatio fine vindemię & vergiliarū. Idē Aestiua malletiōe decimā ptē apib⁹ relinq placet.

¶Mellatium: mustum quā sappā appellamus: vt inquit Nonius.

¶Melleus. a. um. quod ex melle est: vt Melleus sapor. Aliquādo sumit̄ pro dulci: vt Vox mellea.

¶Mellitus. a. um. pe. pd. qđ est melle conditū. Var. Et faui melliti intus ponendi a faucibus longe.

¶Mellifluus. a. um. ex quo fluit mel: vel fluere videtur. hoc est dulce iucundū: vt Melliflua oratio.

¶Melliloquus. pe. cor. qui dulce loquitur. Cic. Ex cuius ore melle dulcior fluebat oratio.

¶Melligo. pe. p. succus e lachrymis arborū siue florum quē apes deuorant: postea ad alueos regressæ euomūt operaq; cōponūt. Ply. Primū itaq; fauos construūt: cęrā fingunt: deinde sobolē: postea mella. Cæram ex floribus: melligin̄e lachrymis arborum quæ glutinū pariūt salicis vlmi harūdinis succo gūmi resina. Ponitur & pro quocunq; succo flore scentis fructus adhuc atq; immaturi.

¶Mellonia mellis dea a Romanis putabatur.

¶Mellifico: mel facio. a quo Mellificus & Mellificatio. Col. li. x. Vt ab opere mellifico euocatę apes fœtibus expleant.

¶Melium: collare canū. Hoc est cingulum circum collum ex corio firmo. Melum vero cotoneū malum a veretibus dicitur.

¶Melia arbor quæ fructū suauissimū producit.

¶Meli latine mel. a quo p cōpositionē descendūt.

¶Melimela vtrobiq; per simplex l. dicūtur poma mustea siue dulcia quasi mel & pomū. Nam μελι mel: & μηλον malū. q̄ mellis saporē habeant: seu a celeritate nascēdi denoīata sunt. Var. Quę antea mustea vocabāt: nūc melimela appellant. Eadem vulgo nana vocātur a paruitate arborū in quibus producūtur. Ply. lib. xiiij. Quæ nunc melimela dicuntur a sapore melleo orbiculata ex figura orbis. Mar. Infanti melimela dato fatuasq; marisca. nā mihi quæ nouit pungere chia sapit.

¶Melomeli. vt Col. lib. vltimo inquit: vocatur cū mala maturissima integra sine macula in lagœna in melle submerguntur.

¶Melitetes. pe. pro. genus potionis dulcis ex melle & musto distās a mulso. Fit em̄ ex melle & musto hoc est ex congio mellis: & quinq; congijs austeri musti: & cyatho salis feruefactis. Quo nomine etiā dictus est lapis qui succū remittit dulcem mellitūq; tusus & cęræ mistus eruptionibus pituitæ maculis corporis medetur.

¶Melicraton pe. cor. mulsum vinū coctū cū melle μελι em̄ mel κρατον potēs q̄si potēs vinū dicit̄.

¶Melicæris. idis. & Melicęria cū diph. a cęra & melle nomē accepit. tuberculū mellis crassitudie in cubitis & genib⁹ interdū alijs quoq; partib⁹ & in ore ipso & in capite quod ita noīatur quia humor in eo melli similis includit̄: nec p̄ssum renititur: vt id qđ Gangilion siue Ganglion appellant in eadē parte sed molle cedensq;. Pli. Melilotus defruefactus in vino dulci peculiariter contra melicæridas efficax hoc etiā nomine Fauus est appellatus.

¶Melilotos. pe. p. Græce em̄ μελιλωτος quasi dulcis & mellea lotos. Est aūt Lotos herba in ægypto siue arbor: de qua supra. Ouid. Pars thyma: pars rores: pars meliloton amant.

¶Melitonas. pe. pro. vbi apes nutriūtur. Var. Melittonas ita facere oportet: quos alij Melitrophia appellant. Eadem quidā Mellaria.

¶Melisones. qui & Mellarij & Melliturgi opus mellis exercentes.

¶Melissus proprium nomen regis Cretensis antiquissimi qui prim⁹ diis sacrificauit. Cuius filiæ Melissa & Amalthæa fuerunt.

¶Melissa filia Melissi: q̄ cum Amathæa sorore Ioue lacte caprino ac melle nutriuit. Col. li. x. Nec sane rustico dignū est scisscitari fuit ne mulier pulcherrima specie melissa quā Iupiter in apem conuertit. Aelianus lib. z. de proprietatibus animalium. τωμ βασιλεα αυτωμ αι μελιτται τρεφουσι καὶ ἡ μερομ καὶ ὁμουτι καὶ ἀκεντρον ὅταμ αὐτας ἀπολειπωσι μεταθεουσιτε καὶ διωκουσι φυγαδα τησ ἀρχησ ὀντα.

¶Melicerta. Inonis & Athamātis Thebarū regis filius qui se in pelagus mersit: & miseratione deorū in Portunū cōuersus est qui Palemon etiā dicitur pro deoq; a gentibus habitus est.

¶Melite. es. siue Melita. æ. pe. cor. insula inter Italiam Epirūq; posita. Et vt scribit Stra. ante pachynum sita. Vnde Melitæi canes paruuli olim in delicijs fœminarum. De hac Ouidi. de Fas. Fertilis est melite. Est & vrbs hoc nomine carthaginensiū colonia. Diod. refert in melita insula pretiosam tenuitate ac mollicie telam fieri. Cic. in verrinis acti. iiij. vestē & textrinū melitēse nominauit. Igitur a Melite fit Meliteus. a. um. & Melitensis: vt Canes melitei & melitenses.

¶Melo: nomen fluuij qui & Nilus & Geon appellatus est.

¶Melos ge. neu. & tñ indeclinabile: dicit̄ cātus suauitas: vel dulcis modulatio. Pers. Cātare credas pegaseiū melos. Hinc multa deriuātur: de q̄bus mox

Melos ge. fœmi. insula est Cretæ adiacens nec nō

& vrbs in eadem insula. Strab. Melos insula inter Cretã Pelopõnesumq; interuallo æquali sita: a Pelopõneso promontorium scylleum: a creta Dictineum habens.

¶Melodia cũ accẽtu in pe. dulcis cãtus siue melle

¶Melodes accipitur p mellico dulcia carmina cãtante. Sidonius. Proculus melodes insonare pulsibus. Aug. lib. meditationũ melodam orationẽ dixit pro hermonicis concentibus.

¶Melicus. pen. cor. a melos idẽ quod musicus. Vnde poetę lyrici: melici dicti sunt. Auso. Tu melicos lyricosq; modos. Censorinus de natali die poeticã cognominat melicã cum poetica veluti legitima musica licentior magisq; modulata inualuerit. Vnde omnes poetas generali epitheto melicos appellare possumus.

¶Melinus color in floribus luteũ significat. Nam a Melo insula melinũ pro candido accipitur quod est pigmentũ candidum qđ ibi fiebat laudatissimũ Plau. in mus. Neq; cerusam neq; melinũ oportet attingere. Quidam tamẽ melinũ colorẽ volunt esse mediũ inter album & fuscũ qui dicitur Giluus.

¶Melitus pe. p. nomen fuit accusatoris Socratis.

¶Melænæe: oppidũ in Arcadia a Melænæo Lychaonis filio inter Heream & Megalopolim.

¶Melan. latine nigrum: quo in compositione vtimur Melon vero ouis dicitur.

¶Melancholia cum accentu in pe. latine dicitur nigra cholera. hoc est atra bilis quæ sæpe in furorem agit homines. Græce μελαγχολια. Hinc Melancholicus qui nigram bilem habet.

¶Melampodion: gñs nigri helleborí a Melãpode quodã qui eo vti in diuinationib⁹ solebat: vel a pastore eiusdem nominis qui primus hanc herbam inuenisse dicit dum capras eo purgari animaduertit.

¶Malamphyllon herba vrbana & topiaria crepidines marginũ vestiens.

¶Melãphyllis insula Samothraciæ: & Samos ipsa dicta est Malamphyllos.

¶Melanthion: nigella herba. Melanthius nomen viri qui cũ Gorgiæ inimicus esset dixit. Hic nobis de concordia præcipit qui tres in vna domo concordare non potuit.

¶Melancoryphus auis quæ & Ficedula. Sed ficedula dicitur tantũ in auctũno ab edẽdis ficis. Alijs temporibus Melancoryphus q; κορυφην μελαν Hoc est verticẽ nigrum habeat. latine Atricapillã dicere possumus: mutat enim formã & colorem.

¶Melampus est in tertio europę sinu. Et est nomẽ viri proprium.

¶Meleager & Meleagrus: fuit Oenei Aetholiæ regis filius.

¶Melisphyllon. herba de qua Virg. lib. iiij. Geor. Trita melisphylla & cerithe ignobile gramẽ. Quidam Apiastrum dicunt.

¶Melas. æ. fluui⁹ in Mygdoniæ. Alius Sicilię. Alius Ciliciæ. Alius Thraciæ. Alius Bœotiæ. Item mõs felicis arabiæ Melas dicitur.

¶Meles. is. & etis. fluuius prope Smyrnam.

¶Melis seu melius animal qui & Taxus siue taxo: q; fit mellis auidissimum & aluearibus semper infestum: in cauernis viuens asperũ mordaxq; magnitudine vulpis colore felis: ex cuius pelle pharetras & canum collaria obtegunt. Varro. Ne vulnerẽtur canes a bestijs imponũtur collaria quæ vocantur melium. i. cingulũ circa collum ex corio firmo cũ clauis capitatis. Plyn. Hanc esse melibus in metu solertiam vt suffiata cute distincte ictus hominũ & morsus canum arceant.

¶Meleagrides gallinæ africanæ. Ply. lib. x. Simili modo pugnant meleagrides in bœotia africæ. hoc est gallinarũ gen⁹ gibberũ variis cõspersũ plumis Alij autẽ Meleagrides a numidicis seperant.

¶Melegina insula in mari Adriatico adiacens dalmatiæ. vt Ptolemæus lib. z. refert.

¶Melibœus cum diphthongo œ. nomẽ pastoris dictus q; boum curam habeat.

¶Melibœa: littoralis vrbs magnesię vel secundũ aliquos Thessaliæ patria Philoctetæ Pœanthis filij. a qua Melibœus. a. um. Est etiã hoc nomine Vicus in mari Laconico.

¶Melota. æ. & Melote. es. pe. pro. dici potest pellis ouina ο ιστ ẽm ouis dicitur: vt est apud apostolum. Circuierunt in melotis & pellibus caprinis.

¶Melioresco: melior fio. Colu. lib. z. Napus deuexam amat & siccam tenuiq; propiorẽ terrã atq; glareosis fabulosisq; aruis melioresci.

¶Meloessa insula ex syrenis vna nõ tam a pomorum q̃ a pecoris abundantia dicta.

¶Melpomene. pe. cor. vna ex musis.

¶Membrũ. proprie dicitur caro artus tegẽs. Vnde membrana superior mẽbri pars. hoc est pellis ipsa q̃uis & pro singulis corporis partibus ponatur: vt manus pes auris membrũ dicitur. Membrũ si absolute ponitur pro virili membro. Sumitur etiã pro parte cũ ad inanimata transfertur. Vnde quæ græci cola latini mẽbra dicunt. Quomodo autẽ differat membrũ ab artu vide in dictione Artus. A mẽbrũ fiunt adiectiua Bimembris Trimẽbris Quadrimẽbris. hoc est duarum triũ quatuor partium.

¶Mẽbratim aduerbiũ significat p mẽbra singula.

¶Membraneus. a. um. quod ex mẽbranis est. Vlp. de lega. Quod si in codicibus sint membraneis vel chartaceis vel etiã eboreis.

¶Membrana. æ. pellis superior: quę & pergamena charta dicta q; tracta sit de membris animalium in quorum tergoribus primũ ab vno latere scribi cœptum: deinde ab vtroq; derasis pilis. Earum vsus pergami regnãte Eumene inchoauit: postea pergamena vocata vbi pergami rex Atalus romã misit multitudinẽ membranarũ vt pœnuria chartę pellibus pensaretur. Vnde pergamenarũ nomẽ ad hãc vsq; diem trãdente sibi inuicẽ posteritate seruatum est. Differt autẽ charta a mẽbrana. Nam vt inquit Victorinus. Foliorũ alia de chartis sunt: alia de mẽbranis. Ergo membranę pelliceæ sunt: & pergami primũ inuentæ. Vnde & pergamenæ. Chartæ autẽ ex papyro olim in ægypto fiebãt. vt Ply. ostendit apud nos de centonibus certo quodã modo maceratis & glutino concretis formãtur. Chartã ex papyro in victoria magni Alexandri inuentã scribit Varro: antea palmarũ foliis scriptitatum fuisse: deinde de quarũdam arborum libris: postea publicas monumẽta plumbeis voluminibus: mox & priuata linteis & schedis confici cœpta. Ptolemæus autem chartas eumenes vero membranas cũ vterq; eorum maximas haberent bibliothecas inuenerũt qui fuerũt reges pergami. Sed cõtra Varronis sententiam de chartis ait Cassius hemina. Mar. Terentium scribam agrũ suũ in ianiculo repastinantem

inueniſſe ait atcã in qua Numa rex ſitus eſſet: & in ea libros eius e charta ſcriptos. Sed Numã plurib⁹ ætatibus ante Alexandrũ fuiſſe conſtat.

¶Membrari ſignificat per membra formari: quo verbo vtitur Cenſorinus.

¶Membratura: eſt membrorum poſitura.

¶Membroſus. qui magnum habet membrum: vt illud in Priapea. Si ruber hortorũ cuſtos membroſior equo.

¶Memor generis oĩs ſecundum Priſ. & a memini fit. Cuius cõtrariũ eſt Immemor dicimuſq; memorem q recordaꝛ: vt Memor ſum tui in me officij. cũ aũt de alijs rebus dicit: vt cũ dicimus rẽ memorẽ: ſignificat cui⁹ nos memores ſumus. Vir. Sequę me morẽ Iunonis ob irã. Hor. li. car. Siue puer furens impreſſit memorẽ te labris notam. hoc eſt tam vehementẽ vt non facile excidat memoria.

¶Memoria: vt inquit Cic. lib. i. ad Herẽ. Eſt firma animi rerũ & verborũ diſpoſitionis pceptio. Terẽ. in An. In memoria habeo. Vbi Do. Plus eſt q̃ ſi dixiſſet ſcio. Nam q̃ ſcimus poſſum⁹ obliuiſci. Quæ vero memoriæ commendamus nunq̃ amittimus. Aliquando Memoria pro antiquitate ponitur. Pacuuius. Perq; noſtram egregiam humanitatẽ quã memoria firmauit.

¶Memoriter aduerbium: ſignificat quod imperiti dicunt Mentetenus. Cic. Q. Mutius augur ſępe ola multa narrare de C. Lælio ſocero ſuo memoriter & iucunde ſolebat.

¶Memorabile qđ ẽ dignũ memoria. Col. in. p̃fa. Cũ tot alios romani gn̄is ĩtuear mẽorabiles duces Ci. Cũ accepiſſem⁹ a patribus maxĩe memorabilẽ C. Lælij & Pub. Scipionis familiaritatẽ fuiſſe.

¶Memoriale. qđ in memoria haberi debet.

¶Memorioſus. a. um. qđ eſt multæ memoriæ.

¶Memoro. as. pe. cor. ad memoriã reduco. Quod & Memoror depo. ſignificat vt eſt illud Memorare nouiſſima tua & in æternũ nõ peccabis. Aug. genitiuo iũxit. Sed memoraberis domini dei tui. qa ipſe tibi dat fortitudinẽ. Interdũ Memorare eſt dicere narrare ſeu exponere recitare. Liu. li. i. Herculẽ in ea loca Geryone interempto boues mira ſpecie abegiſſe memorãt. i. dicũt. Virg. Muſa mihi cauſas memora. i. dic expone. Interdũ numerare. Plau. in Am. Ibi nũc meus pater legiones hoſtiũ memorat Hui⁹ cõpoſita ſunt Cõmemoro & Rememoro: qđ eſt in memoriã reduco. Hier. Rememoror vſus eſt apud apoſtolũ. Rememoramini priſtinos dies.

¶Memoratus. us. idem quod memoratio. Sal. In credibile memoratu eſt.

¶Memini. a Meno antiquo verbo fit quo veteres vſi ſunt p recordor & in mẽtẽ reuoco a quo prima ſyllaba geminata fit p̃teritũ memini ſicut a pungo pupugi. req; ritq; gtm̃ vel actm̃. Terẽ. Faciã vt mei q; & huius diei ac loci ſemp memineris. Ci. Oĩa quę curãt ſenes meminerũt. Sed cũ ſignificat mẽtionẽ facio recuſat actm̃: poſtulatq; abltm̃ cũ p̃poſitione de vel gtm̃. Quin. De q bus multi meminerũt. Idẽ. Neq; oĩno hui⁹ rei meminit poeta ipſe. Iungiturq; tã cũ p̃terito infinitiui q̃ cũ præſenti. Vir. Nãq; ſub cœbalię memini me turribus altis coryciũ vidiſſe ſenem. Idẽ. Cantãdo puerũ memini me cõdere ſoles Cic. Appio. Ad me adire quoſdã memini. Hui⁹ cõpoſitũ eſt Cõmemini. Gel. li. z. Sic multo ante Pacuuius aquã flauã dixit & fuluũ puluerẽ, cuius ver-

ſus quoniã ſunt iucundiſſimi libens cõmemini.

¶Mẽphis. vrbs ægyptia regia: magna & populoſa. ſecũda poſt Alexãdriã vbi fuerãt pyramides regũ ſepulturæ ab Ogdoo rege ędificata ambit⁹ ſtadi. Cuius filia mẽphis ei nomen dedit cũ qua Nilus cõcubuit ſub imagine tauri. Hæc oportuniſſima eſt vbi nilus ſcindit in plures partes & D formã facit. Hinc Memphitis & hoc mẽphite pe. prod. quaſi patronymicũ. Tibul. Barbara memphitẽ plãgere docta bouẽ. Inuenit etiã mẽphitides. Iuue. Anne aliã terra mẽphitide ſicca inuidiã facerẽt nolẽti ſurgere nilo? Inde etiã Memphiticus. a. um. Mar. Dat charti agiles calamos memphitica tellus.

¶Mena apud Romanos fuit dea q̃ mẽſtruis fluoribus p̃eſſe putabaꝛ. Quo etiã noĩe dictus eſt piſcis q dam breuis q hyeme cãdidus æſtate nigrior fit. Ci. de fi. Qui voluptatẽ cõtemnũt eis licet dicere ſe accipenſerẽ menæ anteponere. Mar. Et caudam cibij breueſq; menas. Hunc piſcem etiã Alecẽ dici poſſe quidam putauerũt. Nõnulli tamen hoc nomẽ cum diphthongo ſcribi debere præceperunt.

¶Menalipp⁹ Tidei fuit interfector cui caput ante obitũ corroſit Tideus ex rabie q apud Sta. ita vociferaꝛ. Caput o mihi ſi quis Apportet menalippe tuũ. Fuit & alter Menalippus Tidei frater quem Tide⁹ in venatu fertur pemiſſe ob idq; fratricidiũ exulaſſe. Fuit & alter Menalippus troianus qui q; virtute pręſtaret a Priamo filij loco amatus fuit.

¶Menalippa Amazonũ regina: quã vicit Hercules eiq; ablato baltheo ſalutẽ dedit. Eſt & Menalippa fabula græca a menalippa deductũ nomen. De qua Iu. Syrma vel antigões ſeu pſonã mẽalippes.

¶Menapij ppli q ad vtrãq; rheni ripã habitant iuxta neruios ſ; ad mare p̃ximi q hodie vocãtur gel(dreſes

¶Menceps: mente captus.

¶Menda & Mendũ pro errore. Cic. cecinæ. Nã cũ mendũ ſcripturæ litura tollatur. Ouid. Mende nocte latent. Hinc Mendoſus. a. um. qđ eſt erroribus plenũ. Hinc & Emendo. as. de quo ſupra: & Remẽdo. as. qđ eſt rurſus mendã tollo. Col. li. iiij. Quidã flagellum totũ ſicut erat matri detractũ crediderũt ſationi cõuenire idq; p gẽmas quinas vel etiã ſenas participi compluris tale oleaſter remendauerũt qđ ego miníme probo.

¶Μεμτοασ ωοταμοσ de quo Euſtatius ita ſcribit in Dionyſio libyco. ιϛεομ οτι ο ιϛροσ ωοταμετοασ λεγετο και την αυτων γλοσσαν ομων και Δαρουβιοσ λεγεται ωαρμοριασ μεγιϛοσ ωοταμοσ.

¶Mendaciũ. error: cuius diminu. eſt Mendaculũ. Cic. de ora. Quod tamẽ mẽdaculis eſt aſpergendũ

¶Mẽdax qui frequẽter dicit mẽdaciũ. qđ nomen Aug. li. z. ſoli. a mẽtiẽdo deriuat. Illud aũt qđ mendax voco a mẽtientib⁹ fit q hoc differũt a fallacib⁹ q; oĩs fallax appetit fallere: nõ autẽ oĩs vult fallere q mẽtit. Nã & mimi & comediæ & multa poemata mẽdaciorũ plena ſũt delectãdi potius q̃ fallẽdi volũtate. Et oẽs fere q iocant mẽtiũt: ſed fallax fallẽs is recte dicit cui⁹ negociũ eſt vt q̃ſq; fallat. Illi aũt q nõid agũt vt decipiãt ſ; tñ aliq̃d fingũt: vel mẽdaces tm̃: vel ſine hoc q đẽ mẽtiẽtes tñ vocari nẽo ambigit. & vt dicã qđ ſentio mẽdax ẽ mala dictio peſſima vero fallacis. qđ iis verbis amplectit phalaris in epiſtolis. ουτωσ αιΔα και λυκιρ ωορρορ μεγερωαισ ιλαγρορ Δεερρεοισ μοιχορΔε. ερ

τυγεξιν ακολασσομ δε εν νομοισ ασελγη δεερηδοναισ αρτομ δε εμ ειρηνηλειπο τακτην δε εν πολεμοισ. A mēdax ſit cōparatiuū mendacior mēdaciſſimus & mēdaciter.

¶Mēs dicta ē q̄ ſi eminēs. Eſt.n.mēs altior animi pars qua etiā diuina percipimus. Oui. Mēte deos adiit: & quod natura negabat Viſibus humanis oculis ea pectoris hauſit: Vel potiꝰ απωτησμευ μηνησ το σελληνησ: qm̄ mēs etiā ſi dormimus nūq̄ quieſcit. Quid ſit mēs. Lac.li.vij. docet hoc mō. Primū nō idē eſt mens & aīa. Aliud eſt enim quo viuimus: aliud quo cogitamus. Nā dormientium mens nō aīa ſopit: & in furioſis mens extinguit: aīa manet. Et ideo nō excordes ſed demētes appellātur. Mens ergo. i. intelligentia vel augetur vel minuit p̄ etate: aīa iuſtatu ſuo ſemper eſt. Et ex quo tpe ſpirandi accepit facultatē: eodem vſq; ad vltimum durat donec emiſſa corporis clauſtro ad ſuā ſedē reuolet. Thales mileſius velociſſimū inquit oīum q̄ ſunt eſt mens. Nam tantæ celeritatis eſt vt vno tēporis pūcto cœlū oīne colluſtret: maria puolet: terras & vrbes pāgret. Qui igit mentē & aīum idē eſſe dicūt fallunt: cū mēs ſit cogitationis & cōſilij ſubtilitas quedā: certe rōni conſentanea. Ideo amētes & demētes dīt qui nullo cōſilio vtunt. Animus vero eſt vite & voluntatis fundamentū. hinc exanimes & exanimati. Plau. in Ciſ. Exanimor: feror: diſtrahor: diripior: ita nullā mētē animi habeo. Et vbi ſum ibi nō ſum: vbi nō ſum ibi aīus eſt. Idē in Epi. Pauor territat mentē animi: neq; ē vbi meas collocē ſpes. Ver. Accipit in teucros animū mentēq; benignā. Ci.li.iiij.tuſ. humanus aūt animus decerptꝰ eſt ex mēte diuina cū alio nullo niſi cū ipſo deo (ſi hoc eſt fas) dictu cōparari pōt. Hic igit ſi eſt excultꝰ & ſi eius acies ita curata vt nec neceſ erroribus fit pfecta mens. i. abſoluta ratio qđ eſt idē qđ virtus. Ter. Mala mens: malus animus. Ex quibus declarat animū ac mentē differre. Ponitur tñ quādoq; mens pro cōſilio. Vergi. Noſtrā nunc accipe mentē. Huius cōpoſita ſunt. amens: demens: vehemens.

¶Mente captus p amēte accipit: quēadmodū oculis captus p cæco. Feſt. Mente captus dī cū mens ex hoīum poteſtate abiit. Demēs q; a ſua mēte deceſſerit. Amens q; a mente abierit.

¶Mentior cōtra id qđ in mēte eſt loquor. Qui.n. mētit nō ipſe fallit: ſed alterū fallere conatur in eiꝰ detrimentū. Qui vero mēdaciū dicit: tū etiā vero fallit cū credat ſe verū dicere. Vñ Nigidius vir bonus p̄ſtare debet ne mētiat: prudens ne mendaciū dicat. Priſ. vultu hoc verbū eſſe cōmune. Vñ Ci. in Anto. in paſſiua ſignificatiōe dixit. Quē ipe emē titis auſpicijs vitioſuꝫ fecerat. Sta.li.i.th. Mentitis ignoſco thoris. Interdū mētiri ē fingere & mōſtrare id qđ non ē. Lac.li.z. Nec pōt vnq̄ veri nomē aſſumere: qđ veritatē fuco & imitatione mentit. Eſt li.vij. Hic eſt q appellat antichriſtꝰ ſe ipe Xp̄m mentietur: & verū dimicabit. Huius compoſitū eſt emētior: qđ eſt apte ſeu publice oſtēdo: qđ non eſt. Hier. ad damaſum. Quia & nos facile potuimus aliqua ementiri: qđ ex vna voce ſolueret q̄ſtionē ſicut & cæteros feciſſe monſtrauimus: ſed magis cōdecet ob veritatē laborē pauliſp & pegrino aurem accōmodare ſermoni q̄ de aliena lingua factam alibi falſam referre ſentētiam.

¶Mendicus pe.p. a mēte q; mentē eius fefellerit fortuna. Vel a medēdo: quia p̄cetur oīnes vt vitæ ſuę medeantur cibo: vel q; manu indicet. Hinc

¶Mendicitas & mēdicimoniū. Laberius pro inopia: & mendiciter per inopiā.

¶Mendico as. pe.p. vitę alimēta poſtulo. Iuuen. Arcanam iudęa tremens mēdicat in aurem.

¶Mendicabulū mendicatio. Plau. Memorare nolo hominū mendicabula.

¶Menecis pen. pro. vrbs phocenſiū vltima q̄ ad occaſum vergit: menecina vrbs in œnotria: aqua menecinei & menecinij populi.

¶Menæchinus apd Plautū comœdia: in qua menechinus introducitur.

¶Menix noīm inſulę ex aduerſo minoris aphricę vt li.v. docet Ply. quę in lōgitudinē patet. xxxv. M. paſ. in latitudinē. xxv.

¶Mēdeſiū vnguētū dictū a mēdeſo ęgypti vrbe

¶Menſa eſt ſuper quā ſedere ſolemus: ſiue ligneū ſiue lapideū. Ver. Pars epulis onerāt mēſas & plena reponūt Pocula. Duo aūt fuerūt apd romanos p̄tioſiſſima mēſa: gnia. citrea. ſ. & acerna: q̄ſq; mē ſa ponit p prādio vl cœna. Iu. Cū de tot p̄claris orbibus & tā antiq; vna comedūt p̄monia mēſa. Vñ & prime & ſecūde mēſe. i. primi & ſecundi cibi. Ver. Nō ego te diis & mēſis accepta ſecūdis Trāſierim rhodia. Menſa etiā tarpeza dī. i. tabula q̄ argē tarij vtunt. Antiq menſam vaſorū q̄dratā habuerūt: vocarūtq; vnariū. Fuit & menſa vinaria totūda noīe cilibantum a cilice poculo: greece calice. Altera erat vinaria menſa quadrata vna colūne lā ſubnixa cartibulū vocabatur.

¶Menſarius cāpſor pecuniarū argentarius a latinis dī. a greęcis tarpezita: ſed nūmularij & mēſarij ſunt minutiores nō tenentes libros in quibus data acceptaq; ſcribūt: quos greci collyuiſtas dicūt

¶Menſis a mētior deducit: quaſi res numero dierū menſa. Ci.li.z. de na. deorū. Qui quia mēſa ſpatia cōficiūt menſes noīant. Macro. a greco μηρη. i. a luna trahit. Nā lunæ curriculo mēſis cōficitur. Hinc trimeſtis triū menſiū. Aug.li.xv.ci.dei. Arcades: quorum anni trimeſtres fuerunt. Bimeſtris duorum menſium.

¶Menſtruus a.um. qđ fit ſingulo menſe: vñ menſtruus fluor q mulieribus ſingulis menſibus accidere ſolet. Hier. in Leui. Quę poſt mēſtruū ſanguinē fluere nō ceſſat. Luc.lib.v. Menſtruus in faſtos diſtinguit ſecula cōſul.

¶Menſtruū ſubſtātiuū mulierū p̄fluuiū eſt qđ nō multi ſed vitioſi humoris indiciū eſt. Indigeſtū ē em̄ & crudū q̄d egerit & quaſi infirmū effluit: nec habet ſedē ſed natura quaſi noxiū & magis frigidū pellit: q̄d maxime p̄bat quia mulieribꝰ cū purgant/algere cōtingit: vñ intelligit frigidū eſſe qđ effluit. Et ideo in viuo corpore nō manere: quaſi inopia caloris extinctū. mēſtrui virꝰ diſcribit Plynius li.vij. his verbis. Sed nihil facile repitur mulierū p̄fluuio magis mōſtriferū. A ceſcūt ſupuētu muſta/orta ſterileſcūt: fruges moriunt: ortorū germina & fructus arbo⁊: quibus inſedere decidunt: ſpeculorū fulgor aſpectu ipſo hebetat: acies ferri p̄ſtringit: eboriſq; nitor: aluei aptū moritūr: ęs etiā atq; ferrū rubigo protinus corrūpit: odorq; dirus aera: & in rabiē agunt guſtato eo canes: atq; inſanabilis veneno morſus infligitur.

¶Menſtrualis idē qđ menſtruus. Plau. in ca. Quibus ſolebā menſtrualis epulas ante adipeſcere.
¶Menſtruatus a.um. qđ menſtruū patitur. Vnde dicimus menſtruatam mulierem.
¶Menſurnus a.um. a menſe: ſicut diurnus a die. Ci. ad herē. Pars quędā ęternitatis cū alicuĩ⁹ aĩ mē ſurni diurni nocturni veſptini certa ſignificatō hz
¶Mēſura inſtrumentū quo metimur: quā quidā a mēbris humanis dictā putāt. Hinc mēſuro ras.
¶Meniana ædificia ſunt porrecta exterius ſic dicta qꝑ primo a menio: qui primus in foro vltra colūnas ꝓiecit tigna quo ampliarent ſuperiora ſpectacula: vulgo nunc podioli: & lobię dicunt. Scribit Porphyrio meniū ſcurrilitate notiſſimus poſt abroſum patrimonium vendidiſſe domū quā habuerat ad forum ſpectantem vna ſibi excepta columna vnde gladiatores ſpectaret. Quę ex eo meniį columna nominabatur. Hieron. vero in pſalmorum interpretatione ſic habet. In paleſtina & ægypto non habent in tectis culmina ſed domata quę Romę vel ſolaria vel meniana vocant plana tecta quę tranſuerſis trabibus ſuſtentātur. Fortaſſis ab hoc menio dicta ſunt ſolaria illa quę græci domata nuncupant. Nam menius ſuper columna cuius ius ſibi exceperat tectum proiecit: & tabulata vnde ipſe & poſteri eius ſpectare munus gladiatorium poſſent. Sue. Pauci e proximis meniānis ſpectabant.
¶Mentha cum h. herba vulgo nota dicta qꝑ grato odore mēlas percurrat. Apud græcos mintha dicebatur a nomine minthes: quam ferūt felicem plutonis a proſerpina deprænſam in menthā deformatam fuiſſe.
¶Mēthaſtrū ſylueſtre olus dictū qꝑ mēthā imitet.
¶Menta genitale membrum. cuius diminutiuum eſt Mentula: a quo mentulatus: vt in priapo. Deus priapo mentulatior non eſt. Dicitur & membrum per excellentiam: quoniam ipſum ſolum generat. Vocatur ꝓterea muto. Hora. lib. i. Ser. Huic ſi mutonis verbis mala tanta videnti Diceret hæc animus. Hinc mutoniatus vt illud. Dormis cū pueris mutoniatis. Et apud veteres mutunus quoqꝫ & tutunus dicitur priapus: qui membri deus mēbrū quoqꝫ ſignificat. Lactā. lib. i. Et tutunus in cuius ſinu pudendo nubentes preſident: vt illarū pudicitiam prior deus delibaſſe videatur. Appellatur & verpa ab inuerſa pellicula
¶Mentum ab eminēdo. A gula enim eminet. Et q̄uis Ply. dicat mentuꝫ nulli pręter hominem eſſe tamē Hier. lib. xi. ſcribit Dauid apprehendiſſe mētū leonis & vrſi: & eos ſuffocaſſe. Et Plau. in Mæne. Glandiodicam ſuillam: lardum: pernā. Itidē autem ſyncipu: aut menta porcina.
¶Mentagra morbus dictus a mēto: a quo incipit & faciē quidē collū pectus manuſqꝫ fœdo quodā furfure occupat. alio noīe dicit lichena.
¶Mentor oris. pe. cor. Artifex in vaſis cælandis mirus. Iuuena. Rarę ſine mentore menſę. De hoc Ply. li. xxxiij. Hinc mentoreus a.um. Proper. Leſbia mentoreo vina bibas opere.
¶Mentigo pe. pro. genus morbi. Colu. li. viij. Eſt autem mentigo quam paſtores Oſtigenē vocant mortifera lactentibus. Ea plęrunqꝫ fit ſi per imprudentiam paſtoris immiſſi agni vel etiā hędi roſcidas herbas depauerunt. Sed cū infectū eſt os atq; labra fœdis hulceribus obſidet.
¶Menus germanię fluuius vbi ſilurus equum tranantem demergit.
¶Meo as. vado. Lact. li. iij. Videbant ſyderū curſus in occaſum meantiū. Et meare fluere: manare. Vnde meatus quos græci poros vocant. Ply. Succus maluæ decoctæ poros: hoc eſt meatus ſuaues facit. Huius compoſita ſunt commeo: permeo: remeo & tranſmeo.
¶Meonia vide ſupra mœonia.
¶Mephitis penultima prod. terrę putor ex aquis maxime ſulphuratis atqꝫ corruptis ꝓueniēs. Ver. lib. vii. Sęuā ꝓ exhalat opaca mephitim. Alij mephitim deum eſſe volunt leucotheę connexum: ſicut eſt Veneri adonis: dianę virbius. Alij Iunonē intelligunt: quam nō niſi ex corruptione aeris naſci: ſicut bonum odorem de aere incorrupto vt ſit Mephitis dea odoris grauiſſimi. Hinc mephitic⁹ ca. cum. apud Sidonium pro fœtulento.
¶Meracus ca. cum. pe. pro. ſed vt puto falluntur nonnulli: Nam Verg. Conſtitui meracas edilicię notas: vbi pen. breuis eſt: nec ratione video quæ producere penult. debeat Vide in dictione merus. Aſcen. Vbi Vergi. id dicit viderit author. Alij certe producunt.
¶Merces cis. quicqđ emitur venditur ve lucri cauſa. Aug. Inuenit viles merces terrenas: & terreſtribus attulit peregrinas & cœleſtes. Et mercis nomine continentur res tantum mobiles non tamē homines cum ob eam rem mągones & mercatores ſed venaliciarios appellarit vt mella. Hinc cō mercium. Merces vero mercedis: a merendo ære inquit Var. Iuue. Scire volunt omnes. mercedem ſoluere nemo. Eſt enim merces primum quod datur pro labore ſeu ſtipendio.
¶Mercenarius qui mercedis gratia operam p̄ſtat Col. Siue mediarum facultatum dominus ex mercenariis aliquem recuſantem iam quotidianum illud tributum qui vectigalis eſſe non poſſit ignarū rei cui prędefuturus eſt magiſtrum fieri iubet.
¶Mercenarius ria. rium: quod ad mercedem pertinet. Lact. lib. vi. Ipſe pluribus locis clamas mercenariam non eſſe virtutem.
¶Mercimonium: & cōmercium eſt contrectatio quędā mercium ſicut a patre patrimonium. Plaut. Vt vos in noſtris mercimonijs emundis vendūdiſqꝫ voltis me lætū lucris afficere. Idē in Cur. Sed qđ agit meū mercimoniū apud te?
¶Mercor: aris. lucri cā mercaturā exerceo. veletiā ſimpliciter emo. Et qñqꝫ actō ſolo cōtentū ē. Ter. in heau. A grū in ꝓximo hic mercatus es. qñqꝫ cū ablatō p̄tiū denotāte iūgit: ſicut fit in Emo. Gel. libros tris reliquos mercat nihilo minori p̄tio. qñqꝫ ablatiuo a vel ab mediante. ſine p̄tio expreſſo. Ci. li. offi. Sordidi etiā putādi q mercant a mercatoribus qđſtatim vendāt: qñqꝫ dtō. Ter. Quidā eunuchus quē mercatus fuerat frater thaidi: Qñqꝫ cū dtō & ablatō cōſtruit. Aug. lib. ix. cō. Et placuit mihi in cōſpectu tuo nō tumultuoſe abripere me: ſed leniter ſubtrahere miniſterijū linguę meę nūdinis loquacitatis ne vlterius pueri meditātes inſanias mēdaces & bella forēſia mercarēt ex ore meo arma ſuo furori. Ex his colligit nō ſolū mercor: ſed & alia verba emptionē vel acqſitionē figurantia vti poſſe hmōi cōſtructione ſi eū a quo vel vñ

& cui id emimus exprimere voluerimus. Cõpoſita ſunt cõmercor. Plau. in ca. Pater ergo captiuos cõmercaꝝ alios. Prę̃mercor ante alios mercor.

¶Mercator qui emit ſiue vt teneat ſeu vt alteri vẽdat & qui mercaturam exercet.

¶Mercatura ars ſeu actꝰ mercãdi. Ci. li. i. off. Mercatura autẽ ſi tenuis eſt ſordida putãda eſt: ſin magna & copioſa multa vndiq; apportãs: multiſq; ſine vanitate impertiẽs nõ eſt admodũ vituperãda.

¶Mercatus us: idẽ qđ mercãdi actus. Liuius li. i. Tullus ad Feronię fanũ mercatu frequẽti negociatores romanos cõprehenſos querebatur.

¶Mercatus ti. locus in quo res venduñt: q & emptotiũ dr. Ci. li. offi. Quo cũ tanꝝ ad mercatũ bonarũ artiũ pfectus ſis inanẽ redire turpiſſimũ eſt. Terẽ in adel. Emptę melieres cõplures & itẽ hinc alia q̃ porto in cyprũ niſi eo ad mercatũ venio dãnũ maximũ ẽ. Do. Mercutus locũ tẽpuſq; ſignat.

¶Mercatus a. um. particípiũ: vt Terẽ. Agrum in proximo mercatus eſt.

¶Mercalis quaſi vẽdibilis. Colu. lib. viij. Exhijs ſingula capita q̃ videñ eẽ robuſtiora in ſupplemẽtũ gregis reſeruañt: cætera mercalibus traduñt. i. vẽdibilibꝰ. Hinc cõponit pmercalis: de quo infra

¶Mercurius quaſi medius inter hoíes currens: qp ſermo currat inter hoíes medius. Ideo hermes grece qđ ſermo vel interptatio q̃ vtiq; ad ſermonem ptinet hermenia dr: vñ & mercibꝰ peſt: qa inter vẽdẽtes & emẽtes ſermo fit medius. Ideo talas in capite & pedibꝰ ponũt: volẽtes ſignare volucrẽ ferri per aera ſermonẽ. Ideo nũciũ dictũ: quoniã per ſermonẽ oía cogitata enunciañt. Dictus eſt deus facũdię. nã hominibꝰ loqui præſtare dicebaꝝ. Dictus eſt deus mercatorũ palæſtræ: furũ: nũciuſq; & interpres deorũ. Lyrã inuenit. Hermaphroditum ex ſorore Venere genuit: Martẽ e duris carceribus liberauit. Agrũ interemit: pmetheũ in caucaſo religauit. Iouis filius fuit ex maia athlãtis filia. Hic dictus ẽ hermes trimegiſtrꝰ. hoc ẽ ter maximus.

¶Mercurialis herba quã greci linozoſtin vocant cuius duo ſunt genera: maſculus & fœmina.

¶Merda a meros qđ eſt pars & edo comedo. Eſt eñ cibi excrementũ: hoc ẽ pars eorũ q̃ comedimꝰ Hora li. i. Ser. Mẽtior at ſi quid merdis caput inq; ner albis Coruorũ & in meveniãt mictũ atq; cacatũ. Hĩc fit merdo as: a quo permerdo qđ eſt fœdo & cõſpurco: Albiꝰ. Vt faciũt pueri qui oía permingunt atq; permerdant.

¶Merẽda cibus quidaꝝ poſt meridiẽ. Vnde & merendo as. Calphur. in buc. Sereq; videbitur hora merendę. Plaut. in muſ. Viſis ne forte ad merendã quopiam diuortetis: atq; ibi melius q̃ ſatis fuerit biberis.

¶Mereo es. & meteor eris. depo. a merceede fiũt & ambo merui itũ. faciũt. Et tria ſignificant. Primo alíqd mercedis p labore paro vel ſumo ſeu dignꝰ ſum. Vernaculo ſermone dicimus meritare. Ouid. li. iiij. met. Quã meruit pœnã ſolus: digeſſit in oẽs In bonũ: vt Merui q laude coronã. Et cũ dicimꝰ nihil mereꝝ: ſignificat nihil mercedis dignus ẽ accipere. Ter. Ego charine neutiq; officiũ liberi hoís eſſe puto cũ is nihil pmereaꝝ poſtulare id gratiæ apponi ſibi. Plaut. in cap. Vale atq; ſalue & ſimiliter vt dicaꝫ meres. Q ñq; etiã de turpi lucro dr: vt ſit merere ſordidũ q̃ſtũ facere. Var. in Eu. Primũ iſte qui meret ſeſtertio vicenos: Vñ & meretrix & meretricia taberna & meritorij pueri dñr. Secũdo ſignificat cõfero: inſeruio ſeu tracto. Et tũc cõſtruiť cũ ablatiuo mediãte de: vt mereor de te. i. aliq̃d in te cõfero. Et hoc in ambiguũ. Si de bñficio intelligimus bñ mereor de te dicimus. Ver. li. iiij. Si bñ qđ de te merui. i. ſi in aliquo tibi bñficiũ cõtuli. Si aũt de offenſione: male mereor de te. Ci. Nãq; quo in hoíem petulantẽ & male de nobis meritũ eẽ debuimus? In bonũ tñ ſiue bene vſus eſt Vergi. libr. vi. Quiq; ſui memores alios fecere merẽdo. Nõnũq; p ambiguũ ſenſuꝫ ſine vtroq; dicimus: vt quid de te ſum meritus? Et aliqñ p negationẽ: vt hoíes nihil de me meriti ſunt: hoc ẽ nec bene mihi nec male fecerũt. Tertio ſignifi. ſtipẽdia facio in militia. hoc ẽ ſtipẽdij gra milito & dimico. Et tũc dtñ aut ablatiuũ reqrit: vel abſolute ponit. Luc. Aere merẽt paruo. Sta. li. iiij. th. Nõ hi tibi ſolũ ampliarae merent. Luc. lib. vi. Sęua viro nomen caſtrorũ in plębe merebat. Ouid. de faſt. Totidẽ pilanꝰ hẽbat Corpora legitimo quiq; merebat equo. Aliqñ etiã actõ iungiť: vt apud Sue. prima ſtipendia meruit. Et in hac ſignificatione fit meret ſperſonale vt auctor eſt Scr. li. iiij. æne. Hinc etiã emeriti milites: & emeriti ſtipendia dñr q militia pfuncti ſunt. i. q̃ p fecte meriti: & exempti ſenio a labore efficiuntur. Ply. li. xi. Nouiſſimeq; feſſis & iã emeritis inchoatę. Nõnũq; etiã paſſiue ſumiť: vt apud Quin. Emeritis huíc bello ſtipendijs. Et per tranſlationẽ emeriti boues dñr & q̃dam alia. Emeriti vero ſenes ſolent hĩe eos qui p ſe laborent q dñr pro alio opus agere. Cõpoſita ſũt cõmereor: demereor: emereor: pmereor: ſiue cõmereo: demereo: emereo: & pmereo.

¶Mæreo es. mæſtus cũ æ. diph. ſcdm Var. (reo. a marceo fit vnde & primã vocalẽ accipit q̃ corpus etiã marceſcere facit męror. Alij cũ œ. dip. ſcribunt. Eſt aũt mærere triſtari & dolore affici. vñ & cũ actõ qñq; cõſtruiť. Ci. Terẽtiæ. A te quidẽ oía fieri fortiſſime & amãtiſſime video: nec miror ſed mæreo caſum eiuſmõi: vt tãtis tuis miſeriįs mææ miſeriæ ſubleueñ. i. doleo. Itẽ deplorare: vt apud eundẽ li. i. tuſ. At illa ſicut acerbiſſimã rem mæret: Et iterum. Cũ grauiter filij mortẽ mœreret. Inuenitur etiã mæret imperſonale cum ſignificato ſui verbi. A mæreo fit mæror. mæſtitia: mæſtitudo: mæſto as. & mæſtifico as. & mæro as. mærentem facio. Pacu. Qui multis mærauit modis.

¶Meritũ prę̃ſtitum dr. Et qñ tã de malo q̃ de bono dici põt: pro loco intelligendum eſt. De bono Plancus. Quid. n. tibi p maximis tuis ac pene immortalibꝰ in me meritis prę̃ſtare amplius poſſim De malo Vatinius. Scis meã fortunã neſcio quõ facile obteſtatores inuenire nõ meo me hercle merito. i. culpa. Vñ Aug. lib. de gra & libero arbitrio. bonũ meritũ & malũ meritũ appellat. Iſta vtiq; in quit iã merita ſua bona cõmemorat: vt poſt pauca merita cõſequatur coronã: qui poſt mala merita cõſequutus eſt gratiã.

¶Meritus a. um. qđ eſt cõgruũ et conueniẽs. Ver. Meritos aris imponit honores. Huius contrariũ eſt immeritus: a quibus meritiſſimus & immeritiſſimus. Ter. in phor. Iamdudũ te oẽs nos accuſare audio imeritos: & me oium horũ imeritiſſimũ

¶Merito aduerbiũ. i. digne. vt in Gñ. Merito hęc patimur quia peccauimus in fratrẽ noſtrũ.

¶Meritus ſubſtãtiuũ mõs eſt in tertio europę ſinu

¶Merto as.a ſupino verbi mereo: ſignificat dignus ſum & milito.

¶Meritorius a.um.qđ q̃ſtũ facit corpore ſuo. Vñ equi meritorij: & meritorię rhedę q̃ q̃ſtus gr̃a locãtur aut cõducunt. Et ſcorta maſcula pueri meritorij qui lucri cauſa proſtituuntur. Nã puellę nõ vocantur meritorię ſed meretrices. Meritorij nãq; vt meretrices pretio merent. Cice. in Anto. Ingenui pueri cũ meritorijs: ſcorta cũ mribuſſamilias verſabãtur. Taberna meritoria diuerſoriũ atq; hoſpitium mercenariũ vbi cuiq; introire licet dãti mercedẽ. Ratio vero meritoria quaſi vilis & male coẽpta. Aliquãdo meritoria abſolute dicit pro tabernis mercede conductis. Iuue. Nam qui meritoria ſomnum admittunt?

¶Meretrix a merẽdo: nã mercede ſuã exercet mlitiã. quę copiã ſui tantũmodo facit. Ideo honeſti oris loci eſt & queſtus. Proſtibulũ qđ pro ſtabulo ideſt ante ſtabulũ ſtet. Vnde & Plaut. in Ciſ. Intro ad bonã meretricẽ: in via ſola proſtibula ſane eſt.

¶Meretriciũ ipſa meretricandi ars. Meretricius a um. quod eſt meretricis: vel quod ad meretricem pertinet: vt ars meretricia. Teren. in heaut. Ignaram artis meretricię.

¶Meretricor pe. p. ſcortor. Gel. Thais meretricã dono magnã pecuniã demerebat.

¶Meridies medius dies quaſi medidies. Nã vt inquit Var. antiqui nõ. r. in hoc dicebant. Et ſemper maſculinũ eſt quia certum diei tempus ſignificat. Hinc meridianus a.um. quod ad meridiẽ ſpectat: & pomeridianus: de quo infra.

¶Meridio as. & meridior depon. ſignificat cibũ meridianum capio. Plaut. Ientãdo: meridiando: comeſſando. p̃ gręcãdo vitã ducere. Hinc merẽda dicta ẽ. Aliqñ ſignificat ſomnũ meridianũ capio. Cor. Celſus. Longis diebus meridiari debet/potiũ añ cibũ vtile ẽ: ſin minus poſt eũ: per hyemem potius totis noctibus conquieſcere. Sueto. de Nero. Miſſos a meſalina vxore Claudij: qui eũ meridiãtẽ quaſi Britanici ęmulũ ſtrangularent. Hinc meridiatio quies meridiana. Cic. li. ij. de diui. Tũc & lucubrationes detraxi & meridiationes addidi quibus antea vti non conſueueram.

¶Mergo is. ſi. ſum. ſub aqua pono. Cuius cõpoſita ſunt. demergo: quod eſt deorſum mergo: quod fit cũ aliquid ſub aqua vel ſub terra & hmõi figit. Lact. li. iiij. Non vt poetę Arionẽ mẽtiunt in pelago incedentẽ. qui demerſa corporis parte humeris ſupereminet vndas. Col. li. ij. Neq; pecori maſora niſi cũ ſicciſſimũ eſt quoniã demergũt vngulas & atterunt: ſcindũtq; radices herbarũ. Demergo diuerſe mergo. Lact. li. vi. Quę autẽ ab illo altero id habent officiũ vt cœleſtibus auocatũ: terreniſq; dimerſum ad pœnã interficiant ſempiternã. quod eſt ſummũ malus. Emergo extra mergo: & quaſi ex loco vbi ſubmerſus fueram exeo & in lucẽ prodeo. Liui. lib. i. Primũ ex profunda emerſus palude. Ter. per trãſlationẽ in And. dixit facile ex illis ſeſe emerſurum malis. Immergo int⁹ mergo. Vergil. li. iij. Aeneid. Vaſtoq; immergite ponto. Submergo ſubtus mergo.

¶Merſo as. ſępe mergo. Col. lib. viij. Quarto die ſi eſt vicinia maris ad littus deducta merſat ouis. Augu. li. ii. con. p trãſlationẽ: Aeſtuabat imbecillã ętatẽ abrupta cupiditatũ atq; merſabat gurgite flagitiorum.

¶Merto tas. idẽ qđ merſo. Accius. Vel hic qui in ea parte effrænata impudentia præſentẽ præſens dictis mertare inſtitit.

¶Mergę furculę quibus acerui frugũ fiunt: dictę a mergis volucribus ga vt illi ſe in aquã mergũt dũ piſces perſequunt: ſic meſſores eas in fruges mergunt vt eleuare poſſint manipulos.

¶Mergus gi. auis dicta: q; ſe in aquã cibũ captãs aſſidue imergat: quẽ alij mergonẽ appellãt. Verg. li. i. Ge. Cũ medio celeres reuolãt ex ęquore mergi Huius auis natura eſt vt ſępe mergẽs auraꝫ ſigna colligat & ꝓuidens tẽpeſtatẽ futuram propere medio reuolat ęquore: & ad littorũ tuta cum clamore cõtendit. Eſt & mergus in vite: vt docet Col. lib. v. qui ait. mergi gen⁹ eſt vbi ſupra terrã iuxta ſuũ adminiculũ vitis curuatur atq; ex alto ſcrobe ſub merſus producitur ad vacãtẽ palũ. Palladi⁹. Mergũ dicimus quotiens velut arcus ſupra terram relinquitur alia parte vitis infoſſa.

¶Mergus oris. genus vaſis: quã nõnulli ſitulam appellant.

¶Mergulus inſtrumentũ quo lãpadis Ellychnus cõtinet. alio noie emũctoriũ: vt apud Hie. in leui.

¶Mergites pe. cor. ſpicarũ manipuli a mergẽdo dicti. Ver. li. ij. Ge. Aut fœtu pecorũ: aut cerealis mergite culmi Prouẽtuq; oneret.

¶Meroe es. dictio triſyllaba inſulę nili metropolis. a qua & tota inſula meroe dr̃. Hanc cambyſes cõdidit a nomine ſororis meroe. Cũ em̃ ęgyptum omnẽ occupaſſet: meroẽ ſecum vſq; ad ęgyptios ducens proceſſit. quę cum ibi mortẽ obiiſſet: vrbi nom̃ indidit Forma inſulę ſcuto perſimilis. De q̃ Luc. li. x. Gurgite rupto Ambitur nigris meroe fœcũda colonis. Patet longitudine ſtadioꝝ trib⁹ millibus: latitudine mille. Effodiũt in ea aurũ: argentũ: ęs: ferrũ: ebedũ. Prętera fert & lapidũ multiplex genus: diſtatq; a Syene quinq; millibus ſtadi. vltra quã eſt ad torridã ẓonã. Exuperat oñes alias nili inſulas: quas circiter ſeptingentas eẽ ſcribit Diodorus.

¶Merops apiaſtra auis quę apes comedit. Verg. lib. iiij. Ge. Meropes aliq; volucres. Et meropes diuerſarum linguarũ homines dicuntur ab μερίζω. quod eſt diuido & o ψ per o breue: quod ſignificat vocem.

¶Meropus pe. cor. mons grecię iuxta theſſaliam varijs prętuptus anfractibus.

¶Merope pen. prod. inſula dicta vt quidã exiſtimant a merope terrigena Triope filio.

¶Meros mons indię ſub cuius radicibus eſt niſa ciuitas conſtituta.

¶Merus ra. rum. qđ eſt ſolum. Terẽ. in phor. Nihil habet niſi ſpẽ merã. Vnde merula auis. Per trãſlationem ponitur pro puro. Ci. lib. ij. de ora. Ecce tibi exortus eſt Iſocrates magiſter iſtorũ omniũ cuius e ludo tanq̃ equo troiano meri principes exierunt.

¶Merũ ſubſtãtiuũ ponit ꝓ vino ſolo ſine aqua.

¶Merax & meracus a.um. pen. p. eo q; eſt ſolũ & purũ. Prop. Ah pereat quicũq; meracas Repperit vuas. Vnde vinũ meracũ dicimus quod merũ eſt nulla aqua admiſta. Hinc cõparatiuũ meracior & ſuperlatiuũ meraciſſimus. Vnde meracius bibere

dicunt qui minus aquę vino miſcent. Sicut econtrario lymphatius dilutiuſve qui plus aquę adhibent. Cęlſus pręcipue hyeme meracius bibendum eſſe: eſtate dilutius. Hie. in deutero. Et ſanguinem vuę biberunt meraciſſimum.

¶ Meribibulus qui vinũ ſine aqua bibit. Aug. Cũ temeti auidior eſſet quadam die ab irata ancilla p conuiciũ appellata eſt meribibula quę reſtĩ ei pudorem iniecit: vt poſtmodũ ſobria prorſus fuerit

¶ Merula auis ſic dicta: q; ſola volet: & ſolitaria paſcatur: quaſi mera volans. Quo noie etiã dic⁹ eſt fluuius in Albouintimilio oppido.

¶ Meſa fluuius not⁹ p leodiũ fluens: & per brabãtiam ac Geldriam. vulgo tamen moſa dicitur: & coniungit ſe cũ Rheno. Eſt & meſa pars in domo apium. Victr. latine dici mediana auctor ẽ.

¶ Meſos gręce medius latine. Meſon moderatũ. Meſonyction media nox.

¶ Meſopotamia regio inter Euphratẽ et tygrim in maiori Aſia. Nã μεσος medius. ποταμος fluuius. Ambr. li. de parad. Meſopotamia dicitur q; tygris et euphrates incluſerint eam: eo q; inter duo flumina cõſtituta ſit. Q; etiã lõge poſitis nomẽ ipſum & opinio coĩs expreſſit. Habet enim tygrim ab oriente & euphratẽ ab occidente. A meridia babyloniã. Meſopotamiã inpinguat euphrates: vt inquit Solinus annuæ iuundationis exceſſibus terris ſuperfuſus. hęc regio etiam dicta eſt Seleucia. vt li. vi. refert Ply.

¶ Meſapia apulia a meſapo rege ſic appellata.

¶ Meſſana pe. pro. ciuitas ſicilię: a qua Meſſanenſes dicti ſunt. Syl. li. xv. Incũbens meſſana fretoniuibuſq; reuulſa. Hanc vrbem cõdidere meſſenij in pelori ſinu vbi ad oriẽtem maxime eo colonos miſiſſent: ipſi quoq; mamertini potius q̃ meſſanẽſes ſunt vocati.

¶ Meſſene ciuitas gręcię meſſenię in peloponneſo a qua meſſenij. De qua Hier. cõtra Ioui. Spartiatę & meſſenij diu inter ſe hũere amicicias intantũ vt ob q̃dã ſacra etiã virgines ad ſe mutuo mitterent.

¶ Meſochorus pe. cor. fiſtulator cythariſta in medio ſaltationum. Sido. Nullus ibi lyriſtes choraules meſochorus tympaniſtria pſaltria canit.

¶ Meſſala dictus eſt Vale. Coruinus quiæ meſſanã in ſicilia vicit & vrbis captę in ſe tranſlato nomine meſſana primo appellatus ẽ: paulatimq; vulgo permutante litteras meſſala dictus eſt. Vnde & meſſalarũ familia romę florentiſſima: ex qua meſſala Coruinus orator nobilis ortum habuit.

¶ Meſſalina nomẽ filię barbati meſſalę cõſobrini Claudij imperatoris quę cũ adoleſcẽtula eſſet ipſi Claudio ſeni nupta fuit ſummæ libidinis mulier: ita vt innumeris adulterijs ſe ſũmiſerit: & mutata veſte lupanaria celebrauerit. quinetiã cũ ſcorto famoſo aliquãdo certauit: & ſuperatã a fe meretricẽ gſiata ẽ & ſe inter diẽ & noctẽ. xxv. paſſã cõcubit⁹ affirmauit. Pręterea ſeſe labore potius feſſam q̃ cõcubitu ſatiatã deſtitiſſe. Tandeq; ab ipſo Claudio ſupplicio affecta eſt cũ. C. Silio nupſiſſet

¶ Meſpilus pe. corr. genus arboris: cuius fructus meſpilum. Palladi⁹. Meſpilus admiſſo germine tuta ſubit. Idem. Meſpilaq; exarmat pugnacibus horrida membris.

¶ Meſſyas hebraice: gręce Xpũs. latine vnctus dr̃

¶ Meſſis duo ſignificat. tempus. ſ. medẽdi & rem Pro tẽpore. ſ. quãdo fruges metũtur. Vergi. Ante focũ ſi frigus erit: ſi meſſis in vmbra. Pro re. hoc eſt pro ſegete ipſa iam matura. Idẽ in Ge. Atq; interfice meſſes. Nec ſolũ de frugib⁹ ſed etiã de vua dicit. Dicta meſſis a metẽdo: vel a medio: vt inqt Var. li. i. de ruſt. Metitur enĩ vt ſtramentũ mediũ ſubſecet. Nã qui metunt manu ſiniſtra ſũmũ prehendunt: infra manũ ſtramentũ quod terrę hæret poſtea ſubſecatur •

¶ Meſſorius a. um. qd̃ ad meſſorẽ pertinet. Cicer. Meſſoria ſe corbe contexit: meſſor qui metit: meſſio ipſa metendi. i. ſecandi actio: & operã meſſoriam dicimus. qua quis metit.

¶ Meſia prouincia q̃ pãnonię iungit ad pontum vſq; cũ Danubio decurrens. Sue. de Tibe. Armeniam parthis occupari: meſiã a Dacis ſarmatiſq; gallias a germanis vaſtari neglexit: Sunt qui hoc nomen cũ e ſcribant meſea.

¶ Met ſyllaba: piã: pte. ornatus cauſa ponuntur & aduerbia ſunt. Vt egomet: quiſpiam: tute. Sed met iungitur caſibus omnibus pronominũ primę perſonę: tã pluralis q̃ ſingularis numeri abſq; gtõ plurali: vt egomet: memet: noſmet. & reliqua ſecũ de vero perſonę obliquis tantũ caſib⁹: vt tuimet: tibimet. Nominatiuo nõ addũt: ne verbũ putetur tumet a tumeo. ſed tute: tutemet proferẽt. Et quidẽ ſic iuncta diſcretionẽ ſignificat: vt ipſemet. ſ. ipſe ſolus & non cũ aliis: vel ipſe per ſe: & nõ per alios. Pte cũ quinq; ablatiuis iungit: vt meapte: tuapte: ſuapte: noſtrapte: veſtrapte. Te ſimilter cũ pronomine fecũdę perſonę idẽ efficit. vt tute id feciſti. ſ. tuipſe per te & non per alĩũ. Tete vtraq; producta vt meme: ſeſe. cõpoſita oſtendunt accentu acuto Ce vero additur fere his quę in c deſinunt: hic: hęc hoc: apud antiquos caſus: vt hocce: hoccine: Vñ hoc quaſi duabus cõſonantibus producitur. Ver. Hoc erat alma parẽs qd̃ me per tela per hoſtes Eripis? Ter. Hoccine eſt credibile aut memorabile factum. Hicce ſeu hiccine: ſicce ſiue ſiccine. hęccine: hancine. Illicce: iſticce. illanccine. Teren. Illãccine mulierẽ dixit pro illamne. Apud iuniores vero per eos caſus tantũ. qui in ſ deſinunt euphonię cãſa: vt huiuſce: hiſce: holce.

¶ Meta congeries ſeu ſtrues in acutũ tendens: ſeu turbo merſus conos a græcis appellata: quia eſſet poſita in diuerſo ſpatio: vel quia eã metiantur quadrigę circuncurrẽtes: Moris enim erat ſepties metam luſtrare. Prop. Aut prius efercto depoſcit p̃mia curſu: Septima quã metam triuerat ante rota Cũ em̃ iam carceribus emiſſę ad metã veniſſent q̃drigę erat opus vt circũ ipſam flecterent: Vergili⁹ Hic vtridẽ æneas frondentẽ ex ilice metã Conſtituit ſignũ nautis pater vnde reuerti Scirẽt & longos vbi circũflectere curſus. Per tranſlationẽ vero q̃n auriga q̃cũq; primũ metã ſuperauerat iam ad finẽ certaminis perueniſſe videbatur: nõ ſolum pro agrorũ termino ponitur: quẽ pyramidali forma effigiari mos fuit. Vnde & meta fœni vernaculo ſermone lameda. Colu. li. ij. Certe quicquid ad eũ modũ quo dr̃ ſiccatũ erit in meta extrui conueniet: eaſq; ipſas in anguſtiſſimos vertices exacuĩ. Sic eniz cõmodiſſime fœnũ defendit a pluuijs ſed pro quocũq; termino ac fine. Vergil. His ego nec metas rerũ nec tẽpora pono. Syr. Tormentis finẽ metãq; laboribus orat. Hinc peruenuſſe ad metam

dicimus qui iter aut aliud opus perfecerint. Accipit etiam quandoq; pro inferiora parte molæ: sicut Catillus pro superiori. Est & meta præpositio græca & in fine acuitur: & modo cū: modo trans modo post significat: a qua multa componuntur.

¶Meta lactis dicitur caseus qui factus est ad formam metę. Mar. Fert ille cęris caua cum suis mella: metâq; lactis Sassinate de sylua.

¶Metapsicosis pe. prod. Scribit enim μεταψιχωσισ subitus transitus ad diuersa corpora.

¶Metępsicosis pe. p. latine trāsaīatio: cum. s. de alijs corporibus in alia corpora transeunt animæ. Vnde Oui. Pythagoreū dogma. li. xv. explicans ait. Morte carent animę semperq; priore relicta Sede nouis habitant domibus viuuntq; receptę. Ex hoc pythagoræ dogmate inducta est ab esu animalium abstinentia ne forte vt festiuiter ait Tert. Bubulā quis de aliquo pauo suo obsonet. Hiero. Probabo non empedoclis & pythagorę nos dogma sectari qui ppter μετεμψιχωσιν. i. trāsanimationem oīe quod mouetur: & viuit edendum non putant.

¶Metabasis latine transitus: metabole mutatio.

¶Metapontū transpontū: quo noīe dictū est oppidum Italiæ in sinu tarentino: a quo metapontini populi.

¶Metaplasmus dici potest transformatio. Est autē translatio recti solitiq; sermonis in alteram speciem vel metri ornatus vel necessitatis gratia μετα trans πλασμα figmentum.

¶Metaphora pe. cor. translatio a Cicerone dicit: fitq; cū nomē aut verbū ex proprio loco in eū trāsfertur in quo aut propriū deest: aut translatū proprio melius est: vt Classiq; immittit habenas.

¶Metamorphosis pe. pro. trāsfiguratio: seu trāsformatio latine dicitur. μορφωσισ enim mutatio transfertur.

¶Metalepsis figura quā modo trāslatiuā. modo transumptiuam: modo transpositiuam dicimus. μετα trans. λημψισ acceptio. Fit autem cū aliqua dictio aliud a propria suasignificatione ex ijs quę pręcesserunt denotat: vt apud Verg. Post aliquot mea regna vidēs mirabor aristas. i. segetes.

¶Metaphisica oχ. tātū pluraliter supernaturalia dicuntur.

¶Metathesis pen. cor. latine transpositio cū vna littera necessitatis causa ex vno dictionis loco in aliū transponitur. vt Tymbre pro tymber. θεσισ positio dicitur.

¶Methodus pe. cor. ex μετα & hodos aspirato cōponitur: & accipitur pro via breui & disciplina dū pro ratione capitur. Verg. lib. i. Ge. Ignarosq; vię mecū miseratus agrestes. i. rationis.

¶Metonymia cū accētu in pe. latine trāsnoīatio: siue denominatio: vt bacchus pro vino. Similiter cū dicimus pigrū frigus.

¶Metaurus & metaurū vmbrię fluui⁹ in flaminiā decurrēs: quę regio gallia dicebatur vbi Claudius vero consul cū salinatore hasdrubalē interfecit.

¶Meteoros pe. pro. suspensus sublimis: subleuatus ad aliquā rē. græce μετεωροσ. Inde meteora ars quæ corrupto vocabulo dicit metaura. In his enim de rebus sublimibus tractat. meteoria sublimitas speculatioq; sublimium. Aliquādo meteoros dicit stolidus: & meteoria stoliditas. Vñ Arist.

Meteorologus q sublimia tractat. habet pe. cor.

¶Meteoroscopus pe. cor. qui sublimia respicit.

¶Metoposcopus qui frontē cōsyderat. i. qui diuinat ex facie hominū. quiq; priuatim ex inspectiōe frontis quid cui euenturū sit prædicit. μετωπον frons. σκοπος inspector. Ply. Alexander imaginū similitudines adeo indiscrete pinxit: vt incredibile dictu Apion grāmaticus scriptū reliquerit quēdā ex facie hoīm addiuinantē: quos metoposcopos vocant: ex his dixisse aut futurę mortis annos: aut prętęritę.

¶Metagoniū promontoriū aphricā a numidia diuidens.

¶Metallum dici potest perscrutatū απο μετα αλλω quod perscrutor significat: q; metalla intra terræ venas scrutentur homines.

¶Metona pe. p. vrbs pelopōnesi littoralis.

¶Methymna vel methymne vrbs lesbi: apd quā nascitur bonū vinū. Ouid. Gargara quot segetes quot habet methymna racemos. Hinc methymneus a. um. Idē li. xi. met. Et methymnei potiunt littore lesbi. Ab hac vrbe ortū habuit Arion cytharœdus nobilis: quē herodotus scribit a prędonibus in mari obrutum & a delphine incolumē deuectū in portum ad tenarū fabulatur: quem cytharœdum fuisse constat.

¶Metor taris. ppie significat metas in agris terminādi gratia dispono & mensuro quo ad locum. Li. li. i. Hęc tibi victor romulus rex regia arma ferro tēplūq; his regionibus quas modo aio metat⁹ sum dedico. Gel. li. i. Nā cū fere cōstaret curriculū stadij: quod est pisis apud Iouē olympius herculē pedibus suis metatū: idq; fecisse longū pedes sex cētos. Hinc vsus inualuit: vt metari simpliciter p disponere ac parare vsurpetur. Verg. li. ii. geor. Si pinguis agros metabere cāpi. Dēsa sere. Vñ dicim⁹ castra prope tyberim metatus est. Hinc metator. Luc. Audax hesperios veniam metator in agros. Ply. li. xviij. Hunc oliuęti metator vergiliarū qua triduo hūc caueat institor calamis gemiscq; iocula tor. Dicit autē metor actiue & passiue. Hora. lib. iij. car. Nulla decēpedis metata priuatis opacā porticus excipiebat arctō. Inuenit etiā meto as. Verg. in culi. Metabat sese circū loca. Compositū a metor est emetor pen. pro. quod est perfecte mēsuro. Lac. de opi. Nā si peritus Architectus cū magnū aliquod ędificiū facere cōstituit. primo omniū cogitat quę summa perfecti ędificij futura sit & ante emetatur: quē locū leue pondus expetat.

¶Metior iris. mensus significat mensuro: taxo. Vnde mensores appellant agrorū finitores: & de mensum ęstimatū: vel ęquatū mensuratū ve. Hinc mensura & mensuro as. Cur. li. iij. Et pecunia deīn babyloniæ macedonibus equitibus sexcēti denarij tributi peregrinus eques quingenos accepit ducenis pedestriū stipēdiū mensum est. Similiter Ci. in Cato. Neq; enim ipsorum cōuiuiorū delectationes corporis voluptatibus magis q̄ cœtu amicorum & sermonib⁹ metiebar. i. ęstimabā. Quādoq; metiri ponitur pro transmeare. Ver. Reuicto bipedum cursu metitur ęquorū. Quandoq; pro vagari. Hiero. ad Helio. Filius hominis non habet vbi caput reclinet: & tu amplas porticus & ingētia tectorū spatia metiris. Reperitur etiā in significatione passiua. Idē in Hiere. Sicut enumerari nō pōt

ſtellæ cœli & metiri arena maris :ſic multiplicabo ſemẽ dauid ſerui mei. Et apud amos prophetam Hum⁹ tua funiculo metietur. Futurũ indicatiui eſt metiar & metibor : ſupinũ mẽſum & metitũ. Menſio a menſum quę eſt mẽſura. Ci. de. ora. Aures. n. vel animus auriũ nũcio naturalẽ quãdã in ſe continet vocẽ oĩn menſionẽ. Ver. Nos tumidũ ſubte permẽſi claſſib⁹ ęquor. i. euectꝰ: vt inquit Ser. Remetior rurſus metior. Idẽ. Arma deoſq; parãt comites: pelagoq; remenſo: Improuiſi aderũt.

¶Meto is: meſſui. ſſum. i. ſeco. Et tã de vua & aliis rebus: q̃ de ſegetibus dicitur. Verg. Poſtrem⁹ metito. i. vindemiato. Hier. ad Helio. Ecce bis acutus gladius ex ore tegis ꝓcedẽs obuia q̃q; metit. Lac. li. v. Qui virilia ſua ferro metat. Hui⁹ cõpoſita ſũt demeto: qđ eſt deorſum meto. Colu. li. ij. Iſtud de inceps p̃cipiendũ hẽto: vt demeſſis ſegetibus iã in area futuro ſemini conſolamus. Catul. Sole ſub ardẽti flauẽtia demetit arma. Emeto extra vel val de meto. Hor. in epi. Emetit orcus grandia cũ partis non exorabilis auro. Pręmeto ante ſeco. Feſt. Pręmetiũ qđ prælibationis cauſa præmetitur. Et habent pe. cor.

¶Metys purgamentũ cęrę: ex quo partẽ aluei priorem apes illinunt.

¶Metropolis pen. cor. quaſi mater ciuitas. Nam μητηρ mater. πολις ciuitas. hoc eſt cęterarũ vrbiũ caput. metropolitani qui ex ea ciui. oriũdi ſũt.

¶Metropolites pen. pro. metropolitanę ciuitatis pontifex.

¶Metrũ mẽſura. Et q̃n mẽſurat verſus a nris dr metra. Definit metrũ q̃ ſit cõnexio q̃dã atq; ordinatio pedũ ad delectationẽ auriũ inuẽta. Hic fit per cõpoſitionẽ monometrũ: qđ duobus pedib⁹ cõſtat. Dimetrũ qđ quattuor. Trimetrũ qđ ſex. Tetrametrũ qđ octo. Pãtametrũ qđ decem. Hexametrum quod duodecim.

¶Metricus a. um. pe. cor. qđ ad metrũ pertinet: vt ars metrica vatis.

¶Metreta pe. ꝑ. gñs vaſis q đ cõficit ex duobus.

¶Metrodorus pe. ꝑ. menſuræ donũ vel mẽſuratũ donum. Quo noĩe dictus eſt pictor: & philoſophus athenienſis.

¶Metuo is. metui. a quodã motu animi dr: vt inquit Var. Cũ id qđ malũ caſurũ putat mẽs refugit cũq; vehemẽtius in mouendo vt a ſe abeat foras fertur formido appellat. Et proprie metuere ſeruorũ eſt vereri liberorũ. Ci. in Cato. Metuebãt eũ ſerui. verebant liberi: charũ oẽs hẽbãt. Quęrit Ariſ. in ꝓblematis cur tremunt qui metuũt? An ꝓpter refrigerationẽ. Deficit enĩ calor atq; cõtrahit. Hic Verg. Geliduſq; per ima cucurrit Oſſa trem or. algor: & ſitis prouocat. Teſticuli cõttahunt. dentes crepitant & arietãtur.

¶Metus us. timor. & ẽ ſicut Vlp. ſcribit de inſtãti vel futuro periculo mẽtis trepidatio. Et tã actiue q̃ paſ. ſumit. Nã metus hoſtiũ recte dr: & cũ timẽt hoſtes. & cũ timent. Capit interdũ metus pro religione: q̃n vt docet Ser. nata eſt per timorẽ. Ver. li. vij. Multoſq; metu ſeruara per annos. Huius diminutiuum eſt meticulus.

¶Meticuloſus a meticulo diminutiuo ſignificat timidum. Plau. in muſ. Neſcis q̃ meticuloſa res ſit ire ad iudicem.

¶Meuania ciuitas vmbriæ inclyta Propertio alũno. a qua meuanates populi.

¶Meus a. um. pronomẽ poſſeſſiuũ: vt meus ager Cum vero dico. meus ſum tpe rinde eſt ac ſi dicerẽ mee poteſtatis ſum. Perſ. Poſtq̃ meus a ꝓtore receſſi. Aliquando enĩ meus: tuus ſubſtantiua ſunt Ver. li. iiij. Dulceſq; meorꝫ Relliquias. Et li. iij. Cape dona extrema tuorum. Teren. in phormi. Ego meorum ſolus ſum meus. Meus carnifex. i. qui me torſit: Idẽ in an. Meus carnifex. Meũ eſt. hoc ẽ mei officij ẽ. Sic tuũ/ſuũ/nr̃m & vr̃m officiũ eſt.

¶Mica puluiſculus ille q̃ in arena quaſi argentũ fulget: a quo & panis & oĩm rerũ fruſtula q̃ tractãtibus nobis aliquã rẽ inde emicãt. Ergo minutias rerũ micas dicimus quaſi minutim cadẽtes. Vnde eſt illud. Nam & catelli comedũt de micis quæ cadunt de menſa dominorũ ſuorũ.

¶Micare ꝓprie eſt ſubinde & per interualla vt mícę faciũt fulgere. Vergil. Micat ignibus ęther. Et q̃n talis quędã variatio dũ digitis ſortimur apparet per trãſlationẽ micare capit̃ pro digitis ſortiri. Var. Micãdũ erit cũ greco vtrũ ego illius numerũ an ille meũ ſeq̃t. Et Ci. Eũ vir̃ bonũ appellat q̃ cũ poſſis in tenebris micare. Et quia ſplendor tremulus ẽ: & crebro ſalit factũ eſt: vt q̃nq; pro ſalire poniat. Verg. Emicat euryalus. Quia vero hoc per vices fit micare capimus pro eo qđ eſt per vices moueri & ſine ordine. Idẽ li. iij. geo. Et linguis micat ore triſulcis. Huius cõpoſita ſunt dimico. emico. extra ſplẽdeo. Plau. Ex oculis quaſi radij emicãt ſolis. aliquando extra ſalio. vt Emicat euryalus. Intermico inter vel in medũ mico. Augu. li. ix. ciui. dei. Id quoq; velit in altiſſimis tenebris rapidiſſimo coruſcamine lumen cãdidũ intermicare. Promico extendo vel longe iacio ſplẽdeoq;. Neuius. Si quid loqui vis nõ perdocere: multa longe promicanda oratio eſt. Et in hymno/pellãtur emínus ſomnia ab ęthere Xp̃s Promicat. Et hãt pe. c.

¶Micturio is. pe. cor. Similiter & mictito as. Vide in dictione mingo.

¶Micros latine paruus dicitur: a quo multa fiunt compoſita.

¶Microcoſmus paruus mundus. κοσμος enim mundus dicitur.

¶Micrologus pe. cor. paruus ſermo vel parua ratio. Vtrũq; enĩ logos ſignificat micrologia ſedulitas quouis modo acquirẽdi cura rerum vilium.

¶Micropſychos pe. cor. puſillanim⁹. Nã ψυχη aĩa. micropſychia puſillanimitas.

¶Midas nomẽ regis phrygum qui cũctorũ pene regũ opes pecunię abundãtia anteceſſit.

¶Migale gñs aĩalis rapacis & ingluuioſi: de quo in leuitico.

¶Migro as. ad habitandũ eo. Liui. li. i. Et Romã inde frequẽter migratũ eſt a parẽtibus maxime & propinquis raptarũ. Interdũ ſine appoſito. Cice. li. vi. de. rep. Anteq̃ ex hac vita migro conſpicio in meo regno: & his tectis. Pub. Cor. Scipionem. Huius compoſita ſunt cõmigro. quod eſt in totũ migro. Hiero. ad Damaſ. Et quia pro facinoribus meis ad eam ſolitudinem commigraui quę Syriam iuncto barbariæ fine determinat: non poſſum ſctñ dñi tot interiacẽtibus ſpatijs a ſanctimonia tua ſemper expetere. Ter. in and. Ex andro cõmigrauit huic vicinię. Demigro de loco diſcedo. Liui. li. i. Cum hoſtes adeſſent pro ſe quiſq; in vrbem

ex agris demigrãt. vrbẽ ipam ſepiũt ꝑſidijs. Emigro exeo. Cęſ. Vt domo emigrent aliud auxilium alias ſedes remotas a germanis petant. Immigro eo ad intus habitandũ. Ci. li. i. Tuſ. Neqꝫ ea plane videt aĩus cũ tã repẽte in tã inſolitũ tãq perturbatũ domiciliũ ĩmigrauit. Remigro in priſtinũ domiciliũ reuertor. Idẽ ibi. In noſtrã domũ remigremus. Trãſmigro vltra ad habitandũ eo. hoc eſt in longioris loci habitationẽ muto. Hiero. ſup Mat. Expellentes de Iudęa: vt adꝰ gentiũ propriũ tranſmigrarent. Et habent pe. cor.

¶Miles gñs cõ. proprie qui pedes militat a militia. i. a duritia: quã pro repub. ſuſtinet dictus: aut a multitudine: aut a malo qđ arcet. aut a mollitie ꝑ contrariũ: eo qđ nihil molle: ſed potius aſperũ qꝫ gerat: vel a mille: quaſi milleſimus quiſqꝫ: qꝫ triũ milliũ prius legio fiebat: & ſingulę tribus tatiẽſiũ ramnũ: lucerũ mille milites mittebant. Tria autẽ ſunt militum gña. vt inquit Ser. Euocati qui non milites ſed pro milite erant. Verg. Mittitur ac magni venulus diomedis ad vrbẽ. Saluſtꝰ. Ab his omnes euocatos centuriones. Tumultuarij: qui neceſſitate aliqua electi ad vnũ dũtaxat bellũ militant. Verg. Simul oñe tumultu coniurat trepido latium. Sacramento religati: qui poſt electionem in rẽp. iurabãt. quod militare ſacramẽtũ dicebat: hi plenã militiã habebãt: erantqꝫ quinqꝫ & viginti annis obligati: vt eſt apud eundẽ. Fas mihi gratorũ ſacrata reſoluere iura.

¶Militonis idẽ quod miles: vnde & cõmilito qui ſimul militat: hoc ẽ ſocius ẽ in bello: hinc cõmilitiũ ipſa belli ſocietas.

¶Milito as. militiam exerceo. neutrum eſt: vt hic ſub Cęſare militauit. Et ablatiuo tantum conſtruitur cum pretium exprimitur. Curti. Gręcis merce de apud Perſas militantibus. Inuenitur & militor deponens.

¶Militia ę. quãdoqꝫ bellũ: quandoqꝫ rem militarem ſignificat.

¶Militaris & hoc militare: quod ad milites pertinet: vt militaria dona: res militaris: militaris ars. Sal. Præmittit illis homines militares. Militaris via: quę vulgo cõmunis dicitur. Alio nomine regia ſeu conſularis: prætoria: platea ve: Vide in dictione publica via.

¶Militariter aduerbium ſignificat more militũ: vel more militię.

¶Miletus pe. pro. vrbs fuit in finibus Ionię & Carię: auctore Herodoto: a Neleo ędificata. Hanc generoſa vellera nobilitarunt: vnde prouerbium manſit.

¶Mileſia ſtragula. Mar. Nec miletos erat vellere digna tuo. Hęc antea anactoria noĩata ſuper octoginta vrbiũ per cũcta maria genitrix vbi oraculũ fuit antiquitus Brancidarũ appellatũ poſtea apollinis didymei. Ab hac mileſij populi dicti ſunt: q cũ prius porẽtes eſſent & opulenti delicijs dediti: opes & potẽtiã amiſerũt. Ex mileto fuere viri memoratu digni: Thales vnus ex ſeptem ſapiẽtibus qui primus philoſophiæ ac mathematicæ auctor inter gręcos eſt habitus. Et Anaximander eius diſcipulus Anaximenes hecateus qui ſcripſit hiſtoriam: & Aeſchines orator: non ille qui cũ Demoſthene cõtendit: Sed alter qui aſſumpta nimia erga Põpeiũ licentia pariter in exiliũ miſſus eſt. Hic & Thimotheum muſicum ortũ ferunt: & Pittacũ philoſophum.

¶Mille ſubſtantiuũ & neutri generis. Declinatur qꝫ hoc mille: huius mille: hęc millia: horũ millium Ideoqꝫ genitiuo iũgit. Cic. in Anto. Quis vnq̃ in illo inuẽtus eſt: q. Ł. Antonio mille nũmũ ferret expenſum quadrigarius. li. iij. annalium. Ibi occiditur mille hominũ. Var. lib. vij. Reꝫ humanarũ plus mille & centũ annorũ eſt. Reperitur apud Lucil. lib. ix. Tũ milli nũmũ potes vno q̃rere centũ. vno milli ꝑ mille: acſi diceret potes mille nũmis acquirere centũ millia. Plau. in mil. q mille annorum perpetuo viuunt. hoc eſt qđ greci χιλιαδας vocant aliquando mille adiectiuũ eſt: & tunc dicimus mille homines & mille propugnacula: nec ly millia homines: quia ſubſtantiua non cohęrent ſine copula. Dicimꝰ tamẽ decẽ millia & ducenti homines: quod ita intellĩgitur decem millia hominũ & ducenti homines.

¶Milliarius rij. mille librarũ. Vnde apri milliarij apud Col. dicebantur mille librarum qui apponebantur in cœnis romanorum. Seneca li. xxi. epi. Nõ magnã rẽ facis qꝫ viuere ſine recto apparatu potes qꝫ non deſyderas milliarios apros nec linguas phœnicopteroꝝ & alia portẽta luxurię iã tota aĩalia faſtidientis.

¶Milliariũ mille paſſuum ſpatiũ: quod & milliũ dicitur: huiꝰ octaua pars ſtadium vocatur. paſſus ex quinqꝫ pedibꝰ: & ſinguli pedes ex ſexdecim vncijs conſtant. milliarium etiam dicitur vas ad coquendũ accõmodatũ. Cato de re ruſtica. Inter orbem & milliarium vnum digitũ intereſſe oportet. Palladius lib. v. Vas ęneum milliario ſimile. i. altũ & anguſtum veſpere inter aluearia collocemus: & in fundo eius ponamus lumen accenſum. Et milliarium columna aurea in capite fori Romani: in qua incipiẽtes omnes viæ Italiæ terminabantur: Et hoc milliarium Plynij Tranquilli Plutarchi: atqꝫ Taciti monumentis celebratur. I in alio ſignificatu accipitur: milliarenſis porticus: & porticus milliariæ.

¶Millepedia vel millepedia genus vermiculi qui multo pedum agmine ſcatet inquit Hieronymus contra Iouinianũ. Coge ſyrum aphrycum & Arabem: vt vermes pontícos glutiat: ita eos aſpiciet vt muſcas millepedas & lacertos

¶Millies aduerbium eſt: vt millies te vidi. ſic decies: centies & huiuſmodi.

¶Milium genus frugis: a mille dictum propter multitudinem acinorum. Mar. Frumentum militũ ptiſaramqꝫ fabãqꝫ ſolebas: Et milliam: ſiue milliarium milliare dicitur. Liuius libro. x. Alio itinere ad ſtationem nauium. Millia autem quattuordecim ab oppido aberant.

¶Milium indicũ eſt quod indocti milicham vocant quod conſtat ex India aduectum huius culmos lobas vocant.

¶Miliaria auis dicta eſt: qꝫ milio pingueſcat.

¶Millus collare canum venaticorum factum ex corio multis clauis ferreis eminentibus aduerſus impetum luporum. Scipio Aemylianus ad populum. Nobis (inquit) retqꝫ publicæ præſidio eritis quaſi millus cani. Dictus millus a multitudine clauorum. hoc eſt a mille clauis: vel quaſi melinus: qꝫ ex pelle animalis melis fere hæc collaria fiãt. Var.

ant. Varr. ne vulnerentur canes a beſtiis impoñtur his collaria quæ vocãtur Melium. i. cingulũ circu n collum ex corio firmo cũ clauis captatis.

¶Milo proprium nomen viri romani a quo milonianus miloniana milonianũ vt oratio miloniana Fuit alius hoc nomine athleta crotoniẽſis: qui tauum in olympico certamine ictu nudę dextræ occidiſſe dicitur: & ſine fatigatione ſtadii ſpatium ſupra humeros portaſſe: totumq; eo die comediſſe. Eſt & milo nomen montis Indię in quo homines aduerſis plantis naſcũtur octonos digitos in ſingulis pedibus habentes.

¶Miluus & Miluius vtroq; modo dicitur auis rapacißima a molli volatu vt quibuſdam placet. Vel factitio nomine a voce quã facit. Ouidi. libro tertio. faſ. Iuppiter alitibus rapere iperat: attulit illa Miluus & meritis venit in aſtra ſuis. Ab huius auis ſimilitudine piſcis miluius dicitur ſubiẽs in ſumma maria & vadando aliorum piſcium prędam agens. Ponitur & pro ſtella in quã conuerſus dicitur. Vnde Ouidius. eodem libro. Stella lychaoniã vergit decluis ad arcton Miluius hæc illa nocte videnda venit.

¶Mimas: mons minoris. aſię. vbi ſacra & certamina quotannis fieri baccho conſueuerunt. Suidas. μιμας ορος θρακης. τεκλινεται μιμαντος τετωερι τουτου καλλιμαχος ερ ταις υμνοις.

¶Mimallões. Bacchę mulieres. a. mina Ionię mõte vel mimiomæ verbo græco quod imitor ſignificat. q; Liberũ patrem mutarẽtur: & ad eius imitationem cornua ferrent. Hinc mimalloneus. a. um. Perſius. Torua mimalloneis implerũt cornua bombis Hæ quoq; baſſarides. & thyades & ogygides vocatę ſunt.

¶Mimus: effictor latine qui vel intra: vel extra ſcęnam geſticulationes exercet: imitaturq; dicta facta q; more ſy hominum & naturas quaſi ſolus imitetur a μιμεομαι. vt diomedes inquit quod ſignificat imitor. Hiſtrio vero perſonatus in ſcęna comœdias & tragœdias voce & corporis geſtu agit Mimi etiã dicuntur poemata ſine reuerentia laſciuiã imitantia. nam cum & alia poemata idem faciãt: ſolus tamẽ laberi⁹ poeta quaſi quodam priuilegio quod fuit commune poſſedit. Hanc fabularũ ſpeciem latini vocant planipediam. Ouidi. Scribere ſi fas eſt imitantes turpia mimos. Huius poematis ſcriptores dicũtur. Mimographi: vt phyliſtio: vt publius. vt laberius Sueto. in Cæſar. Decius laberius eques roman⁹ mimũ ſuum egit. A mimus fit mimicus. a. um. ſicuta ſatyrus. ſatyricus. Aug. libro quinto ci. dei. Etquaſi ſatyrica vel mimica leuitate cohibeant ſuas nugas.

¶Mina. græce mna: libra genus ponderis ſiculos lx. habens qui faciunt obolos mille ducentos. Et habet mina libram vnã & ſemũciam. & ſunt ſolidi lxxv. Priſ. Libra vel mna grata drachmas habet. lxxv. Accipite præterea patrio quã nomine graii: mnam vocitant: noſtriq; minam dixere priores. Item mina dicitur ouis quæ habet ventrem glabrũ

¶Minæarum. commitationes & metus incuſſiones per verba aut ſigna: & primã corripit. Sed pro pondere primam producit. quandoq; etiam dicuntur eminentię quas pinnas vocant. Virg. Pendent opera interrupta minęq; murorũ ingentes.

¶Minor minaris: minas infero. Et plærunq; accuſatiuo iungitur. Cicero. in tuſ. Cui cum Liſymach⁹ rex crucem minaretur. Et minari eminere eſt. Virgilius. Geminiq; minãtur in cęlum ſcopuli. Compoſita huius verbi ſunt Comminor & interminor. quę habent penultimã correptam.

¶Mino minas duco. Feſtus Agaſones equos agẽtes: id eſt bene minantes. Hier. Minauit gregem in interiora deſerti. Apud antiquos etiam pro minor ponitur. a quo minito. as. vt docet. Priſ.

¶Minitor. ſæpe vel impetuoſe minor. Plau. in aſi. Cur ergo minitaris te tibi vitam eſſe amiſſurum.

¶Minax qui frequenter minatur. Virgilius. libro tertio. Ge. Primus & ire viam & fluuios tentare minaces. Audet & ignoto ſeſe cõmittere ponto. Hinc Minaciter. Liui. libro ſecundo. Minaciter fremunt

¶Minerua. diſciplinarũ dea: quæ græce pallas dicitur. Et a minando dicitur quaſi vim minetur. Aut a minuendo vt inquit Cicero. Vel q; bene moneat. Hanc pagani pro ſapientia ponebant. Cornificius q; fingatur pingaturq; militaribus armis. Hæc Ogygij temporibus ad locum qui. Tritonis dicitur vt ſcribit Augu. Virginali fertur apparuiſſe ætate. De hac etiam in dictione Pallas.

¶Minos. cretenſis rex qui primus cretenſibus legem dedit. Hic cum haberet vxorem paſiphaen & illa ex tauro genuiſſet minotaurum: dędalumq; bouem ligneam fabricaſſet ſub qua latens cum tauro vxor cõcubuerat perſecutus ſiciliã in peruenit: vbi a Cocali regis filiabus interfectus fuit vt Ari. refert iuxta Camerinam vrbem & apud inferos iudex animarum factus eſt. Virgilius. Quęſitor minos vrnã mouet A minos fit minoius minoia minoium poſſeſſiuum vt minoia regna. quo pacto autem iudex habeatur inferorum propter iuſtitiam nõ video: cũ violator fuerit hoſpitii & raptor ganymedis & multa: aliaq; cõmiſiſſe dicat a vera iuſtitia nõ parũ abhorrẽtia vñ ſuidas. και τοτε παρυμησηθεασαμενος ερωτι αυτο εσχετο ερ κελευσαμενος δε τοις κρυσιν αρπασασ τον παιδα ενεθετο εισ την μανυν.

¶Minotaurus ex minoe & tauro dictio cõpoſita. monſtrum biforme de. quo Virgilius. libro ſexto. eneidos ad prin. Hic crudelis amor tauri: ſuppoſtaq; furto Paſiphae: miſtumq; genus: proleſq; biformis: Minotaurus ineſt. veneris monumenta nefandę. Hic labor ille dom⁹: & inextricabilis error Magnum reginæ: ſed enim miſeratus amorem Dędalus ipſe dolos tecti: ambagesq; reſoluit. Cæca regens filo veſtigia. Tu quoq; magnã Partem opere in tanto (ſineret dolor) Icare haberes: Bis conatus erat caſus effingere in auro Bis patrię cecidere manus: quin protinus omnia Perlegerent oculis &c. vide illic Seruium.

¶Minius fluuius hiſpaniæ a colore pigmenti. quo plurimũ exundat.

¶Mincius. venetorũ fluuius ex benaco lacu defluens alium prope mantuam lacum efficit. inde efflu it in padum torrentibus maximus efficitur.

¶Mingo mingis minxi mictum. vrinã facio. Vnde & permingo. Hor. Hunc perminxerunt calones atq; caballi Mar. Incipit in medios meretrix verpa pedes. Hinc micturio & mictito as. quod eſt ſæpe mingo. priſcia mictum micturio & mictito.

¶Minus quandoq; comparatiuum eſt a paruũ neutri generis ſicut minor maſ. & fœ. vt plus minuſve. Aliquando a parum: fit nõ a paruum vt habeo mi-

nus|pecunię. quãdoq; adurbiũ eſt quod ſi poſitiuo iungatur contrariæ ſignificationis comparatiuum demonſtrat: vt minus ſtultus ideſt prudentior. minus prudens ideſt ſtultior. Teren. in eu. Hoc nemo fuit minus ineptus: ideſt aptior. Frequenter etiã accipitur pro non. preſertim coniunctũ cum ſin. & cũ quo quando ſignificat vt: vt ſin minus ideſt ſi non quo minus vt non. A minus nomine fit ſuperlatiuum minimũ. A minus aduerbio fit ſup. minime.

¶Minuſculum diminutiuũ a minus. Varr. Ex hoc auiario vt ſumantur idonæe excludantur: in minuſculum auiarium.

¶Minuatũ aduerbiũ a minus: quo modo a paulũ paulatim. Aug. interpretatione p̃s. Deus vltionũ. minuatim ponas ſed cumulũ inuenies.

¶Minimũ ſuperlatiuum aduerbiũ eſt: minime vero negatio eſt quaſi nequaq̃: vt minimum doctus qui pauxillũ eſt doctus. At minime doctus q̃ prorſus indoctus eſt. Cicero. libro primo. officio. minimeq; artes hę probandę quæ miniſtrę ſunt voluptatum. Aliquando habet vim ſuperlationis non negationis. Cicero. libro primo officio. Omnis adhibenda erit cura vt ea. &c. Minimũ etiã pro aduerbio ponitur: vt ſit quaſi ad minus. Varro. Harũ ſingula genera minimũ in binas ſpecies diuidi poſſũt Sic minime ſumitur. Col. libro primo. Lata bubilia eſſe oportebit pedes decem vel minime nouem quæ menſura & ad procũbendum pecori & iugario circũendũ laxa miniſteria præbeat.

¶Minime gentium. aduerbiũ pro eo quod eſt omnium gentium indicio minime eſſe faciendũ. Alias ponitur pro minime vt ſit ſuperuacua adiectio gentium ſicut Vbiq; gentium quod eſt vbiq;. nuſq̃ gentium hoc eſt nuſq̃ ſiue nequaq̃.

¶Minuo. minuis. minui minutũ. minorem reddo Plynius Radix cõmanducata dentium dolorẽ minuit. Huius compoſita ſunt. Cõminuo quod eſt ſimul in fruſta diuido. Lactan. Frangebat ipſe panẽ minutatim: carnemq; piſcium cõminuebat & vtraq; in manibus eius augebantur. Diminuo diuerſæ minuo. Terent. in eu. Diminuam ego hodie caput tuũ niſi abiſ. Imminuo. & ce.

¶Minutum participiũ & nomen eſſe poteſt. Participium ſignificat cõminutum. Hoc eſt minus factũ Nomen idem eſt quod breue. Cicero. Reticulũ ad nares admouebat tenuiſſimo lino: minutis maculis plenum roſę. Aliquando ponitur pro obſcuro.

¶Minutatim ſignificat iminutiſſimas partes. Lactan. Panem minutatim frangebat. Nam autẽ. Varr. pro paulatim dixit. libro primo de re ruſ. Tũ ita ad fugiendũ vt minutatim aſſuefaciant & vt tyronem cum veterano adiungunt. Imitando. n. faciſius domantur.

¶Minutim etiam aduerbiũ. inminutas partes ſignificat. Col. libro quinto. Inſequiẽ deinde foſſor qui crebris bidentibus ęqualiter & minutim ſoli terga cõminuat.

¶Minutia. contemptibilis paruitas cuiuſcũq; rei. Lactã. de ira dei. Hæc inquit per inane requietis motibus volitant & huc atq; illuc feruntur ſicut pulueris minutias videmus in ſole cum per feneſtram radios ac lumen immiſerit.

¶Minutia etiam dicta eſt porta Romę a minutio. q; minutij ſacello proxima eſſet. Et minutia virgo veſtalis quæ propter ſuſpitionem ſtupri viua de foſſa eſt.

¶Minutal: genus edulii quod ex conciſis minutatim holeribus fit.

¶Miniſtro. miniſtras. ſeruio porrigo p̃paro. Plau. in cur. Tu tabellas cõſignato hic miniſtrabit: id eſt ſeruiet: ego edam. Gel. libro ſecundo. Idq; facile factu dixit quoniam filij ſua pocula in conuiuio regi miniſtrarent. Huius compoſita ſunt adminiſtro quod vario modo ponitur. Col. in præfa. Vt his tãtummodo diebus vrbanę res agerẽtur: reliquis adminiſtrarentur ruſticę. i. curarentur idem libro quarto. Quia maior pars putationis per id tempus adminiſtratur. i. agitur quo vitis neq; folium notabile gerit. Augu. libro ſeptimo con. Sapientia mentes indigentes illuminans nullo indigens lumine quã mundus adminiſtratur vſq; ad arborum volatica folia: id eſt gubernaſ. Hiero. Ad minores artes veniam & quæ non tam lingua q̃ manu adminiſtrãtur: id eſt exercenſ. Subminiſtro ſubſeruio ſubporrigo. Lactã. libro quinto. Victũ ſubminiſtrat: quietem ſomni dulciſſimã tribuit.

¶Miniſter qui ſeruit. a quo miniſteriũ fit.

¶Miniſterium proprie miniſtri opera eſt q̃uis & p omni operatione poni conſueuerit: vt de rege latino Virgilius. Mœſtuſq; refugit fœda miniſteria. aliquando ponitur pro miniſtris. ſicut ſeruitia pro ſeruis. Paul. iureconſultus ait. Vrbica miniſteria dicimus etiam quæ extra vrbem nobis miniſtrare conſueuerunt.

¶Minthos: ſtercus fimũq; ſignificat.

¶Minthe. mons vt ſcribit Stra. dictus a plut. pellice quã proſerpina in herbam Mentham mutauit. Huic pluto donum amoris petenti virile mẽbrum tradidit qđ a ſe mentulã nominauit. Sed vt Plyn. inquit menthe nomen ſuauitas odoris dedit: græci mintham nominauerũt.

¶Minturnę oppidũ in campania habens propinquas plaudes in quibus marius delituit fugiens perſecutionem Syllæ.

¶Minyiũ dicitur id quod a multis Cinnabaris vocatur cum proprie Cinnabaris ſit ſanies draconis morientium elephantorum pondere eliſi vtriuſq; animalis ſanguine permixto. Noſtri rubicã dicunt minyiũ. Cicero ad Atticũ. Cęra inquit & minyio. ſiue quod idem eſt cęra minyiatula notare Foditur minyium ex glæba ſubrufo colore: & vitiatur admiſta calce.

¶Minyiarię: loca e quibus fodiſ minyiũ: ſicut Aurarię & argentarię. Et minyiaria dicũtur metalla ve neq; in quibus conficitur minyiũ.

¶Minyiacius a. um. quod eſt ex minyio. Vict. libro ſeptimo: parietes paſſim expolitione minyiacia expoliebantur.

¶Minyio as. minyio tingo. Ply. A cenſoribus in primis iouem minyiandum locari. Vnde & minyiari libri dicuntur cum litterę maiores verſicoloribus fiunt.

¶Miror miraris. proprie ſignificat re aliqua tanq̃ noua obſtupefio Virgilius. Artificũq; manus inter ſe operumq; laborem miratur. Et mirari eſt cũ voluptate intueri. Idem. Seu quis olympiacę miratus præmia pugnę. Item mirari eſt neſcire. quia vt Do. inquit admiratio ab ignorantia deſcendit Plau. Ne quis miretur qui ſim paucis eloquar. Terent. in An. Miror vnde ſit. Sed cũ dicimus ego miror me: mi-

ris te miratur se. Tunc mirari significat placere: vt de se magnifice sentire. Mir. Qui se mirantur in illos. Construitur hoc verbum cũ accusatiuo. cũ dativo & cũ genitiuo. Virgilius. libro. xi. ęnęi. Iustitię ne prius mirer belli ne laborum. quandoq; Absolute ponitur. Ouid. libro decimotertio. me. Dũq; moror mirorq; simul fugit omnis in vndas. Huius cõposita sunt Admiror. quod est stupore afficior: seu fixe aspicio. Lact. libro sextro. Qui ad alienã fœlicitatem non attollat oculos opes non admiretur. Aliquãdo admirari. est venerari. Virgilius. Ille opum custos illum admirantur: & omnes circũstant. Demiror. Emiror valde miror. Terent. in heau. Id emirari te simulator Immiror inspecto seu vehemẽter miror vel magnifacio. Cice. libro primo. offici. Cum persuasum sit nihil hominẽ nisi honestum decorumq; sit: aut imminari: aut optare: aut expetere, oportere.

¶Miro miras ciusdẽ significationis. Var. in eume. hospes quod miras. Ambr. super luc. Non vocabulo fectę despicias quem verbi interpretatione mirabueris.

¶Mira dicũtur miratione digna. Plau. in Am. Enĩ uero illud prẽter alia mira miror maxime si hæc habet pateram illam. Hinc permirus permira permirum penultima producta. Cice. Apio. pul. Illud vero mihi permirũ accedit tantum temeritatem fuisse in eo adolescente. Apud veteres mira pro monstris atq; horrẽdis sumũtur. Plau. in Am. Nimia memoras mira. Virgilius autẽ miracula dixit geor. iiij. de Proteo canens. Omnia commutat se se in miracula rerũ. Hinc mirius antiqui dixerũt pro magis mirum. Varro. Nunquid hoc mirius.

¶Mirum in modum: & mirandum in modum: id est in maiorem modũ quasi intra rationem Plau. in am. vterq; deluditur dolis mirũ in modum. Cicero. metello. Marcellum tuum consulem factum teq; ea lętitia esse affectum mirandum in modum gaudeo.

¶Mirificus mirifica mirificũ quod est mirabile. Cicero. in Cato. mirificos fructus afferũt. Hinc superlatiuum mirificissimus. Ter. in phor. Quidnã arbitraris? nescio. Atqui mirificissimũ. s. facinus.

¶Mirifico. as. mirabilem facto. Plau. in Am. Q3 q3 adeo thebani ciues modo miro mirificant probaui

¶Miraculum dicitur quicquid admirationẽ afferre potest. quasi sit contra naturam. pp quod veteres miracula pro monstris posuere. Liui. libro secundo Adiiciunt miracula huic pugnę silentio ꝓximę noctis ex sylua arsia ingentem auditam vocem Hinc Actius personas distortas oribus deformes mirones appellat.

¶Mirabile: qđ est admiratione dignũ. Cicer. li. iii. officio. Quare ex multis mirabilibus exẽplis haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius aut pręstãtius. Hinc Mirabilitas pro stupore. Idẽ in eodẽ. Eago & hæc animi despiciẽtia mirabilitate magnam facit.

¶Mirmillones erant pugiles se ad duellum prouocantes. Nam digladiantiũ alter retiarius. alter mirmillo appellabatur. Festus: Retiario inquit pugnãti aduersus mirmillonem cantatur. non te peto piscem peto quid me fugis galle Quia mirmillonicũ genus armaturę gallicum est ipsiq; mirmillones ante galli appellabantur vt quorũ galeis piscis effigies inerat. Quod genus pugnę institutũ est a pitaco vno ex septẽ sapiẽtibus: q̃ aduersus phrinonẽ dimicaturus propter controuersias finiũ quæ erant inter atticos & Metyleneos rete occulte allato impediuit phrinonem.

¶Misanthropos penultima producta. os for hominum. qui homines odit qui fugit hominũ congressus μισοσ enim odiũ και ανθρωπος homo est. Misogynia odiũ mulierum quale fuit in Euripede tragœdiarũ scriptore q mulieres fere omnes in maiorem modum exosus fuisse dicitur.

¶Misceo misces miscui. mistũ per s non autem per x confundo & sine ratione perturbate q; facio. Virgilius. Interea magno miscerí turbine pontũ. Quã doq; miscere est potum ministrare tractum a cõmistione calidæ & frigidę. Iuu. Nescit tot militẽptus pauperibus miscere puer Huius composita sunt admisceo quod est ad aliquid misceo. Lactan. libro sexto. Idem etiam mares maribus admiscuit & nefãdos coitus contra naturam: contraq; institutũ dei machinatus est. Cõmisceo simul misceo. Hieron. Quo aperto dum in mutuos cõmiscẽtur amplexus propriis se salutauere nominibus. Emisceo. Col. libro octauo. Nam facillime porci euaserint haram emiscent se. Immisceo intus misceo. Col. libro secundo. Secundũ deinde quod homines faciũt si & aliis vitę purgamentis immisceatur cum per se naturę est ferentioris. Et idcirco tetrã perurit. Intermisceo in medio misceo. Aug. Nulla porro doctrina falsa est quæ non aliqua vera intermisceat. Permisceo. valde misceo. Idem. Vera ergo simul inordinate permista in vna disputatione hominis tanq̃ in vnius colore corporis apparentia significant lepram. Promisceo. Vnde promiscuꝰ promiscua p miscuum. Sal. Diuina atq; humana habere promiscua: nihil pẽsi atq; moderati habere.

¶Miscellania a miltura indiscreta rerũ dici significare videtur. Gel. libro vltimo cũ ait. Quia variam & miscellaneã & quasi confusaneã doctrinã conquisiuerunt: eo titulos quoq; ad eam sententiã exquisitiores indiderunt. Apul. tamẽ in meta. Miscellaniã turbam confusam velut ex colluuione omniũ gentium his verbis accipit. Nec mora cum varia irruptione patefactis ędibus magistratibus eorum qui ministris turbę miscellanię cũcta amplexa. Hinc q dam opera sua miscellanea inscripserunt in quibus variis de rebus tractatur. Var. Miscellum vocat columbarum genus quod nec agreste est nec domesti cum sed ex vtroq; temperatum. Et has columbas. Bergomates nostri cornarolos appellant. Itrm miscellę vites. quę in omni agro conuenit̃. q; cæteris vbiq; vtiliter misceantur.

¶Misach vnus ex tribus pueris de quibus daniel in prophetia ait. εισι ουρ αμδρεσ ιουδαιοι ουσ κατεστησασ επι τα εργα τοι χωρασ βαβυλωνοσ σηδραχ μισαχ αβδεναγο.

¶Miser. flebilis calamitosos. Cic. O miserum atq; infœlicem hunc diem. Interdum dicitur ęgrotus. Nam ęgritudo genus est infœlicitatis. Plau. Miseram esse prædicat buccam: sibi fortasse medicos nõ esse putat. Interdum innocens. Cice. pro Milone. Miseros interdũ ciues optime de rep. meritos. Inuenitur etiam pro interfectione dolentis positum: ac si diceremus nefas Virgilius. Cecropidę iussi (miserum) septena quotãnis Corpora natorum.

¶Misere aduerbium. infœliciter. Cice. Neq; moue-

ri eius desiderio non possum qui tam misere periit. Quãdoq; significat valde. Terentius. Eam misere amat.

¶Miserabiliter eiusdem. significantię est. Hieron. ad Augustinũ & Alepiũ. neptis vestra paula miserabiliter precatur vt memores eius sitis & multũ vos salutat.

¶Miseriter idẽ quod miserabiliter. Laberius. Mẽs incorrupta miseriter corrũpitur.

¶Misellus: diminutiuũ est a miser. Plau. Cẽsen misello mali aliquid facturũ.

¶Miseria: infœlicitas. Aug. lib. confes. miseria dicitur cũ quis patitur vel egestatẽ vel damnũ. Cũ aliis cõpatitur misericordia dici solet.

¶Miseritudo idem quod miseria. Actius: Qui fœlix miseritudine factus est aliena.

¶Misereor misereris. misertus. constituitur cum genitiuo Et est misereri ex alicuius miseria corde anxium esse. Habet enim passiuum affectum Lact. libro sexto. Si misertus laborantium fueris. Veteres etiã misereo vsurpabãt Ennius. in hecuba. Miserete manus: date ferrũ. vt me aĩa priuem.

¶Miseret imperiale simili modo passiuũ affectum habet sicut misereor. Idem. Est enim miseret me illius: & miseroer illius quia vtrumq; significat ex illi⁹ miseria angorẽ suscipere. Cic. miseret me infœlicis familiæ. Virgilius. Si te lapsorũ miseret quæ munera nyso digna dabis.

¶Miseretur: impsonale moueor misericordia. Ci. pro Liga. Cauete fratrum pro fratris salute precantium vos misereatur Lucius crassus in legis si. suasione. Neq; minus vestri q̃ mei miserebitur.

¶Misereſco is. moueor misericordia. & tam accusatiuo q̃ genitiuo iungitur. Apul. commodum omnes misereſcimus. Sta. libro primo. the. Et generis misereſce tui. Virgilius. Et misereſci nus vltro. Huius compositum est Cõmisereſco. Teren. in hecy. Demũ tam ęgre tulit vt ipsam bacchidem si adesset credo cõmisereſceret. Hinc misereſcit impersonale cũ significato sui verbi. Terẽ. in heau. Atq; inopis te misereſcat mei.

¶Misericordia inquit Aug. quid est nisi alienæ miserię: quędam in nostro corde compassio. qua si vti q; possimus subuenire compellimur. Stoici misericordiam inter vitia animæ cõputant. Vnde Seneca. qui se stoicorũ sectę addixit. Vitium inquit animi est misericordia: nec miserebitur sapiens sed succurret. Aug. libro nono. ci. dei. Stoicorum est misericordiam solere culpare. Vnde Cicer. in tertia tus. tanq̃ stoicus dixit. Si sapiens in ęgritudinem cadere posset: & in misericordiã posset & in inuidentiã. Verũ in oratione pro ligario in laudem Cęsaris tanq̃ peripateticus dixit. Nulla de tuis virtutibus plurimis nec gratior nec admirabilior misericordia est

¶Misero & miseraris. & Misero miseras. apud antiquos affectũ actiuũ habẽt: significãtq; verbis aut lachrymis aut ope doloręq̃ ex alicui⁹ miseria habemus ostendere & construuntur cũ accusatiuo Sal. in Iug. Eos multa pollicendo ac miserando casum suum confirmat id est lamentando. Cæsar. Abditi in tabernaculis aut suum factum querebãtur: aut cũ familiaribus suis cõmune periculum miserabantur id est deplorabant. Hinc commiseror a quo cõmiseratio quæ est significatio misericordię qua ex alicuius infœlicitate mouemur cum. s. vel aspectu alicuius vel oratione: vel etiam cogitatione adducimur vt eius misereamur. Liui. lib. primo. Agmẽ migrãtium impleuerat vias & conspectus aliorum mutua miseratione integrabat lachrymas. Cice. libro secũdo ad heren. Cõmiserationem breuem esse oportet Misero autẽ pro miseror dicebant veteres vt Actius in Athamante. Atq; ita de illis merui vt iure hęc nunq̃ miserarent mala.

¶Miserator q opus aliquod misericordię exhibet in eum cuius miseretur misericors qui ex alicuius calamitate dolorem animo suscipit Vnde est illud. misericors & miserator dominus escam dedit timentibus se. misericordia ipsa cordis ęgritudo ex miseria alicuius iniuste laborantis susceptа. misericorditer aduerbiũ significat cũ misericordia.

¶Miserabilis: miseratione dignus ideſt per quem alii misericordia cõmouentur. Ouid. in Ibin. Sisq; miser semper nec sis miserabilis. Liui. libro primo. Euentus tamen belli minus miserabilem dimicationem fecit: q; nec acie certatum est & tectis modo diruptis alterius vrbis duo populi in vnum confusi sunt. Idẽ voces etiam miserabiles exaudiebantur mulierum præcipue.

¶Miserandus. miseratione prosequẽdus.

¶Missenus. penultima producta mons cãpaniæ a misseno Aeneæ comite ibi sepulto. Virg. Qui nũc missenus ab illo dicitur.

¶Missus missa missum. participiũ est significationes habet quas mitto. missus vero nomẽ quarti ordinis immissionẽ ferarum: siue ludorum aut gladiatorum in arenam significat. Sue. in domi. In his circensium die quo facilius centum missus peragerentur singulos a septenis spatiis adquina corripuit. Idem. Circenses frequẽter etiam in vaticano cõmisit nonnunq̃ interiecta per quos missus venatione. Aliquando sumitur pro immissione ferculorũ. Vnde lampridius scribit heliogabalum celebrasse tale conuiuium vt apud amicos singulos singuli missus apparentur: & aliquando omnes missus sola carne phasianorũ struxisse.

¶Missile penultima correpta: telũ quod manu mittitur. Vnde. & lapides missilia dicuntur. Et missilia dicebantur munera quę a principibus populo spargebantur: vt puta velaria linea odores: vnguenta. Sue. in cal. sparsit & missilia variarũ rerum & panaria cũ opsonio viritim diuisit.

¶Missio: nõ solum significat ipsum mittendi actũ sed etiam dimittendi. Sueto. in Cæsa. missionẽ continuo efflagitauit. Huiusmodi missionum in re militari multa sunt genera. Est enim honesta quę emeritis stipendiis ab imperatore indulgetur. Est causaria quæ propter valitudinis a laborib⁹ militię soluit. Vnde causarii milites dicuntur a Liuio. Est ignominiosa cum quis propter delictum sacramẽto soluitur.

¶Missito missitas penultima correpta. frequentatiuum sæpe mitto. Plautus in epistolis. Empta est ancilla. q; tute litteras ad me missitabas.

¶Mitto mittis misi missum. secundum notã significationẽ græci πεμπειν. mittere dicunt Cicero. in Cato. Hunc librũ ad te de senectute misimus. Interdum mittere significat excludere. Virgilius mœstumq; timorẽ mittite. interdũ Omittere. deponere Terentius. in adel. Hera lachrymas mitte. Interdũ Donare. Virgili. Hos illi quod nec bene vertat mitt-

timus hœdos. Huius cõpoſita ſũt admitto. Amitto. Cõmitto. Circũmitto demitto. dimitto immitto. Intermitto intromitto. Omitto. permitto. præmitto. prætermitto promitto. Remitto. Manumitto. Summitto. & tranſmitto.

¶Mitti ſanguis dicitur cum fit phlebotomia Similiter ſanguinis miſſio fit quando quis iugulaꝫ. Cor. Celſus lib. ii. Mitti ſanguis debet ex brachio. Idem ſanguinẽ inciſa vena mitti nouũ non eſt.

¶Mites teſte Aug. dicũtur qui improbitatibus cedunt & non reſiſtunt malo ſed vincũt in bono malum Vnde & pro leni: clemente ac manſueto accipitur mitis. Cuius contrariũ eſt Immitis id: eſt aſper ſeuus crudelis. Virgilius. Immitis achilli. Quandoq; ponitur pro tranquillo. & immitis pro procelloſo & inquieto. Idem libr. ix. Mitis et in morẽ ſtagni placidæq; paludis. Apul. Erat enim turbidũ atq; immite pelagus. Quãdoq; pro maturo. Virgilius. Sũt nobis mitia poma Caſtaneæ molles. Ply. immitia adhuc & cruda poma.

¶Miteſco is. manſueſco. Ply. Vt fere domi educatę miteſcunt. Aliquando Tranquillor Apul. Conflaceſcunt fluctus: mare miteſcit. Aliquando Maturesco. Plynius. Reliquorũ pomorũ velocitas cito miteſcentiũ tranſuolat.

¶Mitigo mitigas penultima correpta placo quaſi mitẽ ago. Lact. libro quarto. Donec rurſus pœnitẽtia populi mitigatus liberaret eos ſeruitute. Et mitigare maturare eſt. Cice. libro quarto de rep. Cũq; autũno terras ad concipiendas fruges relaxarit a ſtula maturitate alia mitigauerit: alia torruerit. Huius compoſitũ eſt cõmitigo de quo ſupra.

¶Mitra dictio barbara qua ſignificatur quoddã capitis ornamenti genus primo apud Meonios. deinde ægyptii ſyrii phrygii & lydii eo vſi ſunt. Erat. n. pileus incuruus q̃uis & pro muliebri corona ad ornatum capitis adoleſcentularum accipiatur ex qua pendebant faſciolę quę philtra dicebantur quoniã filiorum inſtar dependerent. Hiero. in Eſaia. In die illa auferet dominus ornamentũ calciamentorum & lunulas & torques & monilia & armillas & mitras & diſcriminalia & periſcelides & cętera. Noſtri quoq; pontifices mitris vtuntur cum rei diuinę operam dant. Et apud græcos nõ ſolum pro ornatu capitis ſed etiam pro faſcia in loricę modũ contexta ad latera defendẽda ſumitur. Mitra etiam apud pſas ſol dicit Sta. libro primo the. Indignata ſequi torquẽtem cornua mitram.

¶Mitella diminutiuũ. parua mitra Virg. Copa ſyriſca caput graia redimita mitella.

¶Mithylene. es. penultima producta & Mithylenę arum vrbs in leſbo. iuxta Metymnã. a cuius nomine nunc omnis inſula mithylene appellatur in qua olim duę fuere nobiliſſimę ciuitates. Hæc videlicet & metymna. hanc eandẽ inſulam prídẽã Leſbon dictavolũt ab vrbis noſe. quę in ea potentiſſima fuit. Mar. Cum tibi non epheſos: nec ſit rhodos aut mithylene. Dicta mithylene vt Diodo. libr. vi. ſcribit a mithylene machari filia. hæc nunc metallinũ dicitur vrbs clara pyttaco ex ſeptem ſapientibus vno & Alcęo poeta. & Antimenide fratre eius. & Diophane oratore & Theophane rerũ ſcriptore. quimagno pompeio admodũ familiaris fuit. De hac ſcribit. Vitr. libro primo q̃ magnificenter & elegantęrædificata fuerit ſed non prudẽter poſita: in qua hauſter cũ flat homines ęgrotant: cum corus: tuſſiunt: cũ ſeptentrio reſtituũtur in ſalubritatẽ.

¶Mitterin: inſula vltra britanniã ſex dierũ nauigatione. vt lib. iiii. Ply. ſcribit in ea candidum plumbum. prouenit.

¶Mithridates. penultima correpta rex põti fuit vi magna & corporis vt ſex iuges equos regeret: quin quaginta gentiũ ore loqueretur. hic diffidẽtibus romanis ſociali bello Nicomedẽ bithynia Ariobarzanẽ cappadocia expulit. Græciã inſulaſq; omnes exceptarhodo occupauit ſed poſtea a Silla apud Dardanũ fuſus. & a pompeio victus tandẽ a pharnace filio in turre obſeſſus veuenũ ſumpſit. Cũq; id tardius biberet quia aduerſum venena multis antea medicaminibus corpus firmauerat immiſſum percuſſorem gallum cito eũ auctoritate vultus territũ reuocauit & in cędẽ ſuam manũ trepidantis adiuuit ali°etiãMithridates q regi mithridati bruti epiſtolaſ collegit: vnde ait τασ βρουτου επιστολασ εθευ μασα πολλακισ ου μομορ Δειροτητοσ τε συρτομιασ Χαριν/ουλλα και ωσ ητ εμοικου φροιματοσ εχουσασ Χαρακτηρα.

¶Mithridaticũ vnguentũ Antidotũ. quod ex rebus. lviii. conficitur & nunc vulgo auctoris nomine vocant mithrydatum.

¶Miſtarius: vas quo vinũ aqua miſcemus. Lucil. vrceus aut gemina longus miſtarius anſa.

¶Mna græce mina latine. vide in dictione mina.

¶Mnemoſyne. penultima correpta memoriam ſignificat. Catul. Mnemoſynõ mei ſodalis id eſt monumentum.

¶Moab. arabiæ ciuitas quæ & Arepolis nominatur. Quo etiam noie vocatus eſt filius Loth. a quo moabitę. Vocatur aũt moab ex nomine vrbis & regio. porro ipſa ciuitas quaſi proprium vocabulum poſſidet Rabbat moab. i. grandis moab.

¶Mobilis qui facile mouet a quo mobilitas Virg. Quo non aliud vel ocius vllum mobilitate vrget. Quorũ cõtraria ſunt Immobilis & immobilitas.

¶Modus proprie rationẽ ſignificat id eſt menſurã ſiue formã. Ratio vero iubet ne quid nimis ſed omnia cum moderatione fiãt. Vnde quomodo & quẽadmodum dicimus id eſt qua ratiõe. Et admodum pro ſatis quaſi ſecundum rationẽ & prope modum fere. quaſi parum abſit a modo hoc eſt a ratione. Et mirum in modum: maiorem in modum quaſi vltra rationem. Commodum aptum conueniens quaſi cum modo & ratione. Col. libro ſecundo. Eſt autem modus in ſiccando fœno vt neq; peraridum neq; rurſus viride colligatur id eſt forma. Idem libro. iii. In quo ſcrobe diſtinaueris nuces ſerere: terram minuitam in modum ſemipedis ponito id eſt menſurã. Et modus dicitur quantitas: vt apud eundem libro ſecundo. Atq; rurſus in ſole ſiccata & mox refrigerata reconditur ſi maior eſt modus in horreo ſi minor in vaſis olearijs ſalſamentarijſq;. Interdum modus dicitur finis ſeu euentus. Iuuen. Imponitq; modũ ſapiens & rebus agendis. Virgilius. libr. iii. ęne. Sed quis erit modus. Interdũ dicitur Tonus quia græcis φθογγοσ phthongos dicitur.

¶Modo. quãdo habet o finalẽ cor. ſignificat tẽpus preſens vel mox præteritũ. vel nondũ preteritũ vel ſtatim futurũ. vt modo id ago Ter. modo ait modo negat. modo dicebã. mõ veni. mõ faciã. Ali

qñ ponit prollõgo tẽpore ante. Ter. i eu. Q; dudũ? modo. Vbi Do. Nota modo aperte ꝑ tempore prę terito dictũ esse. i. q; dudum. Nam qui vitiauerat virginẽ non mõ sed longe ante vestẽ mutauit cũ ennucho phędrie. hinc sit Quomodo Amodo postmodo. Ponitur item pro dumtaxat tantũmodo. Liui. Euẽtus belli minus miserabilẽ dimicatio finẽ fecit q; nec acie certatũ est & tectis modo diruptis alteri⁹ vrbis duo populi in vnũ confusi sunt. i. solũ. Item significat quod lingua vernacula dicimus purche. Terẽ. in phor. Si des modo vt tacere possis. Virgl. li. iiij. Si modo quod memoras factũ fortuna sequatur. Hinc & solũmodo: tantũmodo: & Amodo qđ significat post hac. Apule. Vt nemo me amodo tã mane egredientẽ solum videbit. Q; si ꝑducta vltima syllaba proferatur datiuus vel ablatiu⁹ casus est a modus.

¶Modicũ, paruũ ac pusillũ. Apul. modico labore fatigatur. Sic immodicũ pro maximo ponit. Col. C. Liciuius damnat⁹ est qñ in magistratu rogatione tribunitia quã ꝑmulgauerat ĩmodica possidẽdi libidine transcendisset. Et modici pauci. Plau. In angiportu turba est domũ modici introierũt. Sic ĩmodicos dicimus plures. mar. Atriaq; ĩmodicis arctat imaginibus. Proprie tamen modicũ dicit non quõ cui aliquid sit ĩminutũ sed qđ excedat modũ & modestum est & temperatũ. Plau. Cui animus modic⁹ continẽs expers ambitionis. Hinc modicũ aduerbiũ significat parũ. Idem ędepol id modicũ curat Modice vero temperate. Idẽ. modice sapis. Immodice nimis vel intẽperate. Col. li. ii. magisq; conducere agricolę frequenter id potius q; ĩmodice facere

¶Modulus diminutiuũ. a modus. & ponit pro ipsa cõpositione & cantu qui etiã modulamẽ dicitur.

¶Modestus a modico. idest tẽperato. Vñ modeste cũ modo & temperate. Teren. in phor. Animus q modeste isthæc ferat. Var. Non eos optime vixisse qui diutissime vixerũt sed qui modestissime.

¶Moderor aris. rego: modũ pono. Et tam actõ q; datiuo iũgitur. Sal. Fortuna cuius libido gentibus moderatur. Pla. in cur. Linguæ moderãdũ est. Huius cõpositũ est præmoderor. ante moderor. Dicit & modero. as. in eadẽ significatione. Sal. Vbi hoc exemplo per senatus decretũ cõsul gladiũ adduxerit quis illi finẽ statuet: aut quis moderabit? Moderator rector gubernator. Cic. lib. i. tus. Si hæc nata sunt vt platoni videt: vel si semper fuerunt vt Aristoteli placet moderator tanti operis & muneris: sicut mente hominis q; quis eam nõ videas. vt deũ nõ vides. tamẽ & deũ cognoscit ex operibus eius.

¶Modestia & moderatio hunc habent ordinem q; modestia fundamentũ soliditas & basis ipsa virtutis est ex qua gignitur moderatio quæ temperat aut rigatq; modos in factis & dictis & cæteris talibus q; agendi officio vtũtur. Cic. li. i. ad heren. Sic modestiam diffinit q; sit in animo continens moderatio cupiditatum.

¶Modificor mensurã & modum capio. Gel. lib. i. comprehensa aũt mẽsura herculani pedis secundũ naturalem membrorũ omniũ inter se competentiã modificatus est: atq; ita hic collegit quod erat consequens tanto fuisse herculem corpore excelsiorem q; cæteros alios: quanto olympicum stadium cæteris pari numero factis anteiret. Hinc modificatio ꝑ temperantia.

¶Modulor penultima correpta mensuro siue cum mẽsura & numerorũ ratione compono. Gel. Scite subtiliterq; ratiocinatũ pythagorã philosophũ dicit in reperienda modulãdaq; status longitudiniq; eius pręstantia. Virgil. Carmina descripsi: & modulans alterna notaui.

¶Modius mẽsuræ genus duo & viginti sestertia cõtinens: hinc semodius bimodius trimodius. & huiusmodi. Colũ. lib. ii. Eadem quattuor modijs nõ nunq; tribus etiam duobus ac semodio ingerum occupat.

¶Modiolus cum accentu in ante pe. diminutiuũ. Et est quarta pars modii. quo etiam nomine dictũ est paruũ vas quadratũ ad hauriendũ ex puteo aut lacu aut flumine aquã. horũ autem modoliorum vt est apud Frontinũ de aquęductibus: alius erogatorius: alius acceptori⁹. vt multis in locis intueri licet Victri. Ita cum rota a calcantibus versabitur modioli pleni ad summũ elati & rursus ad imum reuertentes infundent in castellũ ipsi per se quod extulerunt.

¶Mœchus adulter greci. n. μοιχὸς mœcham hoc est adulteram dicũt. Plau. in Amp. Illa illum censet virum suum esse quæ cũ mœcho est. Ponitur tamẽ pro quocũq; inhoneste per libidinẽ peccante a quo formatũ est verbum mœchor: aris.

¶Mœnia. a muniendo dicta sunt veteres. n. œ. & u. indifferenter ponebant. Et proprie dicuntur quę vrbem cingunt. Virg. Et mœnia pandimus vrbis. Necvrbis tantũ sunt sed etiam munitionũ castrorũ & aliorum ędificiorũ. Plau. Prohibẽtq; mœnia alia vnde ego fungar mea. hinc fit submœniũ quod est sub mœnibus.

¶Mœreo es. mœstus. Vide in Mereo.

¶Mœsia prouincia scribitur cũ œ. diph. in ea sunt dardani.

¶Mœsi & triballi pontoq; contermini scythæ. De hac supra. Dictione mesia.

¶Moga primũ dicebatur: quæ postea Cappadocia: nũc autem Cæsarea a cæsare: vt refert ioseph⁹

¶Moguntia: oppidũ Transpinæ gallię.

¶Mola. æ. dicta est qua veluti mole quadã frumentum legumina aliæq; res teruntur: q; eorũ motu eo iecta moluntur. Vnde molę frumentarię: molæ fabariæ: molæ olearię dicũtur. Precipuus eius vsus est in molettina. Molas antiqui ab asinis asinarias: alias a manu manuarias. a Trudendo Trusatiles appellabant. Et latine quidẽ mola. græce μυλος vnde Amylũ sine mola factum ex tritico. In molendinis superiorem metã: inferiorẽ catillum vocant. Et mola mandibula dicitur: siue maxilla. Hiero. in p̃s. Molas leonum cõfringet dominus. Item mola caro informis & inanima in vtero mulieris: ferri ictũ & aciem respuens quæ sistit menstrua vt partus. Et licet his quoq; accidat quæ coitu vtuntur quotiens menstrua vitiosa sunt: aut semen viri ad formandũ fœtum debile est/atq; ineptũ: frequentius tamẽ his accidit q; a coitu abstinẽt solitę alias coire: quales vidę sunt. Fit eni quãdoq; in mulieribus tumor præter naturam & semen cum sanguine mixtum indurescit in carnem q; is aliquando ex solo spiritu fit mola quæ mouetur natura tentante eam expellere. De hoc. Arist. libro quarto de generatione animalium. cum ex humore crudo conceptus stetit: tunc mola gignitur: idq; in mulieribus merito aut solis

aut maxime prætere a. Mola a molito farre. dicitur far toſtũ & ſale ſparſũ. q̃ eo molito hoſtiæ aſpergũ tur. Apud antiquos poſt glandes & arbuta vſus far ris in honore fuit ſeruatum in tantũ vt ſacrificium non fieret ſine ſale & farre. Virg. Sparge molam. hinc immolo.as.

¶Molaris ſubſtantiuũ generis maſ. dens maxilla ris eſt a mola pro maxilla deductũ nomẽ q̃ cibum a cæteris dentibus confractũ ipſi molũt. Et mola ris eſt molę fragmẽ. Ouid.li.xiiij me. aut comes in quit ero dixit. dextraq̃ molarẽ ſuſtulit. Sta.libr.v. the. Vaſteq̃ ſudes fractiq̃ molares.

¶Molaris vero adiectiuũ: vt lapis molaris ex quo mola fit hunc quidã pyriten vocãt q̃ ei inſit pluri mus ignis quẽ pyr græci dicũt: vel a frumẽto quod pyron noiant. eſt & aliud pyritariũ genus απο του πυρος. hoc eſt ab igne noſtri viuũ. vel ignarium lapidẽ appellãt quoniã clauo vel altero lapide per cuſſum ſcintillas edit quæ ſulphure exceptę aut foli is mira celeritate ignem trahũt.

¶Molarius a.um. quod ad molã pertinet vt aſinus molarius quo vtimur ad molã. Cato molarium aſi num vnum.

¶Molo is. moli multum & molitũ ſignificat mola tero. Cæſar. lib.xix. Triũ menſiũ molita cibaria ſi bi vnũquẽq̃ domo efferre iubent. molere etiã ſuba gitare. vt in li. Iudicũ. Sampſonẽ clauſum in carce re molere fecerũt. i. vt tradũt hebrei cũ robuſtis mu lieribus eũ cotre fecerũt: vt ex illo robuſtã prolẽ ſuſ ciperent. Amb. lib. hexa. Diſcite o viri qui alienã permolere querit vxorẽ cuius ſerpentis ſibi aſciſce re cupiat cõtuberniũ: cui etiã cõparandus ipſe ſerpẽ ti ſit. Hor. in ſer. permolere vxores nollẽ laudarier inquit. Trãſlatio ſũpta a mola. Nam cũ frumẽtũ de molitur: molaq̃ ſuper catyllũ eſt circũuoluitur: ſic in patrãda re venerea vir mulieri incũbit. Huius cõ poſita ſũt. Cõmolo. ſimul molo. Lacti. de opi. Cõ tritos & cõmolitos dentibus cibos colligit: & con globatos in ſua deprimit & tranſmittit ad ventrẽ. Emolo. perfectę molo. Amb. Cogitationes exqui rere & quaſi emolere muneris habẽt. pmolo de quo paulo ante. Et hec pe. cor. habent.

¶Molitor pe. cor. qui molit vulgo molendinarius dicitur molitura apud Ply. lib. xv. ſumitur pro ipſo molendi actu.

¶Molendinarius molẽdini opifex molẽdinarius a.um. quod ad molendinũ pertinet: vt mola molẽ dinaria. Pau. iurecõſultus negat aſinã molendinari am ea appellatione contineri.

¶Moletrina pe. pro. a molendo piſtrinũ olim dice batur quo tẽpore tũ debãtur frumẽta nõ molebanť.

¶Molucrũ pe. cor. lignũ quadratũ quo veteres im molabãt. Et molucrũ quo molæ verrũtur quod gręci μολακον. dicũt. Itẽ tumor ventris qui etiã virgi nibus accidere ſolet molucrũ vocatur. Afra virgi ni tam creſcit vterus q̃ grauidę mulieri molucrũ.

¶Moles: res magna & magni ponderis. Virg. To tamq̃ infuſa per artus mẽs agitat molẽ. i. magnitu dinẽ mundi. Col. lib. iiii. India perhibetur molibus ferarũ mirabilis. Quoniã vero quę magna ſunt. dif ficilia eſſe conſueuerũt: capitur quãdoq̃ moles pro difficultate. Virg. Tantę molis erat romanã conde re gentẽ. Et in mari moles dicitur quotiẽs excludit aqua Accipit & pro motu. Idẽ. Inde gyã ipſamq̃ ingenti mole chymęrã cõſequitur. Et a mouẽdo di citur moles.

¶Moleſtus dicitur qui alicui grauis eſt. nec ſinit eũ quieſcere A quo moleſtia ſolicitudo & grauitas. Te ren. in an. Multũ moleſtus ei certe fuero atq̃ animo morẽ geſſero. A moleſtia fit cõpoſitũ. Pręmoleſtia Cice. lib. iiii. tuſ. Alii metũ pręmoleſtiã appellabãt ideſt anticipationẽ moleſtię quaſi metus ſit prętii us duxq̃ moleſtię futurę.

¶Moleſto as. moleſtia afficio: & quaſi molẽ affero Modeſti. ab Aurelio ſempronio. fratre meo nemi nẽ moleſtari volo.

¶Molior iris. a mouẽdo vel moĩb⁹ ſignificat mo neo. liui. lib. ix. Nũ montes moliri ſua ſede param⁹ Et moliri eſt vel ingenio vel corpore ad aliquid agẽ dũ moueri. Et pro varietate appoſiti exponi ſolet. Nam moliri claſſem eſt parare. Vir. Claſſemq̃ ſub ipſa antandro & phrygiæ molimur montibus idę. Moliri iter eſt perãgere. idẽ Iñ datũ molitur iter mo liri habenas eſt gubernare. idẽ & manibus molitur habenas. moliri inſidias eſt meditari aut tendere vt lib. i. Ge. Inſidias auibus moliri: incendere vepres Apu. dũ mihi moliũtur inſidias. moliri arcem eſt. extruere. vt moliriq̃ arcẽ. Cuius contrariũ eſt de moliri. moliri morã. eſt moram facere. vt moliri ve morã aut veniendi poſcere cauſas. moliri iacula eſt iaculari. Idẽ Ipſe pater media nimborũ in nocte co ruſca fulmina molitur dextra. moliri bellũ eſt belli gerare. Col. in pręfa. Qui bella molit: armorũ & mi litię gnaros adhibeat. moliri etiam ſimpliciter poſſi tum ſignificat inuenire. Plau. aliq̃d moliar quo me hoc diſcrimine liberem. Quod etiã machinari dicit̃ Aliquando conari Augu. libr. i. dei. Vir. optimus caueã theatri ſenatũ conſtruere molientẽ ad hac di ſpoſitione & cupiditate cõpeſcuit. Aliquando ope rari vel facere. Cice. lib. i. tuſ. Quarũ altera q̃ nos in colimus ſub expoſita ad ſtellas ſeptẽ vnde horrifer aquilonis ſtridor gelidas molitur niues. Col. lib. ii. & ideo minoribus aratris molĩtur. i. operãtur. Ali quando paſſiue moliri pro retardari. Lu. libr. vii. Mutilamur molimur ſubicimur. Huius compoſita ſunt Amolior recedo. Admolior ſupramolior. ſiue ſuprapono. Plau. in aſi. Vbi ſacro manus ſis admo litus Demolior deſtruo. Remolior remoueo & a co natu reuoco Sueto. de Aug. Quidã confeſſus eo ſe inhibitũ ac remolitum quo minus vt deſtinarat in præcipitiũ propelleret.

¶Molimẽ pe. pro. quod & molimentũ dicitur id ẽ quod molimur & conatus. Hier. cõtra. ioui. Vtile ra tus ſum cuncta molimina eius quaſi inſtructã acię contra me proponere Siſen. Magno tam molimẽ to ac perpetuo ſono procedũt. Hinc emolumentũ pro vtilitate.

¶Mollis. tener nõ durus a mouendo quaſi mobi lis. q̃ in quãcũq̃ partẽ facile trahi ac moueri poſſit. Quintil. de ſignis loquens illius opera dura: mol liora huius. Virgi. Quid nemora ęthiopũ molli ca nentia lana. Inde fit q̃ cũ homine iunctũ modo vi tuperationẽ: modo laudem denotet: vt molle inge nium quod facile diſcit. At mollis homo. i. effœmi natus nõ ſeuerus nõ fortis: non conſtantis animi. per tranſlationẽ vero quoniam ea quæ tenera ſunt pro voluntate noſtra facile tractamus: & quocũq̃ lubet ducimus mollis quandoq̃ pro domito ſumi tur Virgilius. Belgica vel molli melius feret eſſeda collo. Quandoq̃ pro facili. Idem. iuuat ire iugis

qua nulla priorũ. Caſtaliã molli diuertit orbita clivo. Quandoq; pro maturo: vt ſunt nobis mitia poma caſtanee molles. Vñ mollia vina dicũtur. i. defęcata & aſperitate carentia. Quandoq; pro flexibili. Idem Eſt mollis flãma medullas. Q ñq; pro oportuno ac tẽpeſtiuo. Idẽ Sola viri molles aditus & tẽpora noris. Quãdoq; pro remiſſo contẽnẽdo. Idẽ tua mœcenas haud mollia iuſſa Quãdoq; pro ſuaui ac iucũdo. Idẽ Molleſq; ſub arbore ſõni Quãdoq; pro placido. Vñ & mollio mollitudo mollicies. Cõpoſitum eſt pręmollis quod eſt valde mollis. Terẽ. in adel. Paulatim plebẽ præmollem facio meam. i. mihi fauentẽ.

¶Mollitudo placiditas. Cicer. lenitudo orationis. mollitudo corporis.

¶Mollicies q̃ & mollicia idem quod mollitudo q̃uis & in malũ pro effæminatione quandoq; capiũt Salu. Sed inertia & mollitia animi alius aliũ expectantes cũctamini.

¶Molliter. placide: ęquo aio. Cic. quod ferendũ eſt molliter ſapienti. Aliquãdo ſignificat delicate. Teren. in adel. Aedepol ſyriſce te curaſti molliter.

¶Molliculus diminutiuũ. Amb. lib. i. offi. Sed vt molliculũ & infractũ aut vocis ſonũ: aut geſtũ corporis non probo: ita neq; agreſtẽ aut ruſticã naturã imitemur. Plau. pro tenello & delicato poſuit cum inquit mollicula es.

¶Mollio. is. molliui vel mollii mollitũ: placo molle reddo. Gel. Sed poſtea cũ brunduſiũ aduentaremus: mollitiq; eſſent venti maris: percunctatus eũ ego ſum q̃ nã illa ratio eſſet paucioris ſui. Sal. Loca amœna voluptuoſa facile in ocio feroces militũ aios molliuerant. i. effœminauerãt. huius cõpoſitũ eſt emollio qđ eſt valde mollio. Ply. quęcũq; emolliri opus ſit: anſerino adipe curantur.

¶Mollifico as: & mollefacio is. eiuſdẽ ſignificationis ſunt.

¶Molleſco is. mollis aut placatus fio. Claud. lib. i. Ditiſq; ſcueri Ferrea laſciuis molleſcãt corda ſagittis. hinc cõponitur. Remolleſco. Ouid. li. i. me. Precibus ſi numina iuſtis Victa remolleſcũt: ſi flectitur ira deorũ. Cęſar. Vinũ ad ſe oĩno importari non ſinũt q; ea re ad laborẽ ferendũ remolleſcere atq; effœminari arbitrantur.

¶Molleſtra. pellis ouina.

¶Mollicina. pe. pro. veſtis a mollicie.

¶Molluſca nux. a mollicie dicta eſt. q; cæteris omnibus nucibus mollior ſit. Ply. molluſcę putamen rũpentes. Fertur molluſcã nucẽ e perſide fuiſſe trãſlatã. Fallitur macrobius exiſtimans pomũ eſſe qđ vulgo perſicũ nominatur.

¶Moloſſa regio ps epyri a moloſſo pyrrhi & Andromaches filio noſata. hinc moloſſus. a. um. Scribit Theopõpus fuiſſe. xiiij. epyrotarũ gentes e quibus celeberrimi fuerũt chaones & moloſſi. Oui. li. i. me. Nec contentus eo eſt miſſi de gente moloſſa. In ea naſcebantur boni canes. Virgil. nec tibi cura canũ fuerit poſtrema ſed vna Velocis ſpartæ catulos: acremq; moluſſum Paſce ſero pingui.

¶Moloſſus peſ. dictus eſt ab eius patrię ſaltatione Vel q; eo metri genere odas in templo iouis laudẽ canere conſueuerũt in memoriã moloſſi filii pyrrhi & ãdromaches a quo poſtea feſta moloſſia ſũt dctã

¶Molochinus color qui in purpurã inclinat q; maue flori ſimilis ſit quaſi malachinus græci. n. μαλαχη maluam dicũt. Hinc molochinarius: molochini coloris infector vt eſt apud plautũ Cecil. Carcaſina molochina.

¶Momentũ proprie ſignificat exiguã quandã mutationem & pene induiſibilem quod græci atomõ vocant. Varr. momento temporis vterq; diſceſſit. hoc apud veteres etiam momẽ dicebatur. Luc. momine ſi a paruo poſſũt impulſa moueri. Hinc quod cunq; minimũ poteſt momentũ appellari. Ply. pro ſunt & cõbuſtę vt cinis earum bibatur in vino addito reſinę momento.

¶Momentaneus a. um. quod eſt caducũ & quod facile mutatur. ac deficit.

¶Momentarius a. um. quod in momento fit. Ambro. Syros vero heliſens quos obſidentes in ciuitatem induxerat momentaria cęcitate percuſſos cũ quo ingrederẽtur videre nõ poterat.

¶Monna. inſula anglię ſeu britannię quę teſte cornelio tacito incolis eſt valida & receptaculũ perfugarum. Eſt & eiuſdem nominis inſula in rheno fluuio friſię proxima dion hiſtoricus ετυχομτο αμαρχαι ομτεσ δια τοπαυλιμομ τομητημομα σφωμ εισμησομ τιναμωμμαμ αγχουτου βρεταμιασκει μεμημεπιστρατεισαιδια τουτο πολεισ δελυ ρωμαικασ εξεπορθησε και διηρπασε.

¶Monos: latine ſolus monas. nadis vnitas. Ambro. ad iuſtum. Vnde nec numerũ monada ſed elementũ numeri quibus ea cura eſt appellauerũt.

¶Monach⁹: latine ſolitarius. Monaſteriũ ſolitudo

¶Monarcha vel monarches: vnicus omniũ princeps monarchia cũ accentu in pe. vnius principat⁹

¶Monoceros. otis. & Monoceron. ontis ce. ſylla cor. animal vnicum cornu gerens: qui & vnicornis appellatur: equinũ corpus: caput ceruinum habens mugitu horrido.

¶Monoculus qui vnũ tantũ habet oculũ. Monoculos in india naſci tradũt ſingulis cruribus qui ſe a calore defendũt plantarũ magnitudine.

¶Monopodiũ dicitur menſa vnico tantum pede ſubnixa.

¶Monogamus penultima correpta vnius vxoris vir. Vnde & monogamia. Hieronim⁹. Q̃ ſancta ſit monogamia hinc oſtenditur q; digamus in clerum elegi nõ poteſt.

¶Monogrãmi dicti ſunt homines macri ptenues ac decolores. Tractũ a pictura quæ priuſq̃ coloribus corporetur fingit lineis. proprie enĩ monogrãmos dicitur pictura linearis.

¶Monodos pe. cor. pruſię filius qui dentium loco os vnũ continuũ habuit οδουσ. n. dens. Vnde monodos quaſi vnicus dens quẽadmodũ pyrrhũ epirotarũ regem habuiſſe ply. refert.

¶Monodia cũ accentu in pe. lugubris cãtus qui fit a pręfica in defũctorũ funeribus: quaſi vnius cãtus. Nam cęteris flentibus ſola pręfica canit. huiuſmodi cantus etiã nenia dicitur.

¶Monomachia: ſingulare certamen: κορος ſolus μαχια pugna. monomachus: gladiator qui ſolus cũ ſolo pugnat.

¶Monopoliũ dicitur cum penes vnũ aliquẽ vendẽdi poteſtas eſt απωτου μοροσ & πωλεομαι vendo: hoc fit cum vnus ſolus aliquod genus mercaturæ vniuerſum emit vt ſolus vẽdat pretium ſuo modo ſtatuens. qđ genus hodie in multis rebus ſeruatur: vt ĩ corallis aphricę apud hipponẽ: in alumĩ

ne in ſicilia & etruria. Vuis paſſis in achaia: bitumĩe in iudea: qđ quia greci aſphalton vocãt: omne monopolion vulgo aſphaltum dicit. Plau. Hẽs murrinã & calamũ potes monopoliũ inſtituere. Legim⁹ apud Iuſtinianũ monopolia nõ eſſe intromittenda qm̃ non ad cõmodum reipub. ſed ad labẽ detrimẽtaq; pertinent.

¶Monophagia: victus ex vna re.

¶Monophthalmus luſcus qui vnũ habet oculum græce μονοφθαλμοσ.

¶Monoptoton pe. cor. vni⁹ caſus. Habetur enim vnã vocem per oẽs caſus. Aptotis ſine caſu. habet eni ſolũ rectum.

¶Monoſtilon pe. cor. vnius colũnę στιλου enim colũnam græci dicunt.

¶Monologion ſermo vnius rei.

¶Monoſceli homĩes indici ſingulis cruribus σκελοσ em̃ crus dicit. Qui & ſciapodes vocantur: q; i maiori ęſtu humi iacẽtes σκιαποδοσ. hoc eſt vmbra pedis ſe ptegant.

¶Monotropos ſolitarius vnius moris. ſolus.

¶Monoxilon nauigium ex ligno integro: græce μονοξιλον.

¶Monycus pe. cor. vnus fuit centaurorũ: de quo Iuue. Quãtas iaculetur monycus ornos. Cõponit ex monos & ονυξ: hoc eſt ſolus vnguis: q; pedem iſtar equi habuerit. Eſt em̃ epitheton equorum qui ſolidas vngulas habent. Munychus vero Athenarum portus eſt.

¶Monacris arcadię mons: quaſi ſolus vertex: ſiue ſola ſummitas.

¶Monœcus cum œ diph. portus & ſtatio quædam ligurię ab albinga oppido diſtans ſtad. quadringẽtis & octoginta. Monœci portu vſq; in thuſciam vniuerſum littus cõtinuum oĩno ſine portu eſt exceptis quibuſdam paruis ſtationibus ad iactandas anchoras: nec eſt multarum aut magnarum capax nauium. Cõponit ex μονοσ & οικοσ domus: quaſi ſola domus. Et dicit port⁹ herculis: quia teſte Seruio Pulſis aliis illic Hercules ſolus habitauit: vel q; i ei⁹ tẽplo alius deo⁹ non colitur.

¶Moneo es. monui itum. ſignificat ſcientẽ ſeu memorẽ facio. Plau. in Pſeu. Ad hoc volo monere te monẽdus ne me moneat. Inde monitor qui monet quid ſit agendũ: vt debet bona & vera amicitia: vñ xenophõ de miſeria tyrãno⁹ ουμεν δη λεληθεν ουδεταστ πολεισ οτι η φιλια μεριστον αστα θου ουτηλιστου ανθρωποισ θεστιν.

¶Monitio quæ fit ante cõmiſſum obiurgatio poſt turpe factũ. Ci. li. iii. offi. Habenda rõ & diligentia ẽ primũ vt monitio acerbitate: deinde obiurgatio cõtumelia careat. Interdum monere inuitare eſt: ſicut inuitant amici ad cœnã. Ter. Sed vt diei tempus ẽ monere oportet me hũc vicinũ phaniã ad cœnam vt veniat. Interdum attendere ſeu inſpicere. Aug. Admone diligenter iudęc crudelis ſepulchra: aduce cuſtodias militũ: mãda vigilias: vt pbes mortuum quẽ noluiſti cognoſcere viuũ. Conſtruitur mõ cum duobus actis: vt moneo te hæc: mõ cũ ablto. Terẽ. in An. Habeo p illam re illum quo moneam pbe: mõ cum genitiuo. Val. max. Ab eo qui proxime ſolutę a ſe legis ſuę admonitus. Cõpoſita ſunt Admoneo Cõmoneo: Prę moneo: & Submoneo: quod eſt latẽter moneo. Ter. in Eu. Tum ad eam ſubmonuit me Parmeno.

¶Monitorius a. um. qđ monet vt libet monitor⁹.

¶Monitus us. pe. cor. & monitio: idẽ ſignificant.

¶Moneta dicta eſt: q; nos ſigni impreſſiõe vel auctoris vel prętii moneat. Quo etiã noie dicta eſt Iuno. Ci. li. i. diui. Poſt cladẽ illam maximã a ſenonibus gallis factam audita vox ex arce Iunonis fuit. Ex quo iuno illa appellata moneta eſt.

¶Monetarius: qui monetam cudit.

¶Monetalis & hoc monetale: quod ad monetã pertinet. Amb. li. de paradiſo. Hoc bonũ aurũ decorũ & monetale: quod nõ corruptibile: ſed quod ęternũ eſt. Apul. de aſi. plotina. precioſiſſimis monilium & auro monetali zonis refertis incincta. Et monetales triũuiri dicti ſunt: ſicut ſcribit Pompo. iuriſcõ ſultus: ęris: argenti: auri: flatores.

¶Monedula auis ex graculorũ gñe: quaſi monetula q; monetas furripiat. Huic em̃ aui furacitas argẽti atq; auri pręcipue eſt.

¶Monile pe. p. ornamẽtũ gutturis: qđ ſolet de collo virginum pendere & græce ορμισκοσ nuncupat inquit Hiero. Dictum q; virtutis admoneat. Nã primo ob aliquid egregium factũ dari ſolebat. Ouid. i faſ. Dat digitis gẽmas dat longa monilia collo: ſed non ſolum hoĩm verũ etiã equo⁹ pendens a collo monile vocatur. Vir. de equis latini. Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent. Gel. Equitatũ frenis ephippiis monilibus phaleriſq; pręfulgẽtẽ. Mónile etiã ſegmentum dicit: q; quibuſdam bracteolis quaſi pręſeminibus conſtet.

¶Monumentũ dicit quicquid nos monet: ſiue monere põt quid ſit illud in quod intendimus: vt tituli ſepulchra: ſtatuę: fana: portic⁹: carmia: hiſtoria: documenta: doctrina libri: cæteraq; quæ nos alicuius rei pręterit moneant. Vñ Ci. ad Cęſarem. Sed ego quæ monumẽti ratio ſit nomine ipõ admoneor ad memoriã magis ſpectare debet poſteritatis q̃ ad p̃ſentis tẽporis gr̃am. Florentinus iurecõſul. ſic ſcribit. Monumẽtũ gñaliter eſt res memorię cã in poſterum pdita: in quã ſi corpus vel reliquię inferantur fiet ſepulchrũ: ſi vero nihil eo⁹ inferatur erit monumentum memorię cã factũ: quod greci cenotaphiũ appellãt. Var. Monumẽta a monẽdo quę ſunt in ſepulchris. Et ideo ſecundũ vitam quo prætereuntes admoneant & ſe fuiſſe & illos eſſe mortales. Ab eo cætera quoq; ſcripta ac facta memorię cauſa monumenta dicta. Virg. Quẽ cãdida dido Eſſe ſui dederat monumentũ & pignus amoris.

¶Mons terrę tumor altiſſimus ab eminendo quaſi eminens dictus ꝓpter qđ oẽ quod eminet mons dici põt. Vir. Preruptus aquę mons. Sumitur q̃q; p ſaxo. Idem. Prẽſantẽq; vncis manibus capita aſpera mõtis Ferro inuaſiſſet. Sic aliq̃ ſaxum p mõte: vt apud eũdem ſaxi de vertice paſtor. Hinc ſeptimõtiũ locus qui habet ſeptẽ mõtes.

¶Monticulus diminutiuũ: paruus mõs. Dicitur & monticellus.

¶Montanus a. um. quod eſt ex monte: vt montani imbres.

¶Montoſus a. um. vbi ſunt multi montes: vt mõtoſa regio non montuoſa. Ply. Naſcitur in montoſis & aſperis aliq̃ & hęrboſis. Vir. li. vii. Et te montoſę miſere in pręlia nurſæ.

¶Monſferratus: regio Italię: cuius fines ſunt hinc padus: inde Apenninus & Tatarus amnis. Et ſuperiori parte montes ꝓximi mõcauerio vbi pedemõ-

tium incipit.
¶Montinagus pe.cor. qui per montes vagantur.
¶Montigena in monte genitus.
¶Monſtrum a monſtrãdo dictũ eſt q̃ aliquid ſignificando demõſtret. Ci. de natura deor. Mõſtra prædictiões & prẽſenſiones rerũ futurarum quid aliud declarant niſi hoibus ea quæ futura ſunt portendi p̃dici: ex quo illa oſtenta mõſtra portẽta p̃digia dñr. Vir. Tñ polyphemũ vnoculũ mõſtrum horrẽdum ingẽs appellauit. Et ſic quicq̃d eſt natura deforme hoc eſt prẽter naturam: aut deficit: aut excedit monſtrum & res monſtroſa eſt. Ter. in Eu. Quid iſtuc nã mõſtri fuit. Do. Monſtrũ eſt oẽ cõtra naturã: ſi igit Eunuchus eſt et vitiauit virginẽ contra rem naturã factũ eſt. Oſtentũ q̃ oñdat & in corpore q̃ñq̃ ſicut martyres: q̃ñq̃ aĩo ſicut ſalomõ qui infatuat⁹ eſt ob amorẽ fœminarũ: q̃ñq̃ etiã ĩ reb⁹. Et hĩ oẽs: vt oſtẽtui: & exẽplo eſſent aliis. Sal. in Iug. Sed q̃ñ eo natus ſum: vt Iugurthę ſcelerũ oſtentui eſſem. Q̃ñq̃ monſtrum ponit̃ pro monſtratione: vt apud Virg. Monſtra deum refero.
¶Monſtruoſus a.um. & mõſtroſus a.um. Luc. li. i. Monſtroſiq̃ hoĩm partus.
¶Monſtrificus qui monſtra dicendo: vel faciendo demõſtrat. Ply. Inuenta in his & rõ inferendi monſtrificis hoĩum ingeniis.
¶Monſtro as. oſtendo: declaro: quaſi p̃ monſtro do. Ter. in Adel. Scio vbi ſit. verũ hodie nunq̃ mõſtrabo. Huius cõpoſita ſunt Cõmonſtro Demõſtro & Præmonſtro.
¶Mopſopia: attica regio a mopſopo rege ſic dicta vt auctor eſt Strabo.
¶Mora expectatio temporis dilatio. Plau. Cui mora ſemp obfuit Diligentia p̃fuit.
¶Morula diminutiuũ. Aug. li. xi. con. Quęro q̃m dies d̃ nõ tantũ morula ſolis ſuper terrã: ſcd̃m qd̃ aliud eſt dies: aliud nox.
¶Moror aris. expecto. Plau. Nihil moror iſtas magnas dotes dapſiles: hoc eſt nihil curo: non expecto. Et morari eſt detinere retardare. Quinti. Quid me adhuc pater rẽtines? quid moraris abeuntem. Plau. in Epi. Nihil ego te moror. id eſt differo vel expectare facio. Item morari manere. Hier. q̃to ſtudio & amore contenderim: vt pariter in eremo moraremur. Item hęrere dubitare. Vir. Quidve moror ſi vno oẽs ordine habetis achiuos. Et in aliis ſignificationib⁹ habet primam cor. morari vero prima pro. ſignificat inſanire: qd̃ oñdit Sue. Scribens ſollitum eſſe dicere Neronẽ deſiſſe claudiũ inter hoies morari. Nã græci μωρον ſtultum vocãt & fatuum videbaṫ dicere claudiũ deſiiſſe manere & viuere int hoies cũ ĩtelligi vellet eũ deſiiſſe p̃ mortẽ delirare & deſipere q̃ viuus delirauerat: ſic Plau. i Tri. Amor mores hoĩum moros & moroſos efficit. Cõpoſita a moror ſunt Cõmoror: quod eſt maneo & firmam habitationẽ habeo. Lac. li. vii. Cui⁹ poſteri cum diutius in ęgypto cõmorantes: in magnam frequentiã creuiſſent. Amb. vero de fãctis Geruaſio & Prothaſio poſuit p̃ abſtinere ceſſare: vt inquit. Hortor vos & moneo: vt ã deos noſtros iniuriis cõmorãtes ad ĩmolandum eis deuoti ſtudeatis inſiſtere. De moror: ĩmoror morã traho. Lac. li. ii. Sed vereor ne ſi fuero in p̃poſitione rerũ contrariaq̃ diutius ĩmoratus. Remoror. Et hñt pe. cor.
¶Morus arbor morũ fructus a mora. i. tarditate: vt quidam putant. Nam poſtrema omnium arborum morus floret p̃pter quod prudentiſſima arbor dicitur: quia lædi ſe a frigore non ſinit. Sunt tamen q̃ a græco id nominis deriuent μαυρον enim nigrum dicitur. Mora quoq̃ in rubis ſunt: ſed multũ ab his differẽtia. Col. li. iii. de primo: morum ab idibus februa. vſq̃ in ęquinoctium vernale recte ſeres.
¶Moratus qui bonis moribus p̃ditus eſt. Plau. in Aul. Dũ mihi morata veniat dotata ẽ ſatis. Ter. in hecy. Sed quid mulieris vxorem habes: aut quibus moratam moribus. Et eſt participiũ ſine verbo
¶Morigeror moregero obſequor & quaſi ad alterius voluntatem mores tranſformo. Ter. in Adel. Si adoleſcenti eẽs morigeratus.
¶Moriger pe. cor. obediens.
¶Moralis ad morem pertinẽs. Vnde ſcientia moralis quæ de moribus tractat.
¶Moros græce latine ſtultus. Plau. i Tri. Amor mores hoĩum moros & moroſos efficit. Vnde p̃ annominationẽ mores mori dicunt̃ ſtulti & fatui. vnde moriones noĩantur.
¶Moriones ſtulti. Aug. ad Hiero. Quidam tantæ ſunt fatuitatis vt non multum a peccatoribus differant quos moriones vulgo vocant.
¶Moroſus curioſus diligẽſq̃ qui nimis exacte oĩa fieri expoſcit: porphirio. Ille eſt moroſus qui mĩtorum morũ inter ſe cõtrariorũ eſt. vnde ſenectus moroſa. Auctor Seneca eſt moroſum genus iracundie eſſe delicatum. Nam q̃ñ res pene nulla aĩo hois cũcta faſtidiẽtis ſatiſfacit: ea p̃prie moroſitas ẽ. Ci. li. i de ora. Vſq̃ adeo moroſi ſumus: vt nobis nõ ſatisfaciat ipſe demoſthenes. Sue. de Cęſare circa corporis curam moroſior vt nõ ſolum tonderetur diligẽter ſed etiam velleretur. Et a more deſcendit: cuius prima p̃ducitur.
¶Morologus pe. cor. q̃ in ſermone moroſus. i. moleſtus eſt. vnde & ſermones hmõi dicuntur morologi. Plau. Nec moleſtum eſſe: nec ſermonibus morologis vti.
¶Morbus eſt habitus cuiuſcunq̃ corporis contra naturam qui vſum ei⁹ faciat deteriorem: alias in toto corpore: alias in parte accidere ſolet. Totius corporis morbus eſt veluti phthiſis & febris: partis autem veluti cęcitas aut pedis debilitas. Et apud iuriſ conſultos ſcriptum eſt morbũ & vitium diſtare: q̃ morbus temporalis ſit imbecillitas & ſanari queat: Vitium perpetuũ impedimentum. Ci. li. iiii. tuſ. ait morbum eſſe totius corporis corruptionẽ veluti febris eſt. Vitium cũ partes corporis inter ſe diſſident Ex quo prauitas membroq̃ diſtortio deformitas morbi in anima dicunt̃ vita inueterata & dura vt eſt auaritia ambitio.
¶Morbidus a.um. quod eſt morbo infectum. Idẽ ſignificat morboſus.
¶Morbificus a.um. quod morbũ infert.
¶Mordeo mordes momordi & morſi ſum. Luc. Exhibuit primus chalybem frenoſq̃ momordit. Plau. in Trige. Ni fugiſſem inquit mediũ credo prę morſiſſet. Eſt aũt mordere dentibus lędere. Per trãſlationẽ vero ſignificat detrahere pũgere. Ci. Apio Neq̃ nõ me tñ mordet aliquid quomodo ea tuear q̃ mihi tuenda ſunt. Compoſita ſunt Admordeo valde mordeo. Virg. li. ii. Geor. Duriq̃ venenum dẽtis et admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix. Commordeo ſimul mordeo. Demordeo morſu decerpo. Immor

deo morſum infigo. Ob mordeo circũmordeo. Prę mordeo ante mordeo. Remodeo: crucio: ſollicito. Vir. Quando hæc te cura remordet. Proprie tñ remordere eſt illum a quo quis eſt morſus mordere. Lac. li. vi. Sed quia ipſe caninã facundiã ſicut Salluſtꝰ ab Appio dictũ refert: exercuit: voluit hoſtem canino modo viuere: vt remordeat laceſſitus.

¶ Morſus a. um. participiũ. Ply. Datur morſis a rabioſo ne rabidi fiant.

¶ Morſus us. nomen modo ꝓ dentiũ læſione: mõꝓ maledicẽtia ponit. & morſus eſt qui græce dicit ſcõma. qñ figuratus eſt. Sæpe eñ fraude vel vrbanitate tegitur vt aliud ſonet: aliud intelligat. I dẽ ſignificat morſio.

¶ Morſiũcula diminutiuum paruus morſus. Plau. in mili. cõpreſſiones arte amantiũ cõparatę teneris labellis: molles morſiunculę.

¶ Mordax qui mordendo lędit: vel qui aliis detrahit. a quo Mordacitas.

¶ Mordico as. pe. cor. dolorẽ affero: perinde acſi morſu læderem.

¶ Mordicus pe. cor. aduerbium ſignificat mordendo. Plau. in cur. Manũ arripuit mordicus. Idem iã dudum opotuit naſum adẽptũ mordicus. Aliquãdo ſignificat ſtrictim: & quaſi morſu ac dente. Sue. in Cęſa. Ne libelli quos tenebat madefierẽt paludamentũ mordicus trahens ne ſpolio potiret hoſtis.

¶ Mordicibus ꝓ morſibus. Plau. Aſini me mordicibus ſcindant.

¶ Morficatim ſignificat mordẽdo. Var. Sicut pulli incedunt & in bellis morficatim ludunt.

¶ Mors a mordẽdo: vt inqt Aug. li. cõtra. pelagianos. Eius hęc ſunt verba: mors priuatio vitę eſt nomẽ tantũ habens nõ eſſentiã. Et ideo deꝰ eiꝰ auctor eſſe dici nõ põt. Quicqd enĩ deum feciſſe dicimus habet eſſentiã. i. ſpẽs eſt. Eſſentia eñ dr̃ ab eo quod eſt. Mors ergo nihil eſt niſi nomẽ recedente vita: ſicut fames eſcarũ defectus: ſitis egẽtia potus. Tenebrę abſẽtia lucis. Sterilitas defectus fœtus. ſilentiũ vocis abſentia. Inopia priuatio facultatũ & ſi qua ſunt alia quæ reꝝ priuationes nihil eſſe niſi nomẽ inueniunt. Opinor nãq; ideo mors hoc vocabulũ accepit eo ꝙ morſu quodãmodo venenoſi ſerpentis. i. diaboli in paradiſo Adam fuerit interemptus. Tunc eñ ſerpens morſu decepit Adã quãdo cum ꝓ cõcupiſcentiã mordere: hoc eſt edere ſuaſit illicita. Et vt dixi ꝓpterea mors quaſi a morſu nomẽ accepit. Vnde dñs in oſee ꝓpheta morti minitans dicit. Ero mors tua o mors ero morſus tuus inferne. Sũt qui mortem ab emerita iam vita: hoc eſt iam acta & abſoluta nominatam velint: & mortuos quaſi emeritos appellatos ꝙ ab hac militia abſoluti: quaſi veterani quietiorem iam ſtatum ſint adepti. Alii a græco trahunt: hoc eſt ab μορος quod ſortẽ partem mortemq; ſignificat. Moros aũt ab μερος deſcendit: quo verbo partiri ac ſeparare ſignificat. Nam qd aliud eſt mors q̃ animi a corpore ſeparatõ Platonici diffiniunt mortem ſic αθανατος εστιν ψυχης και σωματος διαλυσις: hoc eſt mors ẽ animæ corporiſq; diſſolutio. Mors etiam dea a gentibus putata eſt: quæ mortis potens eſt. hanc Cice. noctis & herebi filiam fuiſſe ſcribit Sta. In ſcopulis mors ſęua ſedet. Declinaturq; in plurali hoc nomẽ mors. Aug. li. i. ci. dei. Multi multarum mortiũ fœda varietate conſumpti ſunt. Et iterꝝ in eodem. Cũ aũt vniuerſq; mortaliũ ſub quotidianis vitę huiuſ cãſibus innumerabiles mortes quodãmõ continentur.

¶ Morior eris. & iris. quarti ordinis. Oui. li. iiii. me. Aſtrepitũ mortemq; timens cupiduſq; moriri. ſignificat mori vita decedere. Cuiꝰ prętęritũ eſt mortuus. Vnde Aug. li. xiii. ci. dei. Non importune neq; incongrue arbitror dicere & ſi non humana induſtria iudicio fortaſſe diuino: vt hoc verbum quod ẽ moritur in latina lingua nec grammatici declinare potuerint ea regula qua cętera talia declinantur. nã ꝙ ab eo quod eſt oritur ſit verbum præſenti temporis ortus eſt: & ſi qua ſimilia ſunt quæ per prętęriti tẽporis participia declinantur. Ab eo vero qđ eſt moritur: ſi quęramus p̃teriti temporis verbum reſponderi ſolet mortuus eſt: u littera gemniata. Sic enim dicitur mortuus quomodo fatuus: arduus: cardu⁹: conſpicuus: & ſi qua ſimilia: quæ non ſunt prętęriti temporis: ſed quoniã nomina ſunt ſine tempore declinantur. Illud vero quaſi vt declinetur qđ declinari nõ poteſt pro participio p̃teriti temporis ponitur nomen. Conuenienter ergo factum eſt: vt quemadmodum id quod ſignificat non poteſt agendo: ita ipſum verbũ non poſſet loquendo declinari. Cõpoſita huius verbi ſunt. Cõmorior ſimul morior: vt illud. Et ſi oportuerit me cõmori tecũ nõ te negabo: Demorior: Emorior: Intermorior: & Pręmorior.

¶ Mortuum mare dicit; quia nihil viuũ gignit. Lacus eſt ſyrię in ꝓuincia pẽtapoli qui nihil p̃ter bitumen gignit: nihil in eo graue ſubmergit. Ideo Aſphaltus vocat: ꝙ oĩa in eo tuta ſint græce ασφαλτος tutamen dicitur.

¶ Mortalis qui morti ſubiectus eſt. Cuius cõtrariũ eſt Immortalis: vt deus ĩmortalis.

¶ Mortuale quod ad mortuos ptinet. Plau. in Aſi. Hæc ſunt nõ nugę non eñ mortualia. Vnde Emortualis dies ĩ quo quis eſt mortuꝰ: ſicut natalis ĩ quo quis natus eſt. Idem. Certũ eſt eñ hunc emortualẽ facere ex natali die. Mortualia etiam dicuntur quæ mortua ſunt.

¶ Mortiferus a. um. pe. cor. qđ mortẽ affert. Col. li. Et etiã mortiferus ſerpentis ictus.

¶ Morticinũ pe. ꝓ. exangue corruptum: morticinã carnẽ dicimus animalium quæ non ſunt mactata: ſed per ſe mortua. Ply. Sola hæc auis in eo gñe morticinã carnem non attingit. Var. Morticinę ouis nõ patiuntur veſci carne. Morticini Claui dr̃ pedũ ꝙ veluti morticina caro ſit.

¶ Mortariũ: vas in quo res quæ reſoluendæ ſũt piſtilloterũtur. Plau. in Aul. Cultrũ ſecurim piltillum mortarium: quæ vtenda vaſa ſemper vicini rogãt. Cuius diminutiuum eſt mortarſolum. Hiero. In numeris Ponẽt cum eo thuribula mortariola cyathos & crateres ad vina fundẽda. Eſt & mortarium lacꝰ cõceptaculum in quo calx ſine intrita ſubigitur ſeruatur ve: quæ loca ẽt plebi hodie mortaria appellãt vt eſt apud Ply. li. xxxvi.

¶ Morphoſis pe. ꝓ. latine dicit mutatio. Inde morphera infirmitas quæ colorem mutat: & metamorphoſis tranſmutatio.

¶ Morotis & moroſis perdelirium & inſania: quotienſcunq; ex ſommifico grauamĩe reſipiſcẽtia nõ datur ad mentem: hæc eñ non modo memoriam: ſed vſum quoq; rationis intercipit.

¶ Moſes is. & moſi: ſicut & Achilles is. achilli nomen inclyti iudæoꝝ ducis. Iuue. Tradidit arcano

quodcunq; volumine moſes Arator. Non hæc ieſu nia moſes cõdidit. Et interpoſito y pſilo moyſes dicitur qđ habeť in frequentiori vſu Seduli⁹. Quid q; & heliam & clarum videre moyſem. ſcri. Ioſeph⁹ ex euentu rerũ nomẽ ipoſitũ fuiſſe. i. ex aqua ſaluat⁹ eo q; de flumine ſit ſaluatus. Moy. ęgyptii aquũ dicunt ſes vero ſaluatus. Dī & moſeus moyſeuſq;.

¶Mos moris eſt vitę inſtitutum conſuetudine firmatum. Var. Ait morem eſſe inſtitutũ animi: quod ſequi debeat conſuetudo. Interdum ſumitur p conſuetudine approbata quæ habetur p lege. Interdũ in malum. Nam & boni & mali mores dicunť. Plau. in tri. morbus bonos inuaſit mores qui dum ægrotãt intermortui: mores mali quaſi herba irrigua ſuccreuerunt. Hinc fit Moratus moralis morigerat⁹ & diminutiuũ moſillus paruus mos.

¶Moſini populi aſiæ verſus ſeptẽtrionem: qui vt Pompo. lib. i. refert. Turres ligneas ſubeunt notis corpus omne perſignãt p patulo veſcunť p miſcue cõcũbunt & palam reges deligunt: vinculiſq; arctiſſima cuſtodia tenent.

¶Mouco es. moui motũ notę ſignificationis. Cæſa. Poſtero die caſtra ex eo loco mouent. Per tranſlationem mouere ponitur pro excludere. Ci. lib. iii. offi. Quid ergo nonne nocet qui quodam quaſi veneno perficiat: vt veros hęredes moueat: in eorum locum ſuccedat: mouere animum eſt inducere allicere. Virg. li. iii. Geor. Non vmbrę altorum nemorũ non mollia poſſunt prata mouere animũ. Ser. Mouere animum in ſuũ deſiderium illicere: mouere tragœdias ſignificat verbis rẽ atrocem & indignã effi cere: quale eſt opus tragicorum de rebus atrocibus ſemper mœſtiſq; loquentium: ſicut e contrario. Comœdias agere pro ridicule ac dicaciter loqui. Com poſita huius verbi ſunt A moueo: Admoueo: quæ ſunt contraria. Vide in dictione A moueo. Cõmoueo dimoueo diuerſe ſiue diuerſim moueo. Teren. in Adel. Caue nunc oculos a meis oculis quoq; dimoueas tuos. Lac. li. vii. Cum diſcuſſis fluctibus & in vtramq; partẽ dimotis per ſiccum populus gradetur. Emoueo extra moueo. Idem li. iii. Hoſium q; mentes emotas & malis incurſibus furiatas in ſẽ ſus priſtinos reponebat. Promoueo vehementer vltra moueo, plongo vltra eo. Teren. in An. Eho tu impudẽs non ſat habes q; tibi dieculam addo q̃tũ hunc promoueo nuptias. id eſt plongo. Permoueo valde moueo. Sal. in Iug. Exiſtimans atherbalem dolore permotum iniurias ſuas vindicaturũ manu Demoueo deorſum moueo. Liui. li. vi. Q;tum Romana ſe inuexit acies: tantum hoſtes gradu demoti. Remoueo alieno: diſcedo: tollo. Lactan. lib. iii. Ab eiuſmodi queſtionib⁹ ſe remouit. Li. li. ii. Hunc tu: inquit: Luci Tarquini remoue metum. i. aufer. Cice. Catoni. Si quiſq̃ fuit vnq̃ remotus ab inani laude & ſermonibus vulgi: ego profecto is ſum. id eſt alienatus. Idem. Tironi. Accepimus conditões ſed ita vt remoueat præſidia ex iis locis quæ occupauit: id eſt alio mittat. Semoueo ſeorſum moueo. Aug. li. vi. con. Statimq; cognitum manu appræhenſa ſemouit a turbis. Summoueo: clam ſiue ſubtus: vel a lõge moueo. Col. li. i. Cum liceat vel cauere ne talis pręficiatur negocio: aut iam prępoſitus: vt ſummoueatur curare. Idem libro quinto. Fructuſq; ſõmotus a terra minus putreſcit. id eſt de longe poſitus.

¶Moto as. frequentatiuum. Vir. Siue ſub incertas zephyris motantibus vmbras: ſiue antro potius.

¶Motabilis qui frequẽter mouetur. Hiero. in Gñ. Creauit deus omnem animam viuentem: atq; motabilem.

¶Motus a. um. participium. Virg. Sed motos pręſtat componere fluctus: motus us. ipſa motio. Vnde fit terręmotus.

¶Motiuus a. um. quod mouetur & non permanet. Do. in expoſitione Andriæ. A re nihil eſt propriũ. A perſona cuiq̃ proprium perpetuum non temporale ac motiuum.

¶Motacilla: auis quæ ſemper mouet caudã. vulgo Coda tremula dicitur.

¶Mox aduerbium ſignificat ſtatim. Ter. in Phor. Expecto q̃ mox veniat. Item ſignificat paulopoſt vel poſtea. Ci. li. i. de ora. Verũ illa mox: nũc de ipa exercitatione quod ſentias q̃rimus.

¶Mucor lanugo quæ diutino ſitu contrahitur quẽ admodum in pane: carne: aliiſq; huiuſmodi fieri videmus.

¶Mucidus a. um. pe. cor. quod mucrorem: hoc eſt muſam habet. Iuue. Neq; n. oĩa ſuſtinet vnq̃ Mucida cærulei panis conſumere fruſta.

¶Muceo es. mucui. mucidus ſum: a quo mucęſco: mucidus fio. Ply. li. xviii. Iterumq; exporrigi in ſole ſuper lintea quod niſi feſtinato peragatur lurido colore mucęſcere. Cato. de re ruſ. Vini ſingulę vrnę dabunť quod neq; aceat neq; muceat.

¶Muccus narium humiditas & craſſior pituita. Catul. Muccus & mala pituita naſi. Hinc muccoſus q; eſt mucco plenus: vel a mucco læſus.

¶Mucro proprie cuſpis & acumen enſis: ac telorũ Apul. Circulatorem aſpexi equeſtrẽ ſpattham inſesto mucrone devoraſſe. Sen. ad Lucil. Gladium bonum dices non cui deauratus eſt baltheus: nec cui vagina gemmis diſtinguitur: ſed cui ad ſecandum ſubtilis eſt acies & mucro munimentũ eſſe ruptũrus Improprie ponitur pro enſe. Hinc Mucronatus a. um. quod eſt acutum: & ad mucronis ſpẽm firmatũ.

¶Mugil & mugilis pen. cor. genus piſcis capitoſi. Græci a capite chephalon appellant: qui omnium piſcium ſquãmis intectorum velociſſimus eſt adeo vt tranſuerſa nauigia interim ſupernatet. Huius natura eſſe fertur q; abſcondito in metu capite totũ ſe occultari exiſtimat.

¶Muginor pe. cor. murmuro. Lucil. Muginamur: mollimur: ſubducimur.

¶Mugius cognomen romani cuiuſdam a frequenti murmuratione: a quo Mugiola porta cui ipſe aliq̃ pręfuit noĩata eſt.

¶Mugonia porta romę: a mugitu: q; per eã venale pecus intraret: hæc & Trigonia appellata eſt: hoc eſt trium angulorum.

¶Mugio is. mugiui vel mugii itum. factitium verbum a voce boum. Vnde mugitus pe. p. ipſa vox: Liui. li. i. Inde cum actæ boues quædã ad deſideriũ (ut fit) relictarum mugiſſent. Virgilius. Mugituſq; boum. A mugitus ſimilitudine venti quoq; & tonitrua aliquando mugire dicuntur. Lact. lib. vii. Cur emicent fulgura: tonitrua mugiant. Huius compoſita ſunt Admugio: quod eſt iuxta: vel poſt mugio Claud. li. iii. Omnibus admugit quocũq; it. Immugio intus: vel valde mugio. Virg. li. iiii. Curuiſq; immugiit ętna cauernis. Remugio reſono. Idẽ lib. iii.

geor. Et vox aſcẽſu nemoꝝ ingemĩata remugit.
¶Mulgo as. palam facio. Plau. in Ciſt. Pro puella ſeruul⁹, neq̃ qui dñm mulgat atq; villicũ. Huius cõpoſita ſunt Dimulgo & Promulgo. De quib⁹ alibi.
¶Mulgeo es. ſi. vel xi. mulſum & mulctũ. Priſ. Mulgeo quoq; mulſi facit: q̃uis differentiæ cauſa quidã mulxi protulerũt: qa mulceo quoq; mulſi facit. Eſt autem Mulgere lac e mammis exprimere. Vir. li. iii. geor. Quod ſurgẽte die mulſere horiſq; diurnis nocte premũt. Ttranſferẽ tñ ad alia. Eius cõpoſa ſunt Emulgeo. Col. li. viii. Sed priuſq̃ hoc fiat exiguũ. emulgendũ eſt. Ter. in Phor. per tranſlationẽ dixit Emulſi argento ſenẽ: qđ eſt ſine labore ſuſtuli. Immulgeo intus mulgeo. Ply. Fabuloſum arbitror deſtrigibus vbera eas infantiũ labris immulgere.
¶Mulctra ę. ipſum lac mulctum: ſeu emunctio: aut vas in quo mulget. Virg. li. iii. Ge. Hinc largi copia lactis q̃ magis exhauſto ſpumauerit vbere mulctra Læta magis preſſis manabũt vbere mãmis. Col. li. viii. Sed mulctra cũ eſt repleta lacte: non ſine tepore aliquo debet eſſe.
¶Mulctrũ idẽ qđ mĩctra. Hor. in epo. Illic iniuſſæ veniũt ad mulctra capellę.
¶Mulctrale ſimiliter vas in quod mulgẽtur aĩalia. Vir. in Geo. Implebũt mulctralia vaccæ.
¶Mulceo es. ſi. ſum. & ctũ. Priſ. Mulſi. ſum. & mulctũ. Vnde Ci. in contentione metelli. Permulſa atq; recreata. Var. in ſaty. Capite permulſo. Salu. li. iiii. hiſto. Dein lenita iam ira poſteró die liberalib⁹ verbis permulcti ſunt. Eſt aũt mulcere: lenire: mollire: blandire: mitigare: dulcem facere: vngere: delectare: polire. Virg. Et mulcere dedit fluct⁹: & tollere vẽto. Hiero. Et ſermone compoſito aurẽ populi mulſerint quicq̃d dixerint hoc legem dei: putant. id eſt delectauerint. Huius compoſita ſũt Dimulceo Permulceo perfecte mulceo. Ci. li. iii. ad heren. Nãlædũtur arteriæ ſi anteq̃ vox bene permulſa eſt: acri labore cõpelleẽ. i. mollificata. Gel. li. i. Nihil adeo in congrediendis hoſtib⁹ atq; in principiis prędioꝝ ad ſalutẽ virtutẽq; aptius rati q̃ ſi permulcti ſonis mittoribus non inmodice ferocirent.
¶Mulciber pe. cor. mulciberis: & per ſyncopã mulcibris. Eſt eñ tertii ordinis non ſecũdi a mulcendo dictus eſt vulcanus. id eſt molliendo ferro. Mulcere eñ mollire ſiue lenire eſt. q; ignis oĩa mulceat. id eſt molliat: vincat: ac domet. Ci. lib. ii. tuſ. Iouiſq; numen mulciberis adſciuit manus. Ouid. Mulciberis capiti marſq; venuſq; dolis. Sunt q̃ mulciberа mutilando dici putant: q; hoc ob clauditatẽ ſit mutilatus ac debilis.
¶Mulſum a mulceo: quaſi melle delinitũ. Mulcere eñ delinire eſt: quaſi mollicere. Eſt aũt mulſũ potio ex vino melleq; cõfecta. Ply. li. xxi. ſcribit mulſũ ex vetere vino vtiliſſimũ fieri: qđ facillime cum mellecõcorporaẽ. De hoc Mar. Attica nectareum turbatis mella falernũ: miſcere decet hoc a Ganymede merũ. Hoc ſi calidum bibaẽ vocẽ permulcet: ſi frigidũ exaſperat. Ci. li. ii. de ora. Suadebat grauius: vt mulſũ frigidũ biberet ſimĩ ac domũ rediſſet. Perdam inq̃t vocem ſi id effecero. Græci mulſũ vocant οἰνομελι & μελικρατον. Vlp. Vini appellatione ait mulſũ non contineri: oinomeli contineri. Interprętaẽq; oinomeli vinũ dulciſſimũ. Qđ ſi Vlpiani ſententia vera eſt: mulſum nõ erit idem quod oinomeli. Vſurpaẽ etiã pro adiectiuo: mĩſus a. um.
Ply. Lac mulſum: acetũ mulſum: aqua mulſa quę melle cõcinneẽ. Hæc etiã Hydromeli quæ fit deſpumato in ea melle Cõfert ægrotis. Apud Plautũ ex amantis & blandiẽtis affectu dicĩ. Mea mulſa. At muſtũ ad tertiã partẽ decoctũ ſapa dĩ vt Var. Cato Col. Palladius accuratiſſime ſcripſerũt. Mar. Et laletanæ nigra lagœna ſapæ: ſed ſi ad duas partes ſit decoctũ defrutũ appellatur.
¶Mulier a mollicie: vt inquit Var. dicta eſt imutata & detracta littera: quaſi mollier. Vlp. Mulier dicĩ q̃ virgo nõ eſt. Q đ ſi inqt Ego me virginẽ emere putarẽ cũ eſſet mulier: emptio non valebit. Ci. Obiurgantibus q; ſexagenarius popiliam virginẽ duxiſſet. Cras mulier erit inqt. Caius ſcribit mulieres nomine etiã virginẽ viripotentẽ contineri. Vlp. Vno in loco vtroq; ſignificato vſus eſt. Mulierẽ ita arctã vt mulier fieri non poſſit: ſanã non videri conſtat. Eandẽ dixit mulierẽ & non mulierẽ. Primũ pro ea quæ fœmina eſt. Secũdũ p ea q̃ eſt corrupta. Aug. li. ii. de conſenſu euangeliſtarum. In multis ſcripturarũ locis hoc inueniẽ nõ eas tantũ quæ virũ paſſę fuerãt: ſed oĩno fœminas etiã ĩactas atq; integras mulieres appellari: ſicut de ipſa ęua ſcriptum eſt formauit eã in mulierẽ. Qua locutione etiã paulus ait Chriſtũ factũ ex muliere.
¶Muliebris & hoc muliebre qđ ad mulieres ptinet: ſeu qđ eſt aut fuit mulieris: vt muliebris ſexus: muliebre veſtimẽtũ. Aliq̃n dĩ qđ eſt molle & fœmineũ: vt muliebris aius. Vnde muliebritas mollicies. Muliebriter aduerbiũ qđ ſignificat molle effœminateq; ſeu more mulierũ. Iuſti. Quæ nõ muliebriter hoſtiũ aduentu territa.
¶Mulieroſus q; nimiũ appetit mulieres: a quo mulieroſitas. Ci. li. iii. tuſ. Similiterq; cæteri morbi: vt gloriæ cupiditas: vt mulieroſitas: vt ita appellẽ eã q̃ græce φιλογυναικια dĩ. i. amor mulierum.
¶Mulierarius idẽ qđ mulieroſus. Iul. Capitolinus Mulierarius fuit inter primos amatores.
¶Muliero as. effœmino. Var. Et rex & miſellus ille pauper amat. Habet ignẽ int⁹ acrẽ. Hic ephebũ mulierauit. Hic ad medica adoleſcentẽ traxit.
¶Muliebria tantũ plurali numero dicunẽ mẽſtrua. Hiero. in Gen. Et deſierãt Sarrę fieri muliebria. Interdũ ſumunẽ p muliebri natura: ſicut virilia p pudendis viri. Interdũ pro libidine. Quintil. Nobilis adoleſcens a centurione muliebria paſſus. Sic Sal. Vtros muliebria pati: mulieres pudiciciam in propatulo habere.
¶Mullei calcei regũ albanorum erant purpurei coloris: poſtea patriciorum a Millando. id eſt fuendo. Vnde Millus collare. Vopiſ. in aureliano. Calceos mulleos & hederaceos & albos viris oĩbus abſtulit mulieribus reliquit.
¶Mulus per ſimplex l animal: quod aſino & equa generatur. Qui autem ex equo & aſino genitus pullus hinnulus dicitur.
¶Mularis & hoc mulare adiectiuũ a mulo. Col lib. vii. Eſt generoſa materies quæ circo ſacriſq; certaminibus equos prębet. Eſt mularis quæ p̃tio fœtus ſui comparaẽ generoſo.
¶Mulio et mulius qui mulos clitellarios ſiue quadrigarios ducit. Horati⁹ in Ser. Audit cum magno blateras clamore furiſq; Mulius. Iuue. Nã mihi cõmota iamdudũ mulio virga.
¶Mullus per duplex ll genus piſcis marini maxĩę

nobilitatis & gratię: qui binas libras ponderis raro exuperat. Hor. Laudas insane trilibrē mullū. Mar. Nolo mihi ponas rhombū mullūq; bilibrem. Hic a græcis Trigla dicit vulgus Barbonē vocat qm̄ auctore Plynio. Barba gemina insignitur inferiori labro. Hinc a Cicerone in parado. & a Varrone. li. iii. de re ruſ. Barbatuli & barbati mulli dicti ſūt. Nomē illi datū eſt: vt Feneſtella docet a colore mulleorum calciamentoꝝ. Scribit Ply. li. ix. Mullū expirātem verſicolori quadā & numeroſa varietate ſpectari.

¶Multa æ. ſolutionis pœna: q; olim vt Varro inqt ſingula vt ob peccatum exigebant: vt ouis aut bos: poſtea multa ſimul exigi cœperunt: & vinum atq; oleum addi. In hoc autē multa differt a pœna: q; pœna generali nomine dicit omnium delictorū coercitio: multa vero ſpecialis eſt peccati: cui⁹ animaduerſio pecuniaria eſt. Pœna aūt non tantū pecuniaria: ſed capitis & exiſtimatiōis irrogari ſolet. Et multa quidem ex arbitrio eius venit qui multam dicit pœna non irrogatur niſi quæ lege vel quo alio iure ſpecialiter. hinc delicto impoſita eſt. Supręma multa apud priſcos erat in ſingulos dies. xxx. boum. & duarū ouiū: minima cuis vnius. Varro. li. ix. rerū humanarū dicit hoc vocabulū non latinum: ſed ſabinum eſſe. Dicimus autem. multam dixit: & multa dicta eſt: multam irrogauit: & multa irrogata eſt: & ſignificat multam imponere dānato quaſi per rogationem ad populum.

¶Multatitius a. um. qđ ex multa fit: vel qđ ad multā pertinet: ſiue qđ noīe multę exigit. Liui. li. x. Ex multatitia itē pecunia quā exegerāt pecuariis dānatis ludi facti. Et li. xxvii. Aediles plebis ex multatitio argento ſigna ænea ad ædē Cereris dedere.

¶Multo as. punio: condēno: laxo: diminuo: quia ois punitio diminutionē habet. Et conſtruitur cum ablatiuo: vel genitiuo. Virg. Multatam triſti morte camillam. Cur. li. ii. Is quoq; inſulas prędiciis occupat: pecunia multat. Aliquando cum duobus accuſatiuis. Hiero. in Eſdra. Et multauit gentem argenti talenta centum & auri talentum vnum. Interdum Multare ſignificat priuare. Virg. Quod ſi perdiderim patria multabor. Interdū lacerare mutilare verberare diſſoluere. Teren. in Adel. Ipſum dīm atq; oēm familiā multauit vſq; ad mortē. Col. li. ii. Quo euenit vt in iteratione quoq; ſcāna fiant & boues iiii quitate operis maxię multent. Interdū augere & voti cōpotē facere. Nonius. Et vobis quidē gratias ago cū votis me mſtatis meis. Interdū male tractare Col. lib. i. Nā illud vetus eſt Catonis Agrū peſſime multari cuius dīs quid in eo faciēdū ſit non docet: ſed audit villicum.

¶Multor aris deponēs. Sue. de Aug. Neq; aut crebrius: aut pfidioſius rebellātes grauior vnq̄ multatus eſt pœna q̄ vt captiuos ſub lege venū dareꝰ.

¶Multus a. um. a quo fit multidudo quæ eſt frequētia & copia.

¶Multifariā aduerbiū & ſignificat quod mſtis modis fari pōt. Multifidus: multis modis findēs. Multiuidus multauidens. Multipes: multoꝝ pedū. Multiuolus: q multarū reꝝ deſiderio teneꝰ. Multiloquus qui multa loquit. Multifacio: magni æſtimo.

¶Multiplex varius inuolutus: multas plicationes habens. Hinc multiplico as.

¶Multeſima pars pquantitate infinita. Lucil. Q̄ paruula pars: q̄ multeſima conſtet.

¶Multitia indumenta dicebantur minutiſſimis filis cōtexta. Vnde a multis filis & ꝓpterea ſubtilibus nomen inditū: vel a mulcendo qm̄ carnē demulcent. Et tantū pluraliter declinatur. Iuue. Quæro an deceant multitia teſtem.

¶Mundus ſubſtantiuū dicit ornatus muliebris quo ſcilicet mulier mūdior fit. In cuius noīs appellatione cōtinent ſpeculū: matulæ: inaures: armillę: anuli: gēmę: mitrę: & ſimilia quibus mulier ornatur. Cato ꝓlege oppia. Mūdiciæ ornatus & cultus fœminarū inſignia ſunt: his gaudent & gloriant. Hūc mundū muliebrē appellarūt noſtri maiores. Dī & mūdum neu. gñe. Lucil. Legauit quidā vxori mūdum oēpe nūq;. Hinc deducit Mūdus qui cōſtat ex ſole & lūa & terra & ſtellis & oibus elemētis & q̄cquid cœli ambitu cōtinet. Nam ſicut græci κοσμον: qđ apud eos ornatum ſignificat: ita nos a pfecta abſolutaq; elegantia vocauimus mūdū: q; nihil eo ſit mundius & pulchrius & ornatius. Et a græcis ab ornatu coſmos dī. In ſacris vero litteris mundi noīe: qñq; hoīes: qñq; inimici dei intelliguntur. Hinc mūdanus a. um. qđ mundi eſt. Vnde interrogatus phūs cuias eſſet: mūdanū ſe eſſe reſpondit.

¶Mundus a. um. qđ eſt purū terſum politūq;. Cui⁹ contrariū eſt Immūdus.

¶Mundicies & mundicia: ꝓ lautitia qua quis ſe mūdū ac politū tenet. Ci. li. i. off. Adhibēda ꝓterea mūdicia eſt nō odioſa nec exquiſita nimis.

¶Mundo as. detergo: depuro. Hier. ad Helio. Cornelius centurio adhuc ethnicus dono ſancti ſpiritus mundatur. Hinc cōponit Emundo Extramundo. Col. li. ii. Quędam pluuiis diebus: vt bubilia & ouilia debent emundari.

¶Mungo is. xi. ctū. quaſi muccū ago. Id eſt mungere eſt cū e naribus muccus trahit. Vnde emungo fit: de quo ſupra. Inuenit etiā mūgor deponēs. Cato de liberis educandis. Neq; emūgēt libertatē.

¶Munus quattuor modis dī. Primo ꝓ dono. Vñ munera dari ac mitti dīr. Dictum munus: vt inquit Var. ab eo q; qui mutuo aīo ſunt id dant officii gra. Altero ꝓ onere quod cū remittitur vacationē militiæ pſtat. Nā munera. i. officia ſine labore atq; onere exerceri non pōt. Vñ Immunitas appellat. Tertio ꝓ officio. Vñ munera militaria vocāt: & milites q̄dam municipes dīr qui in ciuitatē recepti munera cū ciuib⁹ facīūt. i. officia. Quarto ꝓ ſpectaculis ſeu ludis qui a principe populis quaſi muneris loco exhibent. Namq; id genus oblectamenti antiqui munera noīarunt q; populus tali ſpectaculo peride ac munere quodam capiebatur. Scribit Lact. li. vi. Venationes ferarumq; ſpectacula attributa eſſe Saturno & munera vocari. Populus eñ ſpectaculis talib⁹ veluti muneribus capit. Sue. in Cęſa. Beſtias quoq; ad munus populi comparatas trucidauerant. Mar. Priſca fides taceat. nā poſt tua munera Cæſar: Hæc iam fœminea vidimus acta manu. Hinc mun⁹ gladiatoꝝ dicebatur cum in ſpectaculis multa gladiatorum paria exhibebantur.

¶Munerari⁹ ſpectaculi exhibitor. a græcis agonotheta vocat q ludos gladiatorios exhibet populo: vnūq; vel plura paria gladiatorū ad ſpectacula pugnatura ꝓducit. Et q familiā gladiatoꝝ habet: gladiatoreſq; domi inſtituit ac poſtea vēdit: a laniādo dī laniſta. Vnde apud hiſtoricos frequēter legimus laniſtas vēdidiſſe gladiatores muneratiis. Accipit

etiam Munerari ꝑ eo q̃ pauperibus elargiſt. Hiero. Munerarius pauperum & egentium candidatus ſic feſtinat ad cœlum.

¶Muneralis adiectiuũ quod ad munus ptinet. Vñ Muneralis lex qua Cinti⁹ cauit ne cui liceret mun⁹ accipere. Plau. Nec muneralẽ legẽ neq; lenoniã rogõ fuerit nec ne: flocci eſtimo.

ueat probe ipſum pugnis percutiendo: vt illud in fra eodē loco. Illic homo me interpollabit: meūq; os fruget denuo.

¶ Oſſiculū diminutinū ab os oſſis. Gel. lib. vi. Ratio ſubtilior & vtilitas ipſa operis poſtulauit vt tenuiſſimis minutiſſimiſq; oſſiculis caput cōpingeret. Ply. lib. xi. Omniū cerebro medio inſunt oſſicula parua. Hinc fit aduerbiū oſſiculatim quod ſignificat minuatim.

¶ Oſſeus. a. um. quod ex oſſibus eſt. Vnde Ply. ſcribit inueniri lapides oſſeos.

¶ Oſſilegus. pe. cor. oſſium collector. Oſſilegium oſſium collectio.

¶ Oſſuaria appellantur loculi in quibus defunctorum oſſa reponuntur.

¶ Oſſifraga pe. cor. gen⁹ aq̃le ab oſſib⁹ frangēdis.

¶ Oſſa. æ. mōs in finibus theſſaliæ centaurorū ſtabulū quē Sene. dicit olympo olim cōiunctū. Luc. Quantus piniferæ boreas cum thracius oſſæ. hinc Oſſæus. a. um. Idem lib. vi. Attollet titan rupes oſſa coercet. Oſſa vero pluralis numerus ab os oſſis Macro. Oſſa dentes cū vnguibus & capillis nimia ſiccitate, ita denſata ſunt vt penetrabilia non ſint effectui animæ quę ſenſum miniſtrat.

¶ Oſci Italiæ populi ab oris fœditate dicti. Vnde oſcœna verba.

¶ Oſcines. pe. cor. ab ore & canēdo aues auſpiciū ore facientes. Oſcinū auguriū auiū. Hor. Oſcinem corui prece ſuſcitabo ſolis ab ortu.

¶ Oſcedo vitium quo quis tenetur vt ſæpius oſcitet. Gel. lib. iiij. Deliberatū de nota eius qui ad censores ab amico aduocatus eſt: & in iure ſtās clare nimis & ſonore oſcitauit atq; inibi probe vt plectere tur fuit: tanq̃ illud indiciū vagi animi foret & hallucinantis & fluxæ atq; apertę ſecuritatis. Sed cū ille deieraſſet inuitiſſimū ſeſe & repugnantē oſcitatione victum: teneriq; eo vitio qđ oſcedo appelletur tū notæ iam deſtinatæ exemptus eſt. Quidā dicūt Oſcedinē ſignificare graueolētiā. Sere. Hinc oſcedo fugit. linguæ quoq; vulnera cedunt.

¶ Oſcito. as. pen. cor. ex os & cito, pprie ſignificat os cōmoueo: & os totū aperio vt fit prę ſomno aut tædio. Quę cū toto corpore fit pandiculatio vocatur. Cic. li. z. de ora. Et iſtam oſcitantē & dormitantem ſapientiā ſcæuolarū & cæterorū beatorū ocio concedamus. Ponitur etiā oſcitatio pro ocio & animi ſecuritate. Ter. in An. Sperans iam amoto metu inter oſcitātes opprimi. Dicitur & oſcitor depo. Cic. lib. iiij. ad Herē. Cum etiā maiores calamitates impendere videantur ſedetis & oſcitamini.

¶ Oſcheon latini ſerotū dicunt. i. teſtiū receptaculum. Nā Celſus vbi de morbis tractat qui in naturalibus circa teſticulos oriri ſolent ſinus & tunicas his appellationibus diuidit. Sinus qui cōſpicitur a nobis oſcheon a grecis dicit: noſtri Serotū vocāt.

¶ Oſanna cōponitur ex oſi qđ ſignificat ſaluifica ſiue ſaluū fac & anna domine q̃ vox inquit Hiero. interiectio eſt deprecātis. Nā ſicut nos in linguā latinam habemus interiectiones quaſdā. vt inſultādo dicamus vah. In admirando pape. In dolēdo hei. Et quādo ſilentiū volumus imperare ſtrictis dentibus ſpiritū coartamus & cogimus tantū ſibilū inſonādo. ſ. ʒi: ita hebræi inter reliquas proprietates linguæ ſuæ habent interiectionē. vt quādo volunt dominū deprecari ponāt verbū petentis affectu & dicant anna domine. Oſi ſaluifica inter pater: annā interiectio deprecātis eſt. Si ergo ex duob⁹ his velis compoſitū verbū facere dices oſianna: ſiue vt nos loquimur oſanna media vocali littera eliſa ſicuti facere ſolemus in verſibus quādo ſcandimus. Aleph nāq; littera prima verbi ſequentis extremā verbi prioris Ioth inueniens excluſit.

¶ Oſi aduerbium optandi: vt Oſi videam apoſtolum dei anteq̃ moriar.

¶ Oſiris. pe. p. oſiris vel oſiridis gtm̃. fuit Iouis filius ex Niobe Phoronei filia: ſucceſſitq; phoroneo in regnū argiuoꝝ. Aegialum fratrē prefecit regno achaiæ & ad ægyptios tranſfretauit gloriæ deſiderio. Quos cū ſubegiſſet Iſidem quę & Io vocabat Inachi primi regis argiuorū filiam duxit vxorem Vbi cū illa litteras: oſiris varias artes ægyptios docuiſſet vterq; diuinos honores meruerunt. Tandē a Sityphone ægyptio: vel vt Ser. ait a Typhone fratre clam occiſus ab Iſide diu queſitus eſt. Tandē apud phialam iuxta Syenen laceratus compertus eſt in inſula Abaton in palude iuxta memphim Sepeliri eum Iſis curauit & paludē Stygem. i. mœorem appellauit. Nec niſi certis diebꝰ & mitratos eo accedere voluit. Sed cū apparuiſſet ęgyptijs deide bos quidā oſirum putarunt: adoraueruntq; vt deū & vocarūt Apim. i. bouē eorum lingua. Deinde dictus eſt Serapis. Tibullus. Te canit atq; ſuū pubes miratur oſirim. Barbara memphitē plāgere docta bouē. Mar. Non illam mille cataſtę Vincebant nec quę turba ſerapin amat. De oſiride ſic habet Euſe. lib. de præpara. diodorū ſiculum inducens. Aegyptios ferūt primos omniū motū ordinēq; cæleſtiū corporū admiratos: ſolem & lunā deos putaſſe: ac ſolem quidā oſirim: lunā Iſim nūcupaſſe a proprietate quadā inditis ipſis noibus. Nā ſi quis ad latinā linguā verba tranſferat multioculus oſiris dici poteſt. neq; id ab re. Radijs em̃ ſuis quaſi multos rebꝰ immittit oculos quibus oia perſpicit vt etiā poeta dicit. Sol qui terrā flammis opera oia luſtras: q̃is nōnulli græcorū poetæ Dionyſiū eſſe oſirim confingāt. Iſim vero priſcā latine dicere poſſumꝰ & lunā: hoc noſe idito quoniā ſempiterna priſcaq; ſit cui cornua depingūt. vel qa eū minoides cornuta videatur: vel q; bos ei apud ægyptios ſit dedicata.

¶ Oſtendo. dis. di. ſum. & oſtentū. ex os & tendo: ſicut fit in oſcito & oſcillo. Os em̃ p facie ſæpe ponitur q̃ pro toto corpe nō ſolū hoīs: ſed etiā cuiuſlibet rei ſpecie ſumitur. vt Do. in Eu. Ter. O faciem pulchrā exponit. Faciē modo non partē corporis dicit: ſed totā ſpeciem quę apparet & cernitur. Merito ergo oſtendo ſignificat demonſtro. quia oſtendo eſt ſpeciē ſiue faciem rei mōſtro: quia tendere os extendere ſolemus in id qđ volumus demōſtrare.

¶ Oſtento as. frequētatiuū ab Oſtentū ſupino formatū qđ ſignificat ſępe oſtēdo. Plau. in Aul. Altera manu fert lapidē: panē oſtētat altera. Aliquādo cū iactātia oſtendo. Vñ Oſtentatio iactantia.

¶ Oſtentū ab oſtēdo. q; ſtatim futurū aliq̃d oſtendat. vt Cometæ tonitrua die ſereno. Monſtrū q; cōtra naturā fit vt cū naſcitur aliquid mēbris alterius generis qđ & pmonſtrū quandoq; dicit, quaſi porro aliquid monſtrās ſiue monēs. Portentū qđ licet naturale ſit: raro tamē ſe oſtendit: & futurū aliquid cū tēporis interuallo denūciat qđ aliq̃d importari ac imminere denūciat. Prodigiū qđ & ſi naturaliter

fit ac ſæpe euenit: ſemper tamẽ aliquid ꝺſagit mali quaſi porro agendũ. Cõfundũtur tamẽ hæc & pro eodẽ ſignificato accipiũtur: oĩaq; ab eo q; futurum aliq d oſtendũt dicta ſunt. Labeo diffinit oſtentũ eſſe cõtra naturã cuiuſq; rei genitũ factumq;. Duo ſunt genera oſtentorũ. Vnũ quotiens quid contra naturã naſcitur. Alterũ cũ quid ꝓdigioſum videt. Sue. in Cæſa. Cunctanti oſtentũ tale factũ eſt. Quidam eximia magnitudine & forma in proximo ſedens repente apparuit arundine carẽs. Accipiũtur etiã oſtenta in bonã partẽ. Sue. in Veſp. Iampridẽ ſibi per hæc oſtenta conceptã in ſpeciẽ imperij venit. Ply. lib. xvi. ſcribit factũ eſſe oſtentũ arboris: a quo deinde tempore mateſtatis populi romani reſurrexit. Alias oſtentũ participialiter poni ſolet. Pacu. In ipſo tẽpore oſtentũ ſenẽ. i. demonſtratũ. Eſt eñ Oſtentus. a. um. Cato. Ager oleto conſerũdo qui in ventũ fauoniũ ſpectabit & ſoli oſtentus erit: alius bonus nullus erit. Val. li. i. de re ruſt. Qui locus optimus vino ſit & oſtentus ſoli amineũ ſeri oportere. Oſtentus. tus. nomen irriſio dicitur. Sal. in Iug. Sed quoniã eo natus ſum: vt Iugurthæ ſcelerum oſtentui eſſem.

¶ Oſtentoſus. a. um. quod oſtentũ facit: vt a Prodigium Prodigioſus.

¶ Oſtris ſiue oſtria: arbor quę ſolitaria naſcitur circa ſaxa aquoſa ſimilis fraxino cortice & ramis.

¶ Oſtũ dixerũt antiqui id qđ ex lino facto olei purum purgatũq; relinquitur. Factũ vero dicebãt q; vno tempore conficerẽt: quẽ alij centũ ſexaginta modiorũ: alij centum viginti faciebant.

¶ Oſtium ab obſtando quidã deducũt q; ab eo arcemur ingreſſu. q dã ab os oris q; ſit id p qđ ingredimur vel domũ vel quẽcunq; aliũ locũ. Alij a grę co ος τειμ: qđ eſt repellere. Vñ ratio exigit vt ſine aſpiratione ſcribatur. Licet eruditorũ vſus illud cũ ſuis deriuatis aſpiret. Oſtia græci Thyras vocant. Vñ Thyridion oſtiolum. Oſtiorũ latera antas vocamus: a quib⁹ Antipagmẽta valuarũ ornamẽta.

¶ Oſtia. orũ. tantũ pluraliter fluuioꝝ patẽtes aditꝰ ſunt. Virg. Italiã cõtra Tyberinaq; longe oſtia. Dicimuſq; Nili oſtia: & Tyberina oſtia q̃ mare intrant nõ aditus. Et facilis eſt ad regem aditus: non facile oſtiũ. Et hæc ſylua nullos habet aditꝰ nõ oſtia. Ali quãdo oſtia ponit̃ ꝓ portu. Virg. Aut portũ tenet: aut pleno ſubit oſtia velo.

¶ Oſtia. æ. vrbs in oſtijs Tyberini ſita, ab Ancomartio condita vt inquit Liui. in ipſo maris flumiſq; confinio vt totius mũdi opes illo veluti maritimo vrbis hoſpitio reciperẽt. Ab hac Oſtienſes dicti. oſtienſis ager. oſtiẽſis porta romę eo q; oſtiã verſus ducat. Ea nũc ſancti Pauli porta appellat̃.

¶ Oſtiatim: per ſingula oſtia. Quintil. Nec ſectanda ſingula & velut oſtiatim pulſanda.

¶ Oſtiarius oſtij cuſtos. Cuius fœmininũ eſt oſtiaria: vt Ancilla oſtiaria in Euangelio.

¶ Oſtracium: latine teſta. græce oſtpακιον. Vnde teſtaceũ pauimẽtũ vulgo nũc oſtracũ vocãt. Hinc Oſtraciſmus relegationis genus. Nã ciuitates antiquitus q̃ populari ſtatu regebãtur eos qui ſuperexcellere videbãtur vel ꝓpter diuitias: vel ꝓpter amicos alienã ve poteſtatẽ extra ciuitatẽ relegare ſolebant ad tẽpus: ſicut docet Ariſto. li. iij. poly. Athenienſes vero exilio decẽnali multare conſueuerant potentes nimis & excellentes gloria viros. Et hoc exilij genꝰ oſtraciſmon appellauerũt qui repertus eſt nõ ad caſtigandũ improbitatẽ: ſed ad potentiã moderandã. Oſtraciſmus aũt ab oſtraco. i. calculo ſiue teſtula nomẽ ſortitus eſt: q in hũc modũ athenis peragebatur. Oſtraci viritim in cõſilio dabant quiſq; in quibus nomẽ illius perſcribebat quẽ vrbe cedere voluiſſet. Magiſtratus vero q huic negocio præerãt vniuerſos ſimul calculos recenſebãt q niſi ſex miliũ numeꝝ exceſſiſſent nihil confectũ eſſe indicabatur. Vbi vero vltimus numerus repertus fuiſſet eum decẽ annos exilio afficiebãt. hoc oſtraciſmo Themiſtocles Cymon & Ariſtides multati fuere. De ariſtide legimus cũ iuxta eum quidã ruſticus illitteratus ſederet ipſi Ariſtidę teſtã dediſſe vt nomen ſuũ ſcriberet. Admiratus id Ariſtides interrogauit nũquid iſtũ cognoſceret? Minime inq;t. Sed quia cæteri ita ſentiũt: ego quoq; ita cẽſeo eum eſſe damnandũ. Hoc latini teſtularũ exilium vocãt.

¶ Oſtrum: muricis ſiue cõchylij ac purpurę color. Conchyliũ eñ murex & oſtrum in eadẽ ſignificatione ſumũtur. Vir. Tyrioq; ardebat murice læna. Idem. vt Gẽma bibat & ſarrano dormiat oſtro. Iuue. Horũ ego nõ fugiã conchylia. i. murice infecta. Excipitur tamẽ oſtrum a conchyli marino ex quo purpura inficit̃. Cuius vt Victr. inquit nõ minores ſunt q̃ cæterarũ rerũ naturã conſyderãtibus admirationes q; habet nõ in oĩbus locis quib⁹ naſcitur vnius generis colorẽ ſed ſolis curſu naturaliter tẽperetur. Itaq; qđ legitur in ponto & gallia quia hæ regiones ſunt proximæ ad ſeptẽtrionẽ & occidentem inuenitur liuidũ. Quod autẽ legitur ad equinoctialem orientẽ & occidentẽ inuenitur violaceo colore. Quod vero meridianis regionibus excipitur rubra ꝓcreatur poteſtate. ea conchylia cũ ſint lecta ferramenta circa ſcindũtur equibus plagis purpurea ſanies vt lachryma ꝓfluẽs excuſſa in mortarijs terendo cõparatur. Et quia ex concharũ marinarũ teſtis eximitur: ideo oſtrũ eſt vocitatũ. Igitur muricis ſiue conchylij liquor qui & Oſtrũ dicitur temperatura artificis adhibita fere purpureus fit: hoc eſt in violaceũ tendens. Sed hæc apud auctores cõfundũtur. Muricẽ & Oſtrum & Tyriũ pro purpura ponentes. Sciendũ quoq; eſt q; cõchæ & oſtrea dicuntur firmioris teſtæ piſces. Conchę q̃ teſtã læuem habent ac politã vniformiter rugatã ſiue denticulatã

¶ Oſtrea q̃ aſperã ſcabrãq; teſtam habent: q̃uis generaliter oſtrea quoq; conchæ dicãtur. Itẽ quæ ex vno tantũ latere teſtam habẽt, altero ſcopulis: aut lapidibus alterive materiæ adhærẽte. Nã teſtæ ipſę duriores ꝓprie conchę dicũtur quales ſunt cochlearũ. Sene. Quid oſtreũ ſapiat: quid mullus optime noſti. Dicta oſtrea a græco. Nã ſicut nos a teſta teſtudinẽ vocamus ſiue aĩal qđ veluti teſta tectũ eſt: ſiue id genꝰ ædificij qđ ex teſta eſt compoſitũ. vel ad teſtudinis ſimilitudinẽ ẽ factũ: Sic græci οſτρεα τῶ ο ſτρακῳ noĩauerunt. Dicũt̃ etiã oſtreę fœ. gene. Gel. Oſtreæ ſeneſcẽte luna inuberes macræ tenues exuſtæ ſunt: creſcente luna pingueſcũt. Spondylus dicit̃ calloſum illud rotundũ albicans quod intus habet in medio a ſimilitudine ſpõdyli quod nos verticulũ dicimus. Nam reliqua caro circunſperſa lacinia dicitur.

¶ Oſtreatus. a. um. ponit̃ ꝓ duro atq; aſpero. Plau. Itaq; iam quaſi oſtreatũ tergũ vlceribus geſtat.

¶ Oſtrineus. a. um. quod eſt ex oſtro.

¶ Oſus cũ ſuis cõpoſitis Exoſus & Peroſus p̃ticipia ſunt: ſiue pticipiorũ mõ capiunt. De q̃bus in dictione peroſus. Iungit aũt oſus cũ actõ & actiue ſumitur: vt oſus ſũ. oſus es. oſus eſt. p odi odiſti odit Participiũ quoq; futuri tpis oſurus & oſor verbale ab orſum ſupino fiũt: q̃ Feſtus ab odio ſumit. licet nõ ſit in vſu. Plau. in Am. Inimicos ſemp oſa ſum obtueri. i. odi. Oſurus. Ci. in Læl. Negabat vllã vocem inimiciorẽ amicitiæ potuiſſe reperiri q̃ eius qui dixiſſet ita amari oportere vt aliquãdo eſſet oſurus Oſor. Plau. in aſi. Madidũ nihili incõtinẽtẽ atq; oſorẽ vxoris ſuę. i. q̃ odit vxorẽ ſuã. Sciẽdũ q; in oſus terminata q̃dã ſignificãt habitudinẽ ſiue vehementiã copiãve: aut affectionẽ: vt aioſus: ingenioſus: neruoſus: ſaxoſus: aquoſus. q hȝ copiã ſaxorũ neruorũ: ingenij: animi. Vinoſus libidinoſus: muliero rus ſeditioſus factioſus q̃ amat vinũ libidines mulieres ſeditiones factiones. Quædã actionẽ: vt ſtudioſus ſtomachoſus cõtumelioſus: q̃ operã dat ſtudio. q̃ ſtomachatur. qui contumeliã facit. Quædã paſſionẽ: vt odioſus inuidioſus: qui habetur odio & cui inuidetur. Quædã actiue & paſſiue accipi poſſunt: vt formidoloſus laborioſus operoſus voluptuoſus religioſus.

¶ Otides: auiculæ p̃dicibus ſimiles q̃ breui volatu cito laſſantur.

¶ Othrys: mons theſſaliæ. Othryades nomẽ lacedæmonij viri tam primę q̃ tertiæ declinationis eſt.

¶ Ouis: a græco οἰς. interpoſita u propter hiatũ ſignificat pecudem.

¶ Ouinus. a. um. quod ex oue eſt. vt Pellis ouina. a quo Ouillus ouilla ouillum.

¶ Ouillus. a. ũ. Ply. li. xix. Quin & ouillo fimo vti q̃n aliud hẽrbeſceret: diminutiuũ eſt ab Ouinus.

¶ Ouile. locus in quo oues morari ſolent.

¶ Ouiaria. æ. ouiũ multitudo. Var. in plo. lib. z. de reruſt. Q đ eo facilius faciã q; & ipſe pecuarias humi grãdes: in apulia ouiarias: & reatino equarias.

¶ Ouiaric⁹. a. um. poſſeſſiuũ ab oue deriuatũ. Col. lib. vij. Et quoniã de ouiarico ſatis dictũ eſt ad caprinum pecus nunc reuertar.

¶ Ouicula diminutiuũ ſignificat paruã ouem.

¶ Ouum ab ὠον interpoſita u euphoniæ cauſa.

¶ Ouo. as. lætor & lætitiã vociferando ſeu canẽdo demõſtro. Liu. lib. i. Romani ouantes ac gratulantes Horatiũ accipiũt eo maiori cũ gaudio quo prope metum res fuerat.

¶ Ouatio: vt eſt ab ouo. as. ſignificat puũ triũphũ quẽ faciebãt ouãtes qui nõ in curru ſed pedes quali corona redeũtes ex pugna cũ bellũ nõ erat indictũ vel ſine ſanguine cõfectũ. Ab ohe gaudentiũ interiectione: vt ſit ouatio quaſi ohatio. Iuue. Satur eſt cũ dicit Horati⁹ ohe bacche. Vel a voce militũ quę fiebat geminata oo littera: per interpoſitionẽ u. euphoniæ cauſa. Vt aũt ab ouũ fit ſignificat tps quo gallinę oua faciunt. vt vernatio mellatio pullatio. Ply. Certe luna capiendũ cenſent tanq̃ congruere ouationẽ etiã ſerpentiũ humani ſit arbitrij.

¶ Ouatus. a. um. q đ eſt in ſimilitudine oui factum. Plyn. Aliis turbinatio pyri. aliis ouata ſpecies ceu malorũ aliquib⁹. Hinc ouatũ aurũ: ouo auratũ quoniam oui albo antea illinito æra ac marmora auri & argenti laminis decorẽtur. Nec obſtat q; ouum habeat primã longã. Plęraq; em̃ deriuatiua primitiuorũ naturã nõ ſeruant. Perſ. Hinc illud ſubijt auro ſa cras q; ouato Perducis facies. Hoc Ply. lib. xxxv. de marmoribus loquẽs innuere videtur cũ inquit. Vt ouatus eſſet numidicus vt purpura diſtinguere t̃ ſinnadicus. Nõnulli ouatũ aurũ dici aiunt: ouatione victoriaq; quæſitum: vel ingens vel copioſum quantũ ouationibus comparatur.

¶ Oualis & hoc ouale: quod ad ouationẽ pertinet: vt Oualis corona quę ex myrto fiebat.

¶ Oxus: amnis ortus in lacu oxia vt inquit Ptol. ſiue Oxo vt Solinus.

¶ Oxys. maſcu. gene. & Oxy. neutri indeclinabile acutũ citũ & velox ſignificat. Oxos neutri generis ſiue Oxeos acetũ. Oxys. idis. pro vaſe aceti.

¶ Oxya græce: acutus accentus latine dicitur.

¶ Oxybaphum: latine acetabulũ. ab aceto habet penultima correpta.

¶ Oxygaꝝ pe. cor. acutũ garũ. hoc eſt garũ ex aceto confectũ: quod in principio mẽſæ apponi ſolebat. ὀξος acetum. γαρος liquamen ex piſce.

¶ Orygala: quaſi acetoſum lac. Gala latine lac. Oxos acetum.

¶ Oxylapaton. Lapatũ acuta habens folia. Oxyſchenon acutum iuncũ ſignificat.

¶ Oxyhalme: gen⁹ potionis q đ ex ſale & accto recenti fieri ſolebat aduerſus ſerpentes.

¶ Oxymeli: acetũ mulſum dicit̃ gen⁹ potionis q đ ex mellis heminis. x. aceti veteris heminis. ſ. ſalis marini pondo. Tymbre quadrante: aquæ marinæ ſextarijs. ſ. pariter decoctis fieri ſolebat.

¶ Oxypora ſunt q̃ Col. tradit appellari oxygara. Quoniã inquit cũ vſus exigit aceto garoq; diluũtur. Ply. quoq; li. xx. Fœniculũ condimẽtis ppriis oibus inferitur: oxyporis etiã aptiſſime. Sũt & ſua medicis oxypora quaſi a celeritate dicta penetrandi. Eſt em̃ remediũ præſentaneũ. i. celeriter iuuans. Idem. Iuniperus miſcetur antidotis oxyporis.

¶ Oxyporopoli q̃ cibos vendũt aceto confectos Ply. In eo vſus & oxyporopoli: ſeruãt addito dulci at crementũ aceti temperantes.

¶ Ozyſaccaron. potionis genus ex ſaccaro & aceto. Saccarũ mel dicitur in arundinibus collectum gũmi modo candidũ ac fragile.

¶ Ozæna: morb⁹ cũ vlcera circa nares ſunt pluresve cruſtæ: & odorẽ fœdũ hñt. cui malo vix põt ſuccurri: nomẽq; trahit ab ozęna ſicut & polyp⁹. Ply. li. ix. Polypoꝝ gña & ozæna dcã a grauitatis odor

¶ Ozimũ. pe. cor. ab ὀζω redoleo: genus edulij redolentis ex inteſtinis confecti. Perſius. Cum bene diſtincto cantauerit ozima vernæ.

LITTERA muta eſt: nec aſpiratione admittit niſi in dictioni b⁹ græcis q̃ poſtponit̃: vt phaethon. Cõuertitur q̃nq; in traducendis dictionibus græcis p. in b. vt cũ apud græcos ϖυξος. apud nos buxus ſcribitur. ab ἀψυρτος cũ littera ψ. p qua nos pſ cõſueuimus. Abſyrtus cũ b traducit̃. Interdum p exili p ph aſpirato traduci ſolet: vt q đ a græcis φοιβικιος cũ ph aſpirata ſcribitur. a noſtris punniceus tranſfertur. Sic ϖορφυρεος: purpureũ dicimus. Quin & contra vbi illi p exile ponũt: latini ſæpiſſime aſpiratũ traducunt. vt quod illi υψιϖυλη. nos hypſiphyle ſcribere ſolemus.

¶Pabulū ꝓprie pecudū & aliorū brutorū cib⁹.hęc baceus fœniceus paleaceus vel ſtramētitius eſt.
¶Pabularis & hoc pabulare:quod ad pabulū perti net ſeu quod pro pabulo datur. Col. Vicia pabularis & vicia ſeminalis.
¶Pabulor. aris.pabulū ex agris capio. Val.max. Id poſtq̄ cognouit depoſitis inſignib⁹ ĩperij fami liarē vultū induit:ac pabulantiū hoſtiū globo ſeſe obiecit.Interdū pabulare eſt paſcere. Col.lib.viij. Subinde q̄ incedit.ſ.capella cōpeſci debet ne ꝓcur rat:ſed placide ac lēte pabuleť:vt & largi ſit vberis
¶Pabulator qui pabulatū vadit.Cæſ.lib.v.Repē te ex oĩbus partibus ad pabulatores aduolauerūt.
¶Pachynus.pe.indifferēte. ꝓmontoriū ſiciliæ pe lopōneſum ſpectans ab aeris craſſitudine.Nā πα χυσ pingue & craſſum dicit. Virg.li.iij. Præſtat tri nacrij metas luſtrare pachyni. Priſ. in perihegeſi. Qui procul effuſis pachyni diſtenditur oris.
¶Pachiſos:fluuius Siciliæ ciuilis ſanguinis nota tus infamia.
¶Pachiti montes in minore Aſia.
¶Pactolus.pe.ꝑ. fluuius lydiæ aureis arenis ſmyr næos irrigās agros. Iuue. Quod tagus & rutila pa ctolus voluit arena.
¶Pacuuius Brūduſinus poeta tragic⁹ illuſtris En nij poetę ex filia nepos Romæ picturā exercuit:ac fabulas venditauit. deinde Tarentū trāſgreſſus ꝑ pe nonagenarius diē obiit. hic vt Quintil.ait gra uitate ſententiarū:pondere verborum:auctoritate perſonarū clariſſimus fuit:citra tamē nitorē.
¶Pax a pactione dicitur.Q d nomē etiā pluraliter declinatū legitur.Hora.Hoc paces habuere bonæ ventiq̄ ſecūdi. Aug.li.iij.de ci.dei. Semp in ptāte haberēt paces bellicaſq̄ victorias q̄ ſemp fere per humanorū aĩorū motus accidūt. Var. Aĩaduerten dū primū q̄bus de cauſis & quē admodū conſtitue rūt paces. ſcd̄m quā fide & iuſtitia eas coluerūt. Et eſt pax trāquilla libertas. Vir. Pars mihi pacis erit dextrā tetigiſſe tyrāni. Per trāſlationē qñq̄ ſumit ꝑ venia. Idē. Sed vocis p̄cibuſq̄ iubēt expoſcere pacē.qñq̄ ꝑ propiciatiōe:vt apud eundē. Pacēq̄ ꝑ aras exq̄rūt. Pax ēt aduerbiū græcū eſt & ſig̃t tm̃ mō. Ter.in Heau. Dū argētū capio pax:nil ampli⁹
¶Pace tua dixerim:honeſtus repræhendēdi mos. prius captata venia.i.tua venia:& te nō iraſcēte.
¶Paco.as.a pace fit:& ſignificat mitigo lenio pla co ꝓpitio cōcordo & pactū facio. Aug.ſup Io. Ex iſt mane:& quos inuenit cōduxit:& pacauit cū eis mercedē denariū. Dicit & Pacor deponēs. Idem in eodē vtrūq̄ cōplexus eſt. Sodalis nō tibi feci iniu riam:q̄d paçaui reddidi tibi fraudem tibi non feci: quia quod pacatus ſum reddidi.
¶Pacate aduerbiū:ſignificat tranquille ſedate.
¶Pacifico.as.a pacifcor eſſe videtur. Ci. Lepido. Itaq̄ ſapiētius meo quidē iudicio facies ſi te in iſtā pacificatione non interpones .i. pacem faciendā. Quidā hæc tria ſeparant:vt Pacificatus ſum:pacē feci ſignificet.Pacatus ſum: in pace ſum: ab armis deſtiti. Placitus ſum:ab indignatiōe animi ad leni tatem rediij:vel animo leni ſum.
¶Pacificatorius.a.um.q̄d ad pactionē ptinet.Ci. Poſtq̄ nos pacificatoria legatione ĩplicatos putāt
¶Pacifcor.eris.pactus depo. ſignificat pactū fa cio cōuenio.Vñ etiā cōſtruit cū abltō ſicut alia ver ba pretiū ſignificantia.Plau.in Bac.Pacifci cū illo paula pecunia potes. Dicimus etiā pactus ſum hāc rem. Iuſti.lib.z. Cum Xerxe nuptias filiæ eius pa ciſcitur.Huius compoſitū eſt Depeciſcor.
¶Pactio vt inqt Vlp̄.eſt duoꝝ plurīū ve in idē pla citum & conſenſus. Sal. Collegā ſuū Antonīū pa ctioneſq̄ ꝓuinciæ ꝓpulerat:ne contra remp.deſſen tiret. Ci.li.iij.offi. Regulus non debuit cōditiones pactioneſq̄ bellicas & hoſtiles perturbare.
¶Pactum quādoq̄ participiū eſt a paciſcor:vt eſt illud in Gñ. Et recordabor fœderis ſempiterni q̄d pactum eſt inter deum & omnē animam viuentem Quādoq̄ nomē quod a Cicerone ſic diffinitur.pa ctum eſt q̄d inter aliquos conuenit.quod iam ita iu ſtum putatur:vt iure præſtare dicatur. Hier.in Gñ. Statuā pactum meū vobiſcum.In ablatiuo.Quā doq̄ accipitur pro modo. Terē.in And. Eo pacto gnati vitam & conſiliū meū cognoſces. Pactilis: Vide in dictione Pago.is.
¶Padus.fluuius qui vt Ply.li.iij. ſcribit e gremio Veſuli montis celſiſſimū in cacumen elati finibus ligurum Gabiēnorū viſendo fonte profluens:con denſq̄ ſeſe cuniculo:& in forouibienſium agro ite rum exoriens: nulli amniū claritate inferior.a græ cis dictus. Eridanus ac pœna phacthontis illuſtra tus. Augetur ad canis ortus liquatis niuibus:agris q̄ nauigijs torrētior.Metrodorus refert quoniā cir ca fontē arbor ſit multa picea quę pades gallice vo cetur:padum hoc nomen accepiſſe.
¶Padua:vrbs a padi vicinitate dicta. q̄ & patauiū dicit quaſi padauiū:vel απο του πετασθε.i.a vo lando q̄ captato augurio dicit cōditū. Vel a peten do.q̄ telo auē petiſſe dicit:eoq̄ in loco vrbē condi diſſe. Primo Antenorea dicta eſt. Vñ antenoridæ: poſtea patauini & paduani. Apud patauiū nat⁹ eſt Titus Liui⁹ hiſtoric⁹ celeberrimus q̄ res romanas ſūma facūdia ꝓſcripſit. Similiter Stella & Valerius Flaccus poetæ:hic orti fuere. Prēterea Paulus iuriſ conſultus. Alberthus Eremitanę noſtrę religionis theolog⁹. Cuius ingenij acumē opa q̄ edidit decla rant. Franciſcus quoq̄ cognomēto zarabella qui in legib⁹ interp̄tandis:& vitę integritate tantū va luit vt in cardineū cetum fuerit aſcitus.in ea vrbe originē duxit. Fertur & Voluſius poeta patauinus qui poſt Enniū rerum geſtarum populi romani an nales carmine deſcripſit.
¶Paduſa:fluuius quē aiūt padi brachiū rauēnam vſq̄ perductū Maſſanicū alio noīe appellatum.
¶Pæan.hymn⁹ erat in apollinē:ſicut dithyrābus in bacchū:vt Iul.Pol.inquit:q̄ nō ſolū in auerſio ne malorū decantabatur:ſed & in victoria. Interfe cto em̄ pythone laudibus & carminibus laudatus fuit:q̄ pæana dixerūt. Virg. Lætū pæana canētes. Abuſiue tamē ꝓ oī deoꝝ laude ponit.Vñ opus ſuū Pindarus de laudibus deorū oīm pęana inſcripſit Pæan vero ab παιω q̄d eſt medeor:q̄.ſ. morbis remedians finē faceret. Vnde & Apollo ipſe pæan dictus eſt. Iuue.Parce precor pæan.
¶Pæchnium:genus ludicri poematis a ludendo. Vnde Technopæchnion apud Auſoniū.
¶Pædor: ſquallor.illuuies.ſordes. & oīs immūdi tia:ſeu putor in aĩali. Longuſq̄ in carcere pædor. Cic.lib.iij. Tuſ.Barba pædore horrida atq̄ inton ſa infuſcat pectus illuuie ſcabrum. A greco hoc no mē deduci videt quo παιδσ.i. pueri dicūt q̄ in illa puerili ætatula ſordidi fere ſunt: nec a ſordibus

ſciunt abſtinere. Vnde pæditos quoq; ſordibus & obſoletos appellant.

¶Pædagog⁹. pe. p. pueri ductor: ϖαιδ puer. αγω γος ductor. ſ eſt em̃ cui ducendos puerorũ cuſtodia datur. Col. li. i. Nec poſtremo quaſi pædagogi eius meminiſſe dedignemur iulli hygini.

¶Pædagogiũ apd iuriſcõſultos. ti. de fundo inſtr. Seruitium atq; mancipiũ dicitur. Verba Vlpia. hæc ſunt. Si inſtrumentũ fundum legaſſet: ea pædagogia q̃ ibi habebat vt cũ ibi veniſſet pręſto eſſent in triclinio legato cõtinent. Sue. tñ ſi textus falſus nõ eſt accipit pro puerorũ cõcubitu cũ inquit in Nero. Super ingenuorũ pędagogia & nuptiarũ concubinatus veſtali virgini Rubricæ vim intulit.

¶Pædagiũ. locus in domicilio in quo pueri ſeruiq; cõmorãtur. qui ϖαιδεϛ vocãtur. Ply. li. vij. epiſtolarũ. Puer in pędagio miſtus plurib⁹ dormiebat

¶Pædico. as. pe. p. obſcœnũ verbũ qd ſignificat ꝓpoſterã cum maſculis libidinẽ exerceo. Græci dicunt ϖυγιζειν Iul. Firmicus hanc libidinẽ prępoſterã appellat. Hinc Pædicones ſiue Pædicatores puerarij: puerorũ amatores concubitoreſq;.

¶Pæderaſtes: amator puerorũ. Pæderaſtia: amor obſcœnus in pueros.

¶Pædia. Græce ϖαιδεια: eruditio inſtitutioq; in bonas artes vt docet Gel. Vnde Pędia Cyri quã Xenophon ſcripſit.

¶Pædotriues pe. p. ludi litterarij p̃ceptor: & exercitationis magiſter. cuius officiũ: vt inqt Plato in Gorgia: eſt corpora hoĩm formoſa robuſtaq; efficere. Pædotriuica exercitatio pertinẽs ad doctorẽ pædotriuẽ. Ariſt. lib. viij. poly. præcipit adoleſcentes gymnaſticæ & pædotriuicæ eſſe tradendos.

¶Pæon nomen viri medicinæ artis peritiſſimi vt ſcribit Home. A quo pæonia herba dicta eſt. Eſt & pęon genus pedis: qui a Diomede quadruplex eſſe traditur quorũ primus ex longa & tribus breuibus conſtat. Secũdus ex breui & longa & duabus breuibus. Tertius ex duabus breuibus & longa & breui. Quartus ex tribus breuibus & longa.

¶Pæonia: herba vocata eſt a Pæone medico qui eam inuenit. Pæonia etiã regio eſt in europa a Pæone Endymionis filio & Epæi fratre: qui victus curſu ab Epæo ſicut inter eos conuenerat: imperium victori dedit & in Macedoniã ſeu Thraciam ad amnẽ Axium diſceſſit. A quo Pæonia regio dicta: quæ poſtea ex regis nomine Emathia pars Macedoniæ vt a qua Pæones populi. Iuſti. li. vij. ſcribit penul. cor. Sta. lib. Achil. Præterit & didici quo pæones arma rotatu. Quandoq; Pæonia ponitur pro macedonia ſicut Emathia: cui⁹ littoris regio iuxta Sithoniã & Thermopontũ pallene vocatur. In hac regnaſſe fertur Thelegonus.

¶Pæſtum. oppidũ lucaniæ roſarũ abundãtiſſimũ vbi ob cœli clementiã bis in anno ꝓducebãtur fructus. ſ. Maio & Septẽbri. Vir. li. iiij. ge. Biſeriq; roſaria pæſti. huius mœnia ꝓpe mare magni ſpatij ad huc integra vidẽtur latitudine & altitudine mirãda a Thuſcis conditũ poſſidoniã dixerũt: & eius ſinũ poſſidoniatẽ. Poſtea romani miſſis huc colõis ampliauerũt vt ait Stra. Hinc Pæſtanus. a. um. Ouid. de arte. Caltaq; pæſtanas vincat odore roſas.

¶Pætus. q obliquatis oculis in altũ reſpicit. Hor. in Ser. Appellat pætũ pater & pullum male paruus ſi cui filius eſt. Hinc pætorum famula romæ cognomen ſumpſit.

¶Pagus. ſimul poſitæ villæ. hoc eſt ruſticanæ domus in vnũ coagmentatę. Nam ϖηγη latine fons dicitur: q̃ circa fontes hæ ponerẽtur. q̃ oẽs eadem aqua vterentur. Scribit Cęſar ciuitatẽ heluetiam in quattuor pagos fuiſſe diuiſam. hoc eſt in quattuor regiones quę pagatim habitabãtur.

¶Pagatim aduerbiũ: dictũ eſt p ſingulos pagos: ea forma qua oppidatim. Liu. Templa deũ quæ pagatim ſacrata habebãt dirui atq; incendi iuſſit.

¶Paganus. a pago dictus eſt ruſticus: villanus in villa natus qui non nouit vrbẽ quaſi ex vno fonte potans. Hinc Semipaganus: ſemi ruſticus. Interdum pagani accipiũtur pro hoĩbus nõ militãtibus tametſi vrbani ſint. Et eſt verbũ peculiare iuriſconſultorũ a quibus hæc duo perinde ac cõtraria opponũtur miles & paganus. Sue. de Aug. Pinariũ equitem Ro. cũ concionãte ſe admiſſa turba paganos apud milites ſubſcribere quędã animaduertiſſet: curioſum & ſpeculatorẽ ratus corã fodi imperauit. Vlpi. Eſt ſcriptũ a diuo Pio in eo qui cũ eſſet paganus fecit teſtamentũ: mox militare cœpit. Paulus. Fecit teſtamentũ exẽplo eius q paganus fecit: deinde militare cœpit. Quare aũt pagani dicãtur qui vrbani ſunt: dicit Romã diuiſam fuiſſe in tribus quattuor ſicut apud Diony. li. iiij. antiquitatũ legit: quas pagos vocitabãt in quibus habitãtes pagani dicebãtur q in nullã aliã habitationẽ tranſferri poterant.

¶Paganalia. orum. ruſticorum feſta.

¶Pagaſa. theſſaliæ oppidum: quod poſtea Demetrias dictum eſt: Iuxta quã ædificata fuit Argonauis. Proper. Quod nauis longa argonautarũ pagaſea nũcupatur. q̃ Iaſon qui eã ædificauit fuit filius Eſonis fratris Peliæ regis Theſſaliæ. Hinc pagaſicus ſinus in theſſalia eſt dictus.

¶Pago is. pepigi pactũ. ſignificat paciſcor. Ci. li. ij. ad herẽ. Pacta ſunt q̃ legib⁹ obſeruãda ſunt. hoc modo. Rem vbi pagũt: oĩone pagũt. Aliqñ ſignificat ꝓmitto. Plau. Hæc tibi pacta eſt Calicli filia. Ser. tñ dicit. Pago vnde multi volunt venire pepigi nuſq; lectum eſt. vultq; pepigi a papiſcor fieri: ſicut & pactus. Quomodo a placeo placui & placit⁹.

¶Pagina. pe. cor. vtraq; pars foliꝝ a pangendo q̃ in paginis carmina panguntur. i. figuntur. Verſus em̃ pangi vel figi cæris dicuntur vel quod in libris ſuam quæq; obtineant regionẽ. vt pagi. Hinc fiunt compagino pro cõiungo. q̃ paginiæ ſimul cõiunguntur. Paginula diminutiuũ. Cic. ad Atticum. Si vero idem quod neſcio an ſit vt nõ minus longas iam in codicillorum factis futurorũ conſulum pagi nulas habeat q̃ factorum.

¶Pagyris. nomẽ fluuij & nomẽ ciuitatis. a qua Pagyritæ populi. Quidã tamen pacyrim dicunt.

¶Pala inſtrumentũ ruſticanum vulgo notum. Et inſtrumentũ quo panis in furnũ mittitur & extrahitur: nec nõ ventilabrũ. Item quoddã ignis receptaculũ. Itẽ Palæ dicũtur dorſa dextra: leuaq; eminentia membra. Itẽ Palæ vt inquit Stra. minores auri purgatioris maſſulæ & vtiq; non maiores ſelibra. Ply. lib. xxxiiij. Expuitur æris pala quædã. hoc eſt qd græci Pſegma appellant. Idem lib. xxxiij. ſcribit palacas appellari maſſas auri in puteis repertas decẽ & amplius librarũ pondere quas alij palacranas vocant ſicut id qd minutũ eſt balaucem.

¶Palla pallæ per duplex ll. eſt honeſtę mulieris ve-

ſtimentũ.hoc eſt tunicæ palliũ qđ pallam & foris eſt ad veſtigia vſq demiſſũ. Vir. Pro longæ tegmine pallæ Tygridis exuuiæ p dorſum a vertice pendens. Plau.in mene. Pallã ad phrygionẽ fert confecto prandio. In Gallia tamen viri quoq palla vtebantur. Vnde Mar. Dimidiaſq nates gallica palla tegit. Et ab Irrugatione & mobilitate dicitur palla quę eſt circa finem huiuſmodi veſtium. ἀπο του πάλλειν. Eſt etiã hoc nomine vrbs Ptolomæo teſte a latere meridionali corſicæ.

¶Palaca a palacrana p auri maſſa ſumi ſolent.

¶Pallace: græcum eſt & ſignificat concubinã. Vñ dicimus: Hæc eſt pallace mea.

¶Palam aduerbiũ ad oĩa refertur: & ſignificat manifeſte & corã pluribus. Corã ad pſonas tm̃. Terẽ. Si falſum aut fictũ cõtinuo palã eſt. Hinc fit Propalam eiuſdẽ ſignificationis. a quo Propalo. as. pro manifeſto ſeu aperio. De quibus infra.

¶Palam quęſtũ facere dicit non tantũ ea q̃ in lupanario ſe pſtituit: ſed etiã ſi qua vt ſolet in taberna caupona vel qua alia domo pudori ſuo nõ parcit.

¶Pallium dictum eſt q palam ſit & foris. Sub eo em̃ tunica ſumebatur lõge lateq diffuſum: & viris mulieribuſq cõuenit ens: pprie autẽ græcus habitus Vñ palliati græci dicti ſunt: & Comœdiæ palliatæ q̃ ſcriptę ſunt ſecundũ ritus & habitus hominũ palliatorum græcorũ. Auctores Dona. & Diomedes.

¶Palliatus.a.um. pallio indutus: & pallio coopertus. Aug.lib.x.cõfeſſ. In eſt animę vana & curioſa cupiditas nomine cognitionis & ſcientię palliata. Apul. Nec palliari tam aperta res poteſt.

¶Palliolum diminutiũ. breuius pallium: ſiue linteum ad caput tegendũ. Iuue. Cultam palliolo mulier nẽpe ipſa videtur. Hinc Palliolatim. Plau. Palliolatim amictus ſic inceſſi ludibundus.

¶Palliolatus huiuſmodi palliolo indut⁹. Suet. de Clau. Palliolatus nouo more præſedit. Mar. Hanc volo quę facilis quę palliolata vagatur.

¶Palliaſtrum: rude ac vile pallium. Apul. Ecce ſocratem contubernalẽ meũ conſpicio humi ſedebat ſciſſili palliaſtro ſemiamictus.

¶Palus pali. notæ ſignificationis habet pri. pro. Tibul. Hic docuit teneram palis adiungere vitem. Palus vero paludis pro loco aquoſo: habet primã cor. De quo infra.

¶Palo, as. ſepio tẽdo & quaſi palis munio. Col. li. xij. Vt vitis paletur & capite ten⁹ alligetur: & iuga vineis imponãtur & capiſtretur. Et palare vagari errareq. Vnde & Diſpalare quod ẽ diuidere. Siſen. Diſpalati ab ſignis digreſſi oẽs ac deſſipati.

¶Palor. aris. paſſim vagor. ſicuti faciunt q lento gradu diſperſiq labruſcas quęrũt. Liu. li. i. Raptim & ad hos romana legio ducta palantes in agris oppreſſit. Idẽ lib. v. Iam obſidionis tędio victi abſcedũt: vagiq per agros palãtur: cibis vinoq raptim hauſto repleti. Hoc verbum a palam quidã deduci exiſtimant. Alij a palis caſtrorũ. hoc eſt ſudibus: modo huc: modo illuc tranſlatis. Dicitur & Palo. as. in hac ſignificatione.

¶Palatim aduerbiũ: ſignificat paſſim vagando. Liu. lib. v. Thuſculum palatim fugerem.

¶Palata fic⁹ inter palas cõpreſſa. Hie. li. ij. Re. Apparuit ſiba puer miphiboſeth in occurſum eius cũ duobus aſinis q onerati erant ducentis panibus & centũ alligaturis vuę paſſę & ſeptẽ maſſis palata-

¶Palatus: oris cœlũ. q labijs dentibuſq quaſi palis munitus ſit. Aug. ſuper. Io. Quo auidas fauces habere debet? vnde optare? vt ſanus ſit inde palatus ita indicandi. Dicitur & palatũ. Col. li. viij. Sed etiã ſi palatũ atq lingua concolor lanæ eſt.

¶Palas antis. nomẽ filij Euãdri. & nomẽ Gigãtis

¶Pallas. adis. dea dicta q palantẽ gigantẽ interfecerit cum prius Tritonia vocaretur a Tritone palude vbi primũ viſa eſt: vel a παλλω vibro quatio eo q haſtã vibrare conſueuerit docueritq: quoniã belli dea eſt. Hęc dicta eſt bellona quia bella inuenerit. Et minerua q vim minet: vel q neruos minuat ob ſtudiorũ laborẽ. Nam dea artiũ & ſapientiæ eſt: quia de capite Iouis nata eſt. Sed qa dea eſt artiũ & ingenij ideo iſta fingũt. Nihil eſt em̃ excellẽtius in genio: quippe quo regũtur vniuerſa. Virg. Pallas quas condidit arces ipſa colat. Hæc Iouis filia ſine matre fuit. Nam Iuppiter cũ videret Iunonẽ ſterilẽ eſſe percuſſo capite emiſit palladem armatam. Pallas etiã nomen paludis eſt in Africa.

¶Palladium: palladis ſimulachrũ quod Romę in ædę veſtæ fuit.

¶Palladius. a. um. qđ eſt palladis. Vnde palladiũ forum Romę qđ erat propinquũ templo palladis.

¶Palladius nomen viri propriũ qui de Agricultura ſcripſit.

¶Palatiũ mons Romę appellatus eſt. q ibi in palatio pecus paſcens balare cõſueuerit. Sic em̃ vox eius aĩalis exprimitur quaſi balatiũ. Vñ neuius balatiũ appellat. Vel a palo. as. quia ibi palare. i. errare pecudes ſolent: ſeu q palantes arcades cũ Euandro ibi conſederũt. Nam ante Romam conditam poſſeſſum atq habitatum fuit vt ab Arcade Euandro: aut aboriginibus qui ex palatio oppido agri reatini venere & cũ Euandro habitauere. Alij a palantia latini matre q̃ ibi habitauerit palatiũ dictum volunt. Alij a pallante Euãdri auo. Alij a filia Euãdri palãtia ab Hercule vitiata & poſtea illic ſepulta Vel certe a Pallãte eius filio illic ſepulto. Alij ab Pale paſtorali dea nomẽ inditum autumant. Palatiũ etiã dicit dom⁹ imperatoria ſuperba amplaq a palante gigãte qui primus palatiũ ob magnitudinẽ ſui feciſſe dicit. Aut ſecundũ Ply. a palanteo Arcadiæ oppido. Siue vt Cyrillus auctor græcus refert a palatio monte. Huius noĩs prima ſyllaba indifferenter ponitur. Ouid. de arte. Illic quas tulerant nemoroſa palatia frondes. Mar. Inde ſacro veneranda petes palatia cliuo. Et palatium dicta fuit vrbs Diocletiani quã nũc nautę Spalatũ vocant. Euſe. in chronicis. Diocletian⁹ haud procul Salonis in villæ ſuæ palatio moritur.

¶Palantẽ: vrbs in palatino mõte: a Palante Euãdri proauo. Vñ Virg. li. viij. Arcades his oris gen⁹ a palante profectũ Qui regẽ Euandrũ comites qui ſigna ſecuti Delegere locũ & poſuere in montibus vrbem Palantis proaui de nomine palanteum.

¶Palatinus a. um. Vñ Palatinus deus: & palatinus mons dictus eſt ſuper quo primo Roma ædificata fuit: & in eo reges primo. deinde cõſules: poſtea imperatores maiore ex parte ſedẽ habuerunt. Et palatini qui & palantes ſunt. qui cũ Euandro venerunt & abortgenes cõſederũt in quartę regionis palatio Sed hos alij dictos a palãtia latini vxore putauere

¶Palatialis flamẽ dict⁹ eſt q ad ſacrificãdũ ei ideo cõſtitutus erat: in cuius tutela palatiũ eſſe putabat.

¶Palatual. ſacrificiũ qđ fiebat romę in mõte pala-
¶Palãtina regio Romæ cui⁹ Arcades duce (tio
Euãdro palantes auctores extiterunt.
¶Palantia oppidum. Vnde & palantini. Eſt & no-
men fluminis in Valentino littore.
¶Palæmon marin⁹ deus: latine portun⁹ q portu-
bus p̃ſit. De quo in dictiõe Portun⁹. archias aũt in
epigrãmatis τεσσαρεσσι σιμ αγωρεσσαμ ελλα
δα. τεσσαρεσσι ροι οι δυο μερθρητωμ οι δυο
δε αθαματωμ ζημος. λητοι δαο. παλαιμορος.
αρχεμορολο. αθλα δε τωμ κοτιρος μηλα σε
λιμα ϖιτυς. Eſt & nomẽ propriũ Grãmatici Vi-
centini. Cuius tanta fuit arrogãtia: vt ſecũ natas &
perituras litteras diceret. Atq; de ſe diuinaſſe Virg.
cum dixit. Tantũ vicine palæmon.
¶Palæſtina: puincia ſyrię arabię cõtermina. a phi
læſtim vrbe metropoli in ea: vt inqt Ply. lib. v. Nã
& herodotus ſyriã: alterã palæſtinã. In ea q̃q; ciui
tates cõtinebãt. Gaza: Aſchalon: Geth: Acaron
& Azotũ. Eſt & altera palæſtina ppe Phæaciã de q̃
Luc. lib. v. Laxa palæſtinas vndis cõfixit arenas.
¶Palæſtra: luctatio ab παλιμ. iterũ παιω. ferio
pcutio. Vel απο τησ. παλησ. i. a motu vrnæ. Nã
ducti ſorte luctãtur. Virg. li. vi. Pars in gramineis
exercent mẽbra palæſtris. Palæſtra etiã dicitur do
mus lęnonis qua eſt exercitus amator aſſidue. Ter.
in Phor. Eccum a ſua palæſtra exit foras. Vñ Vit.
lib. v. docet qũo palæſtræ ſint ædificandæ.
¶Palæſtrita palæſtritæ penultima correpta qui ſe
in palæſtra exercet.
¶Palæſtricus. a. um. quaſi ex vſu palæſtræ habet
pe. cor. Paleſtricus ſubſtantiuũ idem quod paleſtri
ta. Affra. Depellis mihi manũ per palæſtricos.
¶Pales paſtorum dea vel pabuli. hanc quidam ve
ſtam: quidam deũ matrẽ appellant. Vir. Te quoq;
magna pales.
¶Palilia vel parilia. ei⁹ deæ feſta l in r mutata dicũ
tur. Hęc a paſtoribus in agris fiebant. xi. Cal. Maij
quo die Romulus vrbẽ fundauit ad lupos arcẽdos
morboſq; a pecore pellendos: ſeu p partu pecoris.
Prop. lib. iiij. Vrbi feſtus erat dixere palilia patres:
Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies.
¶Palea a palã ſeu a pabulo dicit. Nã ea ſola primũ
in paſcendis aialibus p̃bebat. Quo ſane vocabulo
nõ pprie culmi ſed folicula ipſa granulorũ cõpræ-
hendũtur. Virg. li. i. Ge. Surgentẽ ad zephyrũ pa-
leæ iactãtur inanes. Col. li. vij. Minus cõmode tue-
mur armentũ. Paleis q̃ vbiq; & q̃buſdã regionibus
ſolę p̃ſidio ſunt. & pbant maxime ex milio: tum ex
hordeo: mox ex tritico. Idẽ. Oportet fabã maturã
cõterere & paleas eius diligẽter recõdere. Notandũ
p Seruij ſnia paleã ſingulari nũero dici contra artẽ
Nam q̃ ex plurib⁹ cõſtant ſunt tñ numeri pluralis.
vt cancelli bigæ ſcopæ. licet abutãtur poetę. Virg.
Nequicq̃ pinguis paleæ teret area culmos.
¶Paleatus. a. um. quod eſt factũ ex paleis. Col. li.
iij. Quicquid inſeueris: libro ligato luto ſubacto:
paleato oblinito plagam & alligato: ne aqua ven-
tuſve penetrare poſſit.
¶Palearia: pelles dependẽtes ex gutture boum di
cta quaſi pellearia. Virg. lib. iij. Geor. Et crurum te
nus a mento palearia pendent. Huius noiatiuus ſin
gularis eſt palear. Item palearia vbi conduntur pa
leæ: ſicut fœnilia vbi fœnũ reponitur. Cuius ſingu
laris eſt palearĩ. Col. Defructuaria fœnilia palea-
riaq; & apothecas & horrea.
¶Paliſcorum: ſtagnũ in Sicilia ſulphurei odoris.
¶Palillogia: latine reduplicatio. Palillogus: iterũ
collectus.
¶Palimbacchi⁹: gñs pedis ex prĩa & ſcda lõgis &
vltima breui: vt Auguſt⁹. Idẽ. Antibacchi⁹ dicit.
¶Palingeneſia: latine dicit regeneratio. hoc eſt re-
ditio poſt tempus animæ in corpus: quod fuit py
thagoræ dogma.
¶Palimpiſſa: pix liquida iterum decocta.
¶Palinodia. cõtrarius cantus: & dici poteſt recan-
tatio ſiue retractio. ωδη μειñ græci cantum dicunt
ϖαλιν rurſus. Cum male de aliquo ſcribentes: de
inde reſcribẽtes bene de eodem ſcribimus quaſi di
cendi mutatio.
¶Palimpſeſtus: mẽbrana iterũ abraſa. Ci. Treba.
Nam quod in palimpſeſto. laudo equidẽ parſimo-
niam: ſed miror quid in illa chartula fuerit quod de
lere malueris q̃ hæc ſcribere: nili forte tuas formu-
las. Iureconſulti deletitiã vocant. Nam abraſis pri
oribus litteris reſcribit. Vlpi. Chartę appellatio ad
nouam refertur: & ad deletitiã.
¶Palus. dis. ẽ vbi paululũ aquę in altitudine & pa
lam latius diffuſa: q̃ etiã q̃nq; ſiccat. cui⁹ prima bre
uis eſt. & ſcda indifferẽs: q̃ q̃ in gtõ creſcat. Virg. li.
iiij. ge. Cocyti tardaq; palus inamabilis vnda. Hor.
Regis opus ſterilisq; dui palus aptaq; remis.
¶Paluſter. is. & Paluſter. a. um. qđ eſt ex palude.
¶Palamedes: nomẽ Nauplij Eubœæ regis filij q̃
Vlyſſis fraude a grœcis interfectus fuit. Hic fertur
troiano bello quattuor litteras inueniſſe. ſ. ξ. θ. φ. X
Præterea ordinem aciei: datiõẽ ſigni teſſeras. hoc
eſt ſymbolum bellicum & vigilias inuenit. Hinc a
poetis palamedes aues grues dicũtur. Mar. Turba
bis verſus nec littera tota volabit: vnam perdide-
ris ſi palamedis auem.
¶Palangæ. Greci phalangæ dicunt: ſunt ligna te
retia qualia ſunt quæ nauigijs dum ſubducũtur ad
littora: aut ad mare trahũtur ſupponi ſolent. Vide
in dictione Phalangæ.
¶Palango. as. onus aliqđ hmõi fuſtib⁹ trãſuehio.
Var. Cum pœnus in fretũ obuia veniſſet noſtris: &
quoſdã cœpiſſet crudeliſſime pro palangis carinis
ſubijcere: quo metu debilitaret noſtros. Afra. Et ca
pream vnã ſemilacerã quaterni ſimul palangabãt.
¶Palaneæ idem ſignificat quod phalangæ.
¶Pallene: ciuitas a Pallena Sithonis filia & vxo-
re Cleti dicta: quã alij macedoniæ: alij thraciæ aſcri
bunt ob regionem victnã vbi gigantum bella fu-
iſſe memorantur.
¶Palinurus Siciliæ promontoriũ haud longe ab
helia quæ poſtea velia dicta eſt: in quo palinuri gu
bernatoris nauis æneæ tumulus eſt: & ab eo locus
nomẽ ſortitus eſt. Dicitur aũt palinurus bis meiẽs.
ϖαλιμ eñ iterũ: ουρος vrina. Mar. Minxiſti pau
line ſemel currẽte carina: meiere vis iterũ ſic palinu
rus eris. i. vocaberis bis meiens.
¶Paliurus: hęrba ſpinoſa & aſpera. Virg. Carduus
& ſpinis ſurgat paliurus acutis. Eſt etiã nomẽ arbo
ris in Africa ſuauem fructũ facientis quo vina cõ-
mendantur. Et nomen paludis in Africa.
¶Pallor: quaſi pellis luor. a quo Pallidus: & dimi
nutiuum Pallidulus.
¶Pallas a motu cordis dicitur.
¶Palleo, es. pallui. pallidus ſuꝫ. a quo palleſco pal

lidus fio. Aug. lib. viij. con. Iactat tempestas nauigantes minanturq; naufragiũ: omnes futura morte pallescũt. Huius composita Expalleo. a quo Expallesco valde pallidus fio. Plau. in Cur. Viden vt expalluit. Impalleo: a quo Impallesco quod est intus vel valde pallesco. Persius. At te nocturnis iuuat impallescere chartis.

¶ Palma dicit planũ illud & ex pte cõcauũ manus qđ in digitos desinẽs decore patet. Vñ & p mẽsura ponitur sicut palmus. Ab huius similitudine arbor quoq; illa nobilis palma vocatur quã phœnicẽ vocamus q; comã in cacumine habeat circũ extẽsam & ramos in digitoꝝ modũ ptensos. Vñ & gñs eaꝝ carycas dactylos. hoc est digitos vocamus: qm̃ digiti videãtur. Hęc arbor in italia sterilis est: in maritimis hispaniæ fructũ fert sed immitẽ: dulcẽ in africa: sed statim euanescentẽ. Contra aũt in oriente & ex his vina: alicubi etiã panis & plurib⁹ quadrupedibus cibus. Nõ cedit põderi: sed surgit aduersum pondus. Ideo victoribus tradit p̃mio. q; nõ cesserint sed ptinaces in bello perstiterint Vñ & ponit p victoria. Plutar. In certaminib⁹ palmã signũ: esse placuit victorię. qm̃ ingenij eiusmõi lignũ est vt vt gentibus opprimẽtibusq; nõ cedat. Itẽ palma causa certaminis dicitur. Ter. in Phor. in medio omnibus palmã esse positã. Itẽ palma vt docet Ser. lib. xi. æn. significat togã quã merebãtur ij qui de hostibus palmã deportassent. hoc noĩe est etiam vrbs vna e duabus quę in vna gymnesiarũ sunt conditæ ad occasum sita vt inquit Stra.

¶ Palmæus. a. um. qđ est ex palma arbore. Col. li. vi. M. Columella bæthicæ prouinciæ seu ortu canicule palmis tegetibus vineas adumbrabat.

¶ Palmosus a. um. qđ est palmis abundans. Virg. lib. iij. Palmosa salinis.

¶ Palmata seu palmatis vestis: a palma p victoria dicta ppie triũphantiũ: fuit quã merebãtur. hi qui de hostibus palmã reportassent. Auso. in panegy. Palmata vestis vt in pace consulis est: sic in victoria triũphantis. Sidonius. Post palmã palmata venit. Alij a latitudine clauorũ dictam volunt palmatam quę nũc a genere picturæ picta appellat. Mar. Palmataq; ducem sed cito redde togæ.

¶ Palmare facinus: quod est dignũ palma.

¶ Palmus mensuræ genus. Et est duplex. maior & minor. Maior digitoꝝ. xij. Greçe Spithame vocatus. Minor digitorũ. iiij. Palestes greçe dict⁹. Dicit etiã palmũ neu: gene. Vict. lib. z. Doron autẽ greci appellant palmũ q; munerũ datio. greçe doron appelletur. Id autẽ spargitur per manus palmũ.

¶ Palmariũ: quod est palma dignũ. Teren. in Eu. Id vero est quod ego mihi puto esse palmariũ Do: Palmariũ palma dignũ. Palmariũ etiã dicit quod est palmi. Col. lib. ix. Per spatia palmaria modicis forantur cauis. Idem lib. xij. Spici vlpici inter palmaria spatia disponendi sunt.

¶ Palmaria insula est vltra Tyberina ostia in mari Tyrrheno. Var. li. iij. de re rust. hocita fieri apparet in insulis ppinquis põti & palmariæ pandatariæ.

¶ Palmipedalis: mẽsura vni⁹ pedis & palmi. Col. li. iiij. Nam in cliuosis vbi terra decurrit potest malleolus palmipedalis deponi.

¶ Palmula: extrema pars remi. eo q; in modũ palmæ protensa est. Virg. lib. v. Et leuas stringat sine palmula cautes. Sunt & palmulæ fructus palmæ q

& dactyli & Scandalides & Margaridæ & Careotæ & Careotides Plynio teste dicũtur.

¶ Palmipes: planos & ad palmæ similitudinẽ hñs pedes. Vñ anseres & oẽs fere aquaticę aues palmipedes dñr. Ply. Aut in palmipedũ gñe sũt vt anseres.

¶ Palmes. itis. sarmentũ vitis & aliarum arborum quoniam palmites in modum palmarum humanarum virgulas quasi digitos habent. Et palmites dicuntur vnde erumpit vua.

¶ Palmo. as. manus alligo. Col. li. xij. Cæterũ palmare. i. manus alligare hoc tpe nõ expedit. In alia significatione accepit. Quintil. in decla. cæci. Præterea cũ manus ex qua palmare vestigiũ põt: plicetur in capitulo. Et post. Tuus aũt qui palmatus est paries vestigiũ eius partis ostendit. Huius compositum est Depalmo qđ est palma percutio. Gel. Is pro delectamento habebat hois liberi manus scite palma verberare: eum seruus sequebatur crumenã plenã assium portitans. & quẽcunq; depalmauerat numerari statim secũdũ. xij. tabulas vigintiquinq; asses iubebat.

¶ Palmirena regio syrię ĩ qua metropolis ẽ palmyria in qua regnauit. Zenobia mulier eruditissima.

¶ Palpo. as. & palpor depo. p leuiter blande & quasi tentando tango. Vnde & pro adulari frequenter accipitur. hinc Palpator pro adulatore. Plaut⁹. Vt palpator nullus est quando occœpit blandior. Regitq; interdum accusatiuũ: interdum datiuũ. Hor. in Ser. Cui male si palpere recalcitrat. id est si adulęris vel blandiaris. Iuue. actiue posuit cum ait. Quẽ munere palpat Carus. Huius compositũ est Expalpo: quod est elicio.

¶ Palpo palponis: qui & palpator pro adulatore & blando homine.

¶ Palpito. as. frequẽtatiuũ leuiter ac frequẽter moueo. Hier. li. z. Re. Cũq; adhuc palpitaret hærẽs in quercu. Ply. Palpitat certe cor & quasi alternatim mouet. Iuue. Vt semel atq; iterũ super illã palpitet.

¶ Palpebrę penultima correpta capilli quos in genis homines vtrinq; habẽt a palpitando. i. tremendo. vel a palpando. i. prętentando. Ob id eũ natura palpebras homini dedit vt vallũ quoddã visus esset & prominẽs munimentũ circa occursantia aialia: aut alia fortuito incidentia.

¶ Paludamenta sunt insignia ac ornamẽta militaria. Ideo cũ ad bellum exit imperator mutata veste dicitur proficiscí paludatus. Liui. Cum paludatis lictoribus profectus ab vrbe brunduſiũ venit. Hier. ad Exuperantiũ. Quis nõ diligat eum qui sub paludamento & habitu militari agat opera prophetarũ & exteriorẽ hominẽ aliud promittentẽ vincat interiori homine qui formatus est ad imaginẽ creatoris. Dicta paludamenta q; perspicũtur illi qui illa habẽt: & fiunt palam vt inquit Var. Inuenitur etiã paludamentũ dici de veste muliebri. Ply. Nos vidimus Agrippinã Claudij principis sedẽte eo ad nauale prelij spectaculum assidentẽ indutam paludamento aureo texili sine alia materie.

¶ Palumbes. ẽtã masculini q; fœminini generis inuenitur. sylueſtres columbæ sunt quæ arboribus sepibusq; nidificant. Virg. Raucę tua cura palumbes Luc. Macroſq; palumbes. Dicitur & palumbus & palumba. Horum duo sunt genera. Vnum torquatum a torque quo insignitur. Mar. Inguina torquati tardant hebetantq; palumbi: nõ edat hanc volu

crem qui cupit esse salax. Propert. Sed cape torquatę Venus o regina palumbæ. Alterum genus quod Vinaginē dicunt ab vsu labruscæ. A palumbus fit Palumbius.a.um.

¶Pamphilus penultima correpta latine dicitur totus amor: vel omnibus amicus.

¶Pamphylia regio in minori Asia inter Ciliciā & Syriā. Vnde & mare pamphilicū: dicta quasi tota frondosa. Hæc tota mōtana ex Tauro in mare procumbit. In ea vt Pōpo. refert: est fluuius Melas nauigabilis & Eurymedon. apud quem Cymon athenien sis persas nauali pugna superauit.

¶Pāphagi: æthiopiæ populi oībus reb⁹ vescētes.

¶Pampinus. pe.cor. a Virg. genere masculino ponitur. a Var. frequētius fœminino. Et significat folīū vitis seu ramusculū virentē. Virg. Heu male tūc vites defendit pāpinus vuas. Apud Colu. ponit p quodā arboris genere. ¶Virg. genus nō discreuit.

¶Pampino. as. pe.cor. pāpinos decerpo. vel a sarmēto coles q nati sunt de his q plurimū valent ad secūdū nōnunq etiā ad tertiū relinquo reliquos decerpo ne relictis colib⁹ sarmentū nequeat ministrare succū. Col. li. iij. Cū cōprehēderint identidē pampinent ne plura sarmenta q debent excrescant.

¶Pampinariū palmes q vt Ply. inqt e duro exit: materiāq; in pximū annū pmittit: siue cōgeries virentiū ramusculorū. Col. li. iiij. Vitiosissima est eorū agricolarū opinio q minimū referre credunt quot vuas sarmentū habuerit dū ex vite fertili ligatur & nō ex duro trunco enatū qđ pamphinariū vocāt.

¶Pampinarius. a.um. quod est pampini. Col. lib. v. Ne aut pampinarius palmes internatus aut verrucæ similis furunculus relinquatur. Et lib. iiij. Ne pampinariā virgam deplantet.

¶Pampincus. a.um. idem quod pāpinarius. Virg. Liber pampineas inuidit collibus vmbras.

¶Pampinosus a.um. qđ pampinis abundat. Col. lib. vi. Et si parum pampinosa vitis est.

¶Pan apud græcos significat oē. Quo etiā vocabulo pastorū de⁹ vocat⁹ est in naturæ similitudinē formatus. habet em̄ cornua in radiorū solis & cornuū lunæ similitudinē. Rubet ei⁹ facies ad ætheris imitationē. In pectore nebridē habet stellā ad stellarū imaginē: pars eius inferior hispida est ꝓpter labores: virgulta feras. caprinos pedes habet vt ostē dat terræ soliditatē. Hic Demogorgonis filius creditur fuisse q fistulā cōposuit septē imparibus calamis simul cōiunctis ꝓpter harmoniā cœli. Hūc Arcades colūt: eū vniuersæ materiæ dominū appellātes. Vñ a grecis pan appellat. Itē pan latine incub⁹ dicit. Incubi vero sunt nocturna phātasmata mortalibus terrorē incutiētia. Sed Alcæus poeta mirabiliter describit εμπρει παν λαροισιν ορειβατα χειλεσι μουσαν εμπρει παν ποιμενιω τερπομενος λαρακι ευκελαδω συριττι χεων μελος εκθε συρωλου κλαζε κατιθυρων ρημα τος αρμονιην αμφισοι ρυθμοιο και κροτον εμ θεομιχνος ρησσεσθω μυμφαισ ταισ δε μεθυ δριασιν.

¶Panaces. p.c. & Panax herba cui⁹ succus opoponax vocat απο του παντα ακειν. hoc ē a sanādis oīb⁹ morbis. Ply. Panaces ipō noīe oīm morbor remedia ꝓmittit. Col. Panax vtroq; tpe leni & subacta terra rarissime differit. Hīc deducit παρακαια. Luc. li. ix. Et panacea potēs & thessala centau-

rea. Virg. Ambrosios succos & odoriferā panacēā

¶Panætius nomē ꝓpriū philosophi rhodij stoicę sectæ: quasi totus moralis Scipionis p̄ceptor quē imitatus est Cic. li. de offi. Hic scripsit q; vita hoīm ex improuiso assidua & prope quotidiana pericula fert ad q̄ cauēda oportet aīo sempet esse intento vt sunt athletę. Sicut em̄ illi in certamine athletico caput manib⁹ oppositis quasi vallo p̄munīūt ita animus sapiētis aduersus petulantias iniuriarū ictusq; fortunæ debet eē erect⁹ arduus sept⁹ neq; in re repētina incursio impatis improtectisq; nobis oboriat

¶Panagrō retis gñs q; oīa capiat a παν & αγρα

¶Panagios: latine sanctissim⁹. quasi tot⁹ sanct⁹.

¶Panarethus. pe.cor. dici potest omniū virtutum cōtinens. παν em̄ totum significat αρετη virtus. Mar. Arguto madidus pollice panarethus. Hiero. Fertur & panarethos Iesu filij syrach.

¶Panegyris: cōuentus nūdinæ festiuitas ab παν & αγυρω. hoc est ab oībus rebus mercādis. Vñ Panegyrici sunt sermones laudatiui q in cōuentu populi & sacris celebritatib⁹ habētur: quales sunt quibus diui impatores laudantur. Et Panegyricon tertiū dicēdi genus: qđ latini demonstratiuū dicūt.

¶Panætholiū. quasi totā cōtinens ætholiā: mons est ætholiæ altissimus.

¶Panathenea: cōmunis celebritas. ludi gymnici in honorē Mineruæ athenis celebrati. Primus theseus auctore Plutarcho instituit panathenea. Nam græci αθηναν vocant: quā nostri mineruā nūcupauerunt. Euse. Agon gymnicus quē panatheon vocant athenis actus. Hinc panathenaicus liber.

¶Panathenaicon genus vnguenti: qđ vt Ply. lib. xiij. inquit athenæ obseruanter obtinuere.

¶Panurgus: astitut⁹ q̄si terū oīm experientiā, hīns a quo Panurgia astutia. Plau. Istæc panurgia te tes

¶Pāchaia quasi tota dehiscēs re (pistrinū dabit gio arabiæ tota arenosa in qua arbores sponte natæ thus emittūt. Virg. Totaq; turiferis panchaiat pinguis arenis. Ser. scribit panchaiā arabiam & sabæorū gentē eandem esse apud quā nascitur thus.

¶Pāchaij ppli q vt Pōp. refert deserta sabeæ habitāt: q & ophiophagi vocāt qñ serpētib⁹ vescātur.

¶Pancarpiæ: coronæ ex variis florū generibus factæ & pene omnibus.

¶Pancratiū quasi oīa potēs: ludus gymnic⁹ quin quercio cōstans: a quo Pācraciastæ dicūt q hoc ludo excellunt. Proper. Puluerulentaq; ad extremas dat fœmina metas. Et patit duro vnera pācratio

¶Pancratiastes certator & victor pācratij. Gel. li. iij. Diagoras filios tres habuit: vnū pugilē. alterū pancratiasten. tertiū luctatorē. Idē significat pancratius pācratia & pancratiasta. Sene. li. v. de beneficijs lacedæmonij vetāt suos pancratios cæstu decernere. Gel. Oportet aīo esse intento vt sunt athletarū qui pācratiæ vocātur q ad certandū vocati ꝓiectis alte brachijs cōsistūt & os suū manib⁹ oppositis quasi vallo p̄munīūt. Ply. li. xxxv. Myron fecit delphicos pētathlos pācratiastas. Quidā ita distingūt inter pentathlū pācratiū &, periodo victorē: q; plus sit pancratiasten esse q̄ pentathlū: & plus periodo victorē esse q̄ pancratio. Pentathlos est q gñib⁹ illis q nq; certat: pācratiastes q certauit & vicit. Periodo victor vt Fest. ait q sacra græcia certamina obiuit & vicit nemea pythia isthmia olympia

¶Pandecta nomen compositū a παν qđ est totū

& participio huius verbi Δεχομαι quod est capio quasi oia intra se cõprẽhendens volumen aliquod vniuersaliter continẽs. Vnde Iustinianus libros in quibus vetera iura collegit pãdectas appellauit.

¶Pandion: proprium nomen Erichthei Athenarum regis filij cui successit in regno: Huius filię fuerunt Progne & Philomella. Dictus Pandion quasi totus dios. i. totus iouis. Hinc Pandionia dicta est attica. Sidonius. Qui pandionã mouebat orator caueam tumultuosus.

¶Pandochium. hospitiũ: diuersoriũ: stabulum.

¶Pandora quasi omniũ dona: vel quasi ab omnibus donata: vel omniũ rerũ genere donata. Quo noie etiã dicta est gens in cõuallibus indię sicut libri. scribit Ply. quæ ducentis annis viuit in iuuẽtute capillos candidos habet in senectute nigros.

¶Pandataria insula in puteolano sinu seu in mari tyrrheno: vt lib. iij. scribit Ptol.

¶Pandosia. ciuitas in Epiro: alia in Italia. in qua Alexãder epirotes interfectus est. De qua Trogus Cum in epiro esset pandosia: & flumẽ Acherusium ignarus eandem & in Italia esse ad declinãda fatorum pericula peregrinã militiam cupidus elegerat: Pandosius Arcadiæ lacus.

¶Pangæus. quasi totus terra ob nimiã fertilitatẽ promontoriũ est thraciæ bessis conterminũ & macedoniæ cõiunctũ: ad cuius radices Mestus amnis defluit. Et in singulari est generis masculini: in plurali generis neutri. Sta. Illi pangæa resultant ilia raq. Hinc Pangæus. a. um. vt Arua pangæa.

¶Panthia vxor Abradotæ Susij ductoris sub Cyro matore castissima. Vide in dictione Abradotes.

¶Panthaces: pe. cor. nomẽ amnis ab vsu medicinæ pecorũ dicti. Sed in Samo prope Chalcãtis & podaliri sacella: vt scribit Strabo.

¶Pantheon. templũ Romæ qđ vt Dion historicꝰ refert sic dictũ fuit q in Martis Veneriscq imaginibus sub ipso tẽplo constitutis omniũ deorũ imagines effictę erant. Siue q templũ ipsum rotundũ sit cœloq psimile. Et sic quoq oim deorũ habitatio cẽseatur. Potest etiã dici pantheon summũ deorũ. Nã παν significat oẽ qđ sane in similibus sępe ad summũ ipectare solet & θεος deoꝝ. Vnde Ply. lib. xxxvi. Pãtheon ioui vltori ab Agrippa factũ fuit

¶Panther ab Arist. vocatur aĩal qđ Theodorus Gaza lupũ canariũ appellat: diuersum a Panthera vt ex Galeno cõici potest qui sic ait. Quidã adeo bælutni vt leonũ & pantherarũ: itẽ canũ & pantherũ & vulpiũ carnibus vescantur. Hiero. ad prędidiũ sic scribit. Pãther pardo similis est: & est varij coloris & mitis si saturatus fuerit: & tribus diebꝰ dormit post tertiũ diem lauat se & clamat & sic odorem suauẽ emittit. & cõuocat oẽs feras quæ odore ducũtur & est oĩbus feris a nicus p̃ter draconẽ & aspidẽ.

¶Panthera pe. p. aĩal prorsus ferũ & maculosum q & pardalis dicitur. ex παν qđ significat totaliter & θηρ fera. Abũdat in hyrcania & media. Hor. in epistolis. Diuersum confusa genus panthera camelo.

¶Pantholabus. oia sumens: verna appellatus est propter scurrilitatẽ pluribus notus.

¶Panthomimus. pe. p rerũ omniũ imitator qui in scænis personas per singulorũ actuũ simulationes ostẽdebat. Ex παντων omniũ & μιμος imitator. Est autẽ Mimus sermonis & factorũ cuiusq imitatio cũ lasciuia. Ply. lib. vi. Mythicũ, pantomimũ hoc est fabularẽ quendã vocauit. ceu pantomimorũ duo sint genera scænici & mythici.

¶Panhormus & Panormũ & Panhormiũ: ciuitas Sicilię dicta a nauiũ explicatione q̃ vndiq illuc cõueniũt. Est em̃ hormos portus pars. Inde nautę dicunt hormizare. i. nauẽ anchoris atq retinaculis instruere quo secura sit in portu a repẽtinis procellis. Hinc Panhormita pãhormitanus & panhormius.

¶Panomphęus Iouis epitheton. qa ab oĩ lingua colatur a παν & ομφη vox q oĩm voces audiat. Oui. li. me. Ara panõphæo vet⁹ est sacrata tonãti.

¶Pantheus & panthus nomen proprũ filij Otrei fratris Hecubæ.

¶Panis a pascendo pprietatẽ habet: siue q oĩbus pulmẽtis adhiberi possit: & fere adhibeat cũ nullũ obsoniũ faciat insipidius. Nã pan totũ dicitur. Panis varia sunt gña. Nã alia sũt ab opsontjs appellata. vt ostrearij: alia a delicijs: vt artolagani. Alia a festinatione: vt spheuticij. Alia a coquendi ratione: vt furnacij vel artoptitij vt in clibanis cocti.

¶Panis secũdarius: panis vulgaris q omniũ cibꝰ est. Sue. de Aug. Cibi minimi erat ac fere vulgaris Secundariũ panẽ maxime appetebat. Idem. Cibarius appellatur panis rubidus a scabricie. panis secundo coctus quo vtuntur nautæ.

¶Panifex q panẽ facit: q & panificus dicit. Vnde mulieres q̃ panẽ faciũt pãifices seu panificę vocãt Hinc Hier. in lib. Re. Panificas filias dixit. Panificium ipsa panis confectio & actus faciendi panẽ.

¶Panariũ locus vbi panis seruat: panis repositoriũ. Cuius diminutiuũ est Panariolũ. Panaria & panariolanos: hodie quoq vernacula voce cistas & cistellas vocamus ex viminibus factas. Sue. Sparsit & missilia variarũ rerũ & panaria cũ opsonio vi ritim diuisit. Mar. Cum panariolis tribus redisti.

¶Panisci dij sylvestres q̃si p diminutionẽ dicti minutuli panes: sicut a satyro satyrisc⁹ inclinat. Scribit Ply. lib. xxxv. Panisçum fuisse pictum a Taurisco pictore.

¶Pando. is. passum & pansũ supinũ facit secundũ Bedã super Do. Et a pane dicit. significatq patefacio: q apđ veteres q ope indigeret. & ad aĩlũ cereris cõfugisset panis ei dabat. Pãdere itaq panẽ dare. Et qa nũq̃ fanũ talib⁹ clauderet: pãdere papire vsurparũt. Vñ mulier capillo passo dicit quasi porrecto & sperso. Et passis manib⁹ & velis passis. i. ductis atq distẽtis. Hui⁹ cõposita sunt Expãdo extra pãdo. a quo Expassũ extentũ Vñ Gel. refert Cęciliũ scripsisse flameũ expassum domi ptulerũt. Nõ nũq̃ tñ apud veteres a in e mutat ac p eo qđ est dispassis dispessis dictum est. Plau in mili. Credo ego istuc exẽplo tibi esse eundũ extra portã dispessis manib⁹: patibulũ cum habebis. Oppando circum extendo. Hiero. in Exo. Velũ qđ ante illud oppanditur. Propando vltra pando. Repando a quo Repandũ dicitur quod retrorsum patet.

¶Pãdo. as. incuruo. Vñ pãdari trabs dicit quasi incuruari cedereq põderi: cui⁹ cõtrariũ palmæ faciũt quippe q̃ nõ cõtra inferiora sed in diuersũ renitẽdo fornicãt. Ply. li. xvi. At populus cõtra oĩa inferiora pandat. Facile pandat iuglans. Hinc a Victr. arbores pandatæ dictæ sunt q̃ in ędificijs curuantur.

¶Pandus. a. um. nõ pãditus alternitatis causa eundę qđ in plærisq seruat. sicut a mane matutinꝰ nõ manuinus. a vitis vinetũ non vitetũ. Est autę

pandus idē qđ apertus. Ver.li.ij. Geor. Lanctbus & pandis fumantia reddim⁹ exta.

¶Pandana porta rome a pando dicta: qꝝ ſemper pateret ad res q̄ in vrbē ferebañ. Eadē dicebañ libera a libertate. Pādana etiā ē inſula in ſinu Caietano parua a cōtinēti ducētis quinquaginta ſtadiis diſtans in qua pulchro habitatur; vt Stra. inqt

¶Pandiculor extēdo: vt faciūt qui e ſomno expergefacti ſunt oſcitantes. Plau. in meñ. Ego me ad ſimulē inſanire vt illos a me abſterrerē vt pandiculans oſcitatur.

¶Pantices fluxus ventris pinguitudo & extuberātia: qꝝ vēter pādañ. Hodie quoqꝫ vulgus pātices appellat in hoſe vētrioſo. Plaut. in pſeu. Eo vos veſtros pātices adeo madefacitis cū ego ſiem hic ſiccus.

¶Panus pani & panis is. tramę inuolucrū quo pānī texunt: a quo panula & panicula per diminutionē. Lucil. Foris ſubtegminis panus. Ab huius ſimilitudine etiā īnatus tumor ſub faucibus auribuſ ve & inguinibus panus appellañ. Idē. Elaterū parotidas & panos ſanat. Panos Galen⁹ in ſpecies diuiſit. Huius diminutiuū eſt panellus.

¶Panicula diminuti. a pano: alioquin ſignificat comā in milio panico arundine. Ply. Pendēre e picearū vel roborū quoqꝫ ramis q̄ ipſe vocat panos & paniculas: & aliqñ nucamēta callo ſquāmatuni cōpactili: q̄ cittara greci appellant. Quicqđ igitur ſublōga vel ſubrotūda forma tumet panicula dici fere poteſt. Celſus in curatione ramicis. Faſcia eius rei cā fit cui imo loco pila eſt aſſuta ex panicu lis facta quæ ad repellendū inteſtinū qđ deſcēdit illi ipſi ſubijcitur. Ply li.xxi. Grecula roſa cōuolutas habet foliorū paniculas.

¶Pannus per duplex nn. quo veſtimur: vt pāneę veſtes quę ſunt laneę vel bombycinę. Huius diminutiuū eſt panniculus. Iuue. Et panniculus bombycinus vrit.

¶Pānoſus q ſordida veſte & craſſo panno vīliqꝫ opertus eſt. Nec hoc niſi de paupere dī. Iuſti. li. ij. Permutato regis habitu pannoſus ſarmēta collo gerens caſtra hoſtium ingreditur.

¶Pānicularia Vlp. teſte dñrea quę in cuſtodia receptus ſecū attulit: vt veſtē qua indutus fuerit qui ad ſupplicīū ducīt: aut nūmos quos victus ſui cā habuerit in prōptu. aut leues ānulos. hoc eſt qui rē nō excedunt aureorū quinqꝫ.

¶Panicū gñs frugis a paniculis ſuis dictū. Plyn. li.xiij. Paruis racemato paniculis. Cæſar. Panico vetere atqꝫ hordeo corrupto.

¶Pāneus a.um. a pānus fit. Paneus p ſimplex n fons eſt ſub libano monte: in quo ſi qua natantia proijcianť in lacū cui phiala nomē eſt cūcta reperiuntur. Eſt etiā hoc noſe Colchorū fluuius.

¶Panicos repētinus terror & cōſternatio dī a grecis. Hyginus ſcribit capricornū obieciſſe hoſtib⁹ timorē qui panicos nominatur.

¶Pannueliū a pāno & voluēdo filo: ſudariolū ſignificat: vt eſt apud Var. li. i. de lin. latina. Hoc pānicellū dicere poſſumus.

¶Panſę dicti ſunt quibus lati ac panſi ſunt pedes ſicut planci quibus plani ſunt.

¶Panſelinus pe. cor. pleniluniū quaſi tota luna. Nā σεληνη luna dī. Vñ & proſelinus ante luna m

¶Pānonij appellañ a romanis quos greci pæonas latini vngaros vocitant: quorum fama olim formidine totā cōcuſſit italiā tanq̄ eſſent bello inſuperabiles. Hi tribus fluuijs drauo: ſauo: & iſtro vallañ. Hinc pānonicus a.um. Sue. in Aug. Reliqua per legatos adminiſtrauit: vt tñ qbuſdā pannocinis atqꝫ germanicis aut interueniret aut nō lō geabeſſet. Horū regio pānonia dicta ē: regio Europę: ſicut Ptol. li. ii. ſcribit. Et eſt duplex: ſupior & inferior: ſupior ab occaſu limites habet montē cetiū q̄ medius eſt inter noricū & ipam pānoniā: ab ortu habet pānoniā inferiorē cui iūcta eſt inferior ab ortu & ſeptētrione danubio cingitur.

¶Panthaſilea nomē regine Amazonū quæ oritheę ſucceſſit. Dicta quaſi oſa ſubiens. Hęc prima vt inquit Plyn. ſecurim inuenit. Habet ei diph. in penul. apud græcos ϖαρθαϲιλεια.

¶Pango is. pegi: panxiqꝫ pactū ſignificat figo: planto ſiue iungo. Vnde pactilis a pactū qđ ē a pāgo iungo. Plyn. li. xxi. Sūmaqꝫ auctoritas pactili coronę. Liui. pro figo poſuit li. vij. Lex vetuſta ē priſcis litteris verbiſqꝫ ſcripta: vt qui ptor maximus ſit idibus ſeptēbribus clauū pāgat. fixus fuit lateri ędis Iouis optimi maximi. Pro plāto. Colu. li. iij. Atqꝫ vetere ſarmēto pangunť tardi⁹ cōualeſcūt: ſed tardius deficiūt. Idē li. xij. Malleolus q̄ recētiſſimus curioſiſſime pangēdus ē. Ci. Tyroni p ſcribo poſuit: quaſi qđ ſimile plātationi. An pangis aliqđ ſophocleū? fac opus appareat. Gel. Si aut verſum inqt pāgis: aut oſonē ſolutā ſtruis: atqꝫ ea verba tibi dicēda ſunt nō eas finitiones prancidas: neqꝫ facutinas grāmaticas ſpectaueris: ſed aut rē tuam interroga quo quid loco conueniat dicere. Pro cano etiaꝫ ſiue narro: manifeſto ponitur quēadmodū cano p ſcribo: vt Pāge lingua glorioſi pliū certaminis. Cōpoſita eius quędā ſeruāt a: vt circūpāgo. Vñ circūpactus p circūiūctus. Ply. li. xvij. Ramis terraqꝫ circūpactis. Depāgo p deſigo. Idē li. xxiiij. Quercus & olea tā pertinaci odio diſſident: vt altera in alterius ſcrobe depactę moriantur: oppāgo circūpāgo: repāgo. a quo repages & repagula. Quędā mutāt in i: vt appingo: cōpingo: qđ eſt comungo: vt in Exo. Archā de lignis. ſethim cōpingite. Impīgo. Vnde impages. Inter ipſa tamē tā in p̄terito q̄ in ſupino cōuenit.

¶Papę dicunť ſacerdotes: quēadmodū p̄ſbiteri: hoc eſt ſeniores appellantur.

¶Pappa per duplex pp puerorū cibus eſt: deductū nomē a pane.

¶Pape admirātis aduerbiū. habet em̄ in ſe affectū verbi miror: vt pape qđ video. aliqñ etiā indignationis eſt. Ter. in eu. Pape hęc ſupat ipam thaydē

¶Papas accipiť p p̄re ſiue pro eo q̄ puerū alit. Iuue. Timidus p̄guſtet pocula papas. Eſt aūt nomē venerationis a Syracuſijs tractū: apud quos papa pater dī: inde per geminationē papas.

¶Papare eſt minutis & blādiuſculis verbis patrē appellare.

¶Pappare per duplex pp ſignificat cibū ſumere: qđ a pappa fit: q̄ eſt puerorū cibus. Plaut. in Epi. Nouo liberto op⁹ ē: qđ pappet dabiť: p̄bebo cibū.

¶Papeus apud Scythas appellañ Iuppiter.

¶Pappus auus. nā greci ϖαϖϖοϛ auū dicunt. Auſ. ad nepotē ſuū. Pappos auiaſqꝫ tremētes: aīm ferūt: paribus ſeri noua cura nepotes. Hinc pappous. i. auitus: Pappi etiā dīr carduorū flores. Lucr.

Veſtem nec plumas autũ pappoſq; volãtes. Plyn. pappũ vocari ait lanugine decidua ex fructib⁹ arboris cõgrygię. Et pappus dictus eſt æmylius romanus: cuius meminit Liui. li. xxviij.

¶ Papauer gñs herbę. Et albũ quidẽ ſatiuũ ſemen habet qđ toſtũ in ſecũda mẽſa cũ melle apud antiquos edebaſ. Hoc p̃cipuũ cando rẽ lina & lanę cõtrahũt: a quo toga papauerata dicta eſt a colore cãdido. Eadem toga ſpiſſa dicebatur.

¶ Papula puſtula tuberculũ vulgo bruſola q̃ ieiunę ſaluę defricatiõe curaſ. Papulis cutis exaſpaſ & rubet: leniterq; rodiſ. Ver. li. iij. Ge. Ardẽtes papulę atq; imũdus olẽtia ſudor. Cęlius tñ li. v. duo papularũ gña ponit. Huius dimi. eſt papilla.

¶ Papilla parua papula. i. tuberculũ. Serenus Ex cruciãt turpes anũ ſi forte papillę. Significat etiã mãmę capitulũ vñ lac trahiſ: q̃uis etiã p ipſa mãma ponaſ. Ver. li. xi. Haſta ſub exertã donec plata papillã hæſit. Dictæ papillę q̃ ſi paruæ papulæ: q; papularũ ſint ſimiles. A quarũ ſimilitudine papilę dicunſ q̃ aquas fundũt. Var. li. iij. de re ruſ. Qui fit ſi adduxeris fiſtulã & ineã papillas ipoſueris tenues quę eructent aquã. Papilla etiã tribus Romę fuit quę a genitrice vocabulũ traxit.

¶ Papillatus papilla ornatus: ſeu in papillę ſpẽm factus. Hiero. ad Pãma. Quis pturientẽ roſam & papillatũ corymbũ anteq̃ in calathũ fundaſ orbis Ex papillatus aduſq; papillã nudatus. Plaut. Idẽ cõnexũ in humero leuo ex papillato brachio.

¶ Papilio inter vermiculos numeraſ quo nullum aĩal imbecillius eſt. Col. li. x. de apibus. Vermiculi quoq; q tineę vocanſ. Itẽ papiliones enecãdi ſunt Nãvt idẽ teſtaſ ex papilionũ ſtercore naſcũſ tineę Itẽ papilio dr̃ tẽtoriũ. Hiero. in exo. Stabat vnuſ quiſq; in oſtio papilionis ſui.

¶ Paphlagonia regio minoris aſię: a q̃ paphlagones qui teſte Cor. nepote in Italiã traniuecti: mox Veneti dicti ſunt. Hæc vt Solinus ſcribit Cytoro mõte cõſurgit porrecto in ſpatiũ triũ & ſexaginta milliũ. In ea mitridates Eupatoriã cõdidit q̃ ſubacta a Põpeio põpeiopolis nominata fuit.

¶ Papia ciuitas inſubriũ. Ticinũ alio noĩe appellata olim oſtrogothoꝝ & ligobardorũ regũ ſedes

¶ Papyrus a nñis dr̃ iuncus: a nõnullis ſirpus. Luca. li. iiij. Cõſeriſ bibula mẽphitis cimba papyro. Frutex ẽ hñs radicẽ obliquã triãgulis latib⁹ decẽ nõ amplius cubitorũ lõgitudinẽ in gracilitate faſtigiatũ thyrſi mõ cacumẽ includẽs. Naſciſ in paludib⁹ ęgypti. Inuẽta eſt ab Alexãdro rege papyrus auctore Var. q̃ fiebat ex frutice cũ alexãdriã ędificaſſet a qua papyro frutice dicta ẽ charta papyrus: q;. ſ. ex papyro fieret, Nã primo ſcribebãt in foliis palmarũ: poſtea in arborũ libris: deiñ in cæris. Poſtea vero id gñs chartę inuentũ eſt quo nũc paſſim mortales vtũr. Fitq; ex lintheolis cõtritis & nihilominus priſtinũ nomẽ remãſit. Charta vero ab vrbe Tyri: cui charta nomẽ fuit appellata ẽ: ex qua Dido dicta ẽ. Ideoq; vrbẽ a ſe poſtea ędificatã ab illius noĩe carthaginẽ nũcupauit. greci ab eadẽ vrbẽ Χαρτηϱ noĩant. Hęc etiã mẽbrana vocaſ a tectu mẽbrorũ. A papyro cognom̃ papyrij deductũ eſt: a quo papyriana tribus. Hinc etiã papyraceus a. um. qđ eſt materiatũ ex papyro

¶ Parcũ ſuis cõpoſitis cõpar/diſpar: impar/ſepar ſunt gñis ois. Et licet par pd. apud poetas ponaſ in obliquis tñ prima correpta. Et tã dtõ q̃ gtõ iungi poteſt. Oui. li. iij. meta. Sũt quoq; par alijs ętas in ouilibus agnę. Luc. Quẽ metuis par huius erit. Et in ablatiuo pare vel pari. Significat aũt par numerũ duoꝝ quaſi inter ſe pariũ. Vnũ par & duo paria dicimus. Interdũ pares p duob⁹ accipiunſ: vt parib⁹ equis vtebanſ romani in p̃lio: vt ſudãte altero tranſirent in ſiccũ. Interdũ par accipiſ p decẽti ęquo & cõueniẽti qđ inter oẽs ęquabile ẽ. Quin. Si ppter mr̃imonia violata vrbes euerſę ſunt qđ fieri adultero parẽ ẽ? Parẽ ẽ ſignificat ſufficere alicui rei: ſiue reſiſtẽdo ſiue exequẽdo. Ci. ad Atticũ. Sed adhuc pares nõ ſumus. Quin. Aſpicio paribus⁹ corpus. Paria facere ẽ qđ alibi amiſſum eſt vel qđ aliunde acceptũ: alibi vel aliũde cõpenſare Quinti. Paria faciemus: tu illic eris vicarius meus ego hic tuus. Paria cõponere: gladiatorũ duo paria ordinariũ & poſtulariũ. Ci. in Epi. & Suetoni⁹.

¶ Par impar gñs ludi. Sue. de Aug. ſcripſit ad filiã. Miſi tibi denarios ducẽtoſ quinquagita quos ſingulis cõuiuis dederã ſi vellẽt inter ſe poſt cœnã vel talis: vel par impar ludere.

¶ Pariter aduerbiũ ſignificat ex ęquo. Neuius. Vt pariter diſptianſ bona patris. Aliquado cõueniẽter. Titi. Nę tu iſtam ædepol media extuliſti pariter vt dignũ fuit. Aliquando ſimiliter. Plau. Is ex ſe hunc reliquit: qui hic habet filium pariter moratum vt pater atq; auus eius fuit. Aliquando ſignificat qđ vernacula lingua dicim⁹ apar apar: ſiue aperadamente. Hier. in li. ij. Reliqui diſpſi ſunt ita vt nõ relinquerentur ex eis duo pariter.

¶ Parilis & hoc parile pen. cor. ſignificat ęquale: a quo parilitas.

¶ Para p̃poſitio greca ſignificat ad: apud: penes: abſq;. dis: re: p̃ter: tã p in apoſitione q̃ in cõpoſitione. Eſt & parra gñs auis mauſpicatę. Horati. Impios parrę recinẽtis omẽ. Ply. in. xviij. Auẽ parrã oriente ſyrio ipſo die nõ apparere donec occidat.

¶ Parabaſis latine tranſgreſſio. Parabates tranſgreſſor.

¶ Parabola ſignificat iuxta ſentẽtiã: ex παρα iuxta βουλη ſententia: quaſi rerũ diſſimiliũ cõpatio. Vnde Quintil. Parabole quam Ci. collationẽ vocat longius res quę cõparãtur repetere ſolet: vt tã fortiter apud Hipponẽ fecit Scipio q̃ vticã apd vticam Cato. Hier. Parabolę greçe latine dicũtur ſimilitudines. Quod libro Salomonis vocabulũ ob id impoſitum eſt: vt ſciremus altius & non iuxta litterã tantũ intelligi debere quæ dñr. In quo dñm ſignificat p parabolas fuiſſe locuturũ. Aliud enim in ſuperficie ſonat: aliud in intellectu innuit.

¶ Parabos inſula parua contra phœnicem: vt inquit Pomponius.

¶ Paracletus per e productã ſcribiſ & pferſa παρακαλω: qđ eſt rogo & hortor ſignificat. Apud iuniores vero greços etiã p cõſolor inueniſ. Hinc paracletor & paracletꝰ deſcẽdit. Et q in foro ac iudicijs a nñis dep̃catores vocantur: ij apud græcos paracletores dñr. Itaq; pollicet dñs diſcipulis ſuis miſſurũ ſeſe paracletũ ſp̃m qui eos ſit edoctur⁹: ſiue illũ adhortatorẽ ſiue deprecatorẽ: hoc ẽ aduocatum: ſiue conſolatorem velimus intelligere. Paraclytus aũt per y. tenue infamẽ aut pręter famam ſignificat. Nam para in huiuſmodi cõpoſitione pręter: vel diminutionẽ denotat. κλυτοσ vero fa

mã declarat insignem: id qđ inclytus ꝓbat. Itaq; paraclytus a para & clytos nomine compositum est. Quod significatũ ponere in Christo absurdũ & impium esset.

¶ Paracenthesis significat punctionẽ: vt est apd Plyniũ lib. xxv.

¶ Paradiastole dici potest per dilatationẽ: qđ fit cũ rẽ nostrã dilatamus interpretatione.

¶ Paradromis idis. ambulatio siue xystum. Vict. Latini xysta ambulationes appellant: quas greci paradromidas.

¶ Paradigma παραδειγμα exẽplũ facti vel dicti alicuius. Verg. Antenor potuit mediis elapsus achiuis Illyricos penetrare sinus. Fit aũt t. ꝟb⁹mo dis. A pari: a maiori ad minus. a minori ad maius

¶ Paradisus pomariũ. i. hortus cõsitus gñis tam mas. q̃ fœ. Est nomẽ oppidi: vt apud Ply. & Stra. Est & locus in oriẽte longo tractu maris distans a cõtinẽte. De quo Aug. ad Orosium scribit sic. Paradisus in oriẽte situs est interiecto oceano: & a nostro orbe longe remotus in altissimo loco cõstitutus ptingẽs vsq; ad lunarẽ circulũ. Vñ illuc aqua diluuij minime pueniſſe dr. Hic locus a primi hominis reatu intercluſus est: nec vlli animãtiũ datꝰ in eum aditus.

¶ Paradoxa iuxta sentẽtiam vel inopinabilia seu admirabilia. Nã para ꝓter vel cõtra & iuxta significa. Vnde paradoxa Ciceronis. i. electa sententia vel quia sunt ꝓter opinionẽ.

¶ Paragogon cũ accentu in antepen. dici potest deriuatiuũ vt ab albeo albico.

¶ Paragoge deductio figura qua littera vel syllaba fini iungitur: vt dicier pro dici. Hanc alij paralepsim. alij prolepsim.

¶ Paragraphus & paragraphum vtrũq; dr Paragraphe: latina ꝓscriptio exceptio

¶ Paralus: vt Ply. li. vii. scribit nomẽ fuit eius qui primus longam nauem inuenit. Sunt & parali in Attica qui paraliam incolunt. Plutarchus parolos factionum vnam e tribus quę athenis erãt Solonis tempore intelligit.

¶ Paralipomenon derelictũ ab παρα & λειπω μενον relictũ ꝓtermissum.

¶ Paralyticus latine dissolutus dr. Paralysis dissolutio neruorũ. Et alio noie a grecis hemiplexia hoc est semiapoplexia cũ in alterã tantũ corporis partẽ malũ id incubuit. Nã cũ totũ afficiat apoplexia nominat. Nũc vtrũq; inquit Celsus paralysin appellari video. Inde paralyticis qui tremuli sunt remediũ est in quo sit abstringendi efficacia. Ideo q;. Tertu. in apologia de Christo dixit. Cũ ille verbo dęmonia excuteret: leprosos mũdaret: paralyticos restringeret: mortuos deniq; verbo redderet vitę. Restrictus ergo resoluto cõtrarius est. Nomi natur id & paresis fere defectus virium.

¶ Paralleli pe. p. quoniã p. n. a grecis scribitur dñr circuli sphęræ q ad eundẽ polũ cõstituti finiũt. Parallelus em̃ quasi alternus mutuus inuicẽ cõpatus a quo lineę eque distantes parallelę dñr. Ideoq; segmẽta mundi quę nos circulos dicim⁹ parallelos greci vocant.

¶ Paranymphus a Hiero. dicit pronubus: ab antiquis auspex. Antiqui em̃ pro nuptijs celebrandis auspiciũ capere solebãt. Qui ꝑerat huic rei ꝓparte viri a grecis paranymphus: a nostris auspex dicebatur. Et vt auspex ꝓparte viri sic & pnuba ꝓparte mulieris adhibebat. Itaq; cũ apud Xpianos auspicia minime captent: adhibẽt sacerdotes q & pnubi a nobis dñr. Aug. li. xiiij. ci. dei. Nõne om̃es famulos atq; ipsos etiã paranymphos & quoscũq; ingredi quelibet necessitudo pmiserat ante mittit foras: q̃ vel blandiri coniunx cõiugi incipiat?

¶ Paraphraſtes dr in ſerꝑs qui nõ litterã ex littera sed sensum e sensu trãsfert: quasi iuxta loquẽs. Et ꝓ puerso & deprauatore ponit. Hier. in plo. lib. ꝟ. Et cũ intellexeris qđ antea nesciebas vel interꝑtẽ me ęstimato si gratus es: vel paraphrasten si ingratus. Idẽ ad Alga. Conabimur itaq; παραφραστικως sensus eius euoluere: paraphrasis peuersa dictionum interpretatio.

¶ Parapherna nõ paraphtena dñr ea q̃ ꝓter dotẽ dant fœminis. a para ꝓter & φερνη dos quasi ꝓter dotẽ. Hęc paraphernalia dicuntur.

¶ Parapetasma atis. latine velũ cortina.

¶ Paraſceue es. dici põt ꝓparatio nam a παρασκευαζω: qđ est ꝓparo deducit. Vñ & dies quo dñs noster Iesus Xꝑs ꝓ humani generis salute cruci affixus fuit paraſceue dr: qm̃ eo iudęi sibi necessaria ꝓparabant: vt pascæ dies absq; operatiõe ali qua transigeretur.

¶ Paraſitus pe. cor. qui aliorũ mẽsas & cibaria sequit ex para: ad: σιτον cibus σιτεια sagina: quod non solũ frumentũ: sed cibaria quoq; designat q đ vt cõuiuari possit oĩa ad voluptatem: cuius est tractus nidore culinę primo loquit oĩa: deinde assentatur oĩa illi⁹ facta ac dicta laudat: nihil repugnat: omnia suffert: nihil ventris causa facere recusat: in quo summum bonum constituit. Accipitur nonnunq̃ pro eo qui simplicibus verbis risum ab audiẽtibus captat. Primo tñ parasit⁹ in honore fuit: vtpote qui sacro ministerio addictus esset. Pro eo vero postea dictus ẽ: qui ad mẽsas diuitũ oblectationis causa admittebantur.

¶ Paraſitaſter qui parasitorũ imitator est. Nã quę in aster. finiũt imitationẽ potius q̃ diminutionem significant. Ci. ꝓ Vareno Euricius hic noster antoniaster. Duo tamen potissimũ diminutionẽ denotant surdaster & recaluaster.

¶ Paraſange apud persas viarũ mẽsurę sunt quinquaginta stadia continentes.

¶ Paraſtatę vt apud Victr. & Plyn. lapides sunt pilarum fere mõ appositi colũnis: de qua similitudine alterũ cruris os (Duo em̃ sunt) parastata noiat in iumẽtis Vegetio q: đ & paracmenion. Iul. Pollucl. apud quẽ & meatus illi per quos genitura e testib⁹ pvrinę vias deferẽt: parastatę nũcupant. Sũt & in ꝓlio inquit dicti parastatę nomẽ officij. quoniã adiũcti sunt ꝓstatis: hoc est ijs qui ꝓsunt cornibus sicut epistatæ: qui tertiũ in regendis his locũ tenent. Sed & tabulę quædã certis instrumentis a Victruuio parastatę vocantur.

¶ Paraſiopesis schema ẽ apud rhetores a latinis ꝓoccupatio dr cũ aliq d nos reticere dicimus & tñ tacitũ intelligit. Quod fit vel cũ rẽ notã esse putamus auditoribus: vel cũ suspitionẽ maiorẽ excitare reticendo volumus.

¶ Paropaniſades regio assę quę sicut refert Ptol. ab oriẽte parte Indię ab occasu Arabia terminat a Meridie Arachosia.

¶ Paraſtades lapides q vtrũq; ostij latus muniũt

PA.

Victru.quoq; paraſtadas in mentione templorũ vocat antas.

¶ Paraſtaſis latine aſſiſtẽtia: affirmatio per teſtes approbatio.

¶ Paraſynthetes decompoſitus.

¶ Paratrimma latine intertrigo cũ ſemina adurũt

¶ Parazoniũ gñs gladij q ad zonã accingi ſolit⁹ eſt απο του παρα και της ζωνης: quaſi ad zonam pendens.

¶ Paræneticus a.um. idẽ qđ p̃ceptiuus ſiue admonitiuus a verbo greco παραινεω: qđ ſignificat p̃cipio & admoneo: παραινεσις p̃ceptio: ſiue admonitio. Hinc Acron horatianus interp̃s: hæc ode parænetice ſcripta eſt: pro eo quod eſt p̃ceptiue ſiue monitorie: ſicut ab eodẽ dicitur. Hęc Erotice dicta eſt: pro amatorie.

¶ Parmenides æleata phũs Xenophanis auditor atq; amicus: cenſuit ſempiternũ: atq; ĩmobilẽ eſſe vniuerſum qđ ẽ ens ſecundũ veritatẽ rerũ. ſolũ. n. eſſe ſimplex & intrepidũ atq; ingenitũ: generationẽ vero eorũ eſſe q̃ falſa exiſtimatione vident eſſe cũ nõ ſint: nã ſenſus ſemouẽdos a veritate putat. affirmat. n. ſi quid eſt pręter ens id eſſe nõ ens. Nõ ens aũt nõ eſſe in rebus & ſic ens viuentũ ſibi relinq; t. terra vero dẽſioris aeris defluxu factã arbitrat

¶ Paronomaſia latine agnominatio cũ aliquod nomẽ ex alio in ſignificatiõe diſtãte cõficit. Ter. Iã inceptio eſt nõ amantiũ ſed amentiũ

¶ Parochus pen. cor. aufpex ſiue paronymphus q; añ vehicula eat: quę greece οχηματα dñr. Quidã parochũ interp̃tant p̃bitorẽ παρεχω p̃beo. Huius officiũ erat magiſtratib⁹ p̃benda cõducere Vel parochi magiſtratus erant quibus cura eratvt ligna & ſal legatis publice miſſis p̃berent. Horati⁹ Proxima cãpano ponti quę villula tectũ Prębuit & parochi quę debent ligna falẽq;.

¶ Parochię eccleſię dñr q; ſuis parochianis victũ cœleſtẽ exhibẽt. Hier. cõtra Vigil. Qui parochias ſuas vicinia iſtius ſcribũt eſſe maculatas. Et alibi. Miror ſanctũ epiſcopũ: in cui⁹ parochia eſſe p̃ſbyter dr: acquieſcere furori eius.

¶ Parœcia cũ œ. diph. dici põt incolatus. Nã para iuxta οικως domus: vbi. ſ. ſunt dom⁹ cõtigue. Aug. li. xiiij. ci. dei. Preſbiter fuit quidã noie reſtitutus in parœcia calamenſis eccleſię.

¶ Parergon dicit qđ alicui rei p̃ter ꝓpoſitũ addit vt ſi pictor alicuius ſancti imaginẽ pingẽs ornandę tabellę gr̃a arbuſculas & auiculas & huiuſmodi addiderit. Ply. Prothogenes cũ athenis celeberrimo loco minerue delubro ꝓpyleũ pingeret adiecit paruulas naues longas in his quæ pictores parergа appellant.

¶ Parectatus qui de pueritia venit ad pubertatẽ. Lucil. li. x. Tuũ ephebũ quẽ vocãt parectatum.

¶ Pareſis idẽ qđ paralis a defectu virũ dicta.

¶ Parentheſis interpoſitio ex παρα & εν: q̃ duo ſignificant inter θεσις poſitio. Figura quotiẽs remota de medio ſententia integer ſermo perdurat.

¶ Paronychia abſceſſ⁹ circa radices vnguiũ. Pli. li. xxiij. Gingiuarũ inflatiõib⁹ paronychijs: ſordidiſq; vlceribus & putreſcẽtibus deriuatio eſt manifeſta. Dicta paronychia: a παρα ad ονυξ vnguis quaſi ad vnguẽ.

¶ Paronymon nomen ab alio deriuatum.

¶ Parcæ quia nemini parcãt: ac ideo tres eſſe parcas arbitrãt quoniã tria ſunt tẽpora in quibus oĩa inuoluunt lacheſin dictã eſſe quia λαγχανω græce ſortior deſignat. atropon q a reuerti nõ poſſint Clothon: quoniã cõtorta & coordinata oĩa tẽtat. Hæc enim nomina ipſa lingua græca oſtendunt.

¶ Paropſis idis. per o gñis fœ. ex παρα & οψω i. ad cibũ ꝓprie genus furis: ſecundũ Iul. Pollucẽ. Q; q̃ & prepoſitorio obſoniorũ: qđ catinũ dicũt apud idoneos legat. Mar. Q ui portat gandẽs ancilla paropſide rubra Halecẽ. Sue. in Gal. Ordinario quidem diſpenſatori breuiariũ rationũ offerẽti paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligẽtia porrexiſſe.

¶ Parotides apoſtemata ſecus aures. Nã collectiones fiunt in glãdulis. Dñr & parotides: vt inquit Celſus arterię duę in dextra ſiniſtraq; iuxta guttur quę ſurſum procedẽtes vltra aures ferunt. Quin & ſpſi aurũ cincinni apud Iuliũ Pol. vocant parotides. Itẽq; partes his ſubiectę q̃ a faucib⁹ ad malas pertinent. Para em̃ ad: ωτα aures dicunt. Solent etiã iuxta dẽtes in gingiuis oriri dolẽtia quas grẽci parotidas appellant: quarũ remedia ſcribit Cel.

¶ Paradõtides ſiue parulides tubercula iuxta gingiuas cũ caro in gingiua excreuit.

¶ Paroxyſm⁹ ſtimulatio cõcitatio. παροξυνειν em̃ eſt incitare.

¶ Paratragœdio as. ſ. exaggero: ac verborum magnitudine aliquid augeo. Plaut. Illic homo eſt vt paratragœdiat carnifex.

¶ Parrhaſia regio in peloponneſſo dicta arcadia lichaonis patria. Vnde paraſius a.um. p arcadico Verg. Parrhaſio dictũ panos de more lycæi. In ea eſt mons lycęus: in quo bicornis fauni templũ fuerat: a quo lycæa ludicra illi ſacrata nobis lupcalia dicta. Vnde Ouidi. li. ij. faſt. Q uis vetat arcadico dictos a monte lupercos. Faunus in archadia templa lycæus habet.

¶ Parphaſius nomẽ pictoris Epheſij: qui cũ zeuſide in certamẽ picturę deſcẽdit. Hic primus ſymmetriã picturę dedit: primus argutias vultus: elegantiã capilli: venuſtatẽ oris exp̃ſſit. Et cũ zeuſis detuliſſet vuas pictas tãto ſucceſſu: vt in ſcænam aues aduolarẽt ipſe detulit linteum auibus pictum

¶ Parco is. peperci vel parſi. parſum. Vñ parſur⁹ ꝓprie ſignificat abſtineo: quaſi parũ tango. Hinc parcere p venią dare. i. ab vltione abſtinere. Liui. lib. xxv. Necdũ eos capuę parſuros. Ver. Parcere ſubiectis: & debellare ſuperbos. Aliq̃n pro prohibere: vt Parcite oues nimiũ procedere. Aliquãdo deponere: quia ab his quę deponimus abſtinem⁹ Verg. Parce metu cytharea: manẽt immota tuorũ Fata tibi. Aliquãdo p ſeruare: quia ſimiliter ab eis abſtinemus. Idem li. x. Argẽti atq; auri memoras quę multa talẽta Natis parce tuis. Aliquãdo pro deſinere. nã & deſinere abſtinere eſt: vt Parce pias ſcelerare manus. Sic parcere errori dicim⁹ abſtinere a caſtigatione erroris: ſiue parũ caſtigare errorẽ Parcere pecunię: abſtinere ab expẽdenda pecunia ſiue parũ expẽdere pecuniã. Var. Parſurus pecuniis bñ partis. Parcere famę: abſtinere a fama nõ laudare. Aug. lib. ij. ci. dei. Nimis ſuperbum ſit famę parcere principũ ciuitatis vbi ſuæ famę parci numina noluerũt. Parcere labori: abſtinere a labore: ſiue parũ laborare & eodẽ modo de ſimilib⁹. Hui⁹ verbi cõpoſita ſunt cõparco eiuſdẽ cum ſimplici

ſignificationis. Ter. Suũ defraudans genĩũ com parſit miſer. Repar co iterũ parco. Plau. in Trucu. Vtinã rei iterũ parciſſem meę: vt nũc reparcis.

¶ Parcus qui frugi eſt & ſumptib⁹ parcit. Gel. lib. iij. Neq; ab arca: neq; ab arcẽdo ſed a beo q⁹ paruũ & parũ denoſatur. Hiuc parcitas ꝑ frugalitate. Huius cõpoſitũ eſt ꝑparcus valde parcus. Ply. li. xi. Aliquãdo & ipſe cõtrahũt mortis ſibi cauſas cũ ſenſere eximi mella auide vorãtes: cętero ꝑparcæ: & q̃ alioquin prodigas atq; edaces nõ ſecus ac pigras: & ignauas pturbẽt. Similiter deparc⁹ nimiũ parcus ac tenax: cui opponitur profuſus: ac magnificus. Apulei⁹. At nõ cõtra accuſaſtis vnũ ſeuum: vt de parci tris libertos vt profuſi.

¶ Parcæ dictę ſunt a parco: per cõtrariũ: q⁹ nemíni parcant. Var. a partu vniuslitterę mutatione deduci putat: quoniã vt ſcribit Heſiodus hę naſcentibus hominibus bonũ malũq; conferre cõſentiãtur. Iuue. Hęc exẽpla para felicibus at mea clotho Et lacheſis gaudẽt ſi paſcitur inguine vẽter. Tres aũt fuiſſe parcas. Clotho. ſ. Lacheſin: & Antropõ finxerũt antiqui: quas Cic Herebi & noctis filias fuiſſe ſcribit: & caſdẽ fata eſſe exiſtimant. Vnde eſt illud Cleantis. Ducunt volentẽ fata: nolentẽ trahunt. Fingũt vitę hoium preeſſe & nendo eã ducere. Quapropter lanificas ſorores appellat. Mar. Si mihi lanificę ducũt non pulla ſorores Stamina nec ſurdos nox habet iſta deos. Apul. Tres parcę tria fata ſunt numero: cum ratione temporis faciẽtia. Si poteſtatem earum ad eiuſdem ſimilitudinẽ temporis referas. Nam qđ in fuſo perfectum ẽ pręteriti temporis habet ſpeciem. Et qđ torquetur in digitis momẽti præſentis indicat ſpatia. Et quod nondum ex colo tractum eſt: ſubactũq; curę digitorum: futuri & conſequentis ſæculi poſteriora videtur oſtendere.

¶ Parſimonia moderatio ſũptuũ & parcitas. Hoc eſt conſeruatio rerum quę ſic diffinitur a philoſophis. Parſimonia eſt qua cauemus: ne quod diſpẽdium vltra modum fiat & res familiaris quoad fieri poteſt ſine cuiuſq; iniuria conſeruetur. Fit aũt a ꝑterito parſi quod cõſeruaui ſiue abſtinui ſignificat. Nam alterũ pręteritũ peperci potius accipitur pro veniã dedi: q̃uis aliq̃ cõfundantur.

¶ Pardus animal eſt. cuius fœmina pardalis dicitur. Vnde & leopardus.

¶ Pario is. peperi partũ & paritũ per. pro. a quarta cõiugatione. A tertia vero penul. cor. Sta. Hoſti veniat paritura marito. Aenn. Oua parire ſolet genus pennis condecoratum. Eſt autem parere fœtum emittere: quod propríe ad fœminas pertinet: licet etiam quandoq; de viris dicatur. Cæcili. Hic vicinus noſtri peperiſſe ſe filium memorat. i. genuiſſe. Per trãſlationem de his dicitur: interdũ qui rẽ cõcipiũt pro acquirere ſeu cõparare. Et ſic conſtruit ſicut emo. Col. lib. x. Sequitur vt exanima deſyderem⁹ ea porro vel ære parta vel gratuita cõtingũt. Ver. Ite ait egregias animas quæ ſanguine nobis Hanc patriã peperere ſuo. Huius cõpoſita ſunt aperio: a quo adaperio: cõperio: operio: a quo cooperio & reperio.

¶ Parturio is. pe. co. a pario vel a partu fieri videt qđ eſt in pariẽdo laboro: ſeu laboro vt pariã. Ply. Vtiq; cõſtat parturiẽtes folijs ſubſtractis celerius parere. Var. In cubilibus cum parturient: acus ſubſternendũ cum pepererint tollere ſubſtramen. Cl. Vtinã aliqñ dolor populi Romani pariat qđ iam diu parturijt. Amb. de Cain. Hos part⁹ anima noſtra parturiat: nec ſolum parturiat: ſed etiã pariat. Ponitur tamen quandoq; pro primitiuo. Hier. cõtra Ruf. Putaſne eiuſdem meriti eos qui parturiunt & qui parturit.

¶ Partus a. um. participiũ. a pario. Apul. Partãq; a patre multo tẽpore & multo labore pecuniã vno die cõſumpſit. Partus us. nomen ꝑ ipſo pariendi actu. Ply. Quod a prægnãtibus cõmãducatũ partum faciliorem facit. Aliquãdo accipit pro prole. Mar. Nec iacuit partus ſed matre cadente cucurrit

¶ Paritura idem quod genitura. Var. li. ij. de. ætu. Quare demes ſi vis duas res de mulis admiſſurã & parituram.

¶ Partio onis. idẽ qđ partus. Plau. in Tru. Horteſco miſera mentio quotiens fit partionis.

¶ Parens a pario fit. quo noſe nõ mõ patet & mater: ſed auus & ꝓauus: auia & ꝓauia: & omnes ſuperiores vſq; ad tritauos ſignificant: vltra hos qui non habent ſpeciale nomen maiores appellantur Caius ſcribit appellatione parentũ oẽs in infinitum maiores vtriuſq; ſexus ſignificari. Auctor ẽ Hier. in ſecũda cõtra Ruff. apologia parentes etiã ſignificare affines & cognatos iuxta vernaculũ ſermonem. Lampr. de Alexandro ſeuero ſic ſcribit. Amicos & parẽtes Alexãder ſi malos reperit aut puniuit: aut ſi vetus: vel amicicia vel neceſſitudo nõ ſiuit puniri dimiſit a ſe dicẽs. His clariorẽ mihi reſp. Iul. Capitoli. de. M. Antonio refert: q⁹ adoptatus in aulicã domũ omnibus parẽtibus ſuis tãtam teuerentiã quãtã priuatus exhibuit. Hinc.

¶ Parentela ab eodẽ vſurpat: cũ dicit. Cauſa eloquẽtiæ dignũ parentela ſua putauit.

¶ Parento as. ſignifi. parentibus iuſta celebro. Licet etiã ad alios trãſferatur. Plyn. li. xviij. Quoniã mortuorũ aię ſunt in ea. ſ. faba: qua de cauſa parẽtando vtiq; aſſumit. Sumit etiã interdũ parentare pro ſimilem eſſe.

¶ Parentalia cõuiuia quę in parentũ aut ꝓpinquorũ mortibus fieri cõſueuerunt. Horũ Aeneas inuẽtor fuit. Hiero in Hiere. ꝓphãm li iij. Mos ẽ in gẽtibus ferre cibos & ꝑparare cõuiuũ: qđ a græcis & a noſtris vulgo appellat parentalia: eo q⁹ parentibus iam defunctis iſta celebrabant. Vel dicta ſunt parẽtalia q⁹ ita parerẽt mortuis q ita viuẽtes iuſſerant facere. vel q⁹ filij parentibus hoc ꝑſtarent.

¶ Pareo es. parui paritũ. Vnde pariturus ſignifi. videor & a pario: vt aliqui putãr deductũ: quoniã partus poſtq̃ extra vterũ eſt videt. Verg. Cui pecudũ fibręq; cœli cui ſydera parẽt. i. a quo fibrę & ſydera cernũt. Vnde & cõpoſita appareo. vt Apparẽt rari nantes in gurgite vaſto. Cõpareo corã aliquo pareo: vt Puer non cõparet & ego quo ibo? Diſpareo a cõſpectu recedo. Tranſpareo per aliquod corpus lucidũ videor. Interdũ parere eſt obedire. Verg. Paret amor dictis carę genitricis. Iuſti. li. i. Vix patiẽter vni viro nedũ fœminæ pariturís. Et habet penul. prod.

¶ Paro as. acquiro. Et ſicut emo capi poteſt licet in eo ꝑtiũ exꝑſſum nõ inueniat ita apertũ vt in e⁹ cõpoſito cõparo: ſed quaſi ꝑtiũ. Ter. in eu. Cupio aliquot parare amicos beneficio meo. Cur. Quid tibi diuitijs opus eſt q̃ te eſurire cogãt. prim⁹ oĩm

Pa.

ſatietate paraſti famē: vt quo plur a haberes acri⁹ q̄ ſi nō haberes cuperes. Hui⁹ cōpoſita ſunt appa-ro: cōparo: reparo: ſeparo: diſparo. quod eſt ſepa-ro: equiparo: propero: & ſupo. Quæ hñt pen. cor.

¶ Parabilis & hoc parabile: qđ in prōptu eſt & ci-to haberi pōt. Sene. Ad manū ē & parabile quod ſat eſt: qui ad naturā viuit: nunq̄ eſt pauper. Ci. li. v. tuſ. Diuitias (inquit) naturę parabiles eſſe.

¶ Paro nauis genus: ad cuius ſimilitudinē Myo-paro dicitur.

¶ Paries etis. pe. cor. de priuatis dī: vt paries do-morū. Murus tā de publicis q̄ de priuatis dicit.

¶ Parietinę pe. p ro. muri veteres ac ſemicōſūpti. Ply. Aſtericū herba eſt naſcēs in tegulis parietinis q̄ folio ſimilis ozymo. Augu. Parietinę dñr quas vulgo dicim⁹ ruinas: vbi parietes ſtant ſine tecto ſine habitantibus.

¶ Parietaria herba a parietibus: in quibus naſcit dicta vulgo victriolū. Dicitur & perdicū quoniā perdices ea veſcantur.

¶ Paros inſula ē: quę a delo. xxxv. millib⁹ diſtat ex qua parius lapis marmoreus. Hanc primo pla-team: poſtea minoida vocitarūt. In ea eſt oppidū etiā paros vocitatum. Pharos vero cū h eſt alia in-ſula. de qua infra.

¶ Parius lapis candidus: e quo multa ſigna fiunt Et eſt in paro inſula vna ex cycladibus. Verg. Ni-ueamq̄ paron.

¶ Parium ciuitas aſiæ in regione myſiæ. Ex qua fuit Neoptolemus cognomento Gloſſographus vir memoratu dignus.

¶ Parma breue ſcutū: quo pedites vtebāt: q̄ e me-dio in omnes partes eſſet par: vt inquit Var. Ver. libr. xi. Enſe leui nudo parmaq̄ ingloribus alba. Hoc ſcutū græci auctore Ply. vocāt peltam. Hui⁹ diminutiuū eſt parmula. Hor. Senſi relicta nō bñ parmula. Parma etiā nomē fluuij: a quo vrbs inter Placentiā & Cremonam ſita parma appellata eſt. Hęc patria fuit Caſſij poetę & Macrobij viri inge-nio & doctrina pręſtantis.

¶ Parmularius gladiator: qui parmula vtebatur. Itēq̄ fautor & locator eius generis. Porro parmu-larij etiā thraces ſiue threces appellabantur. Feſt. Threces inquit gladiatores a ſimilitudine parmu-larum thraciarū vocati.

¶ Parnaſus pen. pro. mons in phocyde vt ſcribit Plynius & Stra. li. ix. Et Herodo. Mellaq̄ confir-mant. Qui mons duos vertices habet: quorū vnū Thitorea: alterū Hyampæū. Herodotus in Vrania tradit Nō aūt Cytheronē & heliconē: vt Ser. pu-tauit. ſeu vt alij volūt cyrrhā aut Cyrphim: ſeu ny-ſam cum cythera: q̄ Cythera aut helicon in Bœo-tia montes diſiuncti ſint: ita vt helicon procul ſit a parnaſo circiter quindecim paſſuū millia. Cythe-ron vero. xxx. Eſt autem ſicut docet Stra. Helicō parnaſo æmulus & altitudine & circuitu. Et muſis natale in nemore Helicone ſcriptores aſſignant Cyrrha vero & Nyſa ſunt nomina ciuitatum. Cyr-rha ſub Cyrphin rupē parnaſi in radicibus mōtis in planicie mare verſus locata eſt. Nyſa vero non in parnaſo: ſed in felici arabia ſita ē: in qua cū bac-chus nutritus eſſet in ei⁹ memoriā ipſe poſtea aliā in India cōdidit. Eſt igitur parnaſus phocydis ſa-cer baccho & apollini. Oui. Separat aonios actęis phocys ab aruis Terra ferax. Mox addit. Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus Nomine parnaſus: ſuperatq̄ cacumine nubes. Luc. Carmi-ne parnaſus gemino petit ęthera colle. In hoc mō te rupes vel maieſtate numinis vel ſitu ipſo horro-rē viſentib⁹ facit: vndiq̄ fere p̄ceps in formā thea-trī: hic eſt apollinis delphici tēplū: hic fons Caſta-lius muſis ſacer. Hic habitauere pieres natio thra-cia: vnde pierius mons & pierides muſę. Sub par-naſo habitauerunt hiantes populi. Vnde aquę par-naſi fontis hiantida dicuntur. Hic fontes atticam verſus Hippocrene & Aganippe. A parnaſus fit parnaſius a. um. Verg. Nec tātum phœbo gaudet parnaſia rupes.

¶ Parricida penul. produ. a pari vel a patre deduci poteſt. Si a pari. r. euphonię cauſa additur. Si a patre. t. in. r. conuertitur. Ideo per duplex rr ſcribi-tur. Quibuſdam tamen a parente compoſitum vi-detur. & pro parenticida per ſincopam cōmutatio-ne t. in r. Nā parricidę dicunt parētū interfectores & patrię p̄ditores: quia p̄ria parēs vniuſcuiuſq̄ ē. Lege pompeia de parricidia cauet: vt is parricidij teneatur: non ſolum qui patrem & matrem interfe-cerit: ſed qui fratrē/ſororē/patruelem/matruelem: filiū/filiā/nepotē/nurū: alioſq̄ propinquos occi-derit. Ponit & p alio quocūq̄ q̄ qualēcūq̄ homi-nē occiderit. Vnde extat lex Numæ pōpilij. Si q⁹ liberū hoſtē morti ſciēs duit: parricida eſto. Et ſic a pari ſit cōpoſitū. Hinc parici appellabant quæ-ſtores qui cauſa capitaliū rerum quęrendarū creari ſolebāt. Sunt tñ qui inter parricidiū & patricidiū diſtinguāt: q̄ patricidiū ſit patris interfectio. Vñ & matricidiū quo mater interficitur: ſic patricida & matricida. Parricidiū vero cognati: vel ciuis: vel alicuius alij occiſio: vel cōtra patriā machina-tio. Ci. li. iij. offi. Poteſt eñ dij īmortales cuiq̄ eſſe vtile fœdiſſimū: & teterrimū parricidiū p̄ię. q̄is is qui ſe eo obſtrinxerit ab op̄piſſis ciuibus parens nominetur. Plautus tñ parēticidam appellat q pa-trē interfecerit. Greci patroctonū ἀπο τῶν πα-τέρων: quę illic venari cōſueuerant.

¶ Parthenius virgineus dicitur. Quo noīe dictus eſt mons archadiæ: a virginib⁹ quę in ea veneri fre-quenter ſacra facere ſolebant. Eſt & parthenius flu-uius paphlagonum.

¶ Parthenope vna fuit ſyrenū quę pre dolore q̄ p̄tereuntē Vlyſſem cū ſocijs cātu non deceperint in mare ſe p̄cipitauerūt: vna hęc in eū delata eſt lo-cū vbi poſtea cōdita fuit neapolis p̄clara vrbs cā-panię. Parthenos eñ virgo latine dī. Ab hac igit̄ ſirene neapolis eſt appellata a virgo parthenope. Et licet quidam dicant neapolim dictam q̄ augu-ſtus eam inſtauraverit: tñ legitur a Lycophrone. neapolim ante Auguſti tēpora qui tēpore Ptole-mæi philadelphi clarūt: & neapolitanos ſingulis ānis ad tumulū parthenopes faces tuliſſe. Hāc cu-mani a parentibus digreſſi condidiſſe produntur. qui in eo loco parthenopes corp⁹ in veteri monu-mento conditum reperiſſent nomen eius vrbis in-didere. Sed poſtq̄ loci vbertate atq̄ amœnitate maiorem in modū frequentari ciuitas cœpit veriti ne cumę deſerentur diruendi parthenopē conſiliū iniuere. Quo facto mox īmani peſtilentia vexati oraculo moniti ſunt vt vrbē reſtituerēt. Itaq̄ ſubi-to inſtauratam neapolim: hoc eſt nouam vrbem vocauere. Hinc parthenopeius a. um.

¶Parthia regio assyrię: a q̃ parthi. Hi lingua scythica exules dñr: sicut refert Iusti. li. xli. docẽs ab exulibus scytharũ parthorũ impertũ fuisse deductũ quorũ regna duodeuiginti fuisse testis est Ply. li. vi. hęc regio ab ortu habet arios: a meridie carmaniã: ab occasu medos: a septẽtrione hyrcanos.

¶Pars a pari: q̃ partes simul in iunctę pares. i. ęq̃les sint toti. Vel dr a parto q̃ pars a toto deducta: & quasi parta sit. Potest etiã dici a parũ q̃ pars sit quid parũ respectu totius. Dicunt vero partes: in quas diuidit totũ. Q̃nq; tñ partes ꝓ officio poni cõsuetũ est. Et dicimus meæ partes sunt: & mearũ partiũ est: hoc est meũ officiũ est. Hinc fit cõpositum expers quod est sine parte.

¶Particula diminutiuũ parua pars: a quo particulare: qđ ad partẽ spectat.

¶Particulariter & particulatim aduerbia significãtia membratim & per partes. Ci. li. i. ad herẽ. Si summatim nõ particulatim narrabimus.

¶Particulones dicũtur coheredes & qui partẽ patrimonij sumunt.

¶Partim aduerbium significat q̃nq; ex parte: vt partim subticuit crimen: partim cõfessus est. aliq̃n idem ẽ qđ pars: vt partim hominũ venerũt. idest pars hominũ venit.

¶Particeps qui partẽ capit. Dicimusq; particeps sum laborũ tuorũ: & particeps sum tibi in laboribus. Curtius. Q; fuisset illi in periculis particeps.

¶Participo as. partẽ tribuo. Hiero. Tũc erit eius fructus cum ei Christus dominus cœlorum regna participauerit.

¶ Pegmatis formã. Sene. ad Lucil. his verbis deſcribit. His annumeres licet machinatores qui pegmata per ſe ſurgẽtia excogitãt & tabulata tacita in ſublime creſcẽtia: & alias ex inopinato varietates: aut dehiſcẽtibus: quę cohærebãt: aut quę diſtabant ſua ſpõte cohærẽtibus: aut ijs quę eminebãt paulatim in ſe reſidẽtibus. Ioſephus li. vij. de bel. Iudaico. Maxime aũt ſtupor erat machinarũ quę portabãtur ſiue pegmatum fabricatio: pro quoꝝ magnitudine viribus portãtium occurrẽtes timebant. Multa enim in tertium nidum quartũq̃ ſurgebant & magnificentia fabricę cum admiratione delectabat. In his machinis ſimulachrũ belli repſentatũ fuiſſe ſignificat: vt alij fugere: alij capi viderentur & per ſingula pegmata dux captę vrbis agebatur: ita vt captus fuerat ordinatus. Qui aũt in his machinis depugnabãt a Suetonio pegmares vocantur. Tradũt Claudiũ abieciſſe aliquãdo beſtijs qui pegma in ſcęnã parũ feliciter produxiſſent: Ply. li. xxxij. Princeps Caius in circo pegma duxit in quo centũ & vigintiquattuor argenti põdo fuere. Feſt. ſcribit pegmata eſſe aut ęre: aut marmore ornamẽta quę vt plurimũ in atrijs quãdoq̃ in porticib⁹ auliſq̃ affigũt. maiorũ aliorũq̃ fortiũ virorũ geſta certius q̃ pictura oſtendentia.

¶ Peiero as pe.co. falſo & aio fallendi iuro: ſeu iuramentũ infringo. Ex per & iuro: abiecta r. & u. lõga in e breuẽ cõuerſa. Plaut. in aſi. Nã ſi quid fecit ſceleſte pro illo lingua peierat. Lact. li. i. Ergo alia qua poteſtas eſt quę peierantes deos puniat. Dicimus & periuro as: qđ periurus ꝑbat &, periuriũ.

¶ Peior & deterior differũt q̃ peior a malo dicat̃: deterio a meliore: id eſt minus bonus.

¶ Pelagus pe.co. tã maſ. q̃ neu. gñs ꝑ fundũ maris ſignif. Val. Flacc⁹ li. i. O q̃tũ terrę: q̃tũ cognoſcere cœli Permiſſũ eſt pelagũ quãtos apimus in vſus. Hĩc pelagicus a.um. Col. li. ix. Ceteri ſaxatiles ãt pelagici ſatis ex his: iz recẽtib⁹ meli⁹ paſcũt.

¶ Pelagia dr̃ purpura a pelago a quo & ſuccus ei⁹ pelagium vocatur.

¶ Pelamis idis. gñs fœ. gñs piſcis thynni. nã pelamides primo: Sed cũ ănũ exceſſere tp̃s thynni vocant̃. Dict⁹ q̃ in luto moret̃ απο του πηλου, i. a luto. Iu. Sicc⁹ petaſuncul⁹ & vas pelamidũ. Pli. li. xxij. Pelamidũ gñs maxía apoplectos vocat̃.

¶ Pelargus græce latine ciconia dicit̃: ſicut teſtat Ambro. lib. hexa.

¶ Pelaſgia regio grecię circa extremã partẽ macedonię verſus achaiã: olim theſſalia dicta inter duo maria ægeũ & Ionũ platani folio ſimilis excurrit propter anguloſos receſſus: a qua pelaſgi populi quaſi pelargi. i. ciconię: quoniã errabũdi ritu ciconiarum propter multas nationes iuerũt: vel pelaſgia pelaſgo Iouis filio.

¶ Pelethronũ oppidũ theſſalię vbi primũ domãdorũ equorũ vſus inuentus eſt.

¶ Pelethronius nomẽ eius qui primus (vt ſcribit Ply.) frænos & ſtrata equorũ inuenit.

¶ Pelops Tantali filius qui curtli certamine cõtẽdit cũ œnomao. Qui cum didiciſſet ex oraculo ſe tũc moriturũ cũ filia nupſiſſet: multis illã petẽtib⁹ propoſuit certamẽ quo victus interficeret̃: victor filiã duceret vxorem: equorũ inſtituit curſum ad aram neptuni: quę eſt in iſthmo corinthiaco: cum plures equorum quos perniciſſimos habebat velocitate ſupaſſet: ſuperatoſq̃ pemiſſet: is equorum pernicitate vicit œnomaum: abduxitq̃ ex pacto vxorẽ hippodamiã. Hinc pelopidę dicti qui a pelope originẽm duxerunt.

¶ Pelopeius a.um. ñomen poſſeſſiuũ. Vnde fabula de Pelope ſcripta/pelopeia dicta eſt. Iuue. Præfectos pelopeia facit: Philomela tribunos.

¶ Peloponneſus regio achaię a pelope hippodamię viro dicta & tãtali regis phrygũ filio: quaſi pelopis inſula: qñ pene inſula ẽ. Qui ſupato œnomao hippodamię patre in certamine totũ illud regnũ in dotẽ accepit: & ex phrygia ſecũ in eã regionem duxit populũ. Hæc apie ante appellata & pelaſgia peninſula haud vlli terrę nobilitate poſtferenda. Circuitu. cccl xiij. milliũ paſſuũ colligit̃: anguſtię ſex milliũ ſunt niſi erũpentia e diuerſo quæ dicta ſunt maria. Hĩc corinthiacũ: illinc ſaronicũ ſinũ efficiũt. In pelopõneſo ſunt argos. mycenę. corinthus. lacedęmon. patrę. Malea promõtoriũ Epidaurus. regiones: archadia. Sicyonia.

¶ Peleus nomẽ patris achillis. Vñ & pelides achilles dict⁹ ẽ. Hepheſtion interp̃s ſophoclis tragici Aiace tragędia αιακοσ υιοσ Αιοσ εξ αιγινησ ϖη λευσ και τελαμων εξ αιακου ων αχιλλευσ και αιασ και αιαντοσ ϖαισ ηυρισακησ.

¶ Pelias adis. haſta qua achilles ſolus vtebatur.

¶ Pelion mõs theſſalię. Oui. Pelion hemõiæ mõs eſt obuerſus in hauſtros: Summa virẽt pinus: cætera quęrcus habent.

¶ Pella vrbs macedonię fuit in littore ęgęi maris illuſtrata maxĩe natalibus Philippi macedonum

regis & alexandri. Vnde & vterq; pellæus dictus ẽ Iuue. Vnus pellęo iuueni non sufficit orbis.
¶ Pellax qui per blandicias decipit. Ver. Inuidia postq̃ pellacis vlysſi. Inde pellacia: fallacia. Idem lib. iiij. geor. Verũ vbi nulla fugã reperit pellacia.
¶ Pelliceo ces. pellicui raro habet. Pellicio is. xi. pellectũ. blandiẽdo decipio. vñ pellectus: crebro p pellicio. Ter. in phor. Is senẽ per epistolã pellexit. Componiturq; ex per & lacio: mutatis r. in l: & a. in i. Festus. Lacit: decipit inducit. Lax lacis vero fraus est. A lax siue lac lacio eẽ: q̃uis verba a lacio cõposita & fraudis & lactis participẽ significationem habeant. Vnde & lacto as. propter quod & in bonã partem & in malã accipi possunt: vt allicio: elicio: illicio & alia. A pellicio fiunt pellax pellicator: pellicatus & pellex. Est & perliceo: siue perlicio: quo vsus est Liui. li. iiij. si textus nõ est vitiatus. Negociũ inquit datur: vt quos quisq; posset ex collegio tribunorũ ad intercessionem perlicerent. Pellicio tamẽ & pellexi & pellectus magis in vsu sunt: q̃ perliceo. Perlectus in ista significatione nequaq̃ haberi puto: sed pellectus tantum ne a perlego putaretur.
¶ Pellicator qui ad fraudem pellicit.
¶ Pellex vt inquit iureconsultus illa vulgo appellatur: q̃ cũ eo cui vxor sit corpus miscet. Inde apd oratores & poetas pellex nõ tã viri q̃ vxoris nuncupatur. Ci. Vxor generi: nouerca filij: filię pellex. Sue. de Cęsa. Prętereo actiones Dolobellę: in quibus eũ Dolobella pellicẽ reginę dicit: Cõcubina q̃ cum cęlibe viro sine nuptijs locũ tenet vxoris quã greco vocabulo παλλακην pallacen appellamus. Sue. de Vespa. Inde quieti vacabant accubãte aliqua pallacarũ quas in locum defunctę genidis plurimas constituerat. Iustinus quoq; cyri pallacen nominat. licet vitio librariorum pellicẽ scriptũ reperiatur. Pellex latinũ nomẽ ẽ a pellicio qd est blãdiendo decipio: quia blandiendo virum ab vxore seducit. Ci. in Sal. oĩum cubiculorũ pellex: & idẽ postea adulter. i. puer lædebas alienas vxores pręripiẽs eis maritos: vir postea lęsisti maritos prętipiens eis vxores.
¶ Pellicatus us. actus quẽ pellex exercet: sicut cõcubinatus quẽ concubina.
¶ Pellene pe. pro. oppidũ achaię inquit Strab. A quo pellenci populi.
¶ Peligni populi marsis finitimi: quorum metropolis est sulmo. Pelignũ eñ est vrbs ex qua Ouid. duxit originem: sicut ipse testatur. Peligną gentis gloria dicar ego.
¶ Pelluceo p mediũ luceo. Iuue. Cretice polluces.
¶ Peloris idis gñs cõchę. Hort. in ser. Murice baiano melior lucrina peloris
¶ Pelorus pe. pro. promõturiũ sicilię Italiã versus a Peloro gubernatore nauis annibalis ibi sepulto Pomp. Annibal fugiẽs ex aphrica cum ad has angustias deuentret sequentis pelagi: & proditum se putasset pelorum gubernatorẽ nauis occidit & tumulauit. De hoc promontorio Luc. li. ij. Extremi colles siculo cessere peloro.
¶ Pelorius latine excęlsus & vastus. Quo noie dictus est Polyphemus ab Homero.
¶ Pelicanus auis ægyptia nascit in solitudinibus maxime nili fluminis. Duo aũt sunt pelicanorum genera: vt docet Hier. Vnum volatile: aliud aquaticum: & latine dicuntur onocrotali. græci πελεκαρος: nos pelicanus. Hæ aues tanq̃ colaphis rostrorum dicuntur occidere paruulos suos: eosdẽq; in nido occisos a se lugere per triduum: postremo dicunt matrem seipsam grauiter vulnerare: & sanguinem suum super filios fundere: quo illi super fusi reuiuiscũt. Hier. ad prędidium sic habet. Pelicani cum suos a serpẽte filios occisos mortuos inueniunt: lugent & se & sua latera percutiũt: & sanguine excusso ad latera corpora mortuorũ sic reuiuiscũt
¶ Pellis dr cũ ẽ a carne sepata: q̃ cutis antea dicebatur. Iuu. Habes deformẽ p cute pellẽ: dicta pellis: vt quidam putant: a pellendo q̃ externas iniurias tegendo repellat. Hęc postq̃ concinata est ad calceos & cętera opera facienda. A luta dicit. Var. pasceolus saccus est ex aluta factus: Huius diminutiuum est pellicula.
¶ Pellesuina locus vbi pelles venduntur.
¶ Pelliciũ vel pellicia vestis ex pellibus. Hier. cõtra Ioui. Deiecti in vallem lachrymarũ tunicis cõsutis & pellicijs vestirentur.
¶ Pelliceus a. um: qd ẽ ex pelle: vt vestis pellicea.
¶ Pellitus a. um. pe. p. qd pelles habet. Prop. Pellitos habuit rustica corda patres.
¶ Pelliculo as. pe. cor. pellibus obtheuro. Col. Vas operculatum pelliculant.
¶ Pelliones qui vestes pelliceas & alia ex pellibus opera faciunt.
¶ Pello as. q̃uis non sit in vsu: habet tamẽ cõposita: appello: cõpello: & interpello.
¶ Pello is. pepuli pulsum. i. percutio: ferio. Terẽ. Quisnã a me pepulit tã grauiter fores? Aliqñ abigo extrudo. Plautus. Pelle aio timorẽ mox aderit gnatus. Huius cõposita sunt ab pello siue aspello appello per duplex pp. cõpello. depello: dispello. Expello: impello: ppello: qd est a lõge pello: amoueo. Sal. Collegã suũ Antoniũ pactione prouincię propulerat ne contra remp. dissentiret. Aliqñ significat vltraduco. Col. li. ij. Cũ ventũ erit adversum in priorẽ partem iugũ propellat. Perpello perfecte pello: induco. Liui. li. i. Incensam multitudinẽ perpulit: vt imperiũ regi abrogaret. Repello retro pello. A supino pulsum fit frequẽtatiuũ pulso as. Antiqui etiã dixerũt pultũ: a quo pulto as.
¶ Pelta scutũ breuissimũ in modũ lunę iã medię. Verg. Ducit amazonidũ lunatis agmia peltis: A quo noie postea peltastę pedites appellati sunt: q̃ ad motum concursumq; leuiores erant.
¶ Peluis quasi pede vis: vt Varro inquit: a Pedũ lauatione. Alij peluim sinum aquarium putant in quo varię res perluuntur.
¶ Pelluuiũ & pelluuia fœ. gñe vas quo lauant pedes, sicut maluuiũ & maluuia vas quo lauãtur manus. Dictũ pelluuiũ a pelluendo. hoc idẽ polubrũ dicitur. Labrum cõmune est: quod vulgo dicitur bacille similiter & peluis.
¶ Pelusiũ vnũ est ex ostijs nili: & ciuitas prope in quadam ęgypti parte quę augustanica est appellata prope thebaidem. Hanc vrbem cõdidit Peleus Achillis pater monitu deorũ post lustrationẽ. Eo enim tempore Peleus furijs agitabatur: quia fratrẽ Focũ interemerat & purgari quęrebat: Hinc fit pelusius a. um. p pelusiacus a. um. pe. cor. Mar. Accipe niliacã pelusia munera gentẽ. Verg. li. i. georg. Nec pelusiacę curã aspernabere lentis.

¶Peluſiotæ:populi peluſium habitãtes. Hie.contra Ioui. Impelle ſi vales peluſioten vt manducet cepe. Idem in Pãma. Peluſiotas nos appellant & luteos animaleſq; & carneos.

¶Pendeo es.pepẽdi penſum:ſignificat in ſublimi ſiue ſuſpenſum eſſe. Tractũ a pennis auiũ. Virg. Incultiſq; rubens pendebit ſentibus vua. Plau.in aſi. Nudus vinctus centũ pondo es per pedes quando pendes. Hinc per tranſlationẽ pendere pro ſuſtentari ponitur. Ouid. Pendet & a veſtra noſtra ſalute ſalus. Quãdoq; pro cruciari & in pœna eſſe. Et ſic conſtruitur cum genitiuo vel ablatiuo. Cic.lib.pri. Tuſ. Q2 ſi expectando vel deſyderãdo pendemus animis cruciamur & angimur. Idẽ in Hor. Et q ex pectat pendet animi. Et pẽdere dicit̃ q nimio deſyderio alicuius rei intẽtus ceſſat ab omni alio opere & id vnũ ſolicitus expectat. Ouid. Narrantis coniunx pendet ab ore viri. Vir. Dum cõſulta petis noſtroq; in limine pendes. Item dubitare. Sene. Pendet animis & in diuerſa trahitur. Itẽ ceſſare. Virgil. Pendent opera interrupta minæq; murorũ ingentes. Huius compoſita ſunt Appendeo depẽdeo impendeo propendeo & ſuſpendeo: qđ eſt ſupra pendeo. Col.li.v. Ruſticos ſubigere iugo palmã & ita collocare vt ſol minime ſuſpendeat. Interdum eſt mediocriter vel quaſi iminere. Ci. Peto. Quid ipſa res modo honeſta modo turpis ſuſpendet flagitioſum eſt.

¶Pendo is.pepẽdi penſũ verbũ actiuũ. Et aſſumpta e fit neutrũ in alio ſenſu. Significatq; pondero & per tranſlationẽ conſydero æſtimo. Vnde & eos genitiuos regit quos verba pretiũ ſignificantia habere ſolẽt: vt Magni pendo: parui pendo: nihili pẽdo: flocci pẽdo & huiuſmodi: quod eſt in magna & parua æſtimatione habeo. Vnde magis ſeparata q̃ compoſita ſunt dicenda. Pendere eſt etiã ſoluere. Liu.lib.i. Ad equos emẽdos dena milia æris ex publico data & quibus equos alerẽt viduę attributę q̃ bina milia æris in annos ſingulos penderent. Sal. Semper illis reges tetrarchæ vectigales erãt populi: nationes ſtipendia pẽdere. Vnde pœnam pendere, ppriedicitur qui ob delictũ pecuniã ſoluit. Virg. Tum pendere pœnas cecropidæ iuſſi. qđ ex eo tractum eſt q; ære graui cum vterentur romani eo penſo non numerato debita ſoluebant. Libralis em̃ & dupondius appendebatur aſſis. Vnde æris grauis pœna. hinc penſiones dictæ ſunt. Itẽ pendere ſuſtinere. Lact.lib.ij. Eoſq; impietatis ac ſceleris ſui ſupplicia penſuros. Compoſita ſunt Appendo cõpendo. vnde cõpendiũ. Diſpendo varie pendo. a quo diſpendiũ. Dependo qđ eſt do. Col.lib.v. Namq; aliter in caſſum dependitur opera cũ degeneres etiã renouatæ priſtinũ ſeruabũt ingeniũ. Expendo: impendo: perpendo. diligenter conſydero: ſeu perfecte pondero. Lac.lib.vi. Nihil em̃ ſapiunt niſi terrã bonaq; & mala ſolius corporis ſenſu ac voluptate perpendũt. Cic. Quid in amicitia fieri oportet. quę tota virtute perpenditur. i. exacte ponderat̃ examinatur. Aug.lib.iij.de ci.dei Nec nos in ea re d ligẽtius requirenda per multorũ ſcriptorũ perpenſa teſtimonia demoremur. Propẽdo prępendo antepẽdo. Prop. Cum tua præpendent demiſſa in pocula ſerta. Rependo & ſuſpendo ſurſũ pendo: alte ligo. Virg. Ante nouis rubeant q̃ prata coloribus. ante garrula q̃ tignis nidum ſuſpendat hirundo. Quando; ſuſpendere eſt anxiũ eſſe. Plau. Vix compos mẽtis ſum ita mihi ſuſpendit animũ. Virg. Suſpensi eurypilum ſcitatũ oracula phœbi mittimus. Et quoniã dũ anxij ſumus etiã dubij efficimur. Suſpẽſum quandoq; pro dubio ponitur. Sene. Suſpẽſus animo quid agere cogitabat. Itẽ pro placido ac ſilenti. Teren. in Phor. Hæc vbi ego audiui ad fores ſuſpẽſo gradu placide ire perrexi. Et ſuſpẽdere etiã eſt pendendo interficere. Lact.lib.iiij. Tum ſuſpenderunt eum inter duos noxios mediũ qui ob latrocinia damnati erãt. Hinc ſuſpendiũ pro ſuſpenſione. Gel. Suſpendio vitam finiuit.

¶Penſo.as. a pendo vel a pendeo frequentatiuũ. ſignificat ſæpe pondero æſtimo: vel aliquid p alio do. Hiero. ad Iul. Paupercula vidua omnes dicitur in oblatione munerũ dei ſuperare locupletes: quæ nõ pondere ſui: ſed offerentiũ volũtate penſantur. Val.max.lib.i. Deductus ac miſſus ad ſenatũ legatus vt ex ſe & vno & ſene complures pœnorũ iuuenes penſarẽtur in contrariũ dato conſilio carthaginẽ petijt. Hinc cõpenſo diſpenſo repenſo. Hie. De eo autẽ q̃ niteris approbare conuitiũ & homicidiũ rachal & adulteriũ & ocioſum ſermonẽ & impietatẽ non ſupplicio repenſari iam reſponſum eſt.

¶Penſito as. ſæpe vel valde bene pondero examino. Ply.n.lib.vij. Is demũ vitam æqua lance penſitabat q ſemper fragilitatis humanę memor fuerit. Gel.lib.i. Aut virtutes penſitabat: aut vitia rimabatur: vt iudiciũ eſſe factũ ad amuſſim diceres. Et penſitare eſt ſoluere cõſueſcere. Ply.li.xij. Qui tradit ſingula milia talentũ tauris annua pẽſitaſſe arabas regibus perſarum. Cice. in oratione contra mithrydatem. Quę tandẽ eſſe exiſtimatis aut eos qui vectigalia vobis penſitant: aut eos qui exercẽt aut exigunt. i. ſoluere ſolent.

¶Penſitator: ponderator. Gel. Verborum penſitatores ſubtiliſſimi. a Penſito.as.

¶Penſor q põderat: a Pendo.is. Aug.li.v.cõ. Dubitare ſtultũ eſt: quin vtiq; melior ſit q̃ mẽſor cœli: & numerator ſyderum: & penſor elementorũ.

¶Penſiculo.as. idem quod pẽſito. Gel. Penſicula vtrũq; moderare reperies ſuo quodq; in loco ſonare aptiſſime. Hinc Penſiculatores dicti ſunt q aliorum dicta ſiue dictiones exacte ponderant. Et penſiculate aduerbiũ. i. cum pondere.

¶Penſilis & hoc penſile. pe.cor qđ ſuſpenſum & ſublime eſt. vt Penſilis hortus qui ſupra ædificia factus eſt. hoc eſt in ſolario: vel in aere ſublimis. Sic penſilis vua. Hor. Tum pẽſilis vua ſecũdas Ornabat menſas. Penſilis homo qui ſuſpẽſus eſt. Plau. Reſtim volo mihi emere qui me faciã penſilem. Pẽſilis lectus. penſilis lychni: q; ſuſpẽſi ſunt & in aere pendẽtes. Penſilis vrbs: quę ſubtercauata eſt. Ply. Legũtur & penſiles hortos: immo vero totũ oppidum feciſſe nullo oppidanorũ ſentiente. Idem. Magnitudo & frequentia cloacarũ vrbem penſilem fecit. Penſile horreum: qđ nos vocamus granariũ q; ſit in altiore domus loco. Col.lib.i. Sed nos in noſtris regionibus: quę redundant vligine magis illã poſitionem penſilis horrei probamus. Aliquãdo tamen penſilis dicitur mollis. Virgil. Pilentis matres in mollibus Ser.i. penſilib⁹. nam molle & penſile conuertuntur.

¶Penſa a pendendo: qđ pro aliqua re cõducta ſoluitur. Et penſa plurali nũero manipuli lanę vel lini

PE.

qui pendent ex colo & fuſo trahũtur. Nam cũ dici mus trahit penſa idem eſt ac ſi diceretur filat. Oui. lib.z.faſ.Lumen ad exiguũ famulę data penſa trahebant. Iuſti.lib.i. Penſa inter virgines partientẽ. Quandoq; penſa capiũtur pro filis. Virg. de textrice. Excuſſi manibus radij reuolutaq; penſa.

¶ Penſus.a.um.põderatus examinatus. Per trãſlationẽ ponit pro bono & ſapienti. Plau.in Sti. Age tu altera vtra ſit cõditio penſior virginẽ an viduã habere. Quandoq; ponitur pæquato. Sal. Neq; id quibus modis aſſequeretur dum ſibi regnũ pararet quicq; penſi habebat.

¶ Penſio dicit id qđ pro re aliqua cõducta ſoluitur .i. qđ datur pro rei alicuius vſu aut agri: aut domus Cic. Leptæ. Teneor tamen dum a Dolobellę procuratoribus exigam primã penſionem.

¶ Penſionari⁹ qui penſionẽ alicui ſoluere tenetur.

¶ Pendulus.a.um. quod pendet. Oui. Laſſaret viduas pendula tela manus. Hiero. ad Pãma. Maluit in humilioribus tuto pergere q̃ pendulo gradu in ſublimioribus fluctuare. Col. Tum deinde macriora & pendula loca luna creſcente ſimo iuuãda ſunt.

¶ Pentateuchus dici poteſt volumen quinq; librorum. nam πεντε quinq; τευχοσ volumen.

¶ Pentaphyllon. hærba quinq; folia habẽs: habet multas virtutes.

¶ Pentarchus: qui quinq; viris præeſt.

¶ Pentecõtarchus dici poteſt quinquagenarius. i. qui præeſt quinquaginta. Nam πεντηκοντα penticonta quinquaginta dicuntur.

¶ Pentecoſte.es. a penteconta dici poteſt quinquagenaria. quoniã hæc dies a reſurrectione domini diſtat quinquaginta diebus. nam pentecoſtos latine quinquageſimus dicitur.

¶ Pentathli: dicuntur illi qui in ludo quinq; artes gymnaſticas exercẽt. videlicet diſcum: curſum: ſaltum: palæſtrã & iaculationẽ. & ipſa exercitatio pentatlon latini: alio nomine quinquertiũ: a quinq; artibus & ipſi pentatli. i. athletæ q̃ his quinq; artibus ſe exercebant quinquertiones appellãtur απεντε qđ ſignificat quinq; & αθλοσ certamen. Plyn. de Myrone. Hic fecit delphicos pentathlos.

¶ Pentemimeris pe.cor. latine ſemiquinaria cæſura: eſt quotiens poſt octo tempora ſyllaba relinquitur partẽ orationis terminans. Hæc autẽ cõmunis eſt: vt Omnia vincit amor. & nos cedamus amori. Pentecm̃ quinq; μερισ diuiſio vel pars.

¶ Pentaſtice porticus dicuntur a quinq; columnarum ordinibus.

¶ Pentapolis pe.cor. regio inter palæſtinam & arabiã: a quinq; ciuitatibus ſic appellata. vbi ſodomũ & gomorrũ oppida. Hanc regionẽ vt Solinus ſcribit de cœlo tactã teſtatur humus nigra & cinere ſoluta. Naſcũtur ibi poma quæ comedi nõ poſſunt: licet matura videãtur leuiter manib⁹ preſſa fumũ exhalent & in puluerẽ fatiſcant. Eſt & pentapolis regio in Libya a quinq; ciuitatibus dicta: quæ & Cyrenaica vocatur.

¶ Penus hic vel hæc quartæ declinatiõis. Et hic penus peni ſecundum Priſ. Et hoc penus penoris. Et hoc penũ. Et hoc penu indeclinabile: ſignificat oẽ eſculentũ potulentũq; quo veſcuntur hoies. Dictũ penus q; ea quæ longę vſionis gratia contrahũtur & recondũtur nõ in promptu ſunt: ſed intus & peni tus habeantur. Feſ. Penora res neceſſariæ ad victũ quotidianũ. Plau. in Perſa. Nã niſi penus annuus hodie cõuenit: cras populo proſtituã vos. Terẽ. in Eu. Prius ad te penũ omnẽ congerebã clanculum. Lucil. Vt vxori legata penus. Hor. in neutro genere. Annonæ proſit portet frumenta penuſq;. Penũ afra. Vos quib⁹ cordi eſt intra tunicam manus leua dextra in penũ herile. Gel. Ex maſſurij auctoritate demõſtratthus & cęreos ligna quoq; penori adſcribi poſſe. Nos vero aromata: caſeũ: carnes ſalitas & alia eſculenta dabimus ſeruanda.

¶ Penuariũ ſiue penuaria cella dicitur omne qđ in penu reponitur & ipſum penu & quod in penu eſt.

¶ Penuria quaſi vrens penu: vel q; pene vrat: vel q; pene min⁹ ſit q̃ neceſſe eſt: ſignificatq; omnem inopiam rerum & præſertim earum quæ in penu recondi ſolent.

¶ Penes prępoſitio quomodo ſumatur. Vide in dictione apud.

¶ Pene aduerbium ſignificat quaſi.

¶ Peneus fluui⁹ in theſſalia inter oſſam & olympũ deſinẽs collibus dextra leuaq; molliter curuis in eo curſu tempe quinq; millium paſſuũ longitudine & ferme ſex latitudine pulcherrimus ager.

¶ Penelope Icari filia & Vlyſſis vxor quę lanificio & abſentiã mariti ſolabatur & procos fruſtrabatur quibus ſe cõſenſurã abſoluta tela pollicebat. ſed vt eos longius fruſtraret noctu retexebat: qđ interdiu texuiſſet. Dictaq; ab auibus quæ penelopes dicũtur. cuius noſtratius ſingularis eſt penelops. cum prius arnæa vocaretur quaſi abiecta repudiataq;. Etem̃ in mare proiectam ab Icaro peribœaq; parentibus ferunt educauiſſe penelopes.

¶ Penis fœ.gene. cauda dicitur a pendẽdo. Vnde & offam porcinã cum cauda offam penitã dicebãt Hinc peniculos dicim⁹ quibus calceamẽta tergũtur poſt autẽ penis virile membrũ dici cœptũ eſt: ſicut & ſalax cauda qđ nõ tam a pendẽdo q̃ a penetrãdo quidã dici voluerunt: & rectius maſc. ge. profertur. Iuue. Nouerũt mauri atq; indi quẽ pſaltria penem.

¶ Aſcen. Eſt quidem maſc. ſed apud Iuuena. quæ pſaltria legitur.

¶ Penitus.a.um.pe.p. quod ex pene hoc eſt cauda eſt. Vnde penita offa. Offa porcina cum cauda. Penitus. pe.cor. ſignificat quod eſt intra. Plau. in aſi. Age quæſo excrea vſq; ex penitis faucibus etiam amplius. Inde Penitior interior: penitiſſimus intimus. Inde Penetro.as.

¶ Penitus aduerbiũ locale: quaſi pene intus. i. valde interne ſeu intrinſecus vel intima parte & ſecreta vt cũ dico Penitus me noſcis. hoc eſt intus & in cute. Virg. Et cauſas penitus tentare latentes. Fit autẽ a penes. Id enim penes nos videtur eſſe qđ eſt penitus reconditũ. Interdũ ponitur pro aduerbio qualitatis & ſignificat prorſus vel valde. Vir. Penituſq; ſonãtis acceſtis ſcopulos. Quãdoq; ſignificat longe. Idem. Penituſq; alias aduexerat oras. Hinc Penitus. a.um. de quo mox eſt dictum. (culus.

¶ Penicilla inſtrumãta pictoria. Vide infra in Peni-

¶ Penetro.as. quaſi penitus intro. Lactã. li. iij. Ad ægyptios & magos & perſas vſq; penetraſſent.

¶ Penetrabile quod facile penetrat. Virg. Penetrabile telum. Mar. Ne madidos intret penetrabile frigus in artus. Interdum ſumitur paſſiue: quod facile penetratur. Liu. lib. xlv. Et in aſperis locis ſilex ſæpe impenetrabilis ferro occurrebat.

¶Penetrale nomẽ ſubſtantiuũ ſignificat oẽm par tem interiorẽ domus vel templi: licet ſit intecta ſeu omne qđ in intimis partibus eſt. vnde; penetrale ſa crificiũ dicebatur qđ in penetrali: hoc eſt in intima parte domus fieri ſolebat. Lactã. de opi. Quantulũ eĩ videre poſſemus ſi mẽs ab intimis penetralib⁹ capitis per exiguas cauernarũ rimulas attenderet.
¶Penates dicti ſunt dij domeſtici: q⁹ penes nos na ti ſunt, vel q⁹ nõ lõge abſint ab hac vita: ſiue q⁹ pe nitus inſident. Ex quo etiã penetrales a poetis vo cantur. Alij a penu hoc nomen deriuant. Macr. Pe nates eſſe dixerunt per quos penitus ſpiramus. per quos habemus corpus. p quos rationẽ animi poſſi demus. Cuius noiatiuus ſingularis ſecũdũ aliquos eſt hic penas. ſecundũ aliquos hic penatis.
¶Peniculus & penicillus. ſiue peniculũ & penicil lum: q̃uis diminutiua videãtur a penis: Significãt tamẽ ea quib⁹ calceamẽta vaſaq; tergũtur. Itẽ qui bus pictores pingunt: quoniã ex caudarũ extremi tatibus fiant. Ply. lib. xxxv. Arreptoq; peniculo li neã ex colore duxit ſummæ tenuitatis per tabulã. Idẽ in eodẽ. Vſus ad penicillũ: aut ſi lignũ colorare libeat. Quintil. lib. z. inſti. Vt cœlator cœlum: & pi ctor penicilla deſyderant. Itẽ quib⁹ Albariũ tecto rio inſerunt qui dicũtur tectorij peniculi. Ply. Seta rum ex his e penicillis tectorijs cinis cum adipe tri tus. Item quibus vulnera ſtipãtur. Vel ideo ne clau dantur: vel vt aperiant magis: vt ſunt penicilli ex linteolis concrepitis ex medulla ſambuci & ex ſpõ gia. Idem. Tum peniculo vulnus apertum Omne præterea quoad aliquid mundandum: illinendum ve vtimur. penicillũ vel peniculum vocamus præ ſertim ſi ex ſpongia ſit factũ. Teren. in eu. Quid ig naue peniculon pugnare qui iſtuc huc portes cogi tas? Ply. Hyſſopũq; cum myrrha calidũ penicillo illitum. Item ſpongiæ genus nobiliſſimum eſt qui penicillus dicitur ex quo fiunt penicilli.
¶Peniculamentũ pars veſtis quæ terram attingit Enni. pendent peniculamenta vnũ ad quẽq; pedũ
¶Penna per duplex eſt autem eſt. Sunt enim pen næ maiores q̃ plumæ. Et eſt generale ad pinnas. ſ. ſummitates. & ad plumas. pinnæ autem ꝓprie ſunt pennæ quæ plumæ hoc eſt molliores & exiguæ pẽ næ non ſunt.
¶Pẽnula ſiue pinnula. pars ſumma auris ab acuita te dicta: vñ in Leui. legitur. Cuncta q̃ nõ habent pẽ nulas & ſquãmas in aquis polluta erũt. Proprie ve ro pẽnula diminutiuũ eſt a pẽna. Aug. lib. v de ci. dei. Qui nec auis pennulã nec hærbæ floſculũ: nec arboris folium ſine ſuarũ partiũ cõuenientia dereli quit. Cic. lib. iij. de na. deorũ. Cũ autẽ pennulis vti poſſunt: tum volatus eorũ matres proſequũtur.
¶Penula per ſimplex n: veſtis q̃ nebuloſo ſeu plu uioſo tẽpore ſupra tunicã aſſumit̃ loco pallij ad ar cendas a corpore pluuias. Põpo. in panicea. Penu lam in caput induce ne te noſcat. Quint. Cũ galba penulã rogãti amico reſpõdit. Si nõ pluet: nõ op⁹ eſt tibi. Si pluet ipſe vtar. Iuue. Et multo ſtillaret pe nula nimbo. Hæc ſi ex pellib⁹ eſſet ſcortea vocaba tur. Mar. Ingrediare viã cœlo licet vſq; ſereno. Ad ſubitas nunq̃ ſcortea deſit aquas. Aug. li. i. con. Vi detur ſignificare penulã fuiſſe habitũ grãmatico⁹ Quiſquis inquit penulato⁹ magiſtrorũ audit aure ſobria ex eodẽ puluere hominẽ clamãtẽ & dicentẽ. Fingebat hęc Homerus. Vlpi. inter cõmunia veſti menta quibus vir & mulier promiſcue vtũtur penu las annumerat. Var. dixit nõ quærendã eſſe penulã homini qui habet virtutẽ. ſcribit Lampri. Alexan drum cõſtituiſſe: vt ſenatores penulis intra vrbem frigoris caula vterẽtur cum id veſtimentũ itinera riũ & pluuię fuiſſet. Erat etiã penula gauſapina can dida ac villoſa qua per æſtũ vtebãtur. Mar. Is mihi candor ineſt: villorũ gratia tanta eſt: Vt me vel me dia ſumere meſſe velis.
¶Pennatus. a. um. qđ pennas habet: vt Volucres pẽnatæ. Sic Impẽnatus qui pennas nõ habet.
¶Pennariũ in quo pennę reponũtur: ſicut calama rium in quo calami.
¶Penulatus: penula indutus. Vide in dictione Pe nula. Penulariũ: locus in quo penulæ reponũtur.
¶Peplus ſiue ꝑplum: veſtis ſolẽnis quæ iniſcitur vel viro vel fœminæ vel deo deæve. Virg. Crinib⁹ iliades paſſis peplumq; ferebãt. Plau. Nunq̃ ad ci uitatẽ venio niſi cũ infertur peplum hodie. Poetæ tamẽ vt inquit Ser. abutũtur hoc nomine.
¶Pepones melones. Hier. in lib. num. In mentem ventunt pepones.
¶Pepſis: latine concoctio. vnde peptice medica menta ad concoctionẽ quæ foris adhibentur απο του πεπτειν. Inde dyſpepſia mala coctio quan do cibi non perficiũtur.
¶Per p̃poſitio eſt: q̃ ſeparata qñq; localẽ. qñq; tẽ poralem habet ſignificationẽ: vt Per vrbẽ vado: per mediũ diem operor. Quandoq; denotat perſo nam: vt Per medios ruit ac moriẽtes noſe clamat. Quãdoq; iurãdi eſt. vt Per pol. i. per pollucẽ. Quã doq; obteſtandi. Virg. Per te per qui te talẽ genue re parentes. Quãdoq; mediũ quendã & quaſi inter ceſſorem ſignificat: vt Per meos amicos obtinui. Ci. Quod per me certior fias. i. me operante. Com poſita vero perfectionẽ denotat. Lact. Si legit per legat. i. vſq; in finẽ legat. Cic. Nuncius qui litteras accepit nõ pertulit. Aliquãdo in bonũ vel in malũ accipitur: vt Perſequor. Aliquãdo abnegatiua eſt: vt Perfidus: periurus. qui fidẽ & iuſiurandũ fregit. Aliquãdo ſignificat ꝑ mediũ ſiue trãs. vt Perfluo: perpluo. Perſpicuũ per cuius medium videmus: vt criſtallus. Aliquãdo habet vim aduerbij: & pro val de ponitur. tamq; ſuperlatiuo q̃ poſitiuo iungitur. Col. lib. iiij. Nam credidiſſe villicis vel etiã vinitori ſocordis eſt cum qđ lõge ſit facilius adhuc perpau ciſſimis agricolis contigerit: vt nigri vini ſtirpe ca reant. Cic. Pergraue mihi viſum eſt. Et ſi addatur q̃ ſignificat maxime: vt Perq̃ bon⁹. i. optimus: perq̃ magnus. i. maximus. Iungit̃ etiã ſuperlatiuo. Cur tius. Perq̃ maximo põt exercitu cõparato. Aliquã do ſignificat nimis vehemẽter & in bonã & in ma lam partẽ: vt Pertinax. qui nimis tenax eſt dur⁹ & inexorabilis. De quo infra. Componitur autẽ cum dictione incipiente ab a. vt Perago: b vt Perbibo: c. vt Percurro: d vt Perduco: e vt Pereo: f vt Perfe ro: g vt Pergratus: h vt Perhibeo: i vt Periur⁹: l vt Perlego: m vt Permitto: n vt Pernocto: o vt Per oro: p vt Perpendo: q vt Perquiro: r vt Pergo ex per & rego cõponitur: vnde & ꝑteritũ perrexi facit ſ vt Perſuadeo: t vt Pertinax: u vt Peruerto.
¶Pera pellis a collo ad lũbos pendẽs. a quo pera ſaccũli gñs. hinc perã viatoriã vocam⁹ qua panẽ & aliqđ obſonij geſtare viatores ſolent: quẽadmo dũ poculũ viatoriũ quo vinũ. Et⁹ dimi. eſt Perula.

¶Perea cũ diph. vlterior iudææ pars. quia vt inqt Strabo: Regio q̃ trans euphraten est peræa noiat.
¶Perago. is. pe. cor. peregi peractũ: pficio. Sene. Omnia inchoat: nihil peragit. Interdum perduco. Plau. Nauẽ peregit in portũ. Apul. Et multas noctes peregi in somnes. Interdũ ptracto. Vic. li. vi. Omnia percepi atq; aio mecũ ante peregi. Interdũ pertraho vel pertrahere facio. vt Hic me ad carceres ad mortẽ vsq; peregit. A perago fit peractio q̃ est perfectio. Cic. Senectus peractio ætatis est. Per agere reum significat cõdẽnare: sed Facere reũ est accusare. vñ ait iurecõsultus. Peregisse reũ nõ alias qs videt nisi & cõdẽnauerit. Ply. Dũ pagitur reus.
¶Peragro. as. pe. cor. ex per & agro cõponitur. iuxta ꝓpositionis & agri significationẽ debet significare per agrũ siue p agros ambulo. Sed qa qđ peragratur exprimitur: & pactiuo ipsius verbi ponit: agri significatio mouetur: & p ambulo siue inquirẽdo circũeo sumitur. Cic. lib. iij. offi. Et ob eam causam vrbe relicta rura peragrantes sæpe soli sumus. Hiero. Eandẽ oram italiæ quę quondã magna græcia dicebatur laboriosissime peragrauit. Hinc Peregrinus peregrinor & peregre deducũtur.
¶Perãno. as. significat per integrũ annũ tempus viuo. Cõponitur emi ex per & anno. as. Macro. lib. i. Satur. Scribit priscos romanos mense Martio & publice & priuatim ad annã perannãq; sacrificatũ ire solitos vt annare perannareq; cõmode liceret. hoc est vitã degere incolumẽ per annũ integrum. Sue. in Vesp. Ideoq; puella nata nõ perãnauit. Per enno vero pe: sigt diu viuo & duro de quo infra.
¶Perbibo. pe. cor. perfecte bibo. Lact. lib. z. Infecti sunt persuasione ac penitus eorũ mentes succũ stultitiæ perbiberunt. sed hoc per metaphorã.
¶Per causam siue per speciẽ: significat per simulatam causam. Liui. lib. iiij. Vt cũ appropinquaret ianuæ rex per causam aliquã in angustijs sustineret a tergo agmen. Idem. Hi postq̃ aliquid monerẽt colloquẽdo cũ Annibale rati nocte per speciẽ venandi vrbe egressi ad eum proficiscuntur.
¶Percello. is. pculi perculsũ: significat euerto percutio. Var. Alius tenerã abietẽ solus percellit. Aliquãdo differo. Lucil. Ad nonũ hoc percellit annũ.
¶Percipio is. pe. cor. perfecte capio. Aliquãdo ponitur pro intelligo sentio. a quo Perceptio.
¶Percitus penultima correpta: nimis incitatus q ira ac furore accensus est.
¶Percoarcto. as. ex p & con & arcto abiecta n. arcto vero frequẽtatiuũ ab arceo fit: & significat pfecte cogo siue cõstringo. Col. li. z. de fœno. loquẽs. Tunc demũ inqt cõuertemur & vtrũq; siccatũ per coarctabim⁹ in strigã: atq; ita manipulos vinciem⁹
¶Percolo. pen. cor. perfecte colo. i. amo siue veneror. Plau. in Tri. Feceris par tuis cæteris factis patrem tuũ si percoles.
¶Percõtor per o. & sine c. ante t. a conto dicit quo nautæ vtũtur ad loca nauib⁹ opportuna. Nã aquæ altitudinẽ conto pertentant. Iuue. Esse aliquos manes: & subterranea regna & cõtũ & stygio ranas in gurgite nigras: Atq; vna transire vadũ tot milia cymba. Percunctor vero per u. & c. ante t. fit a cunctus. a. um. q̃ a cunctis perquiratur. q̃ is qui curiosus est per cuncta interroget. Et vtrunq; significat diligẽter interrogo. Plau. Quid istuc in mente est tibi ex me: mi vir percunctarier. i. morari quærendo. siue per cuncta inquirere. Ply. Percũctantiq; quãt licitaretur opera effecta. paruũ nescio quid dixerat Est etiã percunctari expectare. Ter. in Phor. Percũctatum ibi ad portum quoad se recipiat.
¶Percurro. valde curro: siue currendo perseuero. Plau. in Sti. Percucurri vt nunciarẽ nunciũ exoptabile. Ter. in An. Continuo ad te pperans percurro Do. Vide quantũ pperans & percurro vt continuationẽ cursus ostenderet. Quandoq; percurrere est p aliquẽ locum currere siue discurrere. Aug. per translationẽ. Vt quid opus est multa percurrere & multa vana heresum enumerare. Quandoq; est negligentius & cursim pertransire. Cice. lib. z. de ora. Et multo apertius ad intelligendũ si sic construitur aliquãdo ac non ista breuitate percurritur.
¶Percuro. as. pe. pro. perfecte sano. Curti⁹. Percurato vulnere acrius obsidioni institit.
¶Perculsus participiũ a percello sæpius ad aĩm refertur. Greg. Vna mulieris voce pculsus dũ mori timuit vitã negauit. Percussus ad corp⁹ fit a pcutio.
¶Percudo. is. pe. prod. perfecte cudo & quasi frango. Col. lib. ix. Animaduertat auiarius an pulli rostellis oua percuderint.
¶Percutio. is. pe. cor. percussi percussum. ex per & quatio q. in c. mutata: & abiecta a. significat ferio. Cuius compositum est Repercutio. Ambro. lib. i. offi. Cum malediceretur non remaledixit. cum percuteretur non repercussit.
¶Perdo perdis perdidi perditũ. ex per & do significat amitto: quasi nimis do. Qui autẽ nimis dat: quicquid habebat amittit. Hier. lib. i. Re. Et de asinis quas perdidisti ne solicitus sis: quia inuẽtę sunt Et perdere est perimere: quoniã quæ amittũtur quasi mortua nobis esse videntur. Terẽ. Dij te perdant Huius composita sunt Deperdo qđ est in totũ perdo. Caius scribit deperditũ dici qđ in natura rerum esse desijt. Diminutũ quod vsu raptũ est. Disperdo consumo vel varie perdo. Plau. in Tri. Pręterea alii quantũ animi causa in delitijs perdidit.
¶Perduo veteres dixerũt ꝓ pdo: a quo perduaxo. Plau. Dij te deæq; oẽs perduaxint cũ isto hoie.
¶Perditus. a. um. amissus. Et perditus q ita alicui perturbationi aut vitio subiacet vt inde se eximere nõ possit. & q omni vitio cõtaminatus est ita vt de eo nulla spes habenda sit: perditus dicit. Perditum emi dicunt qđ interijt ac recuperari nõ põt. Cic. lib. ij. offi. Dum hoies perditi hastã illã cruentã & meminerint & sperabũt. Perditũ perdamus plus significat q̃ perdamus solũ. Est emi exaggeratio quædã Ciceronis. Terẽ. Ne puerũ perditũ perdamus. hoc est ne ex infeliciſſimo infeliciorem faciamus.
¶Perdite amare: est vehementer amare.
¶Perdix auis nota a perdẽdo dicta. Nã vt Ambr. Irenæo scribit. Hæc auis dicitur esse plena fraudis & fallaciæ: quæ decipiẽdi viatoris vias calleat atq; artes nouerit vt cũ a pullis auertat suis. Certe si insistere aduertit: tam diu illudit q̃ diu soboli fugiẽdi signũ tribuat & potestatẽ: quã vbi euasisse senserit tunc se & ipsa subtrahit: & lubrica arte deceptũ insidiantem relinquit. De hac Hie. ad prẽsidiũ. Perdix aliena oua calefacit furatis suis. Sed cũ creuerint in nido: pulli euolant & ad parentes suos redeũt: mentitum parentẽ omittentes: perdices sibi insidiãtur: Et si asserant illos ad syluã qui eos habent vocem emittũt absconsi: & sic cæteri veniũt: & rętibus ca-

piuntur. plus pedibus q̄ pennis fugiunt aucupātes Et ſi ad hoc fuerint vt capiantur: ſibi ſimilē colore lapidem quærunt & ibi ſe ſupinos ponunt.

¶ Perdius. ex per & dius qđ eſt dies. & is dicitur qui per diem vigilat. ſicut Pernox: qui per noctē vigilat. Gel. li 2. Stare ſolitus ſocrates dicitur: pertinacı ſtatu perdius atq; pernox a ſummo lucis ortu ad ſolem alterū orientē incōniuēs immobilis hiſdēq; in veſtigijs & ore atq; oculis in eundē locū directis cogitabundus tanq̄ quodā receſſu mentis atq; animi facto a corpore. i. per diem & per noctē. Sene. Id perdius pernoxq; agebat. Sic interdius intra diem vel per diē: quia nulla vigilationis ꝓpria ſignificatio ineſt. Dius autē pro die ponit in cōpoſitione. & nomē eſt & noſtratiui caſus. Sicut noctu pro nocte. Plau. in Mer. Neq; conquieſcā vſq̄ noctu: neq; diu prius ꝓfecto q̄ aut amicā: aut mortē inueſtigauero.

¶ Perdono. as. ſignificat remitto. Augu. in interpretatione ps. Expectās. Recedis a peccatis perdonabit peccata.

¶ Perduellis hoſtis dicit. Plau. in Am. Perduelles penetrāt ſe in fugā ibi noſtris animus additus eſt.

¶ Perduellio crimē læſæ maieſtatis: aut reipublicę. ſeu is qui ita læſit. Cic. li. 2. offi. Nā pirata nō eſt ex perduellionū numero diffinitus: ſed cōmunis hoſtis omniū. Vlpia. pro crimine ſumpſit. Qui perduellionis reus eſt: hoſtili animo aduerſus rempublicā vel principē animatus eſt. Antiqui perduellē dicebāt quem nunc dicunt hoſtem & tunc hoſtis ſignificabat peregrinū qui ſuis legibus vteretur.

¶ Perduco ad finem vſq; duco. Ci. in Cato. M. quidem val. coruinū accepimus ad cēteſimū annū vitam perduxiſſe. Aliquando perducere eſt per vim ducere. Inde perductores a Cice. in Ver. dicti ſunt. qui vt Aſco. inquit: in hoc differūt a lænonibus q; lęnones ſunt ſcortorum: perductores etiam inuitarum perſonarum.

¶ Peredo. pe. cor. ex per & edo es: vehementer edo a quo peredia. æ. ipſa comeſtio.

¶ Peregre. pe. cor. ſignificat peregrinando. Et eſt cōmune tam ſignificātibus quietē q̄ motū: vt Peregre ſum: peregre veni: peregre vado. Aug. lib. ix. con. Frater aūt meus quiddā locutus q; eā non peregre. ſed in patriā defungi felicius optaret. i. in peregrinatione. A loco: vt apud Plau. in Am. Ita peregre veniens hoſpitio publicitus accipiar.

¶ Peregrinus aduena & aliena loca peragrās. a per agro peragras. Et differt ab hoſpite q; peregrinus ſimpliciter eum ſignificat qui in ſua ciuitate nō eſt. Hoſpes q; in aliena ciuitate eſt. Antiqui tamen peregrinos dicebāt hoſtes. Ambr. Aduerſarios molli veteres appellatiōe noiabant. Hoſtes em̄ antiquo ritu peregrini dicebātur. Peregrina ſacra dicta ſunt quę ex alijs vrbibus religionis gratia ſunt aduecta

¶ Peregrinor pe. pd. depo. abſolutū ſignificat per aliena loca peragrans perficiſcor.

¶ Perendie. ſignificat qđ vulgo dicitur poſt cras. Cice. ad Atticū. Scies igitur cras ad ſummū perendie. Hiero. ad Pā. Vt qđ hodie non merui: cras vel perendie merear. Vñ perēdinus dies ab hinc tertius Cęſar. Qui ſi per te liceat perendino die cum proximis hibernis cōiuncti cōmunem cū reliquis caſum belli ſuſtineat. Hinc Comperendino. as.

¶ Perennis & hoc perenne ſine h. ex per & annus mutatis litteris: quaſi per annos durans. i. ꝑpetuus Inde fit Perenno. as.

¶ Perēno. as. per annos duro. Col. li. i. Sed & tēpe ret vires clæmentia cū & terribilior debet eſſe q̄ ſæuior & obſequātur ei⁹ imperijs & diutius perennēt boues non confecti vexatione ſimul verberū operumq;. Idē lib. iij. Roſa hoc modo culta multis annis perennat.

¶ Perēnitas: ipſa duratio. Idem. nā ea cœli poſitio maxime frigida & minime humida eſt quæ vtraq; perennitatē conditis frumentis afferunt.

¶ Pereo. is. iui. vel perij peritū ſecundū analogiā. Cōponitur em̄ ex per & eo qđ facit itum. ſed nuſq̄ legi cum tamē perituros habeatur. Aug. ſuper Io. Tanq̄ eſſent ab illo perituri merito turbantur. Et ſignificat perire amitti. Hier. in lib. Re. Perierāt autē aſinę Cis patris Saul. Quandoq; Abſumere putat via. Terē. in Adel. Nempe tua arte viginti minæ ꝑ pſaltria periere. Vñ & pro mori ſumit: quaſi in totū ire: q; qui perit prorſus abit. Ply. li. vij. Tu q; te deū credis aliquo ſucceſſu tumens tanti tum perire potuiſti? Atqui etiam hodie minoris potes: quātulo ſerpentis ictus dente: aut etiā vt Anacreon poeta acino vuæ paſſæ: vt Fabius ſenator p̄tor in lactis hauſtu vno pilo ſtrāgulatus. Huius cōpoſita ſunt Depereo & Diſpereo.

¶ Perfrico. as. pe. cor. valde frico. Perfricare vero os ſeu frontē: ſignificat pudorē deponere. Nam cū in pudibundo ſanguis diffundatur ex corde in faciem tanq̄ velamentū: q; impudibundi & ſunt inuerecundi & erubeſcere videri nolunt. hi ſolent os & frontē perfricare ad ruborē illum digerendū & ſanguinē ad interiora repellendū. Hinc facta eſt locutio ꝓuerbialis de inuerecōdo: vt dicatur Perfricuit os: perfricuit faciē: perfricuit frontē. pro eo qđ eſt pudorē abiecit. Cice. lib. iij. Tuſ. Quid tergiuerſamus: nec fatemur eam nos dicere voluptatem quā tulidem cum os perfricuiſti ſoles dicere. Ply. Perfricui faciem nec tamen profeci. Mar. Et ſi perfricui frontem poſuiq; pudorem.

¶ Perfero. pe. cor. vſq; ad conſtitutū finē fero. Ci. Sed nūcius ille qui litteras accepit nō pertulit. Alibi pro denūciare poſuit: vt in epiſtola ad Cæliū. In his ſum locis quo & propter longinquitatē & propter latrocinia tardiſſime omnia perferuntur. i. portantur vel denunciantur. Aliquando patior: vt Diram crucē pro nobis Chriſtus pertulit.

¶ Perfidus. pe. cor. qui fidē violat ſiue perdit. Vir. lib. x. Nunc pelagi nymphæ claſſis tua perfidus vt nos Pręcipites ferro rutulus flammiſq; premebat. Hinc Perfidia & ꝑfidioſe. Cic. li. i. ad Herē. In odiū adducemus ſi quid eorū ſpurce & ſuperbe perfidioſe crudeliter confidenter malitioſe flagitioſe profecerimus. Inuenitur etiā Perfidus pe. ꝑ. a fido. is. pro eo cui multum fidendum eſt: ſicut Inuidus cui non eſt fidendum.

¶ Perfructus a perfruor. Cic. ad Hortē. Et amœnitate loci perfructus eſt.

¶ Perfuga. pe. cor. qui ad hoſtes perfugit vel tranſfugiendi morem perfecte nouit. Cic. lib. iij. offi. Per fuga ab eo venit in caſtra Fabricij.

¶ Perfugiū locus vtiliſſimus quo nos in vexatiōe aut calamitate recipere cōtendimus q̄uis id nō minus apud hoſes ſit. Apul. Perfugiū facinoroſorū hominū. Liu. li. 2. Itaq; in medio prope iam victores cæſi & vſti pars perexigua duce amiſſo q; a nul-

lum propius perfugiũ erat Romã inermes & fortu na & ſpecie ſupplicũ delati ſunt. Tranſfertur etiam ad alia: vt ad litteras. Cic. Itaq; vtor eodem perfugio quo tibi vtendũ cenſeo litterulis noſtris.

¶ Perfunctorius.a.um. a perfungor: ſignificat qđ cito & leuiter tranſit. Amb.li.de paradi. Cognoſcere vtiq; non ſola & percunctoria ſcientia eſt: ſed in eorũ operatiõe q̃ oporteat fieri. Hinc perfunctorie qđ eſt tranſitorie & inaniter. Idẽ lib.hexa. De naribus quid loquar? quę biuio & ꝑcero foramine antrum quoddã recipiẽdis odoribus ꝑſtant vt nõ perfunctorie odor tranſeat: ſed diutius inhæreat naribus & earũ ductu cerebrum ſenſuſq; depaſcat.

¶ Perga: oppidum in pamphilia. a qua diana pergæa dicta eſt ꝓpter templũ illi dicatum.

¶ Pergamũ ſiue pergamus: ciuitas Aſiæ inſignis. quæ diu ſub attalicis regibus fortunata fuit & poſt ea romanorũ prouincia facta eſt. Apud quã chartę vſus inuentus eſt quæ nunc quoq; vulgo pergamena dicitur. ab attalo vt Helian⁹: vel ab Eumene vt Ply. ait. Ex pergamo Galenus medicus celebris: & Appolodorus orator fuit q artes cõſcripſit & Appolodoriã ſectã introduxit: & Auguſti Cęſaris magiſter fuit. Et diſcipulum memoratu digniſſimum Dionyſium ciuem ſuum cognomine Atticum qui ſermones & hiſtorias cõſcripſit: edocuit. Eſt & pergamum Idæ promontorium.

¶ Pergama pergamorũ arces Troianæ: quæ quoniã altiſſimæ erant: oĩa alta ædificia pergama ſunt appellata. Vnde nõ immerito vrbs Ciſalpinæ galliæ ex qua ego ortum duxi pergamum dici poſſet: q̃ in edito ſita ſit. Sed Plynij auctoritas non parui pendẽda fuit: qui bergomũ per b. & o. ſcribit & eĩ⁹ incolas bergomates appellat.

¶ Pergo pergis perrexi. ex p & rego: ſignificat vado. Ply. Mox vbi pluribus eodẽ modo ſe corijs loricauit in dimicationẽ pergit. Quãdoq; proſequor perſcuero ſiue procedo. Terẽ. in Adel. Nam ſi moleſtus eſſe pergis. Virg. O dea ſi prima repetens ab origine pergã. Quãdoq; Ago. Idem. Pergite pieri des. Quandoq; Feſtino. Terẽ. in Phor. Domũ ite pergã vbi plurimũ eſt. Quandoq; Conor. Idem in eadẽ. Hoc vbi ego audiui ad fores ſuſpenſo gradu placide ire perrexi. Hinc cõponitur Expergo quod ſignificat expergefacio. Actius. Heus vigiles pro parte expergite pectora tarda ſopore. Sipontinus componi putat ex per & ago: ſed vt opinor falliturtum quia preteritum perrexi facit ſecundũ analogiam ſimplicis rego non peregi. qđ eſt a perago tum quia perago compoſitũ habetur ab ago.

¶ Pergræcor. aris. epulis & potationibus inſeruio quod eſt græcorum propriũ. Titi. Hominẽ impiũ nunc ruri pergræcatur.

¶ Pergula locus apertus a multis lateribus aerẽ excipiens. aliquãdo extra parietẽ porrectus: & modo tectus: modo ſub dio expoſitus a pergẽdo dicta q̃ in ea deambulare ſoleamus forũq; aut hortum aut plateas aut vias perſpectare. & quandoq; cœnare: In pergulis ꝑceptores diſcipulos erudiebãt: aliſq; artifices opera ſua velut in ꝓpatulo habebant. Vñ Suc. de Craſſicio grãmatico. Deinde in pgula docuit. Ply. de Apelle. Idẽ perfecta opera ꝓponebat in pergula tranſeuntibus: atq; poſt ipſam tabulam latens vitia quę notarẽtur auſcultabat. Eſt & pergula ordo ac cœtus miniſtrorũ obedientiũ ſtructori. Iuuẽ. Sed nec ſtructor erit cui cedere debeat oĩs Pergula. i. pergentinus ordo. Itẽ in naui pergula dicitẽ excurſus per totam nauim & alio nomine portiſculus appellatur. In vineis vero topiariũ opus ſignificat. Col. Si quę pergulæ vitiũ generoſarũ a putatoribus relictæ ſunt ante Calẽdas Apriles vtiq; deputari debent. Ply. etiã vitiũ generoſarũ pergulas præcepit quinquatribus eſſe putandas.

¶ Perhibeo.es.pe.cor.ex p & habeo: ſignificat dico & firme teneo. Col. lib. iiij. India perhibetur molibus ferarũ mirabilis. Interdũ perhibere eſt dare. Idem in eodẽ. Eius rei teſtimoniũ tu præcipue Syluine perhibere nobis potes. Quãdoq; ꝑtium deo tat eo modo quo vẽdo. Plau. in Perſa. Eodẽ mihi ꝓpretio ſal perhibetur quo tibi.

¶ Peri ꝓpoſitio greca: mõ ſignificat de: mõ vltra: modo circũ: a qua multa per cõpoſitionẽ fiunt.

¶ Periarchon. ſignificat de principijs ſiue principalibus. περι eñ ſignificat de: αρχων principijs. licet ſit genitiui caſus: qa greci carẽt ablatiuo. Scripſit Origenes librũ periarchon. inquit Hiero. qui ſunt re vera alias obſcuriſſimi & difficillimi. De rebus ibi talibus diſputat in quib⁹ philoſophi omni ſua ætate conſumpta nihil inuenire potuerunt.

¶ Peribolus pe.cor. latine circuitus. Dicitur & peribolum a περιβαλλω circũeo.

¶ Pericope pe.cor. amputatio cõciſio dicitẽ. Hiero. ad pama. Aut ſi tu quoq; narẽ contraxeris illã apoſtoli περικοπην. i. amputationẽ in qua de virginitate & nuptijs diſputat aliter differere compelleris.

¶ Pericles nomẽ viri clariſſimi athenienſis q rẽp. xl. annis gubernauit ex περι & κλεος gloria.

¶ Periclymenes. nomẽ filij Nerei & frãis Neſtoris.

¶ Periculũ a pereo deduci videt & ſalutis diſcrimẽ ſignificat. Vir. Obſcœnãq; famẽ quę prima periculla vito. Aliqñ dicit experimentũ: qa rarũ eſt tentamentũ ſine periculo. Ter. in Eu. Fac periculũ in litteris. Et ſic a perior antiquo verbo ſcdm Ser. deriuatur: ſicut a fero fereulũ. Hinc periculoſus.a.ũ. qđ eſt cũ periculo. Ci. li. i. offi. Grauioribꝰ aũt morbis periculoſas curationes & ancipites habere cogũtur.

¶ Periculor: periculũ ſubeo. Cato. Periculat⁹ ſum.

¶ Periclitor. pe.cor. idẽ qđ periculor: vt Periclitor fama: capite. hoc eſt periculũ ſubeo iſta perdendi. Dicitur etiam Periclitor ſiti: quia in periculo poſitus ſum moriendi ꝓpter ſitim. Periclitar teriã ſignificat operiri. Cic. li. i. de ora. Subeundus vſus oĩm & periclitandę vires ingenij. Plancus. Itaq; potius piclitari volui ſi poſſet mea ꝓſentia & lepidũ tueri & exercitũ facere meliorẽ q̃ nimis cautus videri.

¶ Peri hermenias. latine dicitur de interpretatione

¶ Perihegeſis ambitus. Ply. Poſſidonio q periplũ aut perihegeſin. i. de terræ ambitu.

¶ Perimetros: latine Immẽſus: q̃ſi vltra menſurã.

¶ Perihodus: latine clauſula ſiue circuit⁹ vel ambitus: vel comprehenſio: vel circunſcriptio & continuatio. Nõnunq̃ anfractus & terminus. Nam componitur ex περι circum: & οδος via. Eſt eñ vbi plena ſententia eſt. Vnde medici pertodicas febres vocant quę certis temporibus veniũt. i. abeunt: & quodã quaſi circuito facto rurſus redeũt vt ſũt tertianæ & quartanę. Eſt & perihodus genus certaminis apud græcos. Vide in dictione Pentathli.

¶ Pericœcus: latine contubernalis dicitur.

¶ Peripatetici philoſophi dicti ſũt a περιπατεω

τω. hoc eſt adeambulando. Et περιπατον græci vocãt ambulationẽ. horũ princeps fuit Ariſtoteles Nã in lycæo inambulans docebat. Hinc cõmentationes veſpertinas. Ariſto. Δειλον περι πατον .i. poſt meridianũ ambulationẽ appellat.

¶ Periphraſis: latine circũlocutio vel circuitio. vt apud Virg. Et iam prima nouo ſurgebat. &c. cum diem tantũ ſignificet. Eſt enim oratio rem ſimplicem circunſcribens elocutione.

¶ Peripheria: circunferentia.

¶ Peripetaſma. atis. genus cortinę qua parietes & aulæ tegũtur ſeu tapetia babylonici floris varietate conſpicua: quę a Lucretio babylonica dicuntur ab alijs aulæa & atalica. a Capitolino Stromata & Peripetaſmata. A Varrone bæluata. hoc eſt a bęluis variegata. a Plauto peripetromata.

¶ Peripetroma pe. p. quaſi circũſtratũ: idẽ qđ Peripetaſma. Plau. in Pſeu. Ita ego veſtra latera loris faciã vt valide varia ſint: vt ne peripetromata æque picta ſint campanica. Ci. lib. 2. phil. Conchyliatis Cn. Pomp. Peripetromatis verſicoloribus perſimiles eſſe ſeruorũ in cellis lectos ſtratos videres.

¶ Pripſema. atis. pe. p. qđ græci περιψημα ſcribunt a περιψαω qđ eſt circũeo vel circũlimo abſtergo & repurgo. Vñ limatura ſiue raſura & purgamentũ dici põt. Vñ apud apſin. Tanq̃ purgamẽta huiꝰ mũdi facti ſumus oĩm peripſema vſq; adhuc.

¶ Periplum. i. luſtratũ nauigatione circuitũ.

¶ Peripheroma quaſi ſupplementũ. Figura eſt cũ particula aliqua ſententiæ minime neceſſaria additur metro. Virg. Multũ ille & terris iactatus & alto. vbi ſine particula ille ſtaret ſenſus: ſed nõ verſus.

¶ Periphoretos. quaſi circũlatilis: quales appellari ſolent qui in lectica circunferri conſueuerũt.

¶ Peripneumonia περιπνευμονια morbus cũ pulmo totus afficit: & tuſſis ſubſequitur. Qui hũc morbũ patiũtur peripneumonici dicũtur. Ply. Mellis quidẽ natura talis eſt vt putreſcere corpora non ſinat faucibꝰ tonſillis angine oĩbuſq; oris deſydentijs vtiliſſimũ areſcẽtiq; in febribꝰ linguæ. Iam vero peripneumonicis pleureticiſq; decoctũ. Cũ vehemẽtior ẽ difficultas ſpirãdi & ſpirare ęger ſine ſono & anhelatione non põt aſthma vocat. Orthopnœa cũ ſpirare nõ põt niſi recta ceruice ſpiritꝰ trahatur. Dyſpnœa cũ difficultas ſpirãdi modica eſt.

¶ Periſterotrophũ locus in quo colũbæ habentur latine columbariũ: q̃uis columbariũ ꝓprie ſit locumentũ in periſterotrophio ſingulis columbarũ paribus pręparatũ. Nam periſteris columba. Inde Periſtereos herba columbis admodum familiaris. Var. lib. iij. de re ruſt. Duo genera earũ in periſterotrophio eſſe ſolent. Vnũ agreſte qđ habetur in turribus ac culminibus villæ.

¶ Periſtereon. idem qđ periſterotrophiũ. Var. Incedunt locũ vnũ qđ alij vocant periſtereona. Alij periſterotrophion. in quo vno ſępe vel. quinq; milia ſũt incluſæ. Periſtereon fit vt teſtudo magna camera tectus vno oſtio anguſto.

¶ Periſcelis. idis. ornamẽti genus circa crura quo mulierũ greſſus cõponi ſolebãt: vt docet Porphy. enarrans illud Hora. Sæpe periſcelidem raptã ſibi flentis. Fit autẽ ex περι circũ σκελοσ crus. Hie. in lib. nu. Ob hãc cauſam offerimus in denarijs domini ſinguli qđ in p̃da auri potuimus inuenire periſcelides & armillas anulos & dextralia & murænulas: vt deprecẽris ꝓ nobis dominũ. Idẽ ad Fabiolã ſcribit. Periſcelides a latinis vocari fœminaliat ſeu brachæ quibus pudenda velantur.

¶ Periſſologia: ſuperflua locutio. vt ſi dicam⁹. Felix ſit & minime pereat Cęſar. Nam περισσα ſuperflua: λογος locutio.

¶ Periſtylus: locus clauſus colũnis. Periſtyliũ qua ſi circũcolumniũ. περι circũ: ϛυλοσ colũna. Eſt aũt locus circũquaq; porticũ hñs: vel ſaltẽ a tribus lateribus. Vit. Periſtylia in trãſuerſo tertia pte longiora ſint q̃ introrſus. Itidẽ Tetraſtylos. heſtylos. octoſtylos. dicũt a Vitr. loca a numero colũnarũ.

¶ Perizoniũ. palliolũ p̃cinctũ quo nudæ virgines ſupra papillas p̃cingũt. hoc & p̃victoriũ & caſtula dr.

¶ Perizoma. atis. dicitur omne qđ circũcingit pudendoꝝ velamen: vt in Gen. Fecerunt ſibi perizomata. Idem dicitur & lumbare & bracha.

¶ Perillus. athenienſis faber ingenio pręſtans qui taurum ex ære fabrificauit in quo reus clauderetur vt phalaridi placeret.

¶ Perimo. is. pe. cor. ex p & emo: ſignificat adimo tollo. Vnde peremptus interfectus.

¶ Perinde. ex p & inde cõpoſitũ: eſt aduerbiũ ſimilitudinis. Significat eñ ita. Cic. li. iij. tuſ. In quo facetũ illud bionis pinde ſtultiſſimũ regẽ in victu capillũ ſibi euellere quaſi caluicio mœror leuaretur. Sue. in domi. Nulla tamẽ re pinde motus q̃ reſponſo caſu Aſchetarionis mathematici. Aliqñ ſignificat pariter ęque. Ply. Iunior. Funus rufi clariſſimi & pinde feliciſſimi. Sue. in Cæſ. Quæ ſiquis inueſtigare & perſequi vellet: quartã elementorũ litterã. i. d. pro a. & pinde reliquas cõmutet. Aliquãdo multum ſeu valde admodũ. Idem in Galba. Quate ad uetus nõ perinde gratus fuit. Et de Aug. Coxendice & femore & crure ſiniſtro nõ perinde valebat: vt ſæpe etiã inde claudicaret Ci. Ter. Te & Dolobellã pinde diligo. Aliqñ ponitur p tanq̃. Et ſic plerũq; habet poſt ſe ac vel acſi vel atq; ſit vt Fac pinde ac ſi tua res eſſet. Et faueo rei tuæ perinde ac meæ. Ali quando ſignificat per hunc modũ. Terẽ. in Phor. Sexcẽtas perinde potius ſcribito mihi tam dicas.

¶ Perinthus vrbs thracię q̃ nunc Heraclia dicitur.

¶ Perito as. pe. cor. frequentatiuũ a pereo. ex per & ito. De ſimplici Gel. Ne quo ad cœnam niſi ad certas perſonas iraret. De cõpoſito Plau. in cap. Qui per virtutem peritat non interit.

¶ Perithous: nomen viri propriũ.

¶ Periurus q̃ iuſiurandũ violat: vel q̃ iurãdo ſus peruertit. Virg. Talibꝰ inſtdijs periurq; arte Sinonis Periurtũ eſt iuſiurandũ violatũ. Quid aũt ſit iuſiurandũ. Ci. li. iij. offi. declarat dicẽs q; ſit affirmatio religioſa. Idẽ ibi. Regulus nõ debuit conditiones pactioneſq; bellicas & hoſtiles pturbare periurio.

¶ Perrhæbi: gens epirotica. Prop. Aut cur perrhębi tremuere cacumina pindi.

¶ Perlego. pe. cor. multũ ſiue a principio ad finem vſq; lego aut video. Plau. in Aſina. Lege perlege. Quint. Quod videre nõ eſt ſatis ſed plegendũ erit Virg. Quin protinus omnia perlegerẽt oculis.

¶ Perlucidũ & Pellucidũ a pluceo vel pelluceo: permutationẽ r in l. ſicut pluo & pelluo: plicio & pellicio. Et eſt id p cuius mediũ oculos dimittim⁹ atq; videmus: vt aqua laterna vitrum. Refertur etiã ad mẽtẽ. Plau. in aul. Is pellucet quaſi laterna punica.

¶ Perluo: multũ lauo. Col. Cũ vino perluitur os.

¶Permano.as.pe.p.ad finē mano deſcendo. Cic. li.i. de natura de. Nec eſt qđ ab his ad hominū vitā permanare poſſit. Idē li.iiij.tuſ. Nā cū eſt concupita pecunia nec adhibita cōtinuo ratio quaſi quędā ſocratica medicina quę ſanaret eam cupiditatē permanat in venas & inhęret in viſceribus illud malū .i. deſcēdit & penetrat. Plau. in cap. p tranſlationē poſuit p vulgare. Ne arbitri dicta noſtra arbitrari queant neue pmanet palā hęc noſtra fallacia.

¶Permaneo.es.pe.cor. vſq; ad finē maneo. Plyn. Iunior. Tunc demū lēte cūctanterq; veniūt nec tamen permanēt: ſed ante finem recedūt. Per tranſlationē ponitur p perſeuerare. Teren. in Hecy. Vnde ira inter eas intercęſſit quæ tam permanſit diu.

¶Permitto: ſino. vt Permitte me legere. Interdum dedo. Curtius lib. i. Sexaginta dierū inducias pacti vt niſi intra eos auxiliū Darius ipſe miſiſſet dederent vrbem. poſtq; nihil inde preſidij mittebatur ad preſtitutū diem permiſere ſe regi. Interdum incito. Siſen. lib. iij. Et inde æquū concitatū princeps ad hoſtiū permittit aciem. Interdū præcipito. Idē lib. iiij. Multi præmiſſis armis ex ſummo ſe permitterent. Interdum cōmitto. Sal. Ea poteſtas per ſenatum more romano magiſtratui maxima permittitur. Idē. M. Petreio legato exercitū permittit. Et permittere eſt quaſi ad finem mittere. Col. lib. viij. Hoc genus caſei poteſt etiā trās maria permitti.

¶Permeſſus: fluuius Bœotiæ ex Helicone proueniens phœbo & muſis ſacer. Virg. in Sileno. Tum canit errantē permeſſi ad flumina gallum. Declinatur etiā. hic permeſſis. idis. vel idos. Mar. Quid tibi cū cyrrha? quid cum permeſſidos vnda?

¶Pernæ a pede vel a græco πτερνα dicūtur tam priores q̄ poſteriores coxæ porcinæ ſalitæ cū toto pede quos Mar. petaſones appellat. Ply. Caſtrātur ſues poſt bidui mediū ſuſpenſæ pernis prioribus. Quidā dicunt pernā proprie pedē ſignificare. quo vocabulo hiſpani nūc vulgo vtuntur. a quo perną ſuillæ. Vnde & cōpernes qui ſunt longis pedibus. Ab huius pernę ſimilitudine piſcis quoq; gen⁹ perna dictus eſt ex concharū genere circa pontias inſulas frequentiſſimū q̄ ſtent veluti ſuillo crure longo in arena defixi.

¶Pernio: morbus pedū ex nimio frigore ꝓueniēs & calcaneū infeſtans pręcipue. Ply. Rapum domeſticum perniones feruens impoſitū ſanat: & crudū tuſum cum ſale prodeſt cuicūq; vitio pedū. Huius diminutiuū eſt perniūculus. Idem. Perniūculos curat & cotyledon cum axungia.

¶Pernix. icis. pe. pro. a Pernitor. tis. qui nimium nititur. Vnde aliquando ſumitur p celeri. Virg. lib. iiij. Pedibus celerem & pernicibus alis. Aliquando pro nimiū perſeuerante. Idem lib. iij. Geo. de tauro ferociente. Et inter Dura iacet pernix inſtrato ſaxa cubili. Hiero. ad Deme. pro vtroq; ſignificato poſuit. Equorū curſus clamore pernicior fit. Hic pernicior & perſeuerātior intelligi poteſt. Pernix vero pernicis. pe. cor. a perneco. as. fit p pernicioſo. Et in fœminino genere ſumitur pro morte.

¶Pernicitas velocitas. Pli. Alibi cauda villoſa homines naſci pernicitatis eximiæ.

¶Pernicies: mors. a Perneco. Neco. autem a Nex. Hinc Pernicioſus pro mortifero.

¶Pernicialis: mortalis. Ply. Pernicialia & braſſicę cum vite odia.

¶Perniciabilis: ad necē oīa ducens. Liui. Multos exinaniuit rigor niuis inſolitus: multos exuſſit pedes: plurimorū præcipue perniciabilis fuit.

¶Pernox generis oīs: ſignificat per noctē: non q̄ tota nocte nūq̄ dormiat. Ply. de luna ſic inqt. Creſcens ſemper aut ſeneſcens & modo curuata in cornua in fauces: modo æqua portione diuiſa: modo ſinuata in orbem maculoſa: eadēq; ſubito p̄nitens immēſa orbe pleno ac repēte nulla: alias pernox: alias ſera: ex parte diei lucē ſolis adiuuans: deficiēs & in defectu tamē conſpicua. Cū em̄ dicat alias pernox: alias ſera: & ſera idē ſit qđ tarda: pernox cita ſignificare cōuenit. hoc eſt vt ego ſentio nocte modo ad ſurgēdū cita: modo tarda. Alterū em̄ ex altero declaratur. Liui. li. v. Prælioq; ante lucē ſed luna pernox erat: cōmiſſum ē: & haud incertius diurno pręliū fuit. Hic pnox ſignificat q̄ luna per totā noctem erat: ſiue lucebat. Hinc pernocto.

¶Pernocto.as.p noctē moror: verſor. vigilo. oro quieſco. ambulo. ſto. habito: dormio: vel qcq̄ aliud facio ſiue bonū id ſit: ſiue malū. Nō autē totam noctē inſomnē duco. Hoc em̄ rariſſime euenit: vt quis per totā noctē euigilet. Vñ illud. Terē. in adel. Sed ſi hic pnocto cauſæ quid dicā ſyre? ita interp̄tor. Si hic p noctē moror: nō aūt ſi vigilo p totam noctem qđ ad rem nō pertinet. cū ille de pernoctatione ſua in vrbe q̄ ruri pernoctare ſolebat loquat̄ ne pater ſi rure ſe abſentē noctu deprehēderet ſuſpicioſus exquirat cur nō rus redierit. Et illud ī Hecy. Nam negabas nuptū filiam te tuam poſſe pati cū eo qui meretricem amaret & pernoctaret foris. Ci. pro Cluentio. Cum eſſet adoleſcens apud mulierculam quandam atq; ibi pernoctaret. i. per noctē moraretur. Idem pro Archia. Adoleſcentiam agūt ſe nectutem oblectant: ſecundas res ornāt. Aduerſis perfugium atq; ſolatiū prębent delectāt domi: non impediūt foris pernoctant nobiſcū peregrinantur ruſticant̄. i. hoſpitant̄ per noctē morant̄: verſantur ſtant & hīm vt pnocto ſit quicquid gnātim pernoctem fieri poſſit. Idē pro domo ſua. Propter inopiam tecti. in foro pernoctans. i. dormiens. Pompo. Pernoctare extra vrbē dicit̄ qui nulla parte noctis in vrbe ſit. Eſt & Abnocto qđ ſignificat p noctem ſeu noctu abſum. Ser. in. lib. v. æn. Hoc etiā illa lex iuris indicat q̄ cum tribunople. abnoctare ab vrbe non liceret. licebat tamē exire poſt noctē mediam & ante mediam reuerti.

¶Pero gn̄s calciamenti ruſtici ex corio crudo contra niues himbreſq; ac frigora. q̄ perā veteres pellē dicebāt pendētē a collo ad lūbos. Iuue. Quē nō pudet alto pglaciē perone tegi. Virg. li. vii. priſcos latinos pone in bellis vſos oſtēdit. cū inqt. Veſtigia nuda ſiniſtri inſtituere pedis: crudus tegit altera pero. Victr. vero. Ex vlua inquit paluſtri factis peronibus. Vbi quaſi p culleo & vtre accepit. Pero ēt fuit nomen Nelei filii. & frater Neſtoris.

¶Peronatus. q Perones aſſumpſit Perſius. Natū ſi poſcat ſibi peronatus arator.

¶Peroſus: ex p & oſus. Oſus autē pticipiū eſſe puto verbi odio pro quo defectiuū odi manſit in vſu Vñ oſor verbale. Nā ſicut a prādeo pranſus ſum cū tñ & prādi dicam⁹. ita & oſus ſuꝫ ab odio capim⁹ p quo ē odi pñtis & p̄teriti pfecti tpis. Ter. in adel. Et illud rus nulla alia cauſa tā male odi niſi quia ppe eſt. Plau. in cap. Odi ego aurū: multa ſępe multis p

ſuaſit ꝓperã. Capſunt ſimíliter. Oſus exoſus & per oſus: & actiuę ſignificationis ſunt & participia. qđ oſtendit oſurus futuri tp̃is. Extra oim ꝓferã. Feſt⁹ ſcribit. Oſi ſunt ab odio declinaſſe antiquos: teſtis C. Gracchus in ea q̃ eſt de lege Minucia cũ ait. Mirum ſi quid his iniurię fit ſemp eos oſi ſũt: qđ nunc quoq; cũ prępoſitione elatũ freques eſt cũ dicim⁹ peroſi. Col. lib. x. Neq; ea curatorẽ fraudulentũ tã tum ſed etiã immundã ſegniciẽ peroſa eſt. Quinti. li. i. Qui modo legitimã diſciplinã nõ ſint peroſi. Plau. in Am. ſimplici vſus eſt. Inimicos ſemp oſa ſum. Verbali aũt in aſi. Madidũ. nihili. incõtinentẽ atq; oſorem vxoris ſuę. Exoſus. Virg. li. v. poſuit. Iuppiter omnipotẽs ſi nondũ exoſus ad vnũ Troianos. exoſus paſſiue etiã dr̃ ab Eutropio.

¶ Perogigamus. qui admittit vt ſaliat equam. Eo enim adiutante equa alligata celerius admittitur. Var. li. ij. de re ruſti. perogitam appellat.

¶ Peroro. as. finio pago ſiue vſq; in finẽ dico ſicut dicimus orare ſignificare ſiue dicere. Lact. li v. Q̃z q̃ Tertullianus eandẽ cãm plene porauerit in eo libro cui Apologetico nomẽ eſt. Ci. li. ij de legibus. Video platonẽ idẽ feciſſe oẽm qa oro nẽ eius de legib⁹ poratũ eſſe vno ęſtiuo die. Hoc tamẽ verbũ ſi gnificat perfecte ſiue quantũ perfecte poſſum oro. Vnde peroratio dicit finis oronis. Sed quia in hac parte vtimur plærunq; affectibus: Ideo vſurpam⁹ plærunq; perorare pro ipſa affectuum cõmotione. Quintilia. At iſta legem recitat & in cadauere filii perorat. i. indignationẽ cõmouet.

¶ Perpendo. is. ꝓpe examino. Vide in dict. Pẽdo.

¶ Perpenſe aduerbiũ ſignificat prope examinate ac ponderate. Amb. lib. de Caim. Ex quo cognoſcitur nec illud octoſe ſcriptũ ſed perpenſe & examinate qđ legimus in regnorũ libris.

¶ Perpendiculare geometriæ vocãt qđ recte in ali qđ incidit vt radii ſolis recte exalto in aquã deſcendentes perpendiculares appellanť: illos integros: hos confractos in aqua videmus apparere.

¶ Perpendiculũ inſtrumentũ fabri materiarii ſeu cæmentarii quo plumbo a fil o & gnomone pendẽte rectitudo ſeu obliquitas operis perpendit. i. examinatur. Aſcon. Perpendiculũ linea laterũ æqualitatem a ſummo ad imum latitudine probans. Ci. li. ii. acad. Atq; ſi crederemus nõ egeremus perpendiculis nõ normis nõ regulis. Perpendiculi inuentor fuit Dædalus.

¶ Perpetro. as. pe. cor. ex per & patro. ſignificat p ficio & plærunq; in malã partem.

¶ Perpes. etis. pe. cor. generis oĩs idem qđ perpetuus. a quo fit perpetim. perpetuo.

¶ Perpeto. is. pe. cor. ex per. & peto. ſignificat continuo. i. valde & ſine intermiſſione peto. peragro p ficio. Vnde perpetem & perpetuũ dicimus integrũ ſolidũ & nunq̃ interruptũ.

¶ Perperi. pe. cor. Indocti ſtulti prauí mendaces. Actius Deſcribere eum miror perperos populares.

¶ Perperã: pe. cor. aduerbiũ ſignificat praue puerſe. Plau. Quid ni ſemp agit perperã. Exponũt perperã petulanter ſeu incõſtanter vt eſt illud apoſtoli Charitas nõ agit perperã. i. nõ eſt inconſtãs. perperos em̃ greçe inſtabilis eſt & leuis & mentis inops. Et hęc in eos intendit qui leuitate quadam & incõſtantia plęraq; innouarent. Poteris & hoc pacto intelligere. nõ agit perperã. i. contumelioſe.

¶ Perperitudo. modo prauitatem: modo ſtultitiã ſignificat.

¶ Perpero. as. depraúo. quaſi nimis exacte paro.

¶ Perpetuus. a. um. vt accipitur a theologis id eſt cui & principium datur & finis vt mundus & homo extertor. Sempiternũ qđ ex ſemper & æternũ componitur id intelligitur qđ principiũ habet nunq̃ habiturũ finem: vt ſunt angeli & dęmones & interior homo. Aeternũ qđ nec principiũ habuit nec item finem habiturũ eſt vt deus. Quæ differentia nulla eſt apud oratores vt ex libris Ciceronis de natura deorũ. & in tuſcul. intueri licet. Eſt quando perpetuum ſignificet continuum. Vnde perpetuam orationem dicimus continuam. Ouidius. Ad mea perpetuũ deducite tempora carmen.

¶ Perpetuo. as. perenno continuo. Aug. lib. iiij. ci. dei. Gaudiũ verũ perpetuabat ex deo in quẽ flagrabat charitas ex corde puro. Nenius. Miſerũ mẽ cui datũ eſt vt hunc ſolus perpetuẽ laborem.

¶ Perpeſſus qui nimis cum labore & dolore paſſus eſt: a perpetior fit.

¶ Perpluere. ſignificat per mediũ pluere. Quintil. lib. vi. Cum cœnaculũ perpluerет.

¶ Perrepto. as. frequentatiuũ eſt a perrepo. ſignificat tarde & cũ labore incedo. Ter. in adel. Pereptat ui vſq; omne oppidũ ad portã & ad lacũ.

¶ Perrũpo. pfecte ſeu per mediũ rumpo. Col. li. ij. Sic oẽs radices herbarũ perruptę necantur. Liu. li. viij. Qui aliquotiens impetu capto perrũpere non poterat hoſtiũ agmen detraxit frænos equis.

¶ Perſcribo ad finem vſq; ſcribor. Liuius Factur⁹ ne ſim operæpreciũ ſi a primordio res geſtas populi Romani perſcripſerim.

¶ Perſephone pe. co. dicta eſt Proſerpina & ſignificat virtutẽ ſeminũ: quã olim raptã ab orco dicunt quia vt inquit Aug. deſiit terrę fœcunditas.

¶ Perſequor in bonã & in malã partem accipi poteſt. In bonam vt ſi quid aut quem quoad poſſumus ſequamur. Et ſic ſignificat qđ cœperam perſeuero exequi. Nam vt inquit Donat. Perſeueratio nomen ꝓſequentis oſtendit. perſequitur em̃ qui nõ deſinit ſequi qđ eſt quaſi perfecte ſequor. Teren. in An. Is hinc bellũ fugiens: meq; in aliã perſequens proficiſcitur. Cicero pro Deio. Spem infinitã perſequi nolui. Ply. Qui mihi omnes ſuaderent vt cœptum opus perſequi feſtinarẽ. In malũ ſignificat inſector vlciſcor. Plau. Quid me miſerã atq; innocentem perſequaris? Sal. Et accepta iniuria ignoſcere q̃ perſequi maleblãt.

¶ Perſeuero. as. pe. pro. ex per. & ſeuerus componi puto. Nõ em̃ ſeuero legitur. Et ſignificat cũ cõſtantia animi & quaſi quadam ſeueritate cõtinuo. Hinc perſeuerantia q̃ eſt in ratione bene conſyderata ſtabilis ac perpetua permanſio.

¶ Perſes: nomen fuit regis perſarũ ſeu macedonũ qui ab Aemylio ductus eſt in triumphũ Romã cũ filiis: periitq; in carcere animi mœrore cõfectus vel vt alii tradunt vigiliis maceratus.

¶ Perſe⁹. ei & pſes. is. vł pſi ſicut Achilles is. achillis & Achille⁹. ei. ẽ nomẽ ꝓprũ viri de quo multa pręclara geſta narranť. Hic fertur Cephei gener. q. Andromedã ceto ꝓpoſitã liberatã a periculo vxorem duxerit q nobilitatis & virtutis cã ad ſidera dr̃ peruenifſe. A quo Meduſam vt eſt in fabulis harpe vulcania q̃ ex adamãte facta fuerat interfectã eſſe

Cõſtat.Ci.li.ij.de na.deoꝝ.Cepheuspaſſis palmis ſubſequit ſeptentrione.Hunc antecedit Caſſiopea ad pedes Andromadæ Perſeus deſcribitur.

¶Perſia.æ.ſeu Perſis.idis.& pſida.æ.orientalis regio a pſe ſeu a pſeo rege ſic dicta cuius populi perſę dicti ſũt.Proper.Perſarũ ſtatuit Babylona ſemiramis vrbẽ.Itẽ Perſi.Luc.li.x.Ex phariis perſiſq; fuit macetũq; tyrãnis.Hęc regio ſicut Ptol.ſcribit li.v.a ſeptentrione medis terminat.ab occaſu Suſiana.ab ortu ſolis duabus carmaniis:a meridie parte ſinus perſici.Eius oppida ſũt axima pſepolis dioſpolis.Ibi primũ inuenta eſt ars magica.Ad eã Nẽbroth gygas poſt cõfuſionẽ linguarũ abiit pſaſq; ignẽ colere docuit.Primus ĩea rex ſicut refert Iuſt.li.i.fuit Cyr⁹ in ea lapillorꝝ multa copia.Et primã ſybillã in ea natã ferũt:q; hæc de Chriſto prenũciaſſe tradit.Panibus ſimul quinq; & piſcibus duobus hoĩm millia ĩ eremo quinq; ſatiabit & reliquias tollens.xij.cophinos implebit in ſpem multorũ.

¶Perſicus.a.um.pe.co.qđ ex Perſia eſt:vt regnũ perſicũ.Iuue.Nec crœſi fortuna vnq; nec perſica regna ſufficerẽt aĩo.Dicimus etiã perſicũ ſinũ qui ab oriente eſt maris rubri.qui vero ex aduerſo eſt Arabic⁹ dicit.Ponit qñq; pſicus pro diuite & opulento.a perſarꝝ.ſ.diuitiis luxuq;.Hor.Perſicos odi puer apparatus.Plau.pro peracuto poſuit.

¶Perſica poma dicta ſũt q⁹ ex pſia primo adducta

¶Perſideo.es.pe.cor.ex per & ſedeo. (fuerunt.

¶Perſpicio.ad plenũ video cognoſcove.Cice.in Læl.Quidã ſępe in parua pecunia pſpiciunt q̃ ſint leues:quidã vero quos res parua mouere nõ potuit cognoſcunt in magnis.Hinc perſpiciẽtia.Idẽ.li.i.offic.Sed omne qđ eſt honeſtũ id partiũ quattuor oritur ex aliqua.Aut em̃ in perſpiciẽtia veri ſolertiaq; verſatur.i.perfecta cognitione.

¶Perſpicuũ dr̃ per cuius mediũ videmus.ſed magis ad incorporalia pertinet: pellucidũ ad corporalia.Ply.Tam claras perſpicuaſq; ſentẽtias.Sic dicimus perſpicuã orationẽ.i.clarã atq; apertã.Perſpicuitas ſplendor ac facilitas.

¶Perſpicax.cõſyderatus acutus perſpicacitas cõſyderatio & acumen.

¶Perſoluo.is.perfecte ſoluo.Decius Brutus.Tantũ me tibi debere exiſtimo quantũ perſoluere difficile eſt.Eſt em̃ ꝓprie ꝓpter debitũ vel ꝓpter alicui⁹ virtutes & beneficia erga aliquẽ.Lact.li.xij.Vt vni cuiq; pro merito aut præmiũ perſoluat:aut pœnã Virg.Perſoluãt grates dignas & p̃mia reddant.

¶Perſono.Vide in dictione Sono.as.

¶Perſonã diffiniũt pĥi eſſe nature rationalis indiuiduã ſubam.Tria igit̃ neceſſaria ſũt vt aliq̃d pſona dicat.ſ.q⁹ ſit idiuiduũ.nõ em̃ ĩ vniuerſalib⁹ ſed in ſingularibus tm̃ pſona dici poteſt.q⁹ ſit in gñe ſubæ.Nã accidẽtia cũ per ſe nõ exiſtant:nec per ſe agant:pſonã cõſtituere nõ pñt.Et q⁹ ſit qđ rõnale qm̃ id ẽ pſonãs q̃tũ ad ipam actionẽ qđ in ſe hab; q⁹ poſſit agere:vel nõ agere.Et hoc hñt ſolũ rõnabilia.Ideo de rõne pſonę ẽ q⁹ ſit qđ rõnale.Nõ ergo lapidis vel arboris vel irrõnalis aĩalis:ſed vel dei vel angeli vel hoĩs pſona dr̃.Perſona etiã dr̃ facies conficta a gręcis ϖροσωϖον vocata.Nã caput vt baſſ⁹ inqt & os coopimẽto pſonę tectũ vndiq; vnaq; tm̃ vocis emittẽdę via apertũ qm̃ nõ vaga:neq; diffuſa ẽ in vnũ tm̃modo exitũ coactã vocẽ et magis claros canoroſq; ſonit⁹ facit.ob eã cãm p

Ꝑ.ε.

ſona dicta.o.littera ꝓpter vocabuli formã ꝓducti ore.Vñ pſonati dñr q hmõi pſõis tecti ſũt.Et proprie hiſtriões atellanici ſũt.pſonata quoq; fabula dr̃ q̃ agit̃ a pſonatis hiſtrionib⁹.Hanc iuniores lauã vocãt.Hinc ꝑ tranſlationẽ pſona ſumit̃ ꝑ q̃litate qua alius ab alio differt:tũ in aĩo:tũ in corpe:tũ in extrapoſitis q̃ a rhetoribus numerant̃ in attributis pſonę.Animi vt quo ſtudioſe exerceat litteraꝝ ne an militaris diſcipline.Et iracũdus ne ſit an mitis.luxurioſus:an tẽperãs.Corporis:vt adoleſcẽs ne ſit an ętate adultus.pulcher an deformis.Extra poſitorũ:vt diues an paup.Clar⁹ an obſcurus.Vñ in ſcęnis hiſtriones pſonas accipiũt.hoc eſt facies aut ſerui aut ancillę:aut militis:aut paſiti.Et ĩ vno hoĩe multę pñt eſſe pſonę:vt pſona iracundi.mitis læti.Item pſona p̃ceptoris.mariti pr̃is.Hinc grãmatici pſonas conſtituũt perſonã ſecundã & tertiã Perſona etiã gñs herbę de qua Col.li.vij.Venena viperę depellit̃ ſup ſcarificationẽ ferro capta herba quã vocãt pſonã trita & cũ ſale impoſita.Exigua quoq; fiſtula ex ære ſiue marmore aut alia materia ex qua aqua exilit e fõte:& ꝓpter ſigna q̃ fieri in ea ſolẽt pſona qñq; vocat̃.Sipunculus ꝓprie dicitur

¶Perſonat⁹.qui pſonis.hoc ẽ laruis indutus.Perſonata vero vulnera ſũt quæ latent.

¶Perſonatus.us.ipſa in pſonis actio.Vnde dicimus hiſtrionem perſonatũ agere in ſcænis.

¶Perſonale qđ ad perſonã ptinet.Vñ perſonalis actio q̃ in perſonã fit.Perſonale vero verbũ qđ per perſonas diſtinguit̃:cuius cõtrariũ eſt impſonale.

¶Perſonatia gñs herbę quã greci forte petaſiten vocant.Ply.Folio perſonatię nullũ eſt latius.

¶Perſolata etiã herbę gñs:quam vt ait Ply.greci vocãt Arction:& aliqñ pſopiten quã nemo ignorat.folia habet ſiſia cucurbitis.Dicta pſolata a perſola:qđ nomẽ apud veteres vt Placidus grãmaticus inquit ſignificabat perſonam.

¶Perſto.as.permaneo perſeuero.Gel.Hoc modo perdius pernoxq; perſtabat.Lact.li.i.Vt in perpetuũ vanitatis illoꝝ monumẽta perſtarent.

¶Perſiſto.is.Vide in dictione Siſto.

¶Perſtino.as.pe.cor.Vide in dictiõe Deſtino.

¶Perſtringo.is.valde ſtringo.ſeu breuiter aut ſũmatim ſtringo dico vel ſcribo.Hiero.Hęc a me perſtricta ſũt breuiter:prę̃ſtringere vero eſt obtenebrare.obtũdere:vt cũ oculi nimia luce:& aures nimio ſonitu perſtringunt̃.Lact.li.iij.Horũ pulchritudo ac nitor prę̃ſtringit oculos.Hor.lib.car.Iam nunc minaci murmure cornuũ prę̃ſtringis aures iam litui ſtrepunt.Vide infra.

¶Perſuadeo.nõ ab actu ſed ab effectu pſuaſiõis ſignificationẽ hz:vt ſit pſuadere ſuadẽdo inducere.Sz diſtiguẽdũ ẽ.nã aut id fit vt qs iducat̃ ad id credendũ:aut ad id faciẽdũ.ſi ad id credẽdũ:& dicã pſuaſi hoc tibi tũc ſic expõerẽ.hoc tibi ſuadẽdo credere feci.vl̃ ſic Dũ hoc tibi ſuadeo credidiſti.Aug.li.ci.dei.nã ſcio qb⁹ virib⁹ op⁹ ſit vt pſuadeat̃ ſuperbis quãta ſit virt⁹ hũilitat̃.Ci.li.i.ad he.Si aĩus auditoris pſuaſus fuerit.i.ad credẽdũ induct⁹ fuerit.Q đ iꝑe Ci.ſic exponit licet p alia verba.i.ſi oro ad uerſarioꝝ fidẽ fecerit auditorib⁹.Sin ad faciendũ.Tũc ſic.Perſuaſi tibi vt hoc faceres.i.ſuadẽdo tibi in aĩm induxi vt hoc faceres.Etiã ĩ pñti vt Ceſ.cõ.iiij.Idoneũ quẽdã hoĩez & callidũ delegit gallũ ex illis quos auxilii cã ſecũ hẽbat.Huic magnis præ-

mlis pollicitatiõibuſq; perſuadet vt ad hoſtes trã ſeat: & quid fieri velit edocet. Qui vbi ad eos venit timorem romanorũ proponit. perſuadet. i. ſuadendo inducit i animũ. Q̃d oſtendit ex effectu: quoniam gallus ex ſuaſione pręmiorũ inductus tranſiuit ad hoſtes. Q̃d tamen nõ eſt alienũ a vocabuli ſignificatione quoniã perfecte ſuadere: eſt maxime ſuadendo in animũ inducere alteri vt id credat ſeu faciat. q̃d cũ pfecte fit: is cui hoc ſuadet: quodãmodo id credere aut facere perpellit. Ideo perſuadeo hoc modo nõ pfecte ſuadeo ſignificare dr: ſed quaſi ſuadendo in animũ pfecte induco: vt ab effectu qui ſequitur perfecte ſuaſionis magis q̃ a ſignificatione vocabuli ſenſus capiat. Simili mõ fit in exoro cũ ſignificat orans impetro. & Excogito q̃d eſt p cogitationẽ inuenio: eo q; exorando. i. pfecte orãdo impetrat q̃d orat & excogitãdo. i. pfecte cogitãdo inuenitur q̃d querit. Nec huiuſmodi ſignificatiões proprie ſumunt ex vi ꝓpoſitionũ & verboꝝ q̃ non progrediunt: niſi q̃tũ ſignificatio eoꝝ protendit q̃ in pſuadeo eſt pfecte ſuadeo. Exoro pfecte oro. ſed ex effectu rei q̃ ex eis cõſequit & perficit. Verũ nõ ea tenus ipſa a ꝓpria eoꝝ ſignificatiõe recedere dixerim quin ſignificare poſſint perfectã ſuaſionẽ. Nã perſuadeo perfecte ſiue maxime ſuadeo ſignificare docet Teren. in an. cũ ait Ipſus mihi Dauus qui intimus eſt eoꝝ cõſiliis dixit & is mihi pſuadet nuptias q̃tũ queã vt maturẽ. Idem in Phor. Sed vbinã Getã inuenire poſſim vt rogẽ q̃d tꝑus cõuenienꝺi prĩs me capere pſuadeat. Hic pſuadeat maxime ſuadeat ſignificat. Similiter Lact. li. xi. Quid. M. Tullius in ſuis officialibus libris nõne hoc idẽ pſuadet nõ eſſe oĩno largiendũ ſi. maxĩe. Quod eſt contra eos qui volũt pſuadere tm̃ in effectu eſſe ſuadere in actu. vt eſt Sipõtinus qui ait ſuadere eſt hortari in aliquẽ ad id q̃d tendimus. Perſuadere eſt ſuadẽdo aut diſſuadẽdo aliq̃d: hoĩem in opinionẽ noſtram inducere.

¶ Pertędeo. des. duĩ. a quo pertędeſco q̃d eſt tædio vehementer afficior. Gel. Iamq; oẽs finẽ cuperent verbiſq; eius defatigati pertęduiſſent.

¶ Pertæſus. a. um. participiũ ſine verbi origine: vt inqt Ser. & regit accuſatiuũ. Sed poteſt eſſe a pertędeo. Sue. in Cæſa. Et quaſi pertęſus ignauiã ſuã q; nihil tũ a ſe memorabile actũ eſſet. Amb. lib. hexa. Turtur vbi iugalis proprii fuerit amiſſione viduata pertęſa thalamos & nomẽ habere coniugii eo q; primus amor ſefellerit eã. Vergi. lib. iiij ęn. gtõ iunxit. Si nõ pertæſum thalami tædæq; fuiſſet.

¶ Per temp⁹ ſignificat oportune. Ter. in ecy. Pertempus accedamus.

¶ Pertẽdo ad finẽ tendo. Aug. li. xvi. ci. ꝺei. Quoto quiſq; anno vitę ſuę filiũ genuerit ad iſtũ generationũ ordinẽ ptinentẽ qui ptendit ad Habraã.

¶ Pertimeſco ſignificationẽ ſui primitiui habet. Nõ eñ retinet ſignificationẽ paſſiuã innatã. Lact. li. iii. Quare nõ eſt q; philoſophis tm̃ honoris habeamus vt eoꝝ eloquentiã pertimeſcamus.

¶ Pertineo. es. pe. co. ad finẽ vſq; teneo. Hiero. ad ocea. Tũc me tenebat eramus atq; vtinã ptinuiſſet Aliqñ ptinere eſt ptingere. Cęſar. cõ. i. Ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. Et ptinere attinere Nã ea ptinere ad nos dicimus q̃ domini noſtri ſũt et ea q̃ aliquo iure poſſidemus q̃uis nõ ſint noſtri dominii. Item ea q̃ in nulla noſtra cauſa ſunt: ſed eſſe poſſunt. Hinc aliqñ ptinere ad me accipim⁹ ꝓ eo q̃d eſt officiũ meũ eſſe: ſiue onus mihi incũbere. Et ptinere ad nos de aliqua re: eſt nos curare & magnipendere cã rem. Hier. li. iij. ꝓ. Siue eñ fugerim⁹ nõ magnopere ad eos de nobis pertinebit: ſiue media pars ceciderit e nobis nõ ſatis curabunt.

¶ Pertento. as. veheměter tento: valde experior. Virg. Latonę tacitũ ptentãt gaudia pectus. Ter. in an. Sed ea gra ſi fauet vt vos ptentarẽ. alibi leuitet tẽto: vt blãda viciſſim gaudia ptentãt. Sũt eñ mlta q̃ ꝓ locis intelligunt. vt impotẽs & ſatis & min⁹ & nihil potẽs. Aliqñ ptẽtare eſt ſępe tentare. Virg. li. iij. ge. Nõne vides vt tota tremor ptentet ęquoꝝ

¶ Pertinax. p. c. q nimis tenax ẽ a ptineo. (corpa. Plau. in cap. Quid tu ais tenax. ne pater eius eſt. Et ille immo ædepol ptinax. Pertinaces igitur ſũt qui id vehemẽtius tenẽt q̃d tenere nõ debẽt: Aliqñ ponitur ꝓ pſeuerãte in bonã partẽ cũ plęrũq; in malã legat. Et ſic a ptendo fit. Nã vt inquit Var. In quo nõ debet ptendi & ptendit ptinacia eſt. In quo vero oporteat manere ſi in eo pſtet pſeuerãtia vocat. In bonã partẽ. Val. max. li. i. Nõ mirũ igit ſi pro eo imperio augendo cuſtodiẽdoq; ptinax eoꝝ indulgentia deoꝝ ſemp excubuit: q; tã ſcrupuloſa cura paruula quoq; religiõis examinari vident. Sen. li. xii. de benefi. Vincit malos ptinax bonitas. Liuius Vincit tñ oĩa ptinax virt⁹. Hinc ptinacia q̃ vt inqt Ci. pſeuerãtię finitima eſt: & tã in bonũ q̃ in malũ ſumit. Sue. in Cęſa. Ne patiẽtia & ptinacia hoſtis aĩ ſuoꝝ frãgerent. Actius. Pertinaciã indocti poſſi

¶ Pettexo. is. ꝓgo pficio. Trãſlatio a texto (dentibus q primo telam oriunt. & orſam deinde texũt Ci. li. ij. de ora. Et ptexe mõ Antoni q̃d exorſus es Proprie tñ ptexere eſt valde vel ad finẽ vſq; texere

¶ Perturbo valde turbo. a quo perturbatio quę eſt auerſa ratione contra naturam animi commotio. Auctor Cic. lib. iiij tuſcu.

¶ Peruagor. & puago. pe. cor. ꝓ aliquẽ locũ vagor Ci. li. iij. ad Herẽ. Sed illud facere oportebit vt iden tidem primos quoſq; locos imaginũ renouandarũ cauſa celeriter aĩo puagemus. Liui. lib. i. Nũc errabundi domos ſuas vltimũ illud viſuri puagarent.

¶ Peruello. as. vellico. & punctiũculis torqueo. Ci. li. iij. tuſcu. Quid mœres? cur ſuccũbis cediſq; fortunę q̃ peruellere te forſitan potuerit & pungere: nõ potuit certe vires frangere.

¶ Peruenire ſignificat ad finem venire.

¶ Peruentores auctore Aug. ſunt qui ad potentũ quorũlibet tanq̃ inacceſſibiles amicos cõuenientiũ pſonarũ interpoſitione ambitione ac arte ptingũt.

¶ Peruerto. mõ cõuerto: modo deprauo ſignificat

¶ Peruerſi inquit Hier. qui de recto declinãt ad peruerſitatẽ. vt diabolus Iudas & hęretici & ſuperbi oẽs

¶ Perueſtigo. pe. pro nõ ſolũ quęro ſed q̃rendo inuenio vel acquiro. Veſtigo aũt q̃ro tractũ a veſtigiis tanq̃ a ſignis indiciiſq; quibus ad rei notitiam peruenimus. Ci. lib. ij de ora. Noſſe regiones intra quas venias & perueſtiges q̃d quæras.

¶ Peruicax. pe. cor. durus contentioſus: nulli cedens: perſeueraus cũ quadam vi. Ter. in ecy. Adeõ peruicaci eſſe animo vt puerum prędptares perire? Hinc peruicacia duricies obſtinatio.

¶ Peruigilo: vſq; ad finem vigilo. vel totam noctem inſomnem duco. Mar. Nam vigilare leue eſt peruigilare graue.

¶Peruigiliũ. multa vigilatio & cuſtodia. Plyn. li. .xi. Peruigilio quidẽ vincunt cibi. Et peruigiliũ ſacrum nocturnũ quo vigilię indicunt: vt per totam noctem vigiletur. Liui. li. xxiij. Caſtra campana vt peruigilio neglecta ſimul omnibus portis inuadit. Sue. de Cali. Nec alia de cauſa videt eo die quo petii peruigiliũ indixiſſe q̃ vt initiũ in ſcænã prodeũ dilumina temporis auſpicaretur.

¶Peruius. a. um. per qđiri poteſt. Sic dicimus virginem eſſe cœli peruiam. Aliquando dicitur penetrabile. Ouid. lib. ij. me. Domus eſt imis in vallib⁹ huius Abdita ſole carens nõ vlli peruia vento.

¶Peruolo. as. pe. cor. vſq; ad finem volo.

¶Peruolo. puis puult pe. co. valde cupio. Li. peruelim. ſcire vtrũ q̃ diſcedũt: an q̃ retinẽt de me q̃rant.

¶Peruſia: etrurię ciuitas: a qua puſin⁹. a. um. Prop Si puſina tibi patrię ſũt nota ſepulchra.

¶Peruinca herba vulgo nota q̃ i longũ creſcit obuia quęq; vinciẽs ac pueuiẽs. folia habet lauro ſilia Ideoq; Chamedaphne hoc eſt parua laurus appellat. floręm facit violę ſimilẽ. & coronamẽtis adhibet.

¶Pes. dis. ima pars corpis. de quo ſupra i dictione pedes. Hinc deducunt p cõpoſitionẽ multa: vt vni pes: bipes: tripes: ſemipes: ſonipes: cornipes: flexi pes: planipes: loripes: ſolidipes: alipes: curuipes.

¶Peſſulus. pe. co. quaſi puus pes. Inſtrumẽtũ quo oſtium claudit. Cadenacius vulgo dr clauecq; mox ſubdita reſeramus. Apul. Tũ myrmex tandẽ claue peſſulis ſubiecta pandit fores. Item. Subdita claui peſſulos reduco. Hiero. in Can. Peſſulum oſtii mei aperui dilecto meo. Vnde oppeſſulata ianua. i. peſſulis firmata. Feſtus. Obices ſunt peſſuli feræ. Dictus peſſulus q; ne peſſum detur oſtium affigi ſolet et annecti. Huius diminutiuũ eſt Peſſellus.

¶Peſſum aduerbiũ. ſignificat mõ retorſũ mõ deorſum quaſi ad pedes vel ſub pedibus. Ply. li. iiij. Peſſũ iere vitę p̃tia: oẽſq; a maxio bono liberales dictę artes in contrariũ cecidere.

¶Peſſundo. as. conculco reprimo arceo & peſſum eo. hoc eſt cedo vel retrocedo.

¶Peſtis. peſtilens peſtilentia & peſtilitas in vna ſignificatione accipiunt. Lucr. li. vi. Hęc igit ſubito clades noua peſtilitaſq;. Ci. li. i. de fato. Inter locorum naturas quantũ interſit videamus alios eſſe ſalubres: alios peſtilentes. A peſtilentia fit peſtilẽtioſus. a. um. qđ peſtilentiã affert. Aug. li. ij. cõ. Iamq; peſtilẽtioſum & impoſterũ piculoſũ ſentiebat cohęrere termino cõiugalis affect⁹ ſi reſecari ad viuã nõ poterat. ¶Peſſi fœminæ medicamẽta q̃ i molli lana naturalibus coram conduntur.

¶Peſſimon is emporiũ phrygię habens templum maximũ vt inqt Stra. magnę veneratiõis matris deũ quã Andigiſtan vocant. Hic locus magnifice ab Atalicis regibus ſtructus eſt & templo & porticibus ex albo lapide. Romani celebre reddiderunt educta inde deæ ſtatua & peſſimuntia appellata.

¶Petala a grecis dñr arborũ frondes πεταλον latine foliũ. Vnde petalion foliatũ. Vide in dictiõe Foliatum. Et Bracteas antiqui petalia a tenuitate noiabant. Cariotarũ quoq; petalia vocantur kl'is ianuariis miſſtari ſolita. De quo Ouid. Mar.

¶Petaſus. pe. cor. capitis tegmen. Galero ſimile ſiue ipſe Galerus. Fitq; a greco πεταννυμι qđ eſt extẽdo cui⁹ aoriſtos eſſe petaſa Vñ petaſus qđ alio noie ſchiadion dicũt. hoc eſt vmbellã. Vnde apud

Plau. legitur q; pſeudulus ipſe a Carino quęrit. Sic etiã opus eſt chlamyde & machęra & petaſo q; hęc tria eſſent militaris hois ornamenta. Hinc petaſati qui galero & capitis ornamento vtuntur. Suet. de Aug. Aeſtate apertis cubiculi foribus ac ſępe in periſtylo ſaliente aqua atq; etiã ventilãte aliquo cubabat. Solis vero ne hiberni quidem patiens: domi quoq; nõ niſi petaſat⁹ ſub dio ſpatiabat. Per tranſlatiõem vero petaſus dicit quiddã in galeri formã ædificiis ſuperpoſitũ extenſum & explicatũ in mętæ formã ſe contrahens. Ply. lib. xv. Supra in quadratum pyramidis ſtant quinq;. quattuor in angulis & in medio vna in vno latere pedũ quinũ ſeptuagenũ. alterę centenũ quinquagenũ ita faſtigiatæ vt in ſummo orbis æneus & petaſus vnus omnibus, ſit impoſitus ex quo pendeãt excepta catenis tinti nabula q̃ vento agitata longe ſonitus referant. ſũt qui petaſum accipiant pro pinna quam gladiatores in galeis habebant. Sed nõ congruere videtur. Alii accipiunt petaſum pro quodam calciamenti genere allegantq;. Plau. in Am. dicẽtem. Ego has habebo vſq; in petaſo pinnulas. Et apud Lactan. accipit petaſus pro alato mercurii calciamẽto. Idẽ quoq; Plau. in am. Itidẽ habet petaſum cũ ſerui pileũ habere nõ poſſent niſi cũ facti fuiſſent liberi.

¶Petaſo: pe. cor. caro porcina: quam alii coxam: alii eam partem ſuis dicũt quæ ab alis incipit & coſtas cõprehendit: quibuſdam veluti virgulis pinguibus diſtincta. Fruſtum de perna pręcidit: & ſale obrutũ deinde in fumo ſuſpenſum aſſeruat. Mar. Muſte⁹ eſt ppera caros ne differ amicos. nã mihi cũ vetulo ſit petaſone nihil. Hui⁹ diminutiuũ eſt petaſuncul⁹. Iu. Sicc⁹ petaſunculus & vas pelamydum

¶Petaurũ. gñs ludi & machina quædam lignea. Quo quidẽ ludi gñe hoies per aera rotarũ pulſu iactabantur. Mar. Quam rota tranſmiſſo totiens in pacta petauro. Dici etiã poteſt petaurum ſupra qđ hoies agilitate corporũ inſignes ludunt: vt haſtæ circa quas ſe voluant. Funes ſupra quos etiã reciproci ambulant. Circuli per quos ſe more piſcium tranſmittunt. Tabulę e quibus in aera pendẽt Vno brachio ſe ſuſtinentes. Greci dicunt petaurũ eſſe laqueũ & aſſeres quibus domos tegũt. Iul. pollux exiſtimat caudam eſſe in quam ſe cortis alites cubitũ ituræ conferunt.

¶Petauriſtæ: qui ita ludunt: & leuioribus ſaltibus mouent. Var. li. ij. de vi. pa. Nec minus aliquo in genere ſũt ludi velitis: galli germani petauriſtæ. Qui et petauri dñr a πεταυρα volare.

¶Peto. is. petiui vel petii petitũ. ſignificat oro ſiue obſecro: vel volo. Petere vt inquit Var. ꝓprie eſt aliq̃d ſuppliciter & p̃cario poſtulare. Et ſic vnũ tm̃ exigit actũm. Te aũt pro vetere noſtra neceſſitudine etiã atq; etiã peto vt eius filios qui in tua poteſtate ſunt mihi potiſſimũ cõdones. In malum. Sal. in Iug. Ipſe acer bellicoſus. at is quẽ petebat: quietus imbellis erat. Sic i bonũ dicim⁹ pater ſalutẽ filii petiit: ſeruus beniuolẽtiã domini. In malũ: vt hic petit caput alterius aut famã. hęc em̃ in hois perniciẽ petuntur. Aliquando petere eſt inſtanter poſcere. Vñ petulcus & petulãs. Liu. li. i. Iam Horatius cęſo hoſte victor ſecundã pugnã petebat. Aliquãdo in ſidias tẽdere. Plancus. In quo caſu hãc capio voluptatẽ q; certe quo magis me petiuerũt tanto maiorem luis fruſtratio dolorẽ attulit. Aliqñ violẽter ag

gredi. Ci. pro liga. Quid eñ tubero tuus ille dístrictus in acie pharsalica gladius agebat. cuius latus ille mucro petebat? Aliquando manere expectare. Verg. li. ix. Troianos hęc monstra petũt. Aliquando Cupere vt apud eundẽ li. viij. Geo. Pulchrãq; petit per vulnera mortẽ. Aliqñ pcutere. Liui. li. xxij. Hispano punctim magis q̃ cęsim assueto petere hostem. Aliqñ inquirere. Verg. Euandrũ petim⁹. Aliquãdo eligere: vt idem. Principio sedes apibus statioq; petenda. Aliqñ pficisci. Sue. in Vespa. Et cutilas ac reatina rura: vbi ęstiuare quotannis solebat petiit. Aliqñ influere: vt Campũ petit amnis. Quãdo vero cõstruit cũ abl'to instrumentũ significãte pro instrumẽti diuersitate diuersa significat. siue in rem: siue in personã referat. Nã petere manu est ducere. Virg. Tartareũ ille manu custodẽ in vincla petiuit. Petere pedibus est ire. Apul. Dũ pedibus iter faciens propinquũ rus peterẽ. Petere gladio aut veneno: aut lapide: aut cornu & huiusmodi est inuadere ferire & saluti insidiari. Idem. iã cornu petat & pedibus qui spargat arenã. Et. malo me Galathea petit lasciua puella. Sue. in Tibe. Missum in arenã aprũ iaculis desuper petiit. Petere cursu: adipisci obtinere. Virg. Quę littora proxima cursu cõtendũt petere. Petere blandiciis: est blandiri. Quintil. Nouercã blandiciis petit. Petere munerib⁹ oculis precibus est cõciliare. Apul. Cum me lachrymis precibusq; petiisset. Petere oculis est contemplari. Petere auríb⁹: audire. Petere naribus olfacere. Petere tactu: palpare. Iungit interdũ huic verbo ablt'us. Ci. Audes quicq̃ ab istis petere? Nunq̃ vero vel raro duos act'os habet. Huius composita sũt. Appeto. Cõpeto. Expeto. impeto. oppeto: perpeto: p̃peto: repeto: et suppetit: quæ habent pen. cor.

¶ Petitio postulatio aliquando etiã gladiatorũ impetus. Ci. Q. ergo tuas petitiones ita coniectas vt vitari nullo modo possent parua quadã declinatione concutiunt.

¶ Peteſſo. is. antiquũ verbũ. idẽ qđ peto. sicut impetrasso reconciliasso commonstrasso qualia apud Plautũ plurima. Ci. lib. ij. tuscu. Qui hãc gloriam peteſſunt: nullũ fugiũt dolorem. Plau. in Tri. Vtrã potius harũ mihi artem expeteſſam.

¶ Petigo. pe. pro. morbi genus qui & impetigo dr̃ q; vicina petat sese late summa cute diffũdens: occupat plærũq; totũ vultũ oculis exceptis.

¶ Petimia vlcera in humeris iumentorũ q; ima. i. profunda petant.

¶ Petulans. pen. correp. improbus: a quo petulantia improbitas cũ alios per contumeliam petimus. Ci. Desine bonos petulantissima insectari lingua. Quandoq; ponitur pro superbo. Idem. Petulãter diues. Quandoq; pro lasciuo. Ouid. Quinetiã vt possem verbis petulãtius vti: nõ semel ebrietas est simulata mihi. Et generaliter petulantia est lasciua mentũ siue effrænatio immodica ad quodlibet vitium a petendo dicta.

¶ Petulcus. lasciu⁹. Virg. Hędiq; petulci. Vnde meretrices quoq; petulcas veteres dixerũt a petendo.

¶ Petilus. pen. corre. tenuis exilis. Lucil. Insignis variis cruribus & petilis.

¶ Petilia: vrbs brutiorũ a Philoctete cõdita ατο του πετασσαι. i. volare quia ex augurato locũ delegit ¶ Petilansura significat vngulã equi albã.

¶ Petoritũ pen. corre. genus vehiculi. Hora. lib. i. Ser. Atq; caballi Pascendi ducenda petorita nunc mihi curto Ire licet mulo.

¶ Petra. lapis tenerior mitiorq; ac minor. Vnde gẽmæ lapides nõ saxa dicunt. Hinc Petrosus. a. um: qđ est petris abundans. Est & petra Arabiæ oppidum qđ nabathęi incolũt. Vnde pars ea arabię vocatur petrea ¶ Petrea: ps Arabiæ. Et petrea mulier quę pompã in coloniis aut municipiis imitabatur anũ q; pedes impetras frequenter impingeret.

¶ Petroleon. oleũ qđ ex petris naturę sponte fluit.

¶ Petronius nomen viri propriũ. Quo noie vocatus fuit auctor nõ ignobilis.

¶ Petronia nomẽ vxoris Vitellii de qua apđ Sue. Et Petronia nomen fluuii in Tyberim defluẽtis dicti q; per petras fluat.

¶ Petrones rustici dicti sunt a veteribus a petrarũ asperitate & duricia. Hinc Plautus petronẽ verecem duriorem eleganter dixit vbi ait in cap. Qui petroni nomen induunt verueci sectario. ego si in via petronem publica conspexero & petronem & dominũ teddam mortales miserrimos.

¶ Petroselinon: quasi petrarũ apiũ: nam inter lapides melior nascit. Est herba nota q̃ inter apii genera numerat̃ cõponiturq; ex petra & σελινον apium

¶ Pexo. as. a. pecto. is. Vnde pexę vestes q̃ pectine contextę. Et pexati qui pexis vestibus sunt induti Mar. Pexatus pulchre rides mea zoile semper. Sũt qui dicunt pexas vestes esse pilosas cõtrarias rasis quę pilis carent. In quem sensum accepisse videtur Hiero. contra Ioui. cum ait: Ante nudo eras pede modo nõ solum calciato sed & ornato. Tunc pexata tunica & nigra subucula vestiebaris sordidat⁹ & pallidus & callosam opere gestitans manũ nunc lineis & sericis vestibus & atrebatũ ac laodicęę indumentis ornatus incedis. Ibi eñ pexam tunicã puto intelligi rasam & quasi laceram. Nã vbi Persius dixit. Pexumq; togaq; recenti. Probus barba inqt tonsurę genus est quo iuuenes sic tonsi pexi barbi appellantur. Nos prępositionem addimus depexa Ter Depexum dabo.

¶ Pezitę. fungi qui sine radice aut pediculo nascũtur quasi pedestres. dicti q; nõ tollant se altius a terra. πεζος pedes. etiã in ludo scacchorũ πεζος.

¶ Phæacũ. ciuitas in planitie est quę ab vtraq; parte habet duos editissimos vertices in q̃bus adhuc sunt arces. Phæaces vero populi fuerũt Corcyræ. Vnde & Corcyra phæacia dicta est q̃ in littore maris ionii est. Scribit̃ in prima cũ ę diph. Hinc phæacius. a. um. & phæacus. a. um. vna syllaba minus. Proper. libro tertio. Nec mea phæacas ęquant pomaria syluas.

¶ Phaeton. dictio trisyllaba. Nam ae diuisas syllabas habet & aspiratur. Dictus απο του Φαινειν sol dicitur vt inquit Ser. in lib. quintũ ænei. Idem libro sexto a luce ardoris sui.

¶ Phæthusa fuit vna ex filiabus solis.

¶ Phæcasius. calceus. Vnde phæcasios seu phæcasiatos sacerdotes & deos vocamus. Seneca ad Luciliũ. Si quẽ palliatũ aut phæcasiatũ cõspexeris

¶ Phædrus nomen viri proprium. quo significatur clarus alacer.

¶ Phæstus. mons seu promontoriũ cretę. Fœminino vero genere ciuitas in eo.

¶ Phagedæna. cum diph. in pen. Nam gręce Φαγεδαινα scribitur απο του Φαγειν. hoc est ab

Ph.

edēdo & eſt exulceratio vſq; ad oſſa celeriter depaſcens cū inflāmatione ſaniem male olentem emittens & ad mortem perducens. Auctor. Iul. pollux Ply. li. xx. Vlcera quę phagedænas vocant folia & radix recens cū melle ſanant. Et apud Col. putatur eſſe morbus quē in iumentis vermē appellant. Idē apibus tribuit li. x. Sæpe etiā inquit vitio qđ greci φαγεδαιναν vocant intereunt.

¶ Phagus. us. & phagi arbor glandifera απο του φαγειν comedere. Virg. in Culi. Vmbroſæq; manent phagus hederæq; ligantis brachia. Hinc phagineus. a. um. & phaginus. a. um. pe. cor. pro materiato ex ea arbore. Ouid. li. viij. me. Illic phagine⁹ dura clauo ſuſpenſus ab anſa. Virg. Poſt validо nitens ſub pondere phaginus axis.

¶ Phaliſci populi hetrurię quorū oppidū phalerii vocubatur. Sunt qui arbitrentur phaliſcos vocari quos nunc corrupte montem flaconem appellant.

¶ Phalacron greci caluū dicūt. Vnde Corui aquatici phalacrocoraces dicunt inqt Ply. Hinc loca ſatis fruticibuſq; nuda phalacras appellant quaſi calueta: vt q̄ nihil ferūt. Apud Col. Glabreta dicunt.

¶ Phalara ciuitas a phalaro amne Ithomæ Mineruæ proximo.

¶ Phalarica. a phalis. i. turribus dicta eſt. quia turres defendat vel a phalari ſiculo tyranno vt Amianus inquit. Hęc vt Vege. ſcribit admodū haſtę valido pręfigit ferro qđ in lōgitudine habet pedes tres vt cū armis corpus tranſfigat. Inter cuius tubā & haſtile ſulphur reſina bitumen ſtuppa conuoluunt infuſa oleo qđ incendiariū vocant baliſtæ impetu deſtinata pręrupto munimine ardēs: figitur ligno turritamq; machinā incendit. Eſt autem magna & parua phalarica. Vnde Lucanus dixit phalaricam neruis mitti tortilibus. Virg. vero ait Turnū manu iaculari potuiſſe. Vnde li. ix. Sed magnū contorta phalarica venit fulminis acta modo.

¶ Phalaris. idis nomen propriū agrigentinorū regis crudeliſſimi. Cuius extant epiſtolæ.

¶ Phaleræ equorū ornamenta απο του φαλου dicuntur. ſeu a verbo greco qđ illuſtrare ſignificat. Virgilius libro quinto. Primus equū phaleris inſignem victor habeto. Inde phaleratus. a. um. i. ornatus. Sue. in Clau. Craſſus fungi equo phalerato & in veſte palmata. Et nō tantū equorū ſunt ornamēta phalerę q̄ equitū & nobilū. Liui. li. xij. tradit Comitia Flauii ędilitia tantū habuiſſe indignitatis: vt plęriq; nobiliū aureos anulos & phaleras deponerent. Plyn. lib. xxxiij refert olim ab ordine equeſtri phaleras fuiſſe poſitas ex indignatiōe. Apud Ter. phalerata dicta leguntur pro ornatis.

¶ Phalera. portus athenienſis celeber.

¶ Palæciū carmen dictū a phalæco iuuentore. Cōſtat ſpondęo dactylo & tribus trocheis. hoc & hendecaſyllabū a ſyllabarū vndena menſura vocat.

¶ Phalænę quidam piſces in mari. Ambro. Quid gladios loquar: aut ferras: aut canes marticos: aut phalænas: aut zigęnas? balænam dicunt eſſe.

¶ Phalangæ ſunt quibus baiuli ferendis oneribus vtuntur quas σκευαφορα Plato appellat. Plyn. li. vij. phalangę fuſtes ſunt nodis carentes quibus aphri prælii contra ægyptios primi fecerunt. Iul. pollux. phalanges inquit phalangia dicunt ligna quibus ſubiectis naues trahi ſolēt. Sic Nonius ſcribit phalāgas ſignificare fuſtes teretes qui nauibus ſubiiciunt. Scribit Hero. ęthiopas vicenos dentes elephantorum grandes & e materia ebeni centenas phalangas tertio quoq; anno tributi vice regibus pendere ſolitos. Latine palangę dicuntur a quo fit palango. as. qđ eſt onus aliquod huiuſmodi fuſtibus tranſueho. Affra. Et capreā vnā ſemilaceram quaterni ſimul palangabant.

¶ Phalangarii qui aliquid oneris phalangis tranſuehunt: qui modo tetraphori: modo hexaphori dicuntur. Item phalangarii appellati ſūt milites qui erant in phalange quales habuit ad imitationem Alexandri magni Alexander ſyrius romanorum imperator vt auctor eſt Lampridius.

¶ Phalangiū genus Aranei q; omnibus internodia terna ſint in cruribus. Sunt qui phalangii noīe omnes araneos intelligant. Dicitur & phalanx.

¶ Phalanx. langis. dictio macedonica qua nō proprie legio ſed quadrata acies & cuneus militaris intelligitur quādo. ſ. pes pedi: clypeus clypeo vir viro in acie conſerebat. Et hoc peculiare fuit mcccdo num inſtitutū vt auctor eſt Liuius & meminit Curtius. cuius hęc ſunt verba. Macedones phalangē vocant peditū ſtabile agmē. vir viro: armis arma conſerta ſunt. Cęſar. Milites noſtri e loco ſuperiore pilis miſſis facile hoſtiū phalangem perfregerunt. Vnde proculdubio accipitur phalanx pro armorū connexione atq; teſtudine. Hinc per tranſlationē a ſatyrico poeta dictū eſt. Iunctęq; vmbone phalanges. Item phalanx eſt regula continens lances. i. libram. Et phalanx ab Ariſtotele genus aranei qđ et phalangiū dicitur tarantola. Item phalanges digitorū internodia dicuntur.

¶ Phaneus mons in promontorio Chii a Phaneo rege dictus.

¶ Phaneſii populi in inſulis oceani ſeptentrionalibus: qui vt Solinus ait habent aures adeo effuſas vt reliqua viſcera contegant illis.

¶ Phantaſiæ imagines rerum inſidentes animo. Phantaſma atis. viſum quę ſpecies vna & nomen eſt eorū quę dormientes videre ſibi videntur. phantaſticus imaginatiuus.

¶ Phanaticus. dicitur qui diuino ſpiritu afflat⁹ eſt: et cui multę vanæ apparitiones ſūt quales inſaniētem aiacem percepiſſe poetæ ferunt. Hunc morbū errorem vocauit Hor. Aut phanaticus error & iracunda diana.

¶ Phanto nihil aliud ſignificat q̄ boni pedis hominem. i. cuius aduentus afferat aliquid fœlicitatis ſicut ſolemus dicere ſecūdo pede introiſſe cuius introitū proſperitas aliqua ſit conſecuta vel melius: quoniā φαινω eſt appareo. i. apparitorē vulgariter dicerēt: q ex voto & deſyderat⁹ tandē appareat

¶ Pharmacū pe. cor. Græci φαρμακον medium verbū qđ pro veneno & pro medicamento accipi poteſt. Vnde Caius iuriſcon. Qui pharmacū dicit debet addere bonum vel malum.

¶ Pharmacopola. pe. pro. dici poteſt vnguentari⁹ qui pharmaca. i. venena vel medicinas venditat: quales ſunt qui vulgo herborarii vocantur. Componitur enim ex pharmacon & πωλεω vęndo. Hor. in Ser. Ambubaiarū collegia pharmacopolę

¶ Pharmacodes. odor medicamenti.

¶ Pharmatuſæ ſunt duę inſulę exiles iuxta Atticā regionem in mari ſalaminiaco. in quarū altera vt inquit Stra. lib. ix. ſepulchrū cyrces viſitur.

¶Pharaones appellãtur ægypti reges qđ cognomen fuit dignitatis vt ſcribit Euſe. Et vt docet Ioſephus li. viij. antiqui. Pharaonis nomen ſecundũ ægyptios ſignificat regem. Et reges cũ primũ peruenirent ad imperiũ. Hoc nomen accipiebant.

¶Pharmaceutice. græce Φαρμακευτικη medicina q̃ medicamentis curat. Nã veteres. Tria medicinæ genera fecerũt. Empericen q̃ ſolum experimentis conſtat εμπειριαμεñ græci experientiã vocant. Latralepticen quæ vnguẽtis & Clinicen quę victu & venenis corporibus medetur. Sunt tamen qui clinicẽ in duas partes diuidant. Vnam Diætitecen quæ victu medetur. Altera pharmaceuticen.

¶Pharæ numero plurali: vrbs in creta a Miſenijs condita. Habentur aliæ in Miſſenia & alibi.

¶Pharia a Ptolemæo Plynioq̃. A ſtrabone vero pharus inſula contra Dalmatiã & Iaderã quæ nũc vulgo Liſna illyrico ſermone dicit. Eſt & vrbs in ea a qua pharienſes populi.

¶Pharos olim inſula ęgypti ob longa paruaq̃ cõtra nili oſtia: nũc continenti cõiuncta: quæ portũ Alexandriæ efficiebat. ſic appellata a nauclero Menelai ibi ſepulto: cum fuiſſet ibi ab aſpide interemptus. ¶Luc. Pharos inſula quõdam: In medio ſtetit illa mari. In ea turris ingens in petra poſita quę mari circũluitur: albo lapide octingẽtis talentis a phiadelpho Ptolemęo rge. Soſtrati Gnidi architecti Alexandrinoq̃ amici opera poſita fuit ob ſalutem nauigantium: quæ nomen ab inſula accepit. Scribit Solinus ab hac Pharo turri pharos vocari michinas in portubus ad prælucendi miniſteriũ fabricatas. qm̃ ex hac pharo Alexandrina dirigebãtur nocturnis facib⁹ accenſis. Papi. Lumina noctiuagæ tollit pharus æmula lunæ. Scribit Egeſipp⁹ li. iiij. a græcis latiniſq̃ pharon appellari ex ipſius rei vſu: eo q̃ longe videatur a nauigãtibus tanq̃ phanos qđ ſignificat lucidũ immutata littera pharos dicatur. In hac Alexãder nouã vrbem condere ſtatuit, ſed cũ magnæ ſedis capax nõ eſſet ex illius aduerſo condidit Alexandriã. Hinc Pharius. a. um.

¶Phariſæus. nomen ſectæ Iudæorum religioſæ. Erant em̃ apud Iudæos tres ſectæ: phariſæorũ: ſaduceorũ & oſſæorum. A phariſæus fit phariſaicus a. um. Hiero. contra Vigil. Quaſi ſepulchra phariſaica foris dealbata.

¶Pharſalici. cãpi theſſaliæ in' quibus ciuiliũ bello tum detonuerũt. pcellæ a pharſalo, oppido appellati: qđ ſitũ eſt in ripa fluminis Oenipei a quo pharſali dicti. Sunt q̃ pharſaliã prouinciã dicãt a pharſalo duce quę primo æmathia ab æmathio. poſtea Theſſalia a Theſſalo. deinde a Macedone Macedonia. Poſtremo a Philippo rege campi philippici.

¶Pharnax. acis. pe. cor. nomẽ propriũ Mithridatis filij. Luc. Nec pharnacis arma relinquas Tigranemq̃ meũ. Hic a Cęſare: vt L. Florus ſcribit vno & nõ toto prelio more fulminis obtritus eſt.

¶Pharetra. pe. cor. vbi ſagittę reponũtur. a φερω και τραυμα. Et qui eam ferũt pharetrati dicũtur.

¶Pharuſij: ppli in africa verſ⁹ oceanũ occidẽtalẽ

¶Phaſe hebraice: latine tranſitus dicit: quia tunc ex ægypto in patriã remigrauere iudæi.

¶Phaſſæ. per duplex ff. a græcis palumbi dicũtur.

¶Phaſeolus phaſilus ſiue phaſelus ſeu etiã phaſeolus vel phaſilus gen⁹ liguminis. Col. li. z. Ab hoc recte phaſelus terræ mandabit' vel in veruacto vel melius pingui & reſtibili agro. Idem. Phaſeoli modij quattuor obruũtur totidem operis.

¶Phaſellus. Vide in dictione Faſellus.

¶Phaſma. atis. latine apparatio mõſtrũ viſio dr.

¶Phaſis. is. vel idis. Colchorũ p̃grandis fluui⁹ de quo Luc. Colchotũ qui rura facit ditiſſima phaſis. Hic vt Amb. li. Hexa. ſcribit de ſeptentrionali parte caucaſeis montibus fluus cum pluribus aliſs in euxinũ ſe pręcipitat mare. Ply. li. vi. Nauigat̃ phaſis q̃libet magnis nauigijs. xxxviij. Ma. p. Inde minoribus longo ſpatio pontibus centum viginti peruius. Græce etiã phaſis: latine fama dicit̃.

¶Phaſiani: aues notæ a phaſi fluuio ad nos traducti ab argonautis. Nãq̃ ex ea regiõe in græciã trãſportatæ ſunt. Mar. Argoa primũ ſum tranſportata carina: ante mihi notum nil niſi phaſis erat. In hanc auẽ Itim Teret mutatũ Mythici fabulãtur.

¶Phaſianarius q̃ phaſianos paſcit. Paul. Iureco. Phaſianarij aũt & paſtores anſerũ nõ continẽtur.

¶Phedon atheniẽſis in cõuiuio a triginta atheniẽſium tyrãnus necatus fuit. Huius filiæ vigines erãt quæ vt virginitatẽ ſeruarent morte inuicẽ ſe complexæ in puteũ p̃cipitauere. Fuit & alius hoc noie philoſophus Elidenſis Socratis auditor ingenio liberali. Qui vt q̃dã ſcripſerũt ſeruſuit lenoni pinde quaſi meritorius puer; quęſtuariũq̃ mancipium eũ Cebes ſocraticus emiſſe dicit̃: habuiſſeq̃ in philoſophũ diſciplinis atq̃ is poſtea philoſoph⁹ illuſtris fuit. Cui⁹ nomini Plato librũ de imortalitate animæ dedit: & alio nomine phedon inſcribitur.

¶Phegor. lingua hebræa Priapus appellatur vt inquit Hiero. contra Iouinianũ.

¶Pheneum: oppidum in Arcadia. Pheneus vero amnis in alpheum defluens.

¶Pheræ vt ait Stra. Pelaſgicorũ camporũ termiſnus ad Magneſiam qui vſq̃ ad Peliũ montẽ porrigũtur. Emporium pherę habent pagaſas: quo ex loco Pelius Iaſonem ac nauem argo emiſit. Vnde Pagaſæus & pheræus appellatus fuit. Fuit tamen alius Iaſon pheræus tyrãnus. Sed de Theſſalo Iaſone intellexit. Cic. lib. i. offi. cum dixit Pheræum Iaſonem cæteris anteponunt.

¶Pherecydes. pe. cor. philoſophus & poeta tragicus ex Syro inſula. Floruit regnãte Seruio Tullo apud romanos vt Cic. lib. i. tuſ. refert. Hic prim⁹ dixit animos hominũ eſſe ſempiternos. Primus ſcripſit ſoluta oratione vt Apul. in floridis auctor eſt. repudiato verſuũ nexu: quẽ Pythagoras magiſtrũ coluit. Periſt phthiriaſi. hoc eſt pediculari morbo. De quo Sere. Sed quis nõ paueat pherecydis fata tragœdi qui nimio ſudore fluẽs animalia tetra eduxit turpi miſerum quæ morte tulerunt.

¶Pheretrum. Vide in dictione Feretrum.

¶Phiala. pe. cor. vas vini vel aquæ plerunq̃ ex auro conflatũ. Omnia em̃ vini vel aquæ vaſa phialæ dici poſſunt. Vñ Iuue. Aurea vocat phialas dicẽs. Virro tenet phialas: tibi nõ cõmittitur aurum. hoc eſt vaſa aurea quæ Vironi cõmendata ſunt. Græci απο του πιπτειν ποιουσι φ. i. a bibendo.

¶Phidias ſtatuarius clariſſimus q̃ Minerue ſtatuã egregie fabricauit amplitudine cubitor̃. xxvi. quę ebore & auro conſtabat. In cuius ſcuto Amazonũ prelium cælauit & deorum gigantiumq̃ dimicationem. In ſoleis lapitharum & centaurorum. A Plynio dictus eſt artifex nunq̃ ſatis laudatus. De quo

Quintil.lib.xij. Phidías díjs q̃ hominibus efficiendís melior. In ebore vero longe citra æmulum vel ſi nihil niſi Mineruã Athenis: aut olympíũ in helide Iouem feciſſet. Hinc Phidíacus.a.um.pen.cor. Prop. Phidíacus ſigno ſe Iupiter ornat eburno.

¶ Phidícia cœnationes lacedæmonij ſeu conuiuia nominabant ſiue ꝙ philías.i. amícitię cauſa inſtituta ſint: ſiue potius a perſimonia φειδωμαι eñ ſignificat parco & abſtineo. φειδω parcitas & parſimonia φειδωλοσ parcus. Vnde & phídicia cõuiuia deparca & frugi. Cic.lib.tuſ. Quid víctũ lacedęmoniorũ in phídicijs nõne videamus? Conuenie bant enim ad phídicia conferentes ſinguli farinæ medinum: vini choros octo caſei quinq̃ minas: ſi cuum quinq̃ ſemis minas.

¶ Philos.latine amor ſiue amic⁹. Philet⁹ amabilis

¶ Philanthropos.pe.ꝑ. latine humanus.i. amans homines. Quo nomine dictũ eſt lapę genus qđ veſtibus hominũ adhærens eos amare videatur. Philanthropía humanitas.i.amor erga homines.

¶ Philandros.amans virum.

¶ Philadelphus.amator fratris. Philadelphía fraternitas amor fratris. Et philadelphía nomẽ ciuitatis in myſia regione aſiæ terręmotíbus concuſſa cuius incolę in agris magna ex pte degebant. In hac fuit vna ex ſeptem eccleſijs. Supra philadelphiam orientẽ verſus exuſta regio patet ſtadijs lõga quin gentis: quadringẽtis lata: vbi nullę arbores præter vitem inueniũtur quæ exuſtum vinũ fert ita elegãs vt nulli cedat. Summa camporum facies cinerulenta eſt: mõtana petroſa & nigra. Quidam ex crebro fulminũ ictu id contigiſſe arbitrãtur: nec dubitant quæ de Typhone dicunt hoc in loco fabulari. Sed credibilius eſt ſubterraneũ ígnẽ qui poſtea defecerit regionem exuſſiſſe.

¶ Philaretus.propriũ nomẽ viri: & latine amator virtutis dícitur. Græce eñ αρετη virtus dícitur.

¶ Philargyria ex argyrion quod apud nos argentum ſignificat componitur & auiditas argenti ſiue auaritia tranſfertur.

¶ Philalethes veri amator latine dícitur.

¶ Philocalus dici poteſt amor boni vel mũdus politus elegans philocalía amor pulchritudinis.

¶ Philomella nomẽ mulieris Pandionis filiæ athenienſis regis & ſororis Prognes q̃ cum Tereo compreſſa fuiſſe tandem vt eſt in fabulis deorum miſeratione in auem ſui nominis conuerſa fuit: quæ & Luſcinia dicitur. Nec ceſſat deflere cãtu dulciſſimo iniuriã quã paſſa eſt: & interpretatur Amabilis.

¶ Philorcium fœminę propriũ per amatoríam adulationẽ dictum.

¶ Philo philoſophus hebræus qui ſapientía librũ ſcripſiſſe dicitur. fuit & alius philobiblius vt Euſebius lib.euan.præparationis teſtatur hos Porphyrius lib.iiij.magnis laudibus decorauit.

¶ Philoſophia amor & affectatio ſapiẽtiæ. ſophía ſapientía dicitur. Hæc ſcientia diuiditur in tres partes in moralẽ: naturalem & rationalẽ. Prima componit animũ. Secunda rerum naturam ſcrutatur. Tertía proprietates verborũ exigit & ſtructuram. Moralis greçe ethice dicitur. De qua Seneca philoſophía animũ format & fabricat: vitam diſponit: actiones regit: agenda & omittẽda demonſtrat. Sine hac nemo ſecurus eſt. Hæc ampliſſima artiũ dicitur. Apul. diſciplinam regalem appellat. tam ad benedicendũ q̃ ad bene viuendũ repertã. A philo phía fit philoſophus amator ſapiẽtiæ: philoſophicus.a.um. Philoſopha ſter: philoſophorũ imitator Philoſophor.aris. Ci.li.i.de natura deorũ. Et cum minime videbamur: tũ maxime philoſophamur.

¶ Phileſius: cognomen Apollinis. Græci φιλησιον amabilẽ dicunt: quia lumen eius exoriẽs amabili veneratione oculorũ conſalutamus.

¶ Philippus: nomen viri proprium & latine equorũ amator bellicoſus dicitur. Quo nomine dictus eſt Alexandri magni pater: & romanorũ imperator qui primus ex romanis imperatoribus chriſtianus fuiſſe perhibetur.

¶ Philippi.ciuitas Thraciæ quam Philippus macedonũ rex ædificauit: & a nomine ſuo philippos nominauit. Virg. Romanas acies iterũ videre philippi. Hinc Philippicus. a.um. vt Campi philippici. In campis philippicis primo Cæſar & Põpeius: Poſtea Auguſtus & Brutus cum Caſio dimicauerunt. Hinc etiam Philippenſis & hoc philippenſe: vt Philippenſes ciues & philippenſe bellum quod apud philippos geſtum.

¶ Philippei ſiue philippi ſũt aurei nũmi p̃tioſi quorũ apud Plau. frequens mentio eſt: vt in Penu. Hic ſũt numerati aurei trecẽti nũmi q vocãt philippei.

¶ Philoſarca: amator carniũ. Hier. Nos ſimplices & philoſarcas.i. amatores carnium.

¶ Philologus.amator verborum vel ſtudii.

¶ Philolaus.nomen viri proprium: & latine amor populi dicitur.

¶ Philoponus.amator laboris. Philoponíа amor laboris.

¶ Philoſomatos: amator corporis σωμα grẽcidicuntur corpus quaſi σημα. i. animę ſepulchrũ. tanq̃ ibi ſepulta ſit.

¶ Philopſychía: cupiditas vitæ: philopſychus cupidus vitæ.

¶ Philotimos: honorum cupidus.

¶ Philetærus: amans amicos.

¶ Philoleutheros: amator libertatis.

¶ Phileremus: amicus ſolitudinis.pen.pro.

¶ Philocharis: carus amicus.

¶ Philogathus: nomen viri proprium quo ſignificatur benignus.

¶ Philocompus.amator iactantiæ.

¶ Philoctetes.tis. vel tę. nomẽ Pęantis filii & Herculis comitis. quaſi amoris poſſeſſor. Proper. Tarę da philoctetę ſanauit crura machaon.

¶ Philomathes: diſcendi cupidus. Philomathia amor diſcendi.

¶ Philopolites: amator patriæ.

¶ Philoſtorgus: amic⁹ beniuolus neceſſarius. philoſtorgia indulgentia amor parentum.

¶ Philonic⁹. iurgioſ⁹ cõtẽtioſus: victoríę amator.

¶ Philtra. latine amatoria gñs veneni amorẽ & vt plurimũ inſaniã ingerẽtis. φιλτρον eñ apud nos amatoriũ dicit. Ouid.lib.z.de arte. Philtra nocent aĩs: vimq̃ furoris habent. Iuue. Hic thaſſala vendit philtra quibus valeat mentẽ vexare mariti.

¶ Philo nomẽ philoſophi academię principis cui ſe totũ tradidit Ci. vt ipſe in Bruto teſtat admirabili quodã ad philoſophiã ſtudio cõcitatus: cũ ille in bello mithridatico domo fugiſſet: romãq̃ veniſſet

¶ Philohiſtoric⁹: amator hiſtoriarum. Hie. ad Pauli. Quãtus inter quattuor ꝓphetas temporũ cõſcius

& totius mũdi philohiſtoricus lapidem p̃ciſum de mõte ſine manibus claro ſermone p̃nunciat.
¶ Philoxous græce φιλοξουσ nimis cupid⁹ vitæ.
¶ Philoẹnus vinoſus amator vini potator.
¶ Philoxen⁹ hoſpitalis: philoxenia hoſpitalitas
¶ Philodulus pe.pro.amator ſeruorũ.
¶ Philopæs puerarius: pędico: amator puerorũ.
¶ Phimoſis dr̃ cũ glans mẽbri virilis ita tegit p̃putio vt nudari non poſſit.
¶ Phiſon nomẽ fluuij: qđ (teſte Ioſepho lib. i.) ſignificat inundationẽ: qui eductus in Indiã in pelago late diffunditur: qđ Geta nuncupat a græcis Hic circuit omnẽ terrã Eiulath: vbi eſt aurũ terræ ibi carbunculus & lapis p̃tioſus.
¶ Phyllon per duplex ll. latine foliũ dicit̃ vna littera detracta. Hinc pentaphyllon: melanphyllon platyphyllon: & huiuſmodi multa.
¶ Phylon per ſimplex l ſigni. gẽtẽ: gñs: nationẽ.
¶ Phylarchus latine princeps gentis.
¶ Phylira pe. cor. proprie arbor: quã latini Tiliã vocant: q̃uis alij dicant eſſe membranam tenuiſſimam inter corticẽ & lignũ tilię. Ex hac arbore fiebant coronę: q̃ in magno honore apud antiquos fuerunt. Hora. li. i. car. Diſplicent nexę phylira coronę. Ouid. li. faſ. Ebrius incinctis phylira cõiua capillis. Plyn. vero li. xxiiij. accipit phyliras pro capillamẽtis filiſq; tenuiſſimis. Phylira inquit croci nimiũ ſalẽ cibis eximunt. Et li. xiij. Præparant̃ ex papyro chartę diuiſę acu in prętenues: ſed q̃ latiſſimas phyliras. Mar. li. de nup. philologię accipit phylirã pro mẽbrana tenuiſſima. Cui⁹ hęc verba ſunt Libri in phylirę corticę ſubnotati.
¶ Phylura idẽ. qđ phylira. ſ. mẽbrana & tenuiſſimũ capillamentũ.
¶ Phylaca pe. cor. locus cuſtodiæ: hoc eſt carcer. Plau. Illic eſt abduct⁹ recta in phylacam vt dign⁹ eſt. Phylaciſta carceris cuſtos.
¶ Phyllis nomẽ lygurgi thracũ regis filię: quę demophoonta theſei filiũ ex troiano bello redeuntẽ amauit: & in coniugiũ ſuum rogauit. Ille ait ante ſe ordinaturũ rem ſuam & ſic ad ei⁹ nuptias reuerſurũ. Profectus itaq; cũ tardaret phyllis & amoris impatiẽtia & doloris impulſu q̃ ſe ſpretã eſſe credebat. laqueo vitã finiuit: & conuerſa eſt in arborem Amygdalum ſine foliis. Poſtea reuerſus demophoon cognita rei⁹ amplexus eſt truncũ qui velut ſponſi ſentiret aduentũ folia emiſit. Vnde etiã phylla ſunt dicta a phyllide q̃ ante petalia dicebãtur. Eſt & phyllis amnis bithyniæ: a quo phylli phyllienſeſq; dicunt̃: vt inquit Strabo.
¶ Phima atis. gñs tuberculi mollis furunculo rotũdioris planioriſq; qđ in pus cito cõuertitur.
¶ Phyſis latine natura dr̃: a quo phyſicus naturalis. Phyſica op̃. naturalia: vt phyſica Ariſtotelis. Vnde & metaphyſica ſupernaturalia.
¶ Phyſiologus de naturis diſſerẽs. Hier. cõtra. Iouí. Legam⁹ phyſiologos & reperiem⁹ turturis hãc eẽ naturã: vt ſi parẽ perdiderit: alteri nõ iungatur.
¶ Phyſionomia nature regula. Nã id verbũ ſignificat mores naturaſq; hominũ cõiectatione quadam de oris & vultus ingenio ſciſcitari.
¶ Phyſeter eris. pen. pro. genus piſcis marini admirabili magnitudine φυσαω ſpiro vl ſufflo. Vñ Ruffus in arato. Delphinos virides & phyſeteras anheos.

¶ Phygethlon vt inquit Cor. Cel. Tumor eſt nõ altus: latus: durus: rubicũdus cũ vehementi inflãmatione punctione q̃ac mẽbrorũ diſtẽtione: nec materia magnopere in pus cõuertitur.
¶ Phyton ſine h in ſecũda p̃tiũ qđ capit̃ pro herba. Vulgus fictũ appellat. Inde emphytioſis Phyton etiã latine plãta. Phython cũ th. in vltima ſignificat ſerpentem.
¶ Phlanates populi ſunt: a quibus nomẽ ſinui eſt inditũ quẽ mõ nautæ Quernariũ appellãt. alij catnariũ propter naufragia procelloſo ferme ſemper trãſitu. In receſſu ei⁹ Senia vrbs: cui⁹ a tergo ſpecus ſunt: vnde vehemẽtes nulla fere non hora vẽti perflãt: eaq; res infamem ſinum eum reddit. Dicti phlanates ab oppido phlano: vnde ſinus oſ hic phlanonicus vocat̃ qui a pola colonia Iadertã vſq; diffunditur.
¶ Phlebotomía: inciſio venę q̃ fit ad ſanguinem minuendũ ſedãdi feruoris gratia. φλεψ em latine vena. Phlebotomũ ferrũ quo vena ſecatur.
¶ Phlegmon latine inflãmatio quotiens ſanguis vtilis & mediocriter craſſus fertur ſubit⁹ in aliquã corporis partẽ: ſed phlegma pituita
¶ Phlegethon fluuius infernalis flãmis ęſtuãtib⁹ rapidus φλεγω ardeo. Verg. Quę rapidus flãmis ambit torrentibus amnis Tartareus phlegethon torquetq; ſonãtia ſaxa. Hinc phlegetõtheus a. um.
¶ Phlegma atis. pituita. Inde phlegmatícus q̃ ex phlegmate laborat. Phlegma vt inquit Aug. lib. xi. ci. dei. In capite domiciliũ habet.
¶ Phlema dicitur cum ex labore vię ſanguis defluit circa talos.
¶ Phlegonitis lapillus q̃ in eo flãma quædam intus ardere videatur.
¶ Phlegyas Martis filius rex lapitharũ in theſſalia pater Ixionis & Coronidis: a quo phlegyę populi theſſalię ſunt cognominati.
¶ Phlegræi cãpi duo fuere alter in græcia a phlegra theſſalię valle: vbi gygãtes cũ cœleſtibus pugnauere. Vel απο του φλεγειν: qđ eſt vrere atq; inflãmare: qm̃ terra p̃liorum concitatrix eſt: dum ibi gygantũ bellum exarſit. Alter in campania p pe Cumas: in quo Hercules cũ his p̃lium cõmiſit. De quo Strabo libro quinto ſcribit. Fortunatus erat & campus nomine phlegræus: in quo nona gygãtibus geſta fabulę deuulgãt. Ita dictus a colle qui olim plurimũ ignis euomebat: quem Veſuuium ſcriptores appellant. Ex hoc Hercules exiſtimatur ſicut Diod. meminit gigantes fugaſſe.
¶ Phlegmones inflãmationes ſiue collectiones: quas & impetus noſtri vocant.
¶ Phleos herba paluſtris ad nexus vtilis: ex qua phloinę veſtes ab Herodoto etiã dicuntur
¶ Phyctena latine puſtula: quarũ tria ſunt genera Exanthemata quę Ply. eruptiones pituitę & papulas appellat. Pſydracion paulo durius eſt ac ſubalbidum & acutum. Epynctis quæ tertium diſcrimen eſt.
¶ Phlius untis. ẽ vrbs in medio ſycionij argiuiq; agri vbi religioſiſſime colebatur hebe. Caſtellum phlium nominat Plynius.
¶ Phoca piſcis bos marinus a ſono mugit⁹. Ver. li. iiij. ge. Et turpes paſcit ſub gurgite phocas. Hic corio & pilis tactus parit in terra pecudũ more: canum modo coit. In ſomno mugit: a quo præcipus

vituli nomen accepit. Fuit & nomen Imperatoris Romanorum.

¶ Phocees: oppidum bœotię.

¶ Phocea vrbs minoris phrygię vt inquit Ptol. athenienſiũ colonia: vñ profecti ſunt qui maſſiliã apud Gallos non procul a rhodano cõdidere. Dicta phocæa q vituli marini magno numero compariſſent vrbem cõdentibus. Eſt & in Caria phocęa mõti mycale appoſita. Ab hac phoceẽſes: vt a græcorum phocide phocenſes. Ab vtraq phocaicus. Vnde muricem phocaicum Ouidi⁹ poſuit a phocęa non procul a ſardibus.

¶ Phocees populi Ionũ: qui primi longis nauib⁹ ſecundũ Herodotum vſi ſunt.

¶ Phocis parua græcorũ regio: vbi oraculũ delphicũ. Luc. li. v. Maſſalięq ſuę donat libera phocis. In ea enim eſt oppidum Delphi ex helicone monte. Fons Caſtalius & Cephiſus amni & mons parnaſus: in quo Apollinis templum. Hinc phocides & phocęi dicti ſunt qui maſſiliam condiderunt. Hos varro ſcribit trilingues eſſe: q græce & latine & Gallice loquantur.

¶ Phocion athenienſis vir clarus cognomẽto bonus pauper. Fuit cũ ſemper pauper cũ ditiſſimus eſſe potuiſſet propter frequentes ei delatos honores. Hic neq ridere neq lachrymare ab vllo vnq ẽ viſus. Et in cõcione cum quis dixiſſet. Cogitabũdus videris o phocion. Recte cõiectas. Cogito. n. ſi qua valeo in his breuitate vti quę apud Athenienſes dicturus ſum. Hinc cũ legati philippi Macedonũ regis ingentia munera offerrent hortarenturq vt ea acciperet. Quis enim ipſe facile his careret liberis tamen eius eſſent neceſſaria: quibus difficile foret in ſumma paupertate ad paternam gloriã peruenire. Si mei inquit ſimiles erunt: idẽ hic agellus alet illos qui me ad hanc dignitatem perduxit Si diſſimiles nolo mets impenſis illorũ ali: augeriq luxuriam.

¶ Phœbus Apollo qui Iouis & Latonę filius fuit eodẽ partu cũ Diana genitus: quæ & ipſa phœbe vocitata eſt: diuinationis & ſapientię deus a poetis exiſtimatus & medicinę repertor Dictus phœbus quaſi φωβτοσ ab φωσ & βτοσ. i. lux vitę.

¶ Phœbas adis. fatiloqua q phœbei numis cõcepto affiatu fureret & agitarẽ in bacchantis imaginẽ. Sidonius. Nec ſic intortũ violatæ phœbados vltrix In danaos fulmen iecit.

¶ Phœnix Agenoris filius Cadmi frater q phœnicib⁹ impauit: a quo phœnicia: et phœnix arbor palma: & color ruber: a quo phœniceus a. um. vt color phœniceus: qd & phœniceũ dr. i. purpureũ. Similiter phœnix auis a purpureo pẽnarũ colore dicta toto orbe celeberrima in arabia naſcẽs aglę magnitudine q̃ annis ſexcẽtis & ſexaginta viuere dr gñis tã maſ. q̃ fœ. Hier. in expoſitiõe ſymboli. Quid mirũ videri virgo cõceperit cũ oriẽtis auẽ quem phœnicẽ vocat in tantum ſine cõiuge naſci vel renaſci cõſtet: vt ſemper vna ſit: & ſemper ſibi ipſa naſcendo vel renaſcendo ſuccedat. Idẽ ad p̃ſidium. Phœnix auis eſt in India & per quingentos annos de libano implet ſe aromatibus & tic nificat & indicat ſacerdoti heliopolitano mẽſe famenoth. aut famurth. Implet arã ſacerdos ſarmẽtis & ibi confert phœnix aromata & electrũ arę imponit. Et primo ſolis ortu phœnix quidẽ mouet pẽnas. Solis vero calore accenditur electrũ: & ſic exurunt aromata & ipa phœnix incẽdit. Craſtino die decinere gignit vermis: ſecũdo pẽnas affert. tertio ad antiquã redit naturã & ſic ad ſua loca reuertitur. Ambr. libro hexa. Phœnix auis in locis Arabię phibet degere: atq ca vſq ad annos quingẽtos lõgęua ętate pcedere: q̃ cũ ſibi finẽ vitę adeſſe aduerterit. facit ſibi thecã de thure & myrrha: & cęteris odorib⁹: in quã impleto vite ſuę tp̃e intrat & morit: de cuius carnis humore vermis exurgit: paulatimq adolefcit: & pceſſu ſtatuti tẽporis induit alarũ remigia atq in ſupioris auis ſpetię formã reparatur. Eſt & phœnix nomẽ fluuij in theſſalia in aſopum fluentis. Et phœnix qui ex phœnicia ẽ populus: quẽ Ioſephus ſcribit inueniſſe græcas litteras. Vnde Luc. Phœnices primi (famę ſi credit) auſi Manſurã rudibus vocẽ ſignare figuris.

¶ Phœnicia regio in ſyria a phœnice rege ſic vocata Iudęæ cõtermina. In ea ſunt Tyros & Sydõ vrbes: Carmelus & Libanus montes in quo thura leguntur.

¶ Phœniciũ color rubẽs. Hie. in expoſitiõe pſal. Si fuerunt peccata vra ſicut phœniciũ velut niuẽ dealbabo. Nã græci φοινικον phœniciũ vocant.

¶ Phœniſſa mulier ex phœnicia.

¶ Phœnicis idis: purpura pãnus rubens. Phœniceus puniceus ruber.

¶ Phœnicopterus pe. co. auis rubẽtes pẽnas hñs græci vocãt phœnix rubrũ & πτερον alã. Iuue. Et ſcythicę volucres et phœnicopterus ingens.

¶ Pholus fuit vn⁹ ex cẽtauris Hiõis ex nube fili⁹.

¶ Pholoe mõs archadię ſyluoſus: de quo Luc. li. vij. Silicet ipſe petet pholoen petet ignib⁹ œthõ.

¶ Phonaſcus vocis pnũciatiõiſq magiſter & moderatot dictio græca. Quintil. li. xi. Sed cura nõ ea dẽ oratoribus q̃ phonaſcis. Suet. de Aug. Pronũciabat dulci & proprio quoq̃ oris ſono: dabat & aſſidue phonaſco operã. Is enim vocẽ intorquere remittere/lenire/exaſperare docebat. Fracto noie a verbo φωνεω: qd ſignificat loquor.

¶ Phorcys hui⁹ phorcys & phorcyn & phornicy nis nomen neptuni filij.

¶ Phoſphorus pe. cor. latine lucifer ſtella.

¶ Phragmon nomẽ ſtatuarij & pictoris egregij ſicut & polycletes am

¶ Phraſis eloquẽtię corpus: & dicẽdi modus. Dicta a φραζειν: qd ẽ fari & differere. Hier. in prolo. li. ij. Secũdus græcus ẽ qd ex ipa phraſi pbari põt Quintil. Macer & Lucretius legẽdi quidẽ: ſed nõ vt factant phraſin. A phraſis ſit theophraſtus.

¶ Phrenitis morbus lędẽs mentẽ & ad inſaniã furoręq d. ducẽs απο του φρενοσ. i. deturbatio mẽtis. Inde phreneticus q ex eo vitio laborat. Apud Iuue. phreneſis pe. pro. legitur. Cũ furor haud dubius cũ ſit manifeſta phreneſis. Aliter Serenus p tulit. Ex vitio cerebri phreneſis furioſa mouetur Amiſſaſq refert frendens amentia vires.

¶ Phronimos latine prudẽs: phroniſis prudẽtia. Cicero libro primo offi. Princepſq omniũ virtutũ eſt illa ſapientia: quã græci ſophiam vocãt. Prudentiã enim quã græci phroniſin dicunt aliã quandam intelligimus: quę eſt rerũ expetendarũ fugiẽdarũq ſcientia.

¶ Phrygia regio minoris aſię a phrygio amne: q eã a Caria diuidit. Vel a phrygia cecropis filia ybi

Dardania a Dardano Iouis filio. Iñ a Troe Erychthonij filij Dardani filio Troia in qua Ilion. Duę tamen feruntur phrygię maior. ſ. & minor q̃ Epictetus dicta fuit. Phryges Chriſtianã fidem tenuerunt diu. Sed emerſit apud eos montanus quidam qui ſe paraclytu n nominauit gẽtemq; illam infecit: cũ quo mulieres Priſca & Maximilla relictis viris ſuis incedebãt: & illius inſpiratione prophetiſſę dicebantur: multiſq; erroribus & phrygiã & vicinas regiones impleuerũt. Phrygia ab aquilonis parte eſt Galatię collimitata. A meridie Lycaonię piſidię mygdoniæq; contermina. In ea eſt Ida mons & tmolus & pactolus fluuius. Ex ea fuit ſibylla nona quæ ſic vaticinata eſt. Tuba de cœlo vocẽ luctuoſam emittet: tartareum chaos oſtẽdet dehiſcens terra. Venient ad tribunal dei reges oẽs Deus ipſe iudicabit pios ſimul & impios: tunc demũ impios in ignem & tenebras mittet. Qui autẽ pietatem tenent iterum viuent.

¶ Phryx gis. gñis maſ. pro eo qui eſt ex phrygia. Hier. Cõpelle phrygẽ & ponticũ: vt locuſtã comedat. Dicit & phrygius a. um. Ver. li. ix. de mulieribus loquens inquit. O vere phrygiæ.

¶ Phrygiones q acu pingũt: vel q veſtes acu auro intexũt. Phryges emẽ primi inuenere talẽ texturã. Ply. li. x. Pictas veſtes iam apud Homerũ fuiſſe video. Vnde natę triũphales acu factæ: id phryges inuenerunt. Ideoq; phrygiones appellati ſunt Idem appellat dardanum aurum.

¶ Phthia ciuitas theſſalię a qua phthius & phthiota. Vnde achilles phthius dictus eſt. Ouidi⁹. Quã ſine me phthijs caneſcant ęquora remis: Et videã puppes ire relicta tuas.

¶ Phthiotis idis. dicta eſt vna ex quattuor theſſalię partibus: vt inquit Strabo.

¶ Phthiriaſis morb⁹ pedicularis απο των φθειρων: q̃d eſt pedes & pediculos vocam⁹. Vñ phthirophagi dicti ſunt populi ſolis piſcibus viuẽtes a tenuitate victus quaſi pediculis veſcãtur. Hi ſunt iuxta pontum euxinum. Hoc morbo extinctus ẽ Silla dictator & Pherecydes poeta.

¶ Phthiſis tabes morbus quo pulmonis exulceratio fit ex pituita a capite diſtillãte απο του φθιειν: q̃d eſt tabeſcere. Vnde phthiſici vocant. Sũt q̃ phthiſin phthionẽ quoq; appellẽt: ſed illud gñs maxime quo ſanguis reijcit: quali morbo laboraſſe theopompũ & ab Aſclepio curatũ tradunt.

¶ Phthongus ſonus. Vñ diphthongus. Quã ob cauſam phthongus & harmonia in cœlo dicant. Vide Ptolemęũ libro. iij. harmonicę inſtitutionis οτι φθεγγομαι εστι τοαυλαω ενθεν οφθογγος παραγεται. Q̃ aũt Pythagoram dicant aliqui primũ inueniſſe cœlũ harmonia volui an alij Suidas noſter explicat.

¶ Phucus animal volatile paruũ: a phago comedo. Vide in dictione fucus.

¶ Phut inde phutei: vt Ioſephus ſcribit mauritanię populi. Fuit aũt phut Chamę filius: cui⁹ pater Noeus. Ita enim a grecis vocari dicit: quẽ hebræi Noe dicunt: vel potius chanoch.

¶ Piaculũ ſacrificiũ cultus & quicquid agit̃ ſeu p̃betur pro ſacrificatiõe peccati. Ver. Ea prima piacula ſunto. Hora. lib. car. Teq; piacula nulla reſoluent. Hoc eſt nullis hoſtijs te expiabis. Aliquãdo dicitur crimẽ: flagitiũ. Hiero. in li. Iudi. Num q̃ tantum nefas & tã grande piaculũ factum eſt in Iſrael Verg. libro ſexto. Diſtulit in ſeram cõmiſſa piacula mortem.

¶ Piare ſignificat colere. Plaut. Vbi piem pietatẽ ſi iſto more morata tibi poſtulẽ placere. Quãdoq; cõtaminare/polluere: q̃d & impiare dicit̃: quẽadmodũ ſacrũ ponit̃ pro execrabili. Quandoq; pie amare. Neuius. Nemo eſt qui magis ſuos piet libe ros. Aliqñ purgare. Verg. Et culpã miſerorũ morte piabunt. Huius verbi cõpoſita ſunt expio: q̃d eſt purgo. Impio: cõtamino. Hier. in plo. Aggei Sed cũ memoratus populus multis tẽporib⁹ idolis ſeruiendo et iã effuſionẽ ſanguinis innocentiũ ſe grauiter impiaſſet. lxx. annorũ captiuitatẽ eum dẽ populũ ſtatuit ſuſtinere.

¶ Piatrix ſacerdos: quę expiare ſolita erat.

¶ Piamen ſeu piamẽtũ erat id quo in expiãdo vtebãtur. Eſt tñ dictio magis poetica q̃ oratoria: nã grandis eſt differentia de vſu dictionũ: quę variis ſcribendi generibus conueniant alijs vtitur ſatyricus: alijs orator: alijs hiſtoricus.

¶ Piaculare q̃d ad ſatiſfactionẽ peccati pertinet. Liui. lib. i. Itaq; vt cędes manifeſta aliquo tũ piaculo lueretur imperatũ patri vt filiũ expiaret pecunia publica. Is quibuſdã piacularib⁹ ſacrificijs factiſq; deinde genti horatię tradita ſunt. Piacularia triſtia per quę malũ fieri opinabãtur. Nã a ſuperis felicitatẽ: ab inferis dijs infelicia dari cenſebant. Piacularia auſpicia dicebant̃: quę ſacrificantibus triſtia portendebant: cũ aut hoſtia ab ara profugiſſet: aut percuſſa mugitũ edidiſſet: aut in aliã partẽ corporis q̃ oporteret cecidiſſet.

¶ Piabile q̃d purgari põt: cuius cõtrariũ eſt inexpiabile. Augu. ſuper Io. viderunt ſe ingenti crimine impietatis aſtrictos: quando illum occiderunt: quem venerari & adorare debuerunt: & hoc putabant eſſe inexpiabile.

¶ Piens a pio as. cũ ſignificat pie amo. A quo pięntior pientiſſimus. Piens tñ in vſu non eſt.

¶ Pietas (inquit Cice. lib. artis veteris) eſt p quam ſanguine cõiunctis patrięq; beniuolis officiũ & diligens tribuit̃ cultus. Aug. vero ſic. Pietas ppric dei cultus intelligi ſolet. quam greci Euſebian vocãt. Hæc tñ & erga parẽtes officioſe haberi dicitur More aũt vulgi hoc nomẽ etiã in operibus miſeri cordię frequentatur. Q̃d ideo arbitror cueniſſe q̃ hęc fieri p̃cipue deus mandat: eaq; ſibi vel pro ſacrificijs: vel pręſacrificijs placere teſtatur: Ex qua loquendi cõſuetudine factũ eſt: vt deus ipſe dicat̃ pius: quẽ tñ greci nullo ſuo ſermonis vſu euſebian vocant. Q̃uis euſebian pro miſericordia illorum etiam vulgus vſurpet. Huius contrariũ eſt impietas: q̃ ab iniuſtitia ſic diſtingui ſolet: q̃ illa in deũ hæc dici in homines poteſt. Per illã contẽplatiõe delinquitur: hac opere & factis peccat̃. Pietas etiã a Romanis dea putata eſt.

¶ Pius a. um quãdoq; religioſum ſignificat. Ver. Dij meliora pijs. Quãdoq; miſericordẽ: benignũ. Cice. Non ſecus in me pius q̃ pater in filios. Quãdoq; caſtum. Quintil. Et pios amores ac pudicos Huius cõtrariũ eſt impius. Exiſtimo autem quod deductum ſit a greco pius immutatiuncula quadã απαος παεισι λεγεται pius.

¶ Picea genus arboris: quã Ply. libr. naturalis hiſtorię: quintã ſpeciẽ cedri ſcribit eſſe.

¶ Píceus a.um.a pix fit.
¶ Pico as.ſignificat pice quicq̃ linio.Plyn.libro xxxvi. Sed vaſa tuentur picãdo parietes:quoniã & tectoria calx roditur. Sciteq; dictum eſt ad tecta eos pice:ad vinum calce vti:quoniã ſic in iuſta cõ diunt.Huius compoſita ſunt compico:& impico Vnde Col.libro ſeptimo. Si dolore neruorũ clau dicat:oleo & ſale genua/poplites & crura cõpican da ſunt:donec ſanentur.
¶ Picatus a.um.quod pice linitũ eſt:ſeu conditũ vt vinum picatum. Antiqui enim vinum pice cõ diebant:quod picatum vocabãt.Ply. Pice & reſi na condite muſta vulgare Italię eſt. Erat & picatũ aliud quod ſponte naturę ſuę picis ſaporem reci piebat:& hoc in agro viẽnẽſi peculiariter naſceba tur.Ply.Iam inuẽta vitis per ſe in vino picem ha bens reſpicienſq; viẽnenſem agrũ.
¶ Pic⁹ auis parua vncos vngiũ:cauat arbores in q̃bus pullos educat:& ſcãdit in ſubrectũ felũ mo do. Dicta a pico Saturni filio:qui ei nomẽ dedit. vt docet Plyn.libro decimo. Et quoniã hæc auis Martí ſacra eſt. Quandoq; Picus martius dicitur Picos Romani veteres vocabãt:Quos græci gry phes vocant.beluę quadrupedes auritiq; viſu:& forma terribiles:corpore leonino:roſtro/alis/pe dibus aquilis ſimiles.habitare in hyperboreis mõ tibus:in aſiatica ſcythia ferunt:vbi aurũ & gẽmæ naſci perhibent:ubiq; tãta rabie in hoies deſeuiũt vt terram ipſam inhabitabilem faciant. Et quaſi geniti eſſe videantur ad plectẽdam auaritię teme ritatem. Plaut. Pici diuites qui aureos montes co lũt eos ſolus ſupero. Sz hoc vt multa alia fabulo ſum eſt. Fuit & Picus rex latinorũ: fauni pater: & latini regis auus auguriorũ peritiſſimus:& prim⁹ hac aue vſus eſt in auſpicijs. Ouí. Picus in auſoni is proles ſaturnia terris.
¶ Pica q̃is fœmi. videat a piscus:lõge tñ diuerſę ſignificatiõis ẽ. Nã auis ẽ magnitudine palũbę:a lis vario colore & p̃ſertim cęruleo depictis:hũana verba pferens. Mar. Pica loquax certa dñm te vo ce ſaluto. Si me nõ videas eẽ negabis auẽ. Eſt & a lia pica ſub vẽtre alba ſupius nigra:q̃ varia appel
¶ Picenũ regio Italię in qua eſt aſculũ:a pico (lat martio aue dicta:cuius ductu & auſpicio ſabini cũ aſculũ proficiſcerentur in vexillo eorum picus cõ ſederit. Nam ſicut Stra.libro quinto ſcribit. Cõdi tores picentium e Sabinorũ terra profecti ſunt:a quibus orti ſunt. Picenum quondã vberrimę mul titudinis. Nãq; trecenta & ſexaginta millia picen tium in fidẽ Romani populi venere. Ea nũc mar chia anconitana dicitur. Incipit a Troento amne vſq; ad Iſaurũ fluuium:qui nunc folia dicitur. Et hinc apenino hinc mari ſupero terminat. Habet ciuitates piſaurũ:fanũ fortunæ.ſenã gallicã vrbi nũ anconã:camerinũ:firmũ:& aſculũ.
¶ Piſcenus a.um.nom̃ poſſeſſiuũ: vt picen⁹ ager
¶ Picens tis.nomẽ gẽtile:vt homo picẽs ex pice no. hinc picentinus a.um.
¶ Picra amara dr̃.Hieron.ad alga. Vidi ego nau ſeã & capitis vertiginem.antidoto qđ appellatur πικρα:id eſt amara ſępe ſanari.
¶ Picturatus varia pictura exornatus & acu pict⁹ Vñ picturatæ veſtes dr̃ nõ a pictore qđ nõ mue niſ/ſed ſimplex participiũ vel participij tm̃ vox ẽ Verg. Fert picturatas auri ſub tegmine veſtes.

¶ Picruspe.cor.nomẽ patris nouẽ picarũ. Ouid. li.v.met. Pierus has genuit pelleis diues in aruis.
¶ Pieria mons & ciuitas bœotiæ:quã primus pie rus lini pater ędificauit muſis facer. Hinc pierides muſę:q; in pieria ex Ioue & mnemoſyne natę ſint vt inqt Stra. Vel a pieria regiõe macedonię. Ema thia ante dictæ.a nemore ita appellata. Cui nomẽ eſt pieris. Et pieres populi ſunt dicti: qbus extin ctis macedones ea loca incoluere. A pieria fit pie rius a.um. Vñ pieriũ carmẽ. Muſę autẽ ſuauiſſimũ viaticũ ad labores vitę:Vnde Theocritus ουδεμ ποττον ερωτα πεφυκει φαρμακον αλλο νι κι α ουτε χριστον εμοι δοκει ουδι ε πωι πωα στον, ητ αι πιερι δες.
¶ Piget piguit & pigitũ eſt. Sta.libr.vij. Nec pigi tũ paruoſq; lares humileſq; ſubire. Dicit & pigeo ges.pigui.& cõſtruitur cũ accuſatiuo: ſignificatq; dolere ſeu moleſtum eſſe:vt inquit Augu.quaſi pi griciam ſignificat.nã cũ dicimus Piget me feciſſe hoc eſt dicere nõ ſurgit meus animus probare qđ feci. Plau.in pſeu. Id quod pudet facilius fertur: q̃ id quod piget. Teren.in phormi. Quære obſecro ne plus ; minuſve faxit: quod nos poſtea pigeat. Quãdo vero imperſonale eſt cõſtruit a parte ante cũ accuſatiuo vel datiuo. Plau. Non dediſſe te pu det me:quia non accepi piget. Ouidi.lib.ij.meta. Pigetq; actorum ſine fine mihi ſine honore labo rum. Inuenitur etiam pigẽdus:quod eſt a pigeor verbo deponenti. Differt etiam inter pigere & pu dere:vide infra in dictione pudeo.
¶ Piger tardus cuius cõtrariũ eſt impiger p diligẽ te:hĩc pigricia pigricies.pigredo.pigritudo:& pi gritas p tarditate & ignauia. Ci.li.iij.de rep. Nun quid viri fortiſſimi fortitudo ĩpigritas patiẽtia? Et li.iiij.tuſ. Quę aũt ſubiecta ſunt metu ea ſic de finiunt pigritiã metũ cõſequẽtis laboris.
¶ Pigreo es.piger ſum a quo pigreſco & pigrefio idem ſignificantia.
¶ Pigro as.detineo ac retardo: Accius. Melius pi graſſe q̃ properaſſe nefas.
¶ Pigmẽta ſunt vnguẽta quibus vtunt puellę ad venuſtãdã faciẽ:vt fucus: p trãſlationẽ vero dñr mẽdacia & fraudes:qa nõ eſt naturalis color:ſed artificialis. Ci.li.ii.de ora. Tã integrę ſnię:tã veræ tã nouę:tã ſine pigmentis fucoq; puerili:vt mihi nõ ſolũ tu incẽdere iudicẽ:ſed ipſe ardere videaris Accipit etiã qñq; p cõfectione ex diuerſis ſpẽbus ſuaui & odorifera. Hier. Deniq; & hi quibus intelle ctus herbarũ eſt pigmẽtorũq; peritia ferũt quędã eſſe pigmenta: quorũ ſi odorem ceperint nõnulla aſalia cõtinuo intereunt.alia vero eodẽ odore re creantur:vitãq; recipiunt.
¶ Pigmentatus a.um.quod eſt pigmentis orna tum. Hiero.ad Paulinũ. Totũ flaccidũ molle niti dum atq; formoſum quæſitis hinc inde odoribus pigmentatũ.
¶ Pigmentarius qui facit vel vẽdit pigmẽta. Hie. in exo. Cõpoſuit & oleũ ad ſanctificatiõis vnguẽ tum & thymiamata de aromatibus mundiſſimis opere pigmentarij.
¶ Pigmentarius a.um.qđ ad pigmenta pertinet.
¶ Pignus oris.& eris.a pugno vt Caius de verbo ſigni.inquit. Quia res quę pignori dantur manu tradũtur. Et eſt proprie quod creditori datur vt ſit ſecurus. Et hoc modo ſępe dicitur cum aut munus

noſtrũ:aut aliquid ſimile pignus eſſe amoris.& be
niuolentiæ volumus. Vergilius. Ipſe pater dextrã
anchiſes haud multa moratus Dat iuueni:atq; ani
mũ pręſenti pignore firmat:ideſt ſecurũ facit vt q
dat pignus. Vlp.inter pignus & hypothecam hoc
differre ſcribit: q; pignus dicitur cũ ad creditorẽ
tranſit.hypotheca cũ nõ tranſit. Quoniã vero fi-
liſ videntur tanq̃ pignora inter virũ & vxorẽ eſſet
tũ vinculi ne alioquin forte diuortiũ fiat:tũ charis-
tatis: factũ eſt vt pignora pro filijs capiantur.Nã
vt inquit Ambr.Cũ p̃miũ nuptiarũ ſit partus fœ
minarũ:merito mẽtes cõiugales per filios velut
per quędã quaſi pignora inter ſe arctius copulant
Ouid. Dulcia ſollicitę geſtabant pignora matres.
Aliquãdo pignus ſumitur pro eo qđ deponit ab
iſs qui ſimul decertant apud ſequeſtrũ. Vergil. Tu
dic mecũ quo pignore certes.

¶ Pignoro ſiue pignero pigneras.ſignificat rẽ pi
gnori do. Sue.de vitel. Vtq; ex aure matris.detra-
ctũ vnionẽ pignerauit ad itineris impẽſas. Huius
cõpoſita ſunt oppignero:& repignero: dequibus
alibi. Inuenitur etiã pigneror deponens in eadem
ſignificatione.

¶ Pigneratitius a.um.ex ſupino verbi pignero
nomẽ deductũ ſignificat quod pignori datũ ẽ: vt
res pignoratitia. Et pignoratitius vir:cui pignus
capere licet. Vlp. Quęritur in pignoratitio credito
re an pignoris perſecutio denegetur.

¶ Pilus prima cor.capillus.Nã ambo cõuertunt.
Gel. Si ouiũ lacte hędi aut caprarũ agni alerentur
cõſtat ferme in his lanam duriorẽ in illis capillum
gigni tenuiorem:a quo pilo as. Eſt & pilus nomẽ
generale.Nam pilum pro capillo. Idẽ Ply.poſuit
In capite inquit cunctorũ animaliũ homini pluri-
mus pilus.pili longiores ac proni in colla atq; ar-
mos veſtientes iubę dicuntur. Pili vero craſſiores
rigidi.quales habent ſues vocantur ſetæ:Pilus ve
ro prima prod.qđ & pilũ dicitur.telum romanũ a
perimendo dictum quaſi perilum: vt inquit Var.
Huius haſtile erat pedum quinq; & ſemis : & ferrũ
trigonali figura nouem vnciarũ:a quo pilati dicũ
tur:pilo armati. Mar. Et pilata redit iamq; ſubitq;
cohors. Generaliter tamen pila. Var.auctore tela
romana ſunt:ſicut geſſa gallorũ:& ſariſſę macedo
nũ. Hinc & primipilus dicitur centurio. Et p̃pilatę
haſtę:quę ferreas habent cuſpides:quaſi p̃ferratę.
Propilatum dicitur vbi non eſt ferrũ:ſi mõ in mu-
cronẽ exacutũ ſit ad formã pili factũ vt cornua lo
cuſtarum:quibus natant. Præferratũ vero pilũ in
molendo propterea vocatur apud Plyni9.vt a pi
lo ruido diſtinguatur ad molas videlicet: quas a-
qua verſat vtili. Nec tam q; ſine ferro eſt:id nomẽ
habet:q̃ q; aſperum impolitumq;. Nam & ruidus
panis appellatur:qui parum coctus rugoſuſq; ſit:
q̃q̃ rubidus fere ſcribitur. Præterea pilus ſiue pilus
a pinſendo:ſeu a pilumno:vt inquit Seruius. In-
ſtrumentum : quo quippiam in mortario teritur.
Plynius libr.xviij. Quippe & ęthruria ſpicam far-
ris toſti pinſente pilo præferrato:fiſtula ferrata:&
ſtella intus denticulata:vt niſi intenti pinſant cõ-
cidantur grana:ferroq; frangantur.

¶ Pila læ.a pinſo vas cõcauum:q; antiqui ſicca-
ta frumẽta in pilas imiſſa pinſebãt. Idem in eodẽ
Tundatur granum eius in pila lignea. Similiter
vaſa illa concaua medicorum vſui apta in quibus
Typſanę fieri ſolent pilę dicũtur. Item pila eſt co-
lumna ſtans:quã greci στηλην vocãt a ſtando p
prieſtelas græci appellant ſtantes in monumẽtis
columnas. Apul.lib.tertio me. Pila media quę ſta
bili trabes ſuſtinebat. Feſtus. Pila quæ parietem
ſuſtentat ab opponendo dicitur. Plynius libr.xi.
Ruentes ceras fulciũt pilarum inſtar interius a ſo
lo fornicatus vt ſit aditus ad farciendũ. Item pila
eſt qua luditur ab πιλεω equo:q; forma ſphęrica
ſit:quę omni ex parte ęqua eſt:vel a pilo quod pi-
lis impleri ſolet. Item pila capitur pro quacunq;
re rotunda inſtar pilę luſorię.

¶ Pilatim aduerbiũ a pila pro columna:ſignificat
per pilas. Victr. Pilatim ſtruuntur ędificia.

¶ Pilula quaſi parua pila. Ply. Naſcuntur in eo pi
lulę nucibus nõ abſimiles:intus habentes floſcu-
los molles lucernarũ luminibus aptos. Idẽ Scara
beus qui pilulas voluit. Et ea venena quę hac for-
ma ſumimus vulgo pilulas nominamus. Idem ve
tus axungia phthiſin in pilulis ſumpta ſanat. Hæ
greco vocabulo catapotia dicuntur.

¶ Pilum nouacula:culter:raſorius: & haſtile quin
q; pedũ & ſemis:de quo in dictiõe pilus.

¶ Pilani dicti ſunt milites q pilis pugnabãt q an-
tea primipilares vocabant:mutata n in re.

¶ Pilo as.pe.cor.a pilus qui in carne ẽ.ſignificat
pilos emitto. Accius. Tunc primũ pilabant genę
Afra. Meũ p̃terea corpus nũc pilare primũ cœpit
Interdũ etiam pilare eſt pilos detrahere. Mar. Q;
pectus & crura pilas. Hinc cõponitur depilo. Pilo
as.pen.prod grecum eſt:& ſignificat complano.
A quo fiunt compoſita compilo:expilo:oppilo:
& ſuppilo.

¶ Pilates genus lapidis cãdidiſſimi. Cato. Lapis
candidior q̃ pilates.

¶ Pilentũ vehiculi gñs:quo matronæ ferebant.
Idẽ videt qđ petoritũ qđ quattuor rotarũ:ab hiſ
panis introductũ. Var.de lin.la.in cõſuetudinem
ſua ętate primũ veniſſe ſcribit. Eſtq; eius formę q̃
noſtri temporis principũ Italiæ mulieres vectant
Ita libratum vt cõſidentes in puluinis in aere ſuſ-
pendi agitatę videantur.

¶ Pileus tegmẽ capitis:qđ & pileũ dicit. Plaut. Vt
ego hodie raſo capite caluus accipiã pileũ. Perſi9.
Hanc nobis pilea donant. Ponit quãdoq; pileus
pro libertate. Vnde legimus apud hiſtoricos ad
pileũ ſeruos fuiſſe vocatos:qđ ſignificat ad liber-
tatẽ:cuius inſigne eſt pileus. Liui.lib.xxiiij.poſte
ro die ſerui ad pileũ vocati:& carcere vincti emiſſi
Suet.in Tibe. Seruiſq; ad pileũ fruſtra vocatis in
ſiciliã profugit. Accipiebant enim ſerui pileũ raſo
capite:qui manumittebantur.

¶ Pileolus & pileolũ cũ accentu in antepen.Hor.
in epi.Vt cũ pileolo ſoleas cõuiua tribulis. Hiero.
ad Fabiolam. Pileolus rotundus eſt:quaſi ſphęra
media ſit diuiſa & pars vna ponatur in capite:hoc
greci & noſtri tiaram nõnulli galerũ vocant. Idẽ
ad paulinum neutro genere dixit.pileolum textu
ra breue.charitate latiſſimũ ſenili capiti cõfouẽdo
libẽter accepi & munere:& muneris auctore lętat9

¶ Pileatus qui pileo indutus eſt:Vñ ſerui pileati q
pileo impoſito vendebantur.

¶ Pilumnus qui ſtercorandorũ agrorũ:& pinſen-
di frumenti vſum inuenit. Iouis vt putãt filius:&
Dauni pater. Ser.li.ix.æñ. Pilũnus & pitũnus fra

tres fuerũt dij. horũ pitũnus ſtercorandorum inue nit vſum a grorũ: vnde & ſterquilinius dictus ẽ: pi lũnus vero pinſendi frumenti: vnde a piſtorib⁹ co litur. Et ab ipſo pilum dictum eſt.

¶ Pina per ſimplex n gñs piſcis ſiue cõchę. Cicer. li. ij. de natura deorum. Pina vero ſic. n. greçe dici tur duabus grãdibus obſita conchis: cum qua pi ſciculus ſquilla dictus ſocietatem coit. in aliquib⁹ cancer cibi aſſectator.

¶ Pinna per duplex nn ꝓprie pẽna ẽ quę pluma. i. molliot & exigua pẽna non eſt. Nã pẽna nomẽ ge nerale eſt ad plumas & pinnas. Var. li. iij. de re ruſ. de columbis. Qui iã pinnas habere incipiũt: in ni do relinquũt illiſis crurib⁹. Idẽ de gallinis. Eligat fœcundas plęrũq; rubicũda pluma nigris pinnis. Colu. li. ix. Siccus etiã puluis & cinis vbicũq; co hortẽ porticus vel tectũ protegit iuxta parietes re ponendus eſt: vt ſit quo aues ſe perfundant. Nam his rebus plumã pinnaſq; emundant. Pinna etiã acutũ ſignificat: vnde & pinnę murorũ. i. ſũmita tes. Pinnas etiã geſtare gladiatores ſolebant. vñ pinirapi rętiarij dicuntur: q; pinas e galeis mirmi lonum iacto ręte exciperent.

¶ Pinnirapus pe. cor. gladiator. Cõpoſitus nom̃ ex duobus corruptis ſcilicet pina & rapio. Iuuen. Hic plaudat nitidi p̃conis fili⁹ inter: Pinirapi cul tos. iuuenes: iuuenesq; laniſtę.

¶ Pinnula diminu. a pina. Et eſt ſũma pars auris ab acuitate dicta. Aliquãdo parua pinna: ideſt pẽ na. Col. li. ix. Inhibeturq; cupiditas incubandi pi nula per nares traiecta.

¶ Pinnaculũ faſtigiũ & ſũmitas ędificij in acumẽ tenẽtis: ſiue q; veteres pinnam acutum dicebant. Vnde bipennis ſecuris quę vtrinq; aciem habet: ſi ue q; pinnaculis addi pinna conſueuit: quæ facili motu ventorum indicet flatum: quod genus nũc pennículum dicitur.

¶ Pinnaces & per diminutionẽ pinacidia dicunt tabellę in quibus capita omniũ rerum continent: & latine indices dicimus.

¶ Pinnacothecę locus erat prope atriũ: in quo pi ctę tabulę reponebantur. In tablino rerum in ma giſtratu geſtarũ monumenta continebantur. Var. ſcribit multos ſpectatum veniſſe luculli villas: vt viderent pinnacothecas.

¶ Pinus arbor tam maſculini q̃ fœminini generis & tam quartę q̃ ſecundę declinationis eſt: quę & pi nea dicitur. Ambr. Quis pineam videns non ſtu peat? Pineus a. um. quod eſt natum ex pinu apud Iſthmum victores coronabantur. Pinetum locus pinis conſitus.

¶ Pinaſter pinus ſylueſtris mirę altitudinis. Ply. li. xvi. Pinaſter nihil aliud eſt: q̃ pinus ſylueſtris.

¶ Pindus lapitharũ ſedes mons theſſalię apollini muſiſq; ſacer. Acarnaniã ab ætholia diuidit. Sũt tamen qui hoc nomen cum ypſilo ſcribant. Eſt & nomen vrbis theſſalicę a pindo monte appellata iuxta quem eſt fluuius eiuſdem nominis.

¶ Pinguis nõ macer. aliquando ponit ꝓ infœcũ do. Ver. Et pingues hortos. Aliquãdo pro impe dito & inepto. Ci. Q d ipſi antiocho pingue vide t & ſibi ipſum contrarium. Hinc cõponitur præpin guis quod eſt valde pinguis. Col. li. iiij. Ideoq; nõ eſt vineis apta vix etiam arbuſtis niſi præpingui. Pingue vero ſubſtantiuũ neutri generis dicitur q d

inter carnẽ & cutem eſt ſucco liquidũ. Ver. Et oẽs Impendunt curas denſo diſtendere pingui.
A pinguis fit impinguo as. Hier. Impinguatus in craſſatus recalcitrauit.

¶ Pingueſco is. a pingueo es. fit. Col. li. ij. Omne emaciatũ armẽtũ medica pingueſcit. i. pinguefit.

¶ Pinguefacio ſignificatiõis actiuæ ẽ. pinguefio paſſiuę.

¶ Pingo gis xi. ctũ. pingere eſt formã alicuius rei ductis lineis repſentare. Hic pictor q̃ pinxit: & pi ctura ars pingẽdi: in qua ſuperioribus tpibus flo ruere zeuſis. Paraſius: apelles viri cãtatiſſimi. Hac vero tẽpeſtate Andreas mãtinea patauinus man tuani principis aulicus vir in oñi virtutũ genere p̃ſtãtiſſimus dignus certe: qui a poetis & a cæteris ſcriptoribus celebref: cũ nulli vel integritate: vel pigendi arte ſit ſecũdus. huic accedũt Ioannes be lius Venetus. Leonardus Florẽtinus: & Vincẽti⁹ Brixianus excellẽtiſſimo ingenio hoies: vt q̃ cũ oñi antiquitate de pictura poſſint cõtendere. Per trãſlationẽ pingere ponit ꝓ imaginari. Hiero. ad Dama. Q d erã voce prõpturus añ mihi cogitatio ne pigebã. Huius verbi cõpoſita ſunt depingo q d eſt pingẽdo deſcribo: denũcio: demonſtro. Lactã. li. iiij. Cũ em̃ quidã miniſtrorũ nr̃orũ ſacrificãtib⁹ dęmonijs aſſiſterẽt. impoſito frõtib⁹ ſigno. deos illorũ fugauerũt ne poſſent in viſcerib⁹ hoſtiarũ futura depingere. i. denũciare. Idẽ li. v. Quid vo bis inanẽ iuſtitiã depĩgitis & optatis cadere de cœ lo tã q̃ in aliquo ſimulachro figuratã. i. fabricatis. Hiero. ad Pau. Tito p̃cipit vt inter alias virtutes eꝑi quẽ breui ſermone depinxit. i. deſcripſit. Ter. in phor. Probe horũ facta imprudẽs depixit. i. elo cutus ẽ. Expingo ſicut pingo. Ply. Iã vero & one rarijs nauib⁹ q̃m & pericula expingim⁹ ne q̃s mire tur & rog os pingi. Cõpingo & ĩpingo vide alibi.

¶ Pinſo is. ſui. piſtũ vel pinſitũ pila tũdo: vel mo lis frãgo. Col. li. z. panicũ pinſitũ & euolutũ furfu re: ſed miliũ quoq; pultẽ q̃is in copia maxime cũ lacte non faſtidiendã præbet. Põp. Cũ neq; molis molui: neq; palmis pinſui: vñ piſtor. nã ante mo larũ vſum frumẽta in pilis pinſebãt. Var. Nec pin ſorẽ vllũ noſſent niſi eũ qui in priſtino pinſeret fa rinã. Perſ. O Iane a tergo quẽ nulla ciconia pinſit

¶ Pinſo as. in eodẽ ſenſu. Var. li. i. rerũ ru. Promẽ do diẽ vt in priſtino pinſetur ac torreat. i. tundat: vel frangatur.

¶ Pinſito as. frequẽtatiuũ a pinſo is. Plaut. in aſi. Qui polentã pinſitant: ideſt cõtundunt.

¶ Pindo is. pindi pinſum. Idẽ q d pinſo. Vñ pin ſor q nũc piſtor dr̃. nã erat vtriuſq; rei artifex: hoc eſt qui frumenta pinſebat: & qui panes coquebat.

¶ Piſtor a pinſo is. q frumẽta in pilis pinſit. Nũc autẽ dicitur qui panẽ coquit ſeu facit. Ply. li. xviij. Piſtores romæ non fuerũt ad perſicũ vſq; bellum annis ab vrbe cõdita ſuper quingentos octogin ta. Sue. in Cęſ. Domeſticã diſciplinã in paruis ac maioribus rebus diligenter adeo ſeuereq; rexit: vt piſtorẽ alium q̃ ſibi panem cõuiuis ſubijcientẽ cõ pedibus vinxerit. Var. in ſaty. de edulijs. Si q̃tum operę ſumpſiſſet: vt tuus piſtor bonum faceret pa nem. Atteius capito. Piſtores tantum eos qui far pinſebant nominatos eſſe tradit: eoſq; coquere ſo litos panem toſtum lautioribus. Piſtorẽ & coquũ apud antiquos eoſdẽ fuiſſe accepim⁹. Piſtorẽ etiã

habebant in numero ſeruorũ. Vnde ait Iurecõ. Si quis ſeruos habuerit proprios: ſed quorũ operas locabat: vel piſtoricas vel hiſtrionicas ſeruorum appellatione hos legaſſe videtur.
¶ Piſtrix mulier quę panẽ coquit. Et piſtrix belua
¶ Piſtris is. nauis. Ver. li. v. Velocẽ Mneſteus agit acri remige piſtrin. Piſtis vero latinè fides.
¶ Piſtura ars pinſendi. Ply. li. xviij. Piſtura non omniũ facilis quippe et ęthruria ſpicã farris toſti pinſente pilo pręferrato.
¶ Piſtorius a. um. qđ ad piſtorem pertinet: vt ars piſtoria. Idem in eodem. Ad operis piſtorij genera tranſeunte cura. Hiero. in gñ. Omnes cibos qui fiunt arte piſtoria.
¶ Piſtoricus a. um. idẽ qđ piſtorius. Vnde Iuriſcõ ſultus operas piſtoricas dixit.
¶ Piſtrinũ & piſtrina ę. pe. pro. locus in quo pinſitur & panis fit. Quãdoqꝫ etiã capit̃ pro laboriſoſo ſeruitio. Tractum a ſeruis: qui ob noxã a dñis in piſtrinũ truduntur. Proprie Sue. in Augu. Et mõ vnguentariam tabernam: modo piſtrinum aricię exercuiſſe obijcit. Ply. li. xviij. piſtrina fœmineo genere vtitur. E ſiligine inquit laudatiſſimus panis: piſtrinarũqꝫ opera laudatiſſima.
¶ Piſtrilla æ. dimi. a piſtrino ſecundũ Priſ. Nã diminutiua quãdoqꝫ diuerſa ſunt a genere nominũ primę poſitionis: ſicut a ſcuto ſcutella. At Dona. a priſtina deducit: & ſumitur pro molendino a manibus. Ter. Apud ipſum lacũ eſt piſtrilla.
¶ Piſtrinenſis & hoc piſtrinenſe qđ ad piſtrinũ pertinet. Apu. in aſinũ reformatus molas piſtrinẽſes per circuitus multiuios circũegiſſe ſe feſtiuiter ſcribit deſcribens quales eſſent miniſtri in piſtrinenſi contubernio.
¶ Piſtillum ſiner inſtrumẽtũ quo in mortario lapideo: & maxime Thebaico plumbeo piſtillo terere moliunt̃.
¶ Pίones populi in myſia aſiæ: quę ſupra caicum amnẽ ſita eſt ab vrbe dicti quã pionis cõditor pionias vocauit.
¶ Pipiones collũborũ pulli: vt apud Lampridiũ in alexandri vita.
¶ Pipare dñr gallinę cũ vocẽ emittunt. ſ. cum faciunt pipi. Var. in aboriginibus. Mugit bos: ouis balat: equi hinniunt: gallina pipat.
¶ Pipio is. ppriũ eſt vocis pullorum. Col. libr. ix. Die vndeuicęſimo aĩaduertat an pulli roſtellis oua pcuderint & auſcultet ſi pipiãt. Sunt etiã q hoc verbũ paſſeribꝰ tribuãt: vt in carmine qđ Ouidio aſcribit̃. Peſſimus at paſſer triſtia flẽdo pipit.
¶ Piper nomẽ arboris qđ eſt barbarũ. Per. Rugo ſumqꝫ piper. Dicitur & piperi inuariabile: ſicut gũmi: nauci: mancipi.
¶ Piperatũ vinũ dicit̃ qđ pipere & melle cõditũ ẽ.
¶ Piperites pe. p. herba q̃ & ſiliquaſtrũ dr̃ caule rubro & lõgo dẽſis geniculis folijs lauri guſtu pipis
¶ Pipulũ cõuicium. Plau. Ita me bene amet lauerna te iam niſi reddi mihi vaſa iubes pipulo hic diſferam ante ædes.
¶Pollinctor cum c accurator funerū & tedēptor dicitur. i. qui funera morientiū curat: quaſi polluctorum vnctor. i. cadauerum curator. Vnde pollinctum funus dictum a pollinctibus vnctum. Pollincere eſt curare: vngereq; cadauera. Apu. Pollinctor eius funeri dū vnctionē parauit. Hūc Feſtus polluctorē pronūciare videtur. Quas inquit pollucere merces liceat. &c. Plaut. in aſi. Ecquis currit pollinctorem accerſcere. Pollincere ad pollinctū emere ſiue corpus mortuū curare. Pollinctus ipſa curatio. Plau. Carthaginēſes fratres duo fuere eorū alter viuit alter ē mortuus. propterea apud vos dico cōfidētius: quia mihi pollinctor dixit: quiſeū pollinxerat. Hinc pollinctura ipſa accuratio. Idē in Sti. Hodie pollinctura eſt. Libitinarius dicebaf qui neceſſaria funeribus vendebat: & qui rationibus p̄erat libitinę deę: in cuius tēplo quę ad ſepulturam pertinebant vendebantur: ſicut docet Plutar. in proble. Seneca lib. vi. de benefi. Vota libitinariorum eſſe: vt mortes plurimorū optēt: quod illis quęſtuoſiſſimum eſt.

¶Polluceo es. xi. verbū ſacrificale & reddentiū libamenta deis. Significat enim pollucere mutum dedicare vel deuouere. ex poly multum & luceo q; is qui talia facit multum luceat: ob lumina ſacrificiorum. Vel pollucere eſt libamenta herculi in arā porricere: & ſacrificium polluctum: q; Herculi decuma data ſit. Plaut⁹ in Sti. Vt decimam partem Herculi polluceam. i. ſplendide dedicem. Hoc vetbo vſi ſunt auctores quotiens opiperas dapes velut in ſacrificium dei: & in primis Herculis facturi erant: cui deo decimas omnium rerū Romani voto reddebant. Vnde Macro. catilones eos proprie dicit qui ad polluctum herculis vltimi cum venirent catillos liguribant ad polluctum: hoc eſt ad magnificū epulū quale Herculi ſolebat fieri. Pollucibilis cœna dicta eſt opulenta. Hinc pollucibiliter ſplendide & laute. Plaut. in bac. Paſcite paraſitos opſonate pollucibiliter.

¶Polenta & pulenta vtroq; mō dicīt: quæ ſic fit. Perfuſum a qua hordeū ſiccant nocte vna: poſtero die frigunt. deinde molis frangunt ſeruantq; in multos dies. Vnde in Ioſue ſcribitur. Et comederunt de frugibus terrę die altero & azymos panes & polentam eiuſdem anni. Inuenitur etiā hoc polenta. Ouid. lib. iiij. met. Dulce; dedit teſta quod coxerat ante polenta.

¶Polluo is. lui. lutū. quaſi porro lauo: ſed per cōtrarium ſępenumero ponitur pro inquino ſiue per antiphraſim: ſiue q; ea quę inquinantur madefieri neceſſe eſt. Lactan. lib. iiij. Omnia ſcelere ac libidine polluebamus. Hinc nocturnā geniturā ſomno ſparſam pollutionem appellant.

¶Pollubrū vas trulleū: quo manus lauamus. vulgo bacile dicitur. Liui. Argēteo pollubro & aureo gutto. Fabius pictor. Aquā manibus dato: pollubrū ſiniſtra manu teneto: dextra vaſum cū aqua.

¶Polus quaſi cœli cardo. Duo aūt ſūt poli. ſ. Arcticus. i. borealis: & Antarcticus hauſtralis. Et ab altero in alterum protenditur axis a quibus ſuſtinetur. Borealis altiſſimus his quæ ſunt in noſtro hemiſphærio. hauſtralis imus & depreſſus: & quia

nobis videri nõ possit. Dictus polus a πολω verbo greco quod verto significat & circũago.
¶ Polyandros latine multos viros habẽs. Polyãdriũ locus vbi sunt multa sepulchra publica.
¶ Polyarna multorũ agnorũ. Var. li. 2. de re rust. Veteres poetę alios vocant polyarnas: alios polymelas: alios polybutas: id est multorum agnoũ: multarũ ouiũ: multorum boum.
¶ Polycarpus nomẽ viri ꝓpriũ quasi multi fructꝰ siue fructuosus. καρποφορεῖν fructũ dicunt.
¶ Polycrates pe. cor. nomẽ ꝓpriũ tyrãni q regnauit in samo insula. Hic & opibus & felicitate apud historicos inclytus est: q quoad vixit nõ tã fortunę alũnus dici potuit: q̃ partꝰ. Sed mors infamis & ærũnosa docuit neminẽ ante obitũ merito dici posse felicem. Fuit enim ab orete satrapa persarũ captus suspensusq;.
¶ Polycletus pe. p. Statuarius eximiꝰ diligẽtia & decore supra cęteros: vt inqt Quintil. Nã ex ere signa fecit nobilitata scriptorũ ꝓconio cũ primis fecit astragalizõtes hoc ẽ talis ludẽtes: quo ope nullũ absoluti ꝰ iudicãt: fuit sytõiꝰ & discipl's ageladæ
¶ Polychronius diuturnꝰ lõgęuus & multi tpis sicut oligochroniꝰ q parũ viuit. Vñ cornices dictæ sunt polychronię qm̃ nouẽ ętates viuere dicantur
¶ Polyceros pe. co. latine cornutꝰ: siue mlta cornua habens.
¶ Polydamas penul. cor. nomẽ ꝓprium viri troiani: & latine dr̃ valde domans. Pers. Nõ mihi polydamas: nec troiades labeonem prętulerint.
¶ Polydorus pen. p. nomẽ filij priami: & latine significat multa donans: polydoria munificentia.
¶ Polydoria insula propontidis.
¶ Polyæglas insula a caprarũ multitudine.
¶ Polygalon herba palmi altitudinẽ in caule fũmo foliis lẽticulę q̃ potata lactis vbertatẽ inducit Vnde & a lactis abundãtia nomẽ accepit.
¶ Polygolatõ herba sine foliis: asparagi caule in cacumine aculeum habens.
¶ Polygenneton quasi multorum generum.
¶ Polygonius multorũ angulosꝫ. Polygonũ pe. pro. herba a geniculorũ multitudine quã nos sanguinariã vocamꝰ foliis rutę & grãinis similis. Succus eiꝰ infusus naribꝰ supprimit sanguinẽ. Col. li. vij. Sãguinalis herba: quã greci polygona appellant. Hoc nomẽ veteres vsurparũt pro fœcundo.
¶ Polylogꝰ pe. c. mltiloquꝰ. polylogia mltiloqũ.
¶ Polyonemon q̃si multarũ tibiarũ herba cunilæ similis femine pullegij surculosa multis geniculis
¶ Polymedia troadis oppidũ hellespõto adiacẽs
¶ Polymnia seu polymneia. nã πολυμνεια aσa grecis scribit: sed latini polymnia dicũt pe. cor. Hor. li. 1. car. diuisit diphthongũ. Euterpe cohibet nec polymneia: vbi etiã y sequẽtibꝰ m. & n more greco corriptꝫ. Fuit vna ex musis sic dicta: qa tm̃ suauitate poetas reddit glia imortales: ab πολυ multũ. μνεια memoria Vñ & p̃esse rhetoribꝰ dr̃ q bus opus ẽ multa memoria. Sũt q a πολυ & hymnos deducũt qđ ẽ laudatio qa laudationibꝰ prę sit: & scribũt polyhymnia: vt apud Oui. li. v. fast. Dissensere deę q̃rũ polyhymnia cœpit.
¶ Polymitus a. um. pe. cor. a poly & μυτοσ filũ: qđ nos liciũ dicimus a liciorũ multiplici varietate Vñ vestis polymita q̃ multis licijs cõtexta ẽ sicut Monomita dr̃ q̃ vno licio cõstant. Dimita q̃ duo

bus. Trimita quę tribus. Ply. Plurimis vero licijs texere quę polymita appellant: Alexandria instituit. Hinc polymitarius a. um. vt opus polymitarium: quod & plumariũ dicitur: quando quidẽ Hiero. Plumarios & polymitarios artifices pro eodẽ fere posuit. Polymitarij enim dicuntur qui artẽ polymitariam exercent.
¶ Polymyxos lucerna quæ multos habet angulos & in his funiculos illustrandis conuiuis accõmodata. Maro. Illustrem cum tota meis conuiuia flãmis: Totq; geram myxos vna lucerna vocor.
¶ Polymorphus multiformis. μορφη eñ forma
¶ Polypharmacus penu. cor. venenis vel medicinis abundans.
¶ Polyphemus pen. prod. Cyclops neptuni filiꝰ ex Thoa phorci filia ingenti corpore: qui vnum tantum oculum in fronte habuit. Quo noie Garrulus illustris significatur.
¶ Polyphagus penultima correpta: qui multum comedit: & latine dici potest manduco. Est ẽ multi cibi capacissimus: sicut pamphagi populi cũcta comedentes.
¶ Polypodiũ hærba dicta siue ꝙ radix eius veluti cirros ad similitudinem polypi piscis habeat: siue ꝙ farina eius indita naribus polypũ consumit Hanc herbam nostri filiculam nominant similis est enim filici pilosa radix.
¶ Polypus pe. co. gtm̃ facit polypi & polypodis piscis est ex molliũ genere: a multis pedibꝰ appellatus ex poly & πουσ pes: quasi multipes. Vnde a nõnullis octopes dr̃. Huius piscis ingeniũ sicut scribit Amb. li. hexa. fraudulẽtum est qui vadoso in littore petrã nactus affigit ei: atq; eius nebuloso ingenio colorẽ subit ꝙ simili specie terga obductus plurimos pisciũ sine vlla suspicione fraudis allapsos dũ nota nõ p̃cauẽt & saxũ opinant: cassibus furtiuę artis includit: & sinu quodã suę carnis intercipit. Et a polypo pisce dictus est polypus narium morbus cum caro interiora nasi occupat intumescens maxime flante euro a similitudine marini polypi: ꝙ eius carni similis sit. Tunc enim caro radices agit plurimas q̃ tanq̃ pedes sunt. Cato de re ru. Etsi polypus in naso introierit brassicam erraticã aridam tritam in malum conijcito: & ad nasum admoueto. Hic polyposus: qui eo morbo laborat. Mar. Nasutũ volo nõ polyposuꝫ. Magnꝰ vero basili ꝰ ωσ πεφασι τον πολυποδα την Χροαν προσθην υποκειμενην την ουτοσ αυτοσ την Διαφοραν προσ τασ των συνοντων γρωμασ μεταβαλλει ται.
¶ Polyptoton pe. p. qđ multiplicẽ habet casuꝫ ex πολυ: qđ est multiplex & πτωσισ casus. Figura qua diuersis casibus sꝛia variat: vt ex nihilo nihil in nihilum nil posse reuerti.
¶ Polypyron per ypsilõ significat multi frumẽti.
¶ Polypoetes perithoi & hyppodames filius.
¶ Polysyndeton pe. cor. ab πολυ multus. συνδεσμοσ cõiunctũ: quasi multipliciter cõiunctũ. Figura cũ sermo multis cõiunctionibus cõcatenatur. Verg. Tectũq; larẽq;: Armaq; amyclæũq; canem cressamq; pharetram.
¶ Polysyntheton pe. cor. figura cũ sꝛiæ multorũ articulorũ conuenienti copia continentur: vt Ille hunc pœna constrictum trahebat. Hic autẽ vociferabatur. cõcursus vero non mediocris erat cum

tamẽ oñs opitulari vellent ſed nemo auderet: neq; ibi magiſtratus aderat: nec circumſpiciẽtes quo potiſſimũ confugeremus repiebamus.

¶Polytrichon: qđ multitudinẽ capillorũ faciat. τριχεσ. eñ capilli dicuntur: vulgo capilli veneris vocañ. q; multa habeant capillamẽta. Appellatur & a quibuſdã polythrix: & Calythrix. Ply. Polythrix. in vino data morbo regio medetur.

¶Polytropus. pe. cor. multimodus prudens.

¶Polytes. pe. pro. alter priami filius ex hecuba

¶Polyxena. p. co. priami filia. Ouid. Placet achil. leos mactata polyxena manes. Græce dī multorũ peregrina: ſeu q; amor peregrinari faciat mẽtes ab ingenio ſuo: ſeu q; apud multos libido: vt peregrinabunda vagetur.

¶Pomœriũ quidam ſcribunt cum. œ. diph. & cõpoſitum volunt a poſt quaſi poſt mœrium. hoc eſt murum. Nam mœrus murus dicitur. Virgil. lib. x. Atq; ipſis pręlia miſcent aggeribus mœrorum: vt pomœrium tam intra q̃ extra murũ dicatur. Quidam nõ a poſt ſed a pene prępoſitione: aut a pro cõponi exiſtimant: vt ſit terrænũ qđ circa mœnia in orbem eorum cum ædificio intrinſecus & omni cultu extrinſecus vacuum ſinebatur. Vnde Liui. lib. i. Aggere & foſſis & muro circundat vrbem: pomœrium profert. Idem. Pomœriũ eſt circa murum locus quem in condendis vrbibus quondam etruſci qua murũ ducturi erant certis circa terminis inaugurato conſecrabant. Et hoc ſpacium quod neq; habitari: neq; arari fas erat nõ magis q; poſt murum eſſet q̃ q; murus poſt id pomœrium romani appellarunt & in vrbis incremento quantum mœnia proceſſura erant: tantum termini hi conſecrati proferebantur. Feſtus Pomœrium quaſi promurum. i. proximum muro.

¶Pomeridianus. a. um. a poſt & meridie. qđ poſt meridiem fit. Aug. lib. viij. con. Cũ imperator pomeridiano circenſium ſpectaculo teneretur: exiſſe deambulatũ in hortos contiguos. Dicitur & poſt meridianus. Quintil. lib. iij. Poſtmeridianis ſcholis Ariſtoteles præcipere artem oratoriam cœpit. Sic dicitur Antemeridianus. Auguſt. lib. ij. acad. Quod cum factũ eſſet & in eo pene totum antemeridianum tempus conſumptũ videremus redire dolum inſtituimus.

¶Pomiliones & pomilii nani. i. hoïes paruæ ſtaturæ paulum ſupra tertã extantes. Habent quandoq; membra enormia qualem Mar. deſcribit in illo diſticho cui nomen eſt pomilius. Si tantum ſpectes hominis caput: hectora credas: ſi ſtantem videas aſtyanacta putes. Scribitur etiam a nonnullis. per. u. pumiliones. Col. ſcribit pumiles aues niſi quem humilitas earum delectat non probo. Huius fœminum eſt pomilia.

¶Pompa. omne ſpectaculũ: & apparatus ſolennis cum oſtentatione & ſpecie quadam triumphi tam in aduerſis q̃ in proſperis. & lętis. a græco πεμπω mitto. Dicitur enim pompa nuptiarum: pompa ſacrorũ: pompa funerũ. Ci. Sed iam e pompa in veram aciem deſcendamus. Significat etiã longũ incedentiũ ordinẽ in ſupplicatione quã nos hodie proceſſionem appellamus.

¶Pomum: generale nomen eſt omniũ fructuũ qui ex arboribus eſui apti proueniunt: ſiue mollũ: ſiue durorum: nuces vero ea duntaxat poma vocañ: quæ duro operimento ſunt. Dictum pomũ vt docet Var. quaſi potomũ q; in eius inſitione potu. i. aquatione indiget. Nam illi per ſiccitatem aquam addi oppus: vt ſtabilia matureſcant. ſiue q; vicem potus in cibis prębeat.

¶Pomariũ: locus arboribꝰ pomiferis cõſitus. qđ latini etiã Viridariũ appellãt: greci padiſũ. Proper. Nec mea phæaces æquant pomaria ſyluas. Ouidi. li. iiij. me. Id metuens ſolidis pomaria clauſerat athlas mœnibus. Aliqñ pomariũ dī locus vbi reponuntur poma. Vnde Ply. docet pomaria contabulari in loco ſicco & frigido in q̃bus ſint feneſtręſeptentrionales q̃ ſerenis diebus pateſcãt. Hinc conſtat falſum eſſe qđ a ludimagiſtris docetur. pometum pomos pomaria poma reſeruant.

¶Pomona: pomorũ dea. ſicut mellona mellis dea

¶Põponius. nomẽ hiſtorici. qui de ſitu orbis ſcripſit. Fuit & alius vir romanꝰ Atticꝰ cognoſatꝰ ad quẽ. Ci. epł̃as ſcrip. Põpoña: nomẽ mīs Scipionis.

¶Põdus. dī qđ graue ẽ. vt in euãgelio. Nos q; pot tauimus põdus dici & ęſtus. Item pondus qđ librã do ad ſtaterã ponderañ. Hier. in li. ɣ. Ponderabat capillos ducẽtis ſiclis pondere publico. Interdũ ponitur p numero. hoc eſt multitudie. Var. E græcia cõportaſſe magnũ pondus aīm artificũ. Interdũ pro auctoritate. Cic. Appio. Sed idẽ ſcribit meas litteras maximũ apud te pondus habituras. Hinc ponderoſus. a. um. qđ eſt graue.

¶Põdero. as. libro. Plau. Dũ nummulariꝰ ponderarẽt argentum. Aliqñ ſignificat qđ vernacula lingua dicimus Vender a pois: vt li. iij. ɣ. Semel in anno tondebañ: quia grauabat eũ cęſaries ponderabat capillos capitis ſui ducentis ſiclis pondere publico. per tranſlationẽ ponderare eſt examinare cõſiderare. Lact. li. iij. Mors ex præteritis vitę actibus ponderãda eſt. Hinc componit. prępõdero. qđ eſt prius pondero: ſeu prius examino. Ci. li. iij. offici. Neq; ea volunt pręponderari honeſtate.

¶Pondo indeclinabile & gñis oĩs & modo pro libra ponit. Nã pondo & librã idẽ fuiſſe Feſtus innuit: cum inquit. Duo aſſes ſinguli librã & pondo efficiebant. Modo ſignificat pondus. xij. librarũ. Liu. Argenti pondo bina & ſex libras in militẽ põſtaret. Modo ponit pro hoc noïe põdus. Hiero. in li. viij. Fueruntq; in ea: acetabulũ argenteũ pondo centũ triginta ſiclorũ. Et apud Liuiũ ſcribitur coronam aureã librępondo ioui dicatã fuiſſe. Nec caret ſingulari: vt quidam exiſtimant. cũ Col. dicat pondo librã & quadratã abiici oportere. Pondo igitur. ita. duodecim libras continet. ſicut Aſſis duodecim vncias. Et dicimus duapondo & Trepondo. vt Quint. li. i. teſtaī. Ab his dipondiũ Tripondiũ. & Aſſipondiũ. pro vnũ põdo q; id erat librę pondus

¶Pono. is. poſui & poſiui. poſitũ. Plaut. in Vitu. Nũc vt apđ ſequeſtrũ vitulũ poſiuimꝰ. Eſt aũtẽ ponere collocare cõſtituere. Virg. li. i. ge. vrbe velit poſita templis ſibi ferre dicatis. Cic. Primũ eñ ſtante rep. facere ſolebamus: vt in agendo plus q̃ in ſcribendo operę poneremus. Aliquãdo deſinere. quoniam cũ ceſſemus ab opere collocare quodãmodo ac reponere videmur id qđ agebamus. Virg. li. vij. Cũ venti poſuere omniſq; repente Reſedit flatus. Aliqñ Erigere ædificare. Idem. Poſuitq; immania templa. Vnde in antiquis marmoribus legimus: Bene merenti poſuit. Aliquando deponere. Idem

ponũtq; ferocia pœni corda volente deo. Aliquã=
do Apponere. Mar. Nolo mihi ponas rhombum
mullũve bilibrẽ. Hinc poetæ fabulas & ſcripta ſua
ponere dicebantur q; in ſcæna hæc ſpectatoribus
quaſi in conuiuio apponebant. Iuue. Pone tigilli=
num .i. affer in ſcænã aliquid de tigillino ſcriptũ.
Aliquando pingere. Hora. Solers nunc hoĩem po
nere nunc deũ. Nã de ſculptore & pictore loquitur.
Huius verbi compoſita ſunt. Appono . qđ eſt ali=
quid antepono. Ply. Nihil ei prẽter ſecundariũ pa=
nem oleraq; appoſuit. Interdũ ſubiũgo. Vndo ap
poſitum dicitur caſus qui verbo ſubiungitur. Item
apponere eſt iuxta: vel ad aliquid ponere . Ci. li. ij.
artis ve. Gladiũ prope appoſitũ euaginа eduxit: &
illum alterũ occidit. Antepono: prẽfero. Cõpono.
Circumpono: vt in euã. Circumponenſq; calamo.
Depono Diſpono ordino. quaſi in diuerſis locis
nono. Hiero. in li. ꝫ. Audiuit famam ſeruus tuus q;
diſponat Saul venire in Ceilã. Hinc diſpoſitio quę
eſt rerũ in ordinẽ collocatio. Diſpoſitũ decretũ cõ=
ſtitutũ . Vnde ex diſpoſito dicimus . i. de induſtria
et quemadmodũ a nobis conſtitutũ eſt . Macrobi.
An altius quiddã cui remotis arbitris opus ſit co=
gitaturi ex diſpoſito cõueniſtis. Expono. Impo=
no. Poſtpono. quaſi retropono. Ci. Tironi: Oĩia
poſtpoſui dũmõ p̃ceptis patris parerẽ . Repono
Sepono. ſeorſum pono remoueo. Suppono ſum
mitto. Apul. Suppoſuitq; humeros oneri . Aliquã
do ſignificat adulterinũ loco veri ſubiicio. a quo
Suppoſitus partus dr̃ qñ fœtus alterius matris nõ
veræ matri ſubiicit. Ply. Nã filius p̃is teſtamentũ
ſuppoſuiſſe dicebatur . Suppono . & Suprapono.
vt in eu. Et lapis ſuprapoſitus erat ei. Tranſpono
vltra pono. Et oĩa habent pe. prod.

¶ Poſitio. eſt quã greci vocant θεσιν.

¶ Poſitus. us . idem qđ poſitio ſiue ſitus . Ouid. in
faſ. Terra trib⁹ ſcopulis vaſtũ p̃currit in ęquor Tri
nacris a poſitu nomẽ adepta loci.

¶ Poſitiuus. a. um. qđ primo poſitũ eſt: nec aliun=
de deriuatũ. a quo Grãmatici poſitiuũ a cõparati=
uo & ſuperlatiuo diſtingũt. quod illud ſit quaſi fun
damentũ iſtorum.

¶ Poſitura: nota qua ſenſus ĩ or̃one diſtinguit. Itẽ
dr̃ ſitus ſiue poſitio Gel . Vt aĩaduerteret quo'hĩtu
quaq; forma quaq; poſitura ſtellarũ aliquis naſcere
tur. Sic ſyllabã dicimus eſſe longã poſitura.

¶ Pone. qñ grauẽ accentũ hz̃ præpõ vel aduerbiũ
eſt & ſignificat p̃pe vel poſt. Virg. Pone ſubit con=
iunx. ferimur p̃ opaca locoꝝ. Val. max. lib. i. Mox
humani ingenii p̃na voluntate vetita ſcrutãdi po
ne reſpiciens aĩaduertit immenſę magnitudinis ſer
pentem concitato impetu omne quicquid obuium
fuerat proterentem.

¶ Pons. a pẽdeo. q; veluti in aere pẽdeat. Et ſiĝt oẽ
p quod ſup aq̃s trãſimus. Vñ & p ſcala nauiũ qñq;
ponit. Virg. Interea ęneas ſocios de pupibus altis
pontibus exponit. Hinc Depõtanus. Vñ ſenes de=
pontanos appellatos eſſe legimus a pontis deiecti
one. hoc eſt ferendi per pontes ſuffragii adẽptione

¶ Ponticulus. dimi. paruus põs. Cic. lib. v. tuſc. Et
cũ foſſam latã cubiculari lecto circũ dediſſet: eiuſq;
foſſę tranſitũ ponticulo ligneo coniunxiſſet.

¶ Pontones: naues quibus in traiiciendis amnib⁹
loco pontiũ vtimur. Papinianus. Quia via confir
mari ſolet vel ciuitate tenus: vel vſq; ad viã publi=
cam vel vſq; ad flumẽ: in quo põtonibus traiiciat.
Apul. Et ſi vado nõ poterũt: põtonibus tranſibũt

¶ Pontifex: facer magiſtratus vt inqt Scæuola a
poſſe & facere dictus. vel vt inqt Var. a ponte. quia
ſublicius pons a pontificibus factus eſt primũ &
reſtitutus ſępe. Erant aũt maiores & minores pon=
tifices inter quos ſummus qui pontifex maximus
dictus eſt q; maximarũ rerũ q̃ ad ſacra & religionẽ
pertinent iudex: ſit vindex contumacię priuatorũ
magiſtratuũ. Numa eñ pontificem fecit: eiq; ſacra
omnia attribuit: eiuſq; ſcitis ſacra omnia priuata &
publica ſubiecit: inſtituitq; vt idem pontifex non
cœleſtes modo cerimonias ſed iuſta quoq; fune=
bria placando ſq; manes edoceret. auctor Liuius.

¶ Põtificatus. us. põtificis dignitas: ſicut cõſulat⁹

¶ Pontificius. a. um. quod eſt pontificis: vt ius põ
tificium quod ius canonicũ dicitur.

¶ Pontificalis & hoc pontificale quod ad pontifi=
cem pertinet. Vnde pontificales libri: in quibus ſa
crę cerimoniæ continentur.

¶ Pontus generis maſcu. nerei filius: & neptunni
vt Euſe. li. i. p̃parati. ſcribit. Vnde põtus mare dici
videt. Alii pontẽ dici exiſtimant mare ab ποντι=
ζω qđ eſt mergo. Vel ab πονωσ qui eſt labor quia
ſit laboribus plenus. ridicule per contrariũ dici ar=
bitrantur q; careat ponte. Proprie aũt id mare pon
tus appellet quod a palude Mæotidis vſq; in Te=
nedũ protendit. Pontus fœ. generis . Inſula eſt de
qua Virg. Viroſaq; pontus caſtorea: Eſt & prouin=
cia aſię minoris a ponte rege ſic cognominata no=
bilis crudelitate Medeę Hæc vt Stra. refert ab occi
dente haly flumine claudit. ab oriente Colchide: a
meridie minori armenia Ptol. vero. aliter li. v. Ait
enim ab occaſu ore ponti & thracio boſphoro. A
meridie regione q̃ proprie Aſia dicitur. A ſeptem=
trione parte Euxini maris terminat. Eius ciuitates
ſunt Calcedon. nicomedia. nicea. hic regnauit Mi=
thridates . eupator & Pythodoris regina. Ex põto
fuit Aquila veteris teſtamenti tranſlator & inter=
pres. Et Martion hęreſtarches qui q̃uis chriſtianus
videri vellet: aliũ tamen creatorẽ oĩm rerũ eſſe dice
bat q̃ chriſti patrẽ: illũq; maiorẽ aiebat. Hinc Pon
ticus. a. um. Hiero. cõtra Ioui. Cõpelle phrygem &
ponticũ vt locuſtas comedat. nefas putabit.

¶ Pontina palus: Volſcorũ palus iuxta forũ Apii
haud longe a Tarracina diſtatq; ab vrbe. xx. paſſu
um milibus de qua. Luc li. iij. Et qua pontinas via
diuidit vda paludes.

¶ Pontia. Inſula nõ longe a palmaria in ſinu Ca=
ietano in qua turtures ac coturnices cũ ad Italiã
veniũt prima volatura requieſcendi cauſa paucos
dies morantur. Auctor . Var. Eſt etiã pontia vrbs
ad quã pontonibus traiiciebatur.

¶ Popa. pinguedo Perſius. Aſt illi tremit omento
popa vẽter. Hic popana pinguia vnguẽta dixerũt
veteres. Iu. Ridẽdaq; multo Pane tumet facies aut
pinguia popana ſpirat. & hinc miſeri viſcanť labra

¶ Popanũ. pe. co. placẽta lata quã diis (mariti.
veteres offerebãt : Sed & p quocũq; libo capiť Iu.
Scilicet & tenui popano corruptus oſiris.

¶ Popina. pe. produ. a popa locus vbi publice op
ſonia caroq; cocta ac delicate confecta venditatur
cõeditur q; vel priuatim vbi guloſa familia extraor
dinarie ligurite & helluari conſueuit : ſiue ipſe qua
lem dixi cibus. Horatius fornix tibi & vncta po=

pina incutiunt vrbis desiderium.
¶Popinones. vel ii quos nunc Tabernarios vel luxuriosi qui se popinis dedunt.
¶Popinatio nuncupat a Gellio quæ alio noie dicitur helluatio quam greci Asotiam vocãt. Fit aũt popinatio a popinari quod significat helluari & indulgere popinis. Iullius Capitolinus. Dum Galienus popinat: & balneis ac lenonibus reputat vitã.
¶Popinalis & hoc popinale qđ ad popinã spectat Col.li.ix. Tunc celebres erant delicię popinales cũ ad mare deferebantur viuaria.
¶Poples.itis. pars opposita genui q̃ curuatur dicta q̃ poplite flectur. Col.li.vij. Si dolore neruorum claudicas. oleo & sale genua popliteſq̃ & crura cõpicanda Accipitur quãdoq̃ pro tota illa parte neruosa. Liu.lib.xxij. Quosdam & iacentes viuos succisis femoribus poplitibusq̃ inuenerunt.
¶Poppysmata ppie dĩr ea vocis blãdimẽta q̃ fiunt equis indomitis cũ tractatione manuũ. Vñ & q̃ fit manibus palpatio interpretari potest: vt apud Iu. Prębebit vati crebrũ poppysma roganti. i. crebram manuũ tractationẽ cũ quadã vocis adulatione. nam fit ab ϖωϖϖυζω. qđ est sibilo vel adulor. Quare & pro sibylo qñq̃ ponit qui in re obscœna fieri cõsueuit. Mar. Quis ridere potest fatui poppysmata cũm? Cũ sonat hic cui nõ mẽtula mẽsq̃ cadit. velut vitium notauit in galla poppysma vt pote insulsum coeuntiũ crepitũ Est & ϖωϖϖυζειρ vt quidã exponunt illisis manib⁹ inter se et palma cũ palma collata plausum edere qđ est applodere. Vnde & poppysm⁹. Plinius lxxviij. Fulgetras poppysmis adorare cõsensus gentiũ est.
¶Populus.pe.cor. singulari numero vnius ciuitatis multitudinẽ significat. Virg. hinc populũ late regem. Populi vero diuersas ciuitates. Idem Littoraq̃ & latos ppłos. Est aũt ppł's multitudo hoĩm iuris consensu & concordi cõmunione sociata.
¶Popellus diminutiuũ paruus populus. Persius. Ante diem blando caudã iactare popello.
¶Popularis & hoc populare qđ est populi. Hor. Et populares vincentẽ strepitus & natus rebus agendis. Interdũ popularis dĩr charus & gratus populo qui sibi populi fauorẽ conciliat. Ci. Nihil tã popularẽ q̃ bonitas. Liui. Et quo nihil popularius est quibus artibus petierat magistrat⁹ iisdem gerebat. Interdũ dicitur plębeius. vilis & ignobilis. Plau. præstat diuitem esse ac popularẽ q̃ nobilem & mendicũ Et popularis dicitur qui est eiusdem cõditionis generis sortis & fortunę. Teren. in phor. amicus me⁹ summus & popularis Geta. Erat cũ & ipse seruus. Et popularis dicitur Ciuis.
¶Popularia sacra vt labeo inqt sũt q̃ oẽs ciues faciunt: nec certis familiis attributa sũt: vt fornacalia palilia. Laralia. sic dicta q̃ populo grata essent cũ in populũ missio fieret ab iis qui gr̃am plębis quærebant. Et hoc duplici modo. Aut de republ. bene sentiẽdo & ea q̃ ad ppł̃ salutẽ spectãt recta cũ rõne agendo. Aut largiẽdo & adulando vel aliis corruptelis benuolentiã captãdo. Itẽ popularia dicebãtur loca vbi plębs sedebat. Vide in dicti. Equestria.
¶Popularitas: affabilitas humanitas: blanditiæ et gratia in populo. Hiero. popularitatẽ tuam. quam mihi inuidiam apud simplices niteris cõcitare perspicua ratione compescui.
¶Populariter affabiliter: humaniter. & cum gratia populi. Iuue. Et verso pollice vulgi Quẽlibet occidunt populariter.
¶Populatia: ńugatoria puerilia. Labe. populatia agimus per ludum.
¶Populosus.a.um: quod est plenũ populo vt oppidum populosum.
¶Populatim modo significat p ppłos. Apul. populatim ab oñi prouincia reuocatus. Modo catervatim & in vniuersum. Cęcil. ego p.didi te qui oẽs seruos pdo ppłatim q̃so ne addas malũ adhoc malũ.
¶Populo.as. amorẽ populi cõcilio Pacu. Atq̃ vt promerui pater mihi patriã populauit meã. Aliqñ populare est p̃dari. Quod & ppłor dr̃. Virg. Quisq̃ suũ populatus iter. Idem populatq̃ in gentẽ fatis aceruũ. Hinc Depopulor pro deprędor. passimq̃ & quasi populatim diripio.
¶Populatus.a.um. participiũ. qđ significat dep̃datus. vt Quisq̃ suũ populat⁹ iter. populatus vero nomen significat populosum: vt vrbs populata. i.
¶Populonia: vrbs ętruriæ: a ppłos (ppło plena. multitudine q̃ in eius agro est: vel a populãdo q̃ frequentibus pyratarũ populationibus pateret.
¶Popul⁹ aũt pe. prod. gen⁹ arboris a frondiũ multitudine sic appellata. Virg. hic candida ppł̃ santro Imminet. Ply. li. xxiiij. Virgã ppł̃i ĩ manu tenẽtib⁹ intertrigo nõ metuat Col. li. vi. Cui rei maxime videtur idonea populus. Ea est arbor Cerro similis.
¶Populeus.a.ũ. qđ ẽ materiatũ ex ea arbore virg. in Ge. Qualis populea mœrẽs philomella sub vm
¶Populnus.a.um. idẽ quod populeus (bra Plaut. in Cas. nũ isthęc aut populna fors aut ebiegna est tua? Dicit & Populneus.a.um. in eadem significatione. Col. vij. Probatur maxime vlmea post fraxinea & ab hac populnea frons.
¶Populetum locum populis consitus.
¶Porculena Plau. ĩ mil. nisi huic veri affertur merces nõ hic suo femineo quãq̃ porculenã ptiturus ẽ.
¶Porca animal. q̃ alio noie dicit Sus. in agro vero porca est terra elata inter duos sulcos a porrigẽdo vt inquit Var. q̃ ea seges porrigat frumentum vel a porcẽdo q̃ vltra se iaci semina prohibeat. vt q̃ aquas porceat hoc est porro arceat. Nã crebriores sulci limi solent vocari. Col. lib. ij. Liras rustici vocant easdem porcas cũ sic aratũ est: vt inter duos latius distantis sulcos medius cumulus siccã cedem frumentis prębeat. Sed &. xxx. pedũ latitudinem. cxxv. longitudinẽ porcã vocabant eodem auctore. Campani hodie porcas vocant puluinos: siue hortulos in quibus veluti sulcatim sua cuiusq̃ generis olera seruntur. Id genus & Areæ dicuntur apud Columellam,
¶Porcus domesticus: aper ferus: suus vtriq̃ cõmune est. Mar. Iste tibi faciat bona saturnalia porcus Inter spumantes ilice pastus apros. Dictus porcus quia porrecto rictu pascat: & terrã dũ hærbarũ radices rimatur latius porrigat. Hinc fiunt diminutiua Porculus & porcellus. Ambro. Sicut gluto amat porcellũ Sue. in nerone. Iterum ac sæpius recoctũ porcello abiecit Scribit. Varro porcum græcum nomen esse antiquum sed obscuratum. q̃ eum nũc vocant Χειροϛ.
¶Porcarius. porcorum custos.
¶Porcinus.a.um. quod ex porco est: vt caro porcina.
¶Porculationem: antiqui porcorum (cina. nutricatum vocauerũt. Varro. In nutricatu quam

porculationem appellabant binis menſibus porcos ſinunt cum matribus.

¶ Porcius cõgnomen fuit Catonis cenſorini. Tractum a porco. Cognoīa eñ vt inquit Varro. habẽtur a maiori & a minori pecore. a maiori vt Equitꝰ Taurus A minori vt porcus caprillus.

¶ Porcia nomen mulieris romanę. fuerunt aũt duę maior & minor. Porcia minor. cũ laudaret apud eã quędã bene morata q̃ ſecũdũ hẽbat virꝝ. Reſpõdit Fœlix & pudica mattrona nũq̃ præter ſemel nupſit

¶ Porcetra porca quæ ſemel tantũ peperit. Scropha quę ſæpius Si miſcet ſe porca domeſtica cũ fero: fœtus hibrida dicetur.

¶ Porceo. es. phibeo. Lucil. li. vi. Nõ te porro pcedere porcent Cõponiturq; ex porro & arceo quaſi procul arceo: ſyncopatũ videt & abſoletũ eſt

¶ Poria græce: latine facultas abundantia dicitur. A quo fit verbum Aporior. aris.

¶ Porricio. ís. p. cor. quaſi porro iacio. i. valde porrigo quod verbũ ſolenne ſacrificãtibus erat. Nã exta porrici dñr quãdo porriguñt diis. Vnde apd Macro. hoſtia porrecta quaſi ſacrificata. Plau. Nã ſi ſacrificem ſummo Ioui atq; in manibus exta teneã: vt porriciã interea loci. ſi thuri qd detur potius rem diuinam deſeram.

¶ Porrigo. is. pe. co. xi. ctũ. ex porro. vel por. parti cula & rego. nõ ago vt quidã volũt. Et eſt porrigere extendere. Plv. Facilius quippe radices porrigũt ſolo ſubacto. Q ñq; offerre. Vñ Auguſtus cũ ei quidam libellũ trepidus offerret. & modo pferret manum modo retraheret putas te inqt ſtipem elephãto porrigere? Et hoc quãdo offerendo aliquid protẽdimus manũ Rurſus quia q̃ interficiuñt in terra extenduñt: factũ eſt vt porrigere ſit proſternere & interficere. Mar. Et volucrẽ longo porrexit vulnere pardũ. Huius cõpoſitũ eſt Exporrigo ſeu expor go p ſyncopã quod eſt extra porrigo. Ter. in adel. Da te hodie mihi Exporge frontẽ: id eſt exhilara.

¶ Porrigo. inis. ri. ſyllaba pro. genus morbi a porrigendo. i. extendẽdo. Creſcendo eñ porrigit. Naſcitur vt Celſus li. vi. ſcribit: in capillo barba & ſupcilio. vbi acute inter pilos quædã quaſi ſquammulæ ſurgunt. Lucil. lib. xxx. Triſtem & corruptũ ſcabie & porrigine plenũ. Hinc Porriginoſus qui porrigine infeſtat. Eſt & porrigo minutus furfur. Hor. li. ij. Ser. Vngere ſi caules oleo meliore caputq; Cœperis impexa fœdũ porrigine quare.

¶ Porrũ in plurimi porri. Græci praſon dicũt. genus oleris. Mar. Mittit precipuos nemoralis ari ta porros In medio virides ſtipite cerne comas. Porrorũ alii ſũt Tarentini: qui & ſectiui dñr. Alii Aricini qui & capitati A porrũ fit porraceus. a. um. Ply. heliotropiũ naſcit in æthiopia aphrica cypro: porracei coloris ſanguineis venis diſtincta.

¶ Pori. pe. pro. per ſimplex. r. appellantur trophi. Ply. Minus ponderoſus eſt qui porus vocat marmori pario ſimilis Pori vero pe. cor. ſignificãt meatus. Ply. li. xx. de malua & Althæa ſuccus decoctæ pori meatus ſuaues facit. Eſt etiã porus iter per qd genitura in vrinę vias defertur.

¶ Porocela. a poro tropho. nomen habet quaſi ramicẽ tophaceũ appelles de quo in dict. Enterocela

¶ Porro aduerbiũ ſignificat certe. Cic. pro plancio Nihil porro tam inhumanũ: tam immane tam ferũ q̃ committere vt beneficio nõ dicam indignus ſed

victus eſſe videare. Quandoq; ſignificat longe ante. Virg. hinc maxima porro Accepit roma & patrium ſeruauit honorem. Sic dicimus Lycurgus non porro ab homeri temporibus fuit. Quãdoq; ſignificat a longe. vt ſit aduerbiũ loci. Liui. lib. viij. Et haud eadem qua te inſinuaueris retro via repetenda: aut ſi ire porro pergas per aliũ ſaltũ arctiorẽ impeditioremq; euadendũ. Quãdoq; ſignificat poſtea deinde in futurũ. Ci. Marcello. Nõ eſt porro tuũ vno ſenſu oculorũ moueri. Teren. De hinc vt quieſcant porro moneo. i. in futurũ. Quãdo vltra. Li. lib. i. Ex loco infeſto agere porro armentũ occœpit. Quandoq; coniunctio eſt. & pro aũt ponit. locaturq; in principio orationis. Quinuł. Porro qui confeſſum defendit nõ abſolutionẽ ſceleris petit ſed lñiam. Quãdoq; ponit p cõiunctiõe expletiua. Teren. in an. Adeon me ignauũ putas: adeon porro ingratũ aut inhumanũ: aut ferũ: vt neq; me conſuetudo neq; amor: neq; pudor. &c. ὄπρω tamẽ græcum eſt.

¶ Porphyrius nomen viri propriũ. Quo nomine dictus eſt philoſophus chriſtianis inimiciſſimus.

¶ Porphyria latine purpura. Vnde porphyriacus. a. um. pe. co. pro purpureo. Ouid. Et porphyriacis figere labra genis. porphyris. idis veſtis purpurea.

¶ Porphyris. pe. cor. Inſula in laconico mari ſita quinq; milibus paſſuũ a Malcæ promontorio diſtãs. Eadem poſtea Cythera dicta eſt. ob memorabile tẽplum Veneri ſacrum.

¶ Porphyretes lapis in ægypto rubens candidis interuentẽtibus punctis pterea leucoſticos appellatus q leucos albũ dicimus. στίζειν pungere hinc porphyretic⁹. a. um. quod eſt factũ ex porphyrete.

¶ Porphyrio. auis q̃ ſola morſu bibit cuius crura prelonga rubent & roſtrũ. hęc a nonnullis pelican⁹ dicitur. Fuit & nomẽ gygantis. Mar. Nomẽ habet magni volucris tam parua gygantis. Et nomẽ prafini porphyrionis habet. hoc etiã nomine vocatus fuit qui in horatium cõmentatus eſt.

¶ Porſena. pe. cor. propriũ nomen regis Mar. hãc ſpectare manum porſena non potuit. Virgilius vero produxit poſitione duplicis. nn. Nec nõ Tarquinium eiectum porſenna iubebat.

¶ Porto. as. nõ tantũ corpore ſed etiã animo & tã bona q̃ mala Teren. in an. Dii boni quid boni porto. Et portare dicimur cũ iumẽtis aliquid nobiſcũ ducimus. Hinc Verrem legimus amicã e prouincia portaſſe. & pompeiũ deportaſſe triumphũ. Huius cõpoſita ſunt. Apporto. Aſporto q̃ contraria ſũt. Comporto ſimul porto. Hiero. lib. ij. &. & comportauerunt ſuper eũ aceruũ lapidũ magnũ nimis. Exporto extra ſeu ex loco porto auferove. ĩporto intro porto. Reporto retro porto. Virg. hæc triſtia dicta reportat. Deporto. Supporto. & tranſporto.

¶ Porta a portando dr̃ oĩs exitus & qua poteſt importari vel exportari aliquid. vel ab aratri portatione vt inqt Don. quia in deſignatione vrbiũ ſubiunctis vacca & tauro qui vrbem deſignabat aratrũ manu ſuſpendebat: ne ſulcũ quem primogenitũ dicunt faceret vbi aditus ciuitatis erant relinquẽdi Hinc fiunt diminutiua portula portella. & porticula. porta decumana & porta prętoria de caſtris dr̃.

¶ Portus. dicitur locus concluſus quo importantur merces & inde exportantur: & vbi naues hyemant. Nam antiqui domos partim portus partim

ínſulas vocabant a portando. Vnde etiam portícus dictæ ſunt.

¶ Porticulus paruꝰ portus. Sumít qñq; p malleo.

¶ Portículus. hortator remigũ qui eam virgulam quę portículus dr in manu tenẽs hortat remiges vrget & cuncta pro libito moderatur. Plau. in Aſi. Tu te habes portículũ. Enne. in ānalibus. Portículus cum ſignum dare cœpiſſet.

¶ Portoriũ naulum & merces quæ datur portitoribus. Item vectigal quod portitori ſoluitur. í. teloneario ſcriptuario & ſcripturæ magiſtro ex portu vel fluminũ vel lacuum vel ſtagnorũ. Lucili. facit idem quod illi qui in ſcriptũ e portu exportãt clanculum ne portoriũ dent. Plau. in aſi. Iam ego hũc portitorem priuabo portorio.

¶ Portitor, pe. cor. qui vectigal portus. ſiue portæ id eſt portoriũ daciũ cõduxit. Plau. in Tri. vtrũq; complexus. Solutũ eſt portitori iam portorium. Quos greci telonearios. Cicero magiſtros ſcripturæ. & portitores appellat. Nam ad atticũ ſic ſcribit Illa cauſa publicanorũ quantam acerbitatem afferat ſocijs intellexímus ex ciuibus qui nuper in portoriis Italiæ tollendis nõ tam de portorio q̃ de nõ nullis iniurijs portitorũ querebantur. Et portitor dicitur qui aliquid portat. Sta. li. i. th. Languet hyperborcę glacialis portitor vrſæ. Amb. ſuper Luc. Audito dei verbo ſteterũt acerbi illius funeris portitores. Poteſt etiam dici qui traducit homines ac vehit vel ad nauim de littore vel ad littus de nauí vel ad vlteriorẽ fluminis ripam quem græca voce porthmea dicimus: a buſiue portitor qui portatur. ſic Vector.

¶ Porthmeus pe. cor. latine dicitur Tranſfretator qui nauigio vehit. & qui exigit portorium. πορθμοσ eſt fretũ dicitur. Iuue. Iam ſedet in ripa tetrũq; nouicius horret porthmea. i. portus freti portitorem. Porthmis. idis nauis ad traijciendũ.

¶ Portunus deus a portu dictus. qui portubus prę eſt græce Palęmon dicitur a quo opportunus & importunus. hic etiã Melicerta eſt inoos filius.

¶ Porticus. q̃ propter repẽtinos imbres & vmbrarum ac deambulationis gratia ædificant. Ouid. de porticu pompeiana. Tu modo pompeia lætus ſpaciare ſub vmbra Cum ſol herculei terga leonis adit.

¶ Portio quaſi partio ſignificat partem. huius diminutiuũ eſt portiũcula. Apul. Qui cum a me portiunculam poſceret. hinc fit proportio quę eſt duarum rerum inuicem facta comparatio.

¶ Portendo. is. porro hoc eſt ante tendo prędico ſignifico. Virg. Hunc illum fatis externa ab ſede profectum Portendi generũ. Plau. in. cur. Aecaſtor nobis periculũ magnũ & familiæ portenditur dementi ſi expectemus mortem.

¶ Portentũ a portẽdendo. i. pręoſtẽdendo q; portendat aliquid futurũ: q̃uis aliquãdo dicantur portenta inania quædã & irridenda. Ci. li. i. tuſcu. Aut quid negocii eſt hæc poetarũ & pictorũ portenta cõuincere. Hiero. de diis ait. Portenta magis q̃ numina. Portentũ tamen ex auguriis & auſpicijs antiqui ſignificationem accipiebant. Vnde apes illę ex ore Ambroſij prodeuntes quaſi portentũ fuerunt: q; delonge viri ſapientiã portenderũt. i. ſignificauerunt. Et Virg. lib. viij. pro bono omine poſuit cũ ait ne quęre profecto quem caſum portenta ferant Vbi Ser. Modo bona omina q̃ victoriã portendũt Et dicta prophetarũ ſũt quaſi portẽta. quia porro hoc eſt de lõge tendebãt. i. futura diuinabãt. Vnde Sal. Ex libris ſibyllinis regnũ Romę tribus cornelijs portẽdi. Portẽta quoq; fieri dicunt cũ inſolita corpora raro ſe oſtendunt: vt cometæ turbines barathra & ſereno cœlo facta tonitrua. Vnde Var. In cœlo inquit memorabile extitit portentũ. Nã ſtellam veneris nobiliſſimã plautus veſperuginẽ. homerus heſperon appellat pulcherrimã dicens: Caſtor ſcribit tantũ portentũ extitiſſe vt mutaret colorem. hæc aũt portenta dicitur eſſe contra naturã ſed nõ ſunt cũ dei voluntate fiant. Quę quidẽ voluntas cuiuſq; rei conditæ natura eſt inquit Augu. lib. xxi. ci. det. Portentũ ergo fit nõ contra naturã ſed contra q̃ eſt nota natura.

¶ Portentoſus. a. um. quod portentũ facit Plyn. Pertentoſum eſt quod de ea traditur.

¶ Portulaca quam græci peplion dicunt herba eſt frigida & humida vt inquit Auicena quæ dentium tollit ſtuporem.

¶ Poſca vinũ in torculari aquatũ quod apud Plynium Varronemq; & alios Lora dicitur. Quidam poſcam dicunt eſſe potionis genus quã græci oxicraton vocant quæ ex aquæ aceticq; miſtura conficitur. Plyn. lib. xxx. Tormina ſanat palumbus ferus ex poſca decoctus.

¶ Poſculentũ non poculentũ dici debere ſcripſit Hermolaus vir nũq̃ ſatis laudatus. q̃q̃ a poſca etiã poſculentum dici poſſit.

¶ Poſco poſcis popoſci ſignificat rem debitam & honeſtam peto. Var. Poſcere eſt quotiens aliquid pro merito noſtro depoſcimus Cui Don. cõcordare videtur cum inquit. Poſcere eſt imperioſe rogare Aliquando prouocare. Virg. haud acrem dubites in prælia poſcere turnũ. Ci. Poſcunt maioribus poculis. Aliquando petere ſeu vendere. Plau. in merca. Tanti quanti poſcit. In qua ſignificatione etiã ſumitur vocare Iuue. Bis quingẽta dedit. tanti vocat ille pudicam. Huius compoſita ſunt Appoſco quod eſt iuſta debitum & ius poſco: ſeu volo. Ter. in heau. Minas quidem iam decem habet a me filia quas pro alimentis eſſe nũc dico datas. haſce ornamentis conſequent alteræ. Porro hæc talenta dotis appoſcent duo. Depoſco. Expoſco multũ ſeu cum inſtantia aut publice. poſco. Liui. lib. i. Pacem precibus expoſcunt. Virg. lib. iij. Sed votis precibuſq; iubent expoſcere pacem. Repoſco quod mihi debeꝛ reddi. peto Amb. Suſceperat in ſenectute filiũ per repromiſſionẽ repoſcenti dño negandum ad ſacrificiũ q̃uis vnicũ nõ putauit Virgil. Parthoſq; repoſcere ſigna. Et Repoſcere eſt vehemẽter poſcere. Plau. in. cur. Quã tu virginem me repoſcis.

¶ Poſtulo. as. ſignificat quodã modo requiro volo. vt res locus perſona tempus cauſa poſtulat in qua ſignificatione quandoq; ablatiuo iungit medi ante cõpoſitione. Ci. in Læl. Neq; quic q̃ vnq̃ niſi honeſtũ & rectũ alter ab altero poſtulabit. Aliquãdo accuſatiuo ſolũ. Idem pro liga. longiorẽ orationem cauſa forſitan poſtulat: tua certe natura breuiorem. Nõnunq̃ duobus accuſatiuis. ſed tunc ſumitur pro oro. Hiero. in Gñ. Orauí & dedit mihi dñs petitionẽ quã poſtulaui dñm. qđ tamẽ raro reperit Nã cũ ꝓprie vti poſtulo voluit ablatiuo iunxit: vt. in lib. ꝛ. Vocauit nomen eius Samuel eo q; a dño poſtulaſſet eũ. Q̃nq; ſignificat rem debitã & iuſtã,

petor Aliqñ ſignificat accuſo ſeu querelam dico de altero apud alterũ. Sue. in Cæſa. Cæterũ Cornelũ dolobellã conſularẽ & triumphalem virũ repetundarũ poſtulauit. Idem de Aug. Affuit & clientibus ſicut ſcutario cuidam euocato quondã qui poſtulabatur iniuriarũ. Interdũ poſtulare eſt cupere velle expectare. Teren. in adel. per oppreſſionẽ vt hanc mihi eripere poſtulet. i. velit aut ſperet. Item poſtulare ſicuti docet Vlpia. eſt deſyderiũ ſuum vel amici in iure apud eum qui iuriſdictioni præeſt exponere: vel alterius deſyderio cõtradicere. Solet diſtingui inter poſtulare: poſcere: petere: obſecrare & flagitare. quia poſcimus imperioſe: petimus precario. poſtulamus iure. Obſecramus. i. per ſacra rogamus. Flagitamus nõ ſine crepitu verborũ addendo conuiciũ. Ci. Q̃ q̃ cauſa poſtulat: nõ tamẽ flagitat. Curtius Poſtulabat autẽ magis q̃ petebat: Expoſtulare eſt cũ querimur iniuriã apud illũ a quo accepim⁹ et habet in ſe repręhẽſionẽ. Sed de expoſtulo alibi.

¶ Poſſum potes: potui ex poſ & ſum componitur quaſi potens ſum. Vnde etiã quandoq; cũ ablatiuo conſtruitur. Liuius lib. x. Pecunia deinde qua multum poterant fręti ſocios ex hoſtibus facere gallos conantur. Sunt etiã qui hoc verbũ componant ex porro valde & ſum q; valde eſſe videanť qui potentes ſunt. Habet quandoq; appoſitũ: vt cũ dicimus. deus omnia poteſt. Vnde fit oĩpotens. Quandoq; eſt ſine appoſitione. Plau. Non hic vt poſſit edit: ſed poſſe cupit vt edat.

¶ Poſſibile dicitur quod fieri poteſt. Cuius contrarium eſt impoſſibile.

¶ Poſſideo ex pos & ſedeo. Pos autẽ quod in vſu nõ eſt idem eſt quod potẽs vt ſit poſſideo quaſi potẽs ſedeo. Hinc poſſeſſio poſſeſſor & Poſſeſſiu⁹. a. ũ

¶ Poſſeſſio proprietas & vſus ſiue actus poſſidẽdi agri aut ędificiſ: nõ ipſe fund⁹ aut ager. Ci. in parad. Etenim ſi iſti callidi æſtimatores prata & areas magni æſtimarẽt q; ei generi poſſeſſionũ nemini nocere põt. Aliqñ tñ ſumit p̃ ipſis bonis immobilibus.

¶ Poſſeſſor qui poſſidet cuius fœm. eſt poſſeſtrix.

¶ Poſſeſſiuus. a. um. quod poſſideť. vt Euandrius enſis. ædes regię: quæ regis poſſeſſio eſt.

¶ Poſſidonius philoſophus Apamienſis ex ſyria vt Stra. li. xiiij. auctor eſt ſed rhodius exiſtimatus quia rhodi vixit. ac phãtus eſt. Sicut & Apollini⁹ modo dictus eſt rhodius cũ eſſet Alabadẽſis. Vtrũ q; audiuit Cicero. Hic cũ aliquãdo morbo articulari laboraſſet grauiſſime fertur ſępe dixiſſe (Erat enim ſtoicus) Nihil agis dolor q̃uis ſis moleſtus nunq̃ te eſſe confitebor malum.

¶ Poſt p̃poſitio cõpoſita & ſeparata inuenitur. Separata ſignificat meta greçã prępoſitionẽ quando ordinem demonſtrat ſiue loci ſiue temporis ſiue alicuius alteri⁹ rei: & ſeruit accuſatiuo. Virg. Poſt mõtem oppoſitũ. Idem Poſt aliquot mea regna vidẽs mirabor ariſtas. Hora. O ciues ciues quærẽda pecunia primũ: virtus poſt nũmos. Cõpoſita vero reperitur cum multis dictionibus: vt poſthac: poſtmodum. Quandoq; tamẽ ponit loco aduerbii poſtea et hoc quando nulli caſui ſeruit. vt quando iungit ablatiuo. Virg. Poſt mihi nõ ſimili pœna cõmiſſa luetis. Sal. vbi periculũ aduenit inuidia atq; ſuperbia poſt fuere. Cũ abl'to. Virg. li. vi. Ille admirans venerabile donũ Fatalis virgę lõgo poſt tempore vi ſum. q̃d ſi per ſe proferať: vel p̃poſtere habet accẽtum acutũ. In verſu vero grauem.

¶ Poſtq̃ aduerbiũ tp̃is. Sal. Poſtq̃ conſulueris mature opus facto. Interdũ ponit̃ p q̃m. Terẽ. in adel. poſtq̃ poeta ſenſit ſcripturã ſuã ab iniquis obſeruari. Virgil. Poſtq̃ nos amaryllis habet galathea reliquit. nec mirũ quia vt Don. ait eius reciprocũ eſt q̃ pro poſtq̃. Plau. in aul. Is q̃m morit̃ ita auido ingenio fuit.

¶ Poſtea componit̃ ex poſt & ea. vnde & producit̃ a ſicut alia cõpoſita. Interea pręterea ppterea. Sal. Poſtea Piſo in citeriorẽ hiſpaniã quęſtor pprætor miſſus eſt. ſimiliter Poſteaq̃ vna dictio eſt ſicut & poſtq̃ q̃ cõnexiuę particulę ſũt. Ci. Planco. & ab fui proficiſcẽs in greciã: & poſteaq̃ de meo curſu reip. ſum vocereuocatus nũq̃ per. M. Anto. quietus fui Sic eñ dictis ſequẽtia copulanť. Aliqñ inter poſtea & q̃ interponit̃ vero & ſignificat Sed poſteraq̃. Idem Appio. Poſtea vero q̃ ita cœpi.

¶ Poſterus. a. um. qđ aliquid ſequit̃ vt poſtea' dies. i. ſequens. Virg. li. iiij Poſtera phœbęa luſtrabat lumine terras. Aliqñ poſterus dr̃ qui poſt nos futur⁹ eſt. Vnde poſteri & poſteritas. Seneca poſterorũ negociũ ſe dicit. Huius comparatiuũ eſt poſterior. & ſuperlatiuum poſtremus. i. vltimus. Poſteri pedes qui poſt primos ſũt. Hinc cõponit̃ p̃poſterus quaſi peruerſus & inuerſus. Ci. caſſio p̃poſteros habes tabellarios: etſi me quidem nõ offendũt ſed tamen cũ a me diſcedunt flagitãt litteras. hoc eſt qui poſt alios venire debent: priores aliis qui pręmiſſi fuerant veniunt. Quintil. p̃poſtera res occidere deinde erubeſcere. Prępoſtera libido dr̃ vitiũ ſodomiti cũ. Et prępoſteros hoĩes libidinoſa cupiditate vocat. Iul. firmicus qui & pędicatores vocanť.

¶ Poſterius tardius vel ſerõ. Quandoq; etiam minus Plau. in aſi. Poſterius iſta dicis q̃ credo tibi.

¶ Poſteriora dicuntur q̃ a vultu auerſa ſunt. Vnde eſt illud Poſteriora mea videbis.

¶ Poſteritas ſignificat poſterũ ſæculũ ſue hoĩes qui poſt naſcenť. Ci. in Lęl. Quo in genere ſperare videor ſcipionis & Lælii amicicią notã poſteritati

¶ Poſtremo aduerbiũ ſignificat finaliter (fore. vltimo loco. tandem. Sal. Poſtremo oĩbus modis pecuniã trahũt. Dicitur & ad poſtremũ. In poſterũ vero ſignificat in futurũ tp̃us. Quintil. li. i. Multa linguæ vitia niſi primis eximanť annis inemendabili in poſterũ prauitate durantur.

¶ Poſtfero. pe. cor. poſtpono. Ply. li. iſ. Gabẽna & vrbibus & agroq; cultu: viroq; morũq; dignatione amplitudine opũ nulli prouinciarũ poſtferenda.

¶ Poſthac dictio cõpoſita ſicut Antehac. & ſignificat deinceps in futurũ: ſiue poſt hoc tempus. Ter. in an. poſthac quas faciet de integro comœdias.

¶ Poſthabeo. poſtpono. Teren. in phor. Nã oñs poſthabui mihi res ita vt par fuit.

¶ Poſthumus pe. cor. ex poſt & humus componit̃ qui poſt mortẽ parentis natus eſt. quaſi poſt humatum & ſepultũ. Plau. in aul. poſt mediã ætatem qui mediã ducit vxorẽ domũ ſi eam ſenex anũ pręgnãtem fortuito fecerit: quid dubitas quin ſit paratum nomẽ puero poſthumus? Dicitur & poſthumus. a. um. pro futuro & ſequenti & poſtero. Vnde Apul. poſthumã ſpem dixit. Virgi. lib. vi. tua poſthuma proles. Fuit & poſthum⁹ nomẽ viri. Hor. li. ij. car. Heuheu fugaces poſthume poſthume labunť anni.

¶ Poſticũ & poſtic⁹. pe. pro. a poſtſtãdo pro oſtio

in posteriore parte ædiũ. Plau. in Tri. Aliũd autem posticũ ædiũ nostratũ. Veteres tñ etiã vicinũ habi tantem ad posteriorẽ partem ædiũ sic appellarunt. Hora. Antia seruantẽ postico falle cliẽtem. Et ostiũ ipsum postica fœ. genere dĩ cuius diminutiuũ est. posticula. Apul. per quandã breuẽ posticulã introuocat me. Ammianus. per posticã ingressus refertam inuenit cõfluente ex finitimis virili & muliebri sexu. Postica etiã Augurũ est. Nã vt inquit Seru. Augures designãt spatia situo & eis dant noia: vt prima pars dicat Antica: posterior: postica. Dexteram quoq; sicut scribit Festus Anticã sinistrã posticã dicimus. Sic etiã ea cœli pars q̃ sole illustratur ad meridiẽ Antica noiatur q̃ ad septentrionẽ postica. Rursus. q̃ diuidunt in duas partes orientem atq; occidentẽ Antica & postica dicunt. Item postica linea in agris diuidendis q̃ ab oriẽte in occidẽtem spectat. Oia denicq; q̃ post nos sũt postica dñr. et q̃ ante nos antica. Inuenit etiam posticus. a. um. Persius posticę occurite sannæ. hoc est irrisioni factę a parte posteriore: Auso. Postico vulnere fossor

¶ Postero. as. palladius oliua cum varia cœpit esse colligit. Nã cũ tota nigrescet qđ speciei merito posterauit fundendi vbertate compensat.

¶ Posticulũ diminutiuũ. Plautus in Tri. posticulũ hoc recepit cũ ædes vendidit. Posticula diminutiuum a postica de quo in dictione posticũ.

¶ Postis gñis maſc. a post deducit: & sigt valuã ostii: siue latus portę dict⁹ q̃ post fores stet. Virg. hę rẽt parietib⁹ scalę: postesq; sub ipos nituntr gradib⁹

¶ Postilena. a. post & stando. q̃ stet a parte posteriori. Est em incuruũ lignum siue crassius lorũ qđ sub iumenti cauda ponitur. Plau. Ita te a gerunda aqua curuũ faciã vt postilena possit ex te fieri. Hic per contrariũ antilena qua pectus cingitur.

¶ Postliminiũ ex post & limina cõponit. Quęcũq; em a nobis alienata ad hostẽ pueniũt cũ a nostro limine exierint: Si post ad idẽ limẽ reuertant: postliminio redẽũt. Festus. postliminio receptus est si q extra limina hoc est terminos puincię captus fuerat: rursus ad ppria reuertit. Paul. Iurecõ. Postliminiũ est ius amissę rei recipiendę ab extraneo & in statũ pristinũ restituẽdæ inter nos & liberos pplos regesq; moribus ac legibus cõstitutũ. Nam qđ bello amittimus: aut etiã circa bellũ: hoc si rursus recipiamus dicimus postliminio recipe id qđ naturali æq̃tate introductum est: vt qui per iniuriam ab extraneis detinebatur: Is vbi in fines suos rediisset pristinum ius suum reciperet.

¶ Postmitto Ci. pro cœlio. Quod in alicuius agre stis periculo nõ post mitteret id homo eruditus in insidiis doctissimi hois dissimulandũ putaret.

¶ Postmodũ pe. cor. ex post & modum. significat postea siue postremo quasi post modũ rei datũ. Li. li. i. Sępe ex iniuria postmodũ exortã grã am. Dĩ & postmodo. Idẽ li. iiij. Si ardeates sua tpa expectare velint arbitriũq; senatui leuãdę iniurię sue permittant fore: vt post modo gaudeãt se ire moderatos.

¶ Postomis. idis. instrumẽtũ ligneũ seu ferreũ qđ ad cohibendã equoꝝ tenacią narib⁹ vel morsui imponit. Lucil. Postomides huic de narib⁹ ingentes

¶ Prochyta tæ. pe. cor. & prochyte tes: inſula in puteolano ſinu: dicta quaſi profuſſa. Emerſit eñ ꝓuolutis in mare mõtibus cũ prius non foret. Nã procheo ſignificat effundo. Nam Inarimes mõs terremotũ paſſus hanc inſulã fudit. At Dionyſi⁹ lib. i. ſcribit prochytam dictam eſſe a nutrice Aenee eiuſdem nominis. De hac Vergilius libro nono. Tum ſomitu prochyta alta tremit. Prochyte etiam vaſis genus eſt.

¶ Procinctus us. dr̃ quicquid paratũ eſt: & ipſa ꝓuiſio facta anteq̃ aliquid fiat.

¶ Procincta claſſis dici mos fuit qñ exercitus ad pugnã paratus erat q̃ pugnaturi ritu prius cingerent gabino. Et q̃ claſſem vetuſtius fuerit hoium dici q̃ nauiũ multitudinẽ ſcriptũ eſt.

¶ Proconeſſus inſula in propontide: quã ſolã inter alias habitari plerique dixerunt.

¶ Proclamo as. palã & valde clamo: vociferor: Liui. lib. i. Moti hoies ſunt in eo iudicio maxime. Pub. Horatij pre proclamãte ſe filiã iure cæſã iudicare mirata eẽt prio iure in filiã aduerſurum fuiſſe.

¶ Procliue pe. pro. qđ eſt porro inclinatũ. Et proprie ſecundũ Ci. li. iii. tuſ. dicitur in malis: cũ proclinatas dicat in his q̃ ad aliqđ vitiũ proni inclinatiq; ſunt. Et facilitas in bonis qui proni ſunt ad humanitatem liberalitatẽ & ad ingenuas diſciplinas

¶ Procyon latine anticanis ſtella que & Sirius dr̃ Vide in dictione canis.

¶ Proconſul vide in dictione conſul.

¶ Procul aduerbiũ videt componi ex porro longe: quaſi longe ab oculis: vel p̃ oculis. i. ante oculos. Vnde poteſt & ſatis longe: & nõ longe ſignificare. Ter. in hecy. Quẽ cũ iſtoc ſermonẽ habueris ꝓcul hinc ſtans accepi. Ver. lib. v. Eſt procul in pelago ſaxum. Quod ſatis longe fuiſſe intelligi nõ poteſt: ne voluptas peat ſpectaculi. Deſeruit quã doq; actõ: quandoq; ablatiuo. Curtius. Procul urbem dixit. Hora. in ſer. Quę procul extructis ineerant heſterna caniſtris.

¶ Proculus penul. cor. cognomen eius qui natus ſit patre peregrinante a patria procul. Alij proculos ideo doctos putant q̃ a patribus ſenibus: quaſi procul ꝓgreſſi & attenuati ſint. Plau. in Mæne. Iubeas porculũ afferri tibi. Sũt q̃ proculũ legãt.

¶ Proculeius nomẽ viri: ſimiliter a ꝓcul deductũ.

¶ Procudo is. pe. pro. ſignificat ꝓlato cudẽdo ex tenuo: ſeu probe cudo: exacuo ve. Verg. lib. i. Ge. Durũ ꝓcudit arator Vomeris obtuſi dentem.

¶ Proculco as. progrediendo vel aliud agẽdo cõculco. Col. li. z. Nam dum a pecudibus legumina proculcantur: herbæ etiam arteruntur vngulis atq; glabreſcit.

¶ Procũbo is. ꝓſternor. Liui. lib. i. Ipſum feſſum via ꝓcubuiſſe. Col. li. i. Lata bubilia eſſe oportebit pedes. x. vel vt minimũ nouẽ. Quę mẽſura & ad ꝓcũbendũ pecori: & iugario ad circũeundũ laxa miniſteria prębeat: procumbo iaceo.

¶ Procubitor q̃ noctu cuſtodiæ cauſa excubat cũ caſtra hoſtiũ in proximo ſunt.

¶ Procuruus valde curuus. Verg. li. z. Ge. Cõtra nõnulla eſt oleis cultura nec ille Procuruam expectat falcem.

¶ Procurro is. ꝓcucurri procurſum vltra ſiue a lõge curro. Hier. ad dam. Et ꝓcurrens occubuit ſup collũ ipſius. Col. li. vij. Ex domitis bubus valentiſſimum ſeundemq; placidiſſimum cum indomito iungimus: qui et procurrentem retrahat: & cunctantem producat.

¶ Procuro as. pe. pro. ſignificat adminiſtratiõnẽ rerũ alienarũ gero. Cice. Cornifi. Is ꝓcurat rõnes Dionyſij. Hinc ꝓcurator negotiorũ geſtor: quem vulgo factorem dicunt: cui p̃cipue agri colendi cura omnis incũbit. Vlpi. de ꝓcuratoribus. Procurator eſt qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat. Actores vero cauſarum cauſidici dicũtur. Procuratio ipſa adminiſtratio. Ci. li. i. de natura de. Sunt enim philoſophi & fuerunt qui omnino nullam habere cenſerent rerũ humanarũ ꝓcurationẽ deos. Aliquãdo procurare eſt ſtudioſe curare ſeu inueſtigare. Hiero. ad dama. Et ſathanas cum aliquem ſua arte deceperit: & proprium ei iugum impoſuerit vltra ad vitiorum abundantiam non procurat: ſciens eum eſſe iam mortuum. Aliquando ſimpliciter curare. Apul. Hũc enim equum ſuum curioſe nimis procurantem inueni. Aliquando fuſtẽtare: medicare: adiuuare. Cato. de re ruſ. Eodem modo ceteras arbores ꝓcurato. Plau. in cur. Tibi opus eſt hoc quo te procures.

¶ Procuratorius a. um. qđ ad procuratorẽ pertinet: vt ꝓcuratorię litterę: procuratoriũ munus.

¶ Procas nomẽ regis albanorũ: qui Amulium & Numitorẽ filios habuit.

p 2.

¶Prodeo dis. ꝑdiui vel ꝓdiſ proditū. ex pro & eo: d interpoſita ſignificat vltra eo: ſiue foras exeo: q̄ ſi porro eo. Ci. An ego tibi obuiā nō proditē primū Appio pulchro: deinde impatori. Idē li. i. offi. Scænicorum quidem mos tantam habet diſciplinę veteris verecūdiam: vt in ſcæna ſine ſub ligaculo prodeat nemo. i. exeat.

¶Prodico cis. pen. pro. vltra dico. Ci. pro Cęlio. Quāob rem excutiemus oēs iſtoꝝ delicias: oīnes ineptias ſi prodixerint.

¶Prodo is. prodidi. porro. i. longe ꝓſicio: deſero excludo: ꝓpello. Vergi. Nauibus infandū amiſſis vnius ob iram Prodimur: atq; Italis lōge diſiūgimur oris. Et prodere deferre: oſtēdere: patefacere. Idem. Prodere voce ſua quēq; aut opponere morti. Hiero. Sororis maritus cœpit ꝓdere velle: quē celare debuerat. Itē differre protrahere. Teren. in and. Credo impetrabo vt aliquot ſaltē nuptijs ꝓdat dies. Itē propagare. Verg. li. iiij. Italiam regeret genus alto a ſanguine Teucri. Proderet. Itē tradere. Sal. Anteq; arcem proderēt hoſtibus. Hinc proditor: proditio & prodimentum: q̄d vulgo dicit tradimentū. vel a prodēdo cōſilia hoſtib⁹: vel a tradēdis vrbibus arcib⁹ exercitu. Cic. in eū pœnam qui prodere hoſtibus patriam cogitaret. Itē mandare. Idem Apio. Cū tuū ſtudiū cōſumes in virorū fortiū factis memorię prodēdis. Itē ſcribere: vt li. iij. offic. Vtile videbatur vlyſſi vt quidam Tragici prodiderūt. Itē ex interiore in publicū locum procedere. Apul. Tum tremebundus prodit in forū. Alias pro loco & ſecundū diuerſos actus Ply. lib. 2. Diuus Auguſtus leuū ſibi prodidit calceū ꝓpoſtere indutū quo die ſeditione militari prope afflict⁹ ē. i. ꝓiecit ſiue induit: ¶aut ſignificauit ¶Prodigiū quaſi porro dictū: q̄ porro dicat porro ſignificet & aliquid futurū eſſe portēdat.

¶Prodigiator qui ex prodigio futura ꝑnunciat.

¶Prodigioſus a. um. q̄d prodigiū facit.

¶Prodigialis & hoc prodigiale q̄d prodigiū procurat. Plau. in am. Sed mulier poſtq̄ experrecta es prodigiali Ioui: aut moloſa ſalſa hodie aut thure cōprecatā oportuit.

¶Prodigæ hoſtiæ dicūtur: quæ cōſumunt. Inde homines luxurioſi prodigi dicti ſunt.

¶Prodigo is. pe. cor. ꝓdegi. ſupinū nō legi: ex ꝓ: & ago: d euphonię cā interpoſita: ſignificat cūſumo/vltra modum erogo. Plau. in aul. Feſto die ſi quid ꝓdegeris: profeſto egere liceat niſi pepceris. Ambr. Merito ergo prodegit patrimoniū qui ab eccleſia receſſit. Lact. libr. vi. Quotienſcūq; leuiſſi morum patrimonia in res ſupuacuas ꝓdiguntur. Aliquando ſignificat portendo & ꝑmonſtro. Vnde prodigia & prodigiatores.

¶Prodigus qui bona ſua cōſumit. Ci. li. 2. offici. Oino duo ſūt genera largorū: quorū alteri ꝓdigi alteri liberales. Prodigi qui epulis & viſcerationibus & gladiatorum munerib⁹ ludorum venatio numq; apparatu pecunias profundunt in eas res: quaꝝ memoriam aut breuem aut omnino nullam ſunt relicturi. Liberales qui ſuis facultatibus: aut captos a ꝑdonibus redimūt: aut æs alienum ſuſcipiunt cauſa amicorum: aut in filiarum collocatione adiuuant: aut opitulantur: vel in re quærenda: vel augenda. Ponitur tamen interdum prodigus pro liberali. Hor. lib. car. Animæq; magnæ prodigum paulum ſupantem pœno gratus inſigni refera camœna. Antiqui hoſtias prodigas dicebāt quæ cōſumebantur. Hinc fiunt aduerbia prodige & prodigaliter: profuſe abundāter. Colu. libr. iiij. Non illa videntur prodigaliter in nīis Ceretanis accidiſſe: vt aliqua vitis apud te excederet vuarū numerum duorū millium.

¶Prodromus ꝑcurſor. Vñ prodromi dicūt a græcis fici ꝑcoc: s: quaſi ꝑcurſorię. Et prodromi aquilones: qui octo ferme dieb⁹ exortum caniculæ antecedunt.

¶Produco is. in lōgū duco: q̄d & de tp̄e: & de corporeis rebus dicitur. Verg. Abnegat exciſa vitā ꝓducere troia. Ci. in Cato. Cōuiuiū vicinorū quoti die cōpleo q̄d ad multā noctē q̄ maxime poſſum⁹ varſo ſermone producimus. i. protrahimus. Hier. in nūis. Producat ea in lamias. Ter. in an. ꝓtrāſlationē dixit. Nonne tibi eſſe ſatis hoc ſolidum viſum eſt gaudiū: niſi me lactaſſes amātē & falſa ſpe produceres? Hinc ꝓducta ſyllaba dicit lōga. Col. flagellū vocat productiſſimū: q̄d longiſſimū ē in vitib⁹. Et producere ē añ: ſeu vltra/foraſve ducere Ter. Produxi ac vēdidi. Galba Ciceroni. Repēte Antonius in aciē ſuas copias de vico produxit & ſine mora cōcurrit. Col. li. vij. Poſt eiuſmōi experimēta vacuo ploſtro ſubiungendi & paulatim lōgius cū oneric⁹ producendi ſunt. Idē paulopoſt Ex domitis bubus valentiſſimū eundēq; placidiſſimū cū indomito iungim⁹ q procurrētē retrahat & cunctantē producat. Hinc productores dicunt qui virgines abducūt: eaſq; ad quęſtū exponunt. Ter. in eu. Pretiū ſperans illico producit & vēdit: vbi Do. proprie venales produci dicuntur. Plau. pro proſtituere poſuit. Audientē dicto mater produxiſti filiam. Interdū gignere. Idē in cap. Quid hoc eſt ſcelus quaſi inorbitātē filios ꝓduxerim. Interdum interponere. Ter. in an. Dicam aliquid iā me inuenturū: vt huic malo aliquā producā morā Interdū ꝓſequi. Ver. Nec te tua funera mater Produxi. Interdū cōſūmare. Ter. in adel. Et cyathos ſorbillans paulatim hunc producam diem.

¶Productile pe. cor. q̄d tunſionib⁹ malleorū productū eſt. Hiero. in exo. Duos quoq; cherubin aureos & productiles facies.

¶Profanus a. um. pe. pro. dī irreligioſum nō ſanctū q; ſit porro a fano: ſed impiū ſceleſtū & aduerſum omni religioni. Sta. Fraternas acies alternaq; bella ꝓfanis Decertata odijs. Plaut. Sacrū an profanū habeas parui pēdit. Is ēn profan⁹ eſt q ſanī religioni nō teneť. Profanum etiā dī q̄d ex religioſo vel ſacro in hoīm vſum cōuerſum eſt. Vergi. Faune ꝑcor miſerere inquit tuq; optima ferrū Terra tene colui veſtros ſi ſemp honores Quos cōtra æneadę bello fecere ꝓfanos. Et profani dicebant ſacris nō initiati qui fanum intrare non poterant Idē. Procul o procul eſte profani Cōclamat vates Et per allegoriā profanos dicimus imperitos qui merito ſunt doctis exoſi. Hor. li. car. Odi profanū vulgus. Varro profanū interp̄tať: q̄d eſt ante fanū cōiunctū fano. Scribit etiā per ph: prophanus vide ſupra in dictione fanum.

¶Profano nas. i. ex ſacro humanis vſibus promiſcuū facio. Vñ profanatū templū dī cum in eo vel dimicatū eſt: vel aliquid turpe cōmiſſum.

¶Profari ante vel late fari pronūciare. Hinc pro

fatus tus. Gelli. Neq̃ dictu profatu ipſo tetræ aut inſuaues eſſe.

¶Profecto aduerbiũ cõfirmãtis eſt. dictũ quaſi p facto: & ſignificat nimirum. Teren. in and. Profecto ſic eſt. Plerũq; aũt ad reſponſionẽ adhibetur. Ci. Quis hęc renũciat? Is profecto q interfuit: qđ etiã percerte facimus. Idẽ. In quo meminimus? Certe in nullo. Sic fit per nimirũ: & pernempe.

¶Profero pen. corr. palã facio: prodo: pnuncio. Ter. in hecy. Ita me dij bñ ament: haud ꝓpterea te rogo vt hoc proferã. Seneca. Anteq̃ ſententiã pferã. Aliquando ſignificat protẽdo prolato. Ply. Cum lineam protuliſſet longiſſimam atq; rectiſſimam. Iuſti. lib. i. Arbitria principum pro legibus erãt: fines imperij tueri magisq̃ proferre mos erat Teren. in and. Saltem aliquot dies profer dum pficiſcor aliquo ne videam.

¶Profeſtus a. um. vide in dictione feſtus.

¶Proficio is. procedo: & pficio ſignificat: a quo profectus. Idem eſt enim proficere & profectũ facere. Seneca. Sic enim & audiendo: & legendo in dies magis proficimus. Plyn. Nec minorẽ ſub eo pręceptore profectum fecit.

¶Proficiſcor eris. profectus eundi & veniendi ſignificationem habet. Ver. Hunc lętum tyriiſq; diẽ troiaq; profectis.

¶Profiteor late ſeu palã polliceor. Ci. li. aca. Quiphĩam iam profeſſus ſum populo noſtro exhibiturum. Liui. Palam profeſſi nuſq̃ inde niſi in patriam veſtigiũ eſſe moturos: ideſt voluntarie: ſiue libere. vnde profeſſio cõfeſſio facta palam. Et profeſſor q publice fatetur. Inde q liberales artes docent profeſſores dicuntur: quia artes illas ſe ſcire: & poſſe publice tradere fatent. Nam profiteri vſurpamus pro publice legere. profiteri vero apud pretorem: vti de archia eſt apud Ci. eſt noĩa ſiue cenſum profiteri: vnde illud euangelij q profitebant omnes in Iudæa ſub auguſto ex hoc fonte venit.

¶Profligo as. pe. pro. deijcio: prodigo: depello: depdo: & ad perniciẽ deduco. vñ pfligatũ exercitũ dicimus. i. proſtratum/detectũ/afflictum/perditum. Et profligatas res: hoc eſt perditas & ad pernicięm redactas. hinc profligatiſſimos hoĩes vocamus perditiſſimos & in quibus nihil eſt ſalubre. nihil integrum. Sue. in Tibe. Ex iuuẽtute vtriuſq; ordinis profligatiſſimus quiſq;. Quãdoq; profligatũ accipiẽt: quaſi pro abſoluto & effecto. Corne. Tacitus. Profligauerat bellũ cũ iudęis Veſpaſianus. ideſt cõfecerat: & pene ad exitum deduxerat. Hinc profligata dicũtur quę prope abſoluta ſunt ſic dicim⁹ pfligata & in pfligato eẽ ędificia q̃ ppe abſoluta ſunt. Cic. li. v. tuſ. Atq; ſi ita ẽ pfligata iã hęc & pene ad exitũ deducta quõ eſt. Affectũ quo q; dixerũt q latine locuti ſũt: id qđ pfligatũ appellat in hac ſignificatione. Ci. in oõne de quincijs cõſularibus. bellũ affectũ videmus: & vere vt dicã pene cõfectũ. Idẽ in œconomico. Cũ vero iã affecta ętate vuas a ſole miteſcere fas eſt.

¶Profligo is. pe. pro. xi. ctũ. late ſiue multũ certo Col. li. i. Quia flagitioſum quos hoſtis pfligendo deſolaſſet agros nouo more emere romanũ ſupra vires patrimonij poſſidendo.

¶Proflubeo es bui. ſiue pflubeſco: ſi tñ inueniat. ſignificat emano. Col. li. vij. Si armos ſęſerit: aut ſanguinẽ dimiſerit medio feręi vtroq; cruce veneſoluantur: & thuris puluere cũ dimiſerit eũ eo q̃ p flubuit ſanguine armi linantur.

¶Profluo is. deorſũ ſiue a lõge fluo. Lac. li. ii. Fõtes quidẽ ex q̃bus aqua pfluit. Hier. per tranſlationẽ pfluere quaſi fluẽdo puenire dixit. Inde miſericordia oĩbus pfluxit: & gratia vt laudent.

¶Profluens mõ participiũ eſt. Liui. li. i. Pueros in profluentẽ aquã mitti iubet. Mõ ſubſtantiuũ & generis maſ. ponit⁹q; pflumine. Ci. li. i. ad herẽ. Qui parentẽ neceſſe iudicatus erit: is obuolutus & ligatus corio deuehat in pfluenti fluminis pcurſum.

¶Profluus a. um. qđ profluit. Am. li. hexa. De aq̃ rũ proflua qualitate.

¶Profluuiũ fluxio. Vñ profluuiũ ſanguinis dicimus. Ply. li. xxvi. Sanguinis profluuiũ ſiſtit hæc bæ pęonię ſemen rubrum.

¶Profugio procul fugio: aut q̃tũ poſſũ iñ fugio. Plau. in caſ. Quid nũc agã neſcio: niſi vt improbos famulos imiter ac domo pfugiam. Ci. in Lęl. Hac itaq; amẽtia pterritus in aliã pfugit: Hic pfugium

¶Profugiũ dr̃ cũ lõge aliquo fugit vbi ſe q̃s tutũ putat. Ci. li. i. tuſ. Portũ nobis paratũ & profugiũ putem⁹ quo velis paſſis prouehi liceat.

¶Profugus qui lõge aliquo fugit pcul a finibus ſuis vagans quaſi porro fugatus. Sal. Troiani q̃ ænea duce pfugi ſedibus incertis vagabantur.

¶Profundo is: large fũdo: ſupra modũ exponot Tractũ ab aqua q̃ pfundit ex vaſis. Ter. Profundat pereat nihil ad me attinet. Et pfundere extra fundere. Vnde dicimus p̃ces & vota profundunt.

¶Profuſus ſupra modũ ſumptuoſus. Sal. Alieni appetẽs ſui profuſus: quaſi pfuſor. Ponit aliq̃n p abiecto & iacẽte. Plau. Profuſus ſqualens ſordid⁹, ab omnibus derelictus.

¶Profundũ dictũ eſt: q̃ porro. i. lõge habeat ſundũ. Vnde proprie ſignificat imũ: vt pfundũ mare Quãdoq; ſumit⁹ pro alto. Vergi. Ni faciant maria ac terras cœlũq; profundũ. Hinc profunditas.

¶Progenies a pgignẽdo eẽ dr̃ q̃ũ porro genita.

¶Progenerũ dicit auus neptis ſuę virũ. Huic correſpondet proſocer: qui & ſocer magnus dicitur.

¶Progredior. deris. progreſſus. vide in dictione gradior.

¶Progymnaſmata p̃exercitamẽta latine dicunt Idẽ ſignificant proagonaſtica.

¶Prognoſis pe. p. Nã προγνωσις gręce p̃ſcientia prędentia dicitur.

¶Prognoſticon rei futurę ſignũ: & p g ſcribitur.

¶Prohibeo ex p & habeo. ſignificat veto pcul teneo auerto. Ver. Prohibe infandos a naub⁹ ignes Plau. Placide egredere & ſonitũ phibe fontium & crepitũ cardinũ ne qđ hic agitem⁹. Inhibeo vero retineo cõprimo. Hoc eñ differt a phibeo q̃ phibere generale ſit etiã añ rẽ ięptã. Inhibere reiã incepta. Illud vetat ne qđ facere incipias: hoc ne pgas: ſi poti⁹ deſiſtas. Ver. Q đ gñs hoc hoĩm q̃ vehũc tã barbara morẽ Permittit patria? hoſpitio p hibemur arenę? Idẽ. Parcite iã rutili & tela ihibere latini. Hinc nautę inhibere remis dicuntur cum nauem retro vertere volentes currentis impetũ remorũ impreſſione retardant. Iuſti. Ita ceſſum inhibite remis & a bello diſcedite.

¶Procœmiũ latine initiũ vel exordiũ: ſiue p̃fatio dr̃. Dictũ procœmiũ: q̃ οἱμοσcant⁹ dr̃. Nã ſicut ci tharœdi pauca illa quæ anteq̃ legitimum carmen

incohent emerẽdi fauoris gratia canũt: procœmiũ cognominauere: ſicut oratores ea quę prius q̃ cau ſam exordiant ad cõciliandos iudicũ animos præ loquũtur eadẽ appellatione ſignarũt. Sunt tamẽ q̃ prohœmiũ appellatũ velint: qđ græci οἰμον viã nominãt: q̃ prohœmiũ ante rei ingreſſum ponat Ideoq̃ cũ h̃ ſcribendũ putant. A proœ mium fit proœmior aris. quod eſt exordior.

¶ Proiicio is. pe. cor. q̃ſi porro iacio: extẽdo: porrigo. Ver. Proiectaq̃ ſaxa pachyni. Idẽ. Proiecto dũ pede leuo Aptat ſe pugnę. Siſen. Vetus atq̃ ingens erat arbor ilex: quę circũ proiectis ramis maiorẽ partẽ loci ſũmi tegebat. Hinc ꝓiectus us. pro extẽſione. Lucr. Qualibet īmani ꝓiectu corporis extet. Interdũ proiſcere eſt abiſcere. Ci. Quid ſi eũ ex vrbe proſeceris. Interdũ dimittere derelinquere. Verg. Non ego vos poſthac viridi proiectus in antro. Dumoſa pendere procul de rupe videbo.

¶ Proinde cũ accẽtu in pen. cõponit ex ꝓ & inde: ſignificatq̃ ideo. Ideoq̃ ꝛtaq̃ ꝓpterea: ꝓpter hoc q̃ ꝓpter. Semp em̃ depẽdet ex ſuprema ſnia. Hic. in ꝓlo. ſap. Hunc iudęi philonis eẽ affirmãt q̃ ꝓinde ſapientię noſat. qa in eo Xp̃i aduẽtus euidẽter exprimit. Liui. li. i. Saris ſcitis origini romanę & deos affuiſſe & nõ defuturã virtutẽ proinde ne grauarẽtur. Ponit q̃q̃ pro aduerbio ſimilitudinis. Terẽ. in phor mi. Proinde, expiſcare q̃ſi nõ noſces. Sal. At hi cõtra ignauiſſimi homines per ſummũ ſcel⁹ omnia eis ſocijs adimere quę fortiſſimi viri victores reliquerant proinde quaſi victoria iniuriã facere demũ id eſſet imperio vti. quãdoq̃ pro deinde vt apud Plau. proin dicitur pro proinde. Terẽ. in eun. Proin tu dũ tẽpus etiã atq̃ etiã cogita.

¶ Prolectibile titillatio incẽtiuũ ve atq̃ illectamẽtũ. Sido. ad vectionẽ. Nemo ita naturæ ferme eſt plectibilibus careat occultis.

¶ Proles progenies. Col. li. viij. de caprino pecore. Parit aũt ſi eſt generoſa proles frequẽter duos: nõnunq̃ trigeminos.

¶ Proletarij a prole dicti ſunt q̃ in plebe romana pauperrimi erãt: neq̃ amplius q̃ millequingentũ æris. in cenſum deferebãt. Qui vero nullo: aut perq̃ paruo ære cẽſebant capite cenſi vocabant. Aug. li. iij. ci. dei. Tũ vero tã multa bella vbiq̃ crebruerũt vt inopia militũ proletarij illi q eo ꝙ proli gignendę vacabant ob egeſtatem militare nõ valẽtes: hoc nomen acceperant militię conſcriberent.

¶ Prolepſis dici poteſt præceptio: ex προ ante: & λημψις ſumptio: ſiue acceptio.

¶ Prolixo as. vide in dictione lixo.

¶ Prolixum quaſi porro laxũ/ qđ longũ latũq̃ eſt Teren. in eu. Accipit nemo melius neq̃ prolixi⁹: ideſt largius. Aliquando dicitur ſuperfluũ. Vnde prolixam orationem dicimus.

¶ Prolog⁹ ploquiũ ſiue p̃fatio: ꝓponit. n. narrãda

¶ Prologiu principiũ: quaſi proloquiũ: a græco λογος. Plau. Exanimauit me ꝓlogio ſuo.

¶ Proloquor pe. cor. ꝓlogo vtor: vel multũ: ſiue vltra loquor in lõgũ. Plau. in epi. Nã qd ego apd te parem ploquiſ? Ego illã hodie volo facere libertam meã. Quãdoq̃ ploqui eſt ante ſiue ſimplr̃ loqui. Aug. li. i. cõ. Nõne tibi plocutus ſum aduerſũ me delicta mea. Q ñq̃ eſt ſummã rei breuiter eloq Varro autẽ ſic habet: Proloqui eſt cum qđ in animo habemus loquendo efferimus. Ter. Cẽſen me

vllũ potuiſſe verbũ ploqui. i. ꝓferre. Aliquando ꝓloqui eſt ſniam ferre: a quo ploquiũ ſnia in qua nihil deſyderatur: qđ etiã pro exordio ponitur.

¶ Prolugeo ſolito diutius lugeo. Feſt. Prolugere dicuntur qui ſolito diutius lugent.

¶ Proluo is. ex ꝓ & lauo: qđ e prima in tertiã tranſit cõiugationẽ: ſicut abluo ſignificat multum ſiue multo tp̃e lauo. Perſ. Nec fonte labra ꝓlui caballino. Nõ em̃ oino negat ſed negat multũ labra lauare: & hoc humilitatis cauſa. Aug. li. iiij. ci. dei. Abruptas etiã imbribus ꝓlutas eſſe regiones. Aliqñ ꝓluere eſt ſuperfluere. Col. li. ij. Q ñ impetus aquarũ ꝓluit terrã. nudatiſq̃ radicibus germina nõ patitur coaleſcere.

¶ Proluuio onis. vide in dictione ſcaturigo.

¶ Proluuies īmundicia cutcũq̃ rei ſordidę. Verg. Fœdiſſima ventris Proluuies.

¶ Proluuiũ idẽ qđ ꝓluuies ꝓ tranſlationẽ dr̃ ꝓfuſio & ꝓdigalitas cũ quis more aquę opes ꝓfundit Ter. in adel. Quę res tã repente mores mutauit tuos: qđ ꝓluuiũ? quę iſta ſubita eſt largitas?

¶ Promereor bñ ago: bñficiũ p̃ſto. Verg. lib. iiij. Nũq̃ regina negabo Promerita. Ter. Ita me velim ames ꝓmerẽtẽ pr̃. i. bñ agentẽ. Inde ſocij ꝓmerentur: qñ beneficijs alliciunt: & beniuole artificio cõciliantur. Plau. tñ in am. in malã partẽ ſumpſit. qđ mali ſum here tanta ex re promeritus?

¶ Promercalia mercimonia ſunt vẽditioni expoſita. Col. li. xij. Pecuniã dñi neq̃ in alijs reb⁹ ꝓmercalibus occupet. Quidã aiũt ꝓmercalia ꝓprie dici merces quę primo minoris emũtur: vt poſtea pluris diſtrahantur: quarũ rerum negociatores greco vocabulo ꝓpolę nuncupantur.

¶ Prometheus pe. pro. nom̃ virĩ ꝓpriũ απο του προμηθειαν. i. a ꝓuidẽtia. Fuit em̃ prudẽtiſſim⁹ hic prim⁹ aſtrologiã aſſyrijs indicauit quã reſidẽs in monte caucaſo nimia cura deprehẽderat. hic ꝓpter niniam ingenij excellẽtiã hoies finxiſſe exiſtimatur: quia vt inquit Lact. Simulachrũ hoium primus de molli luto formauit: ab eoq̃ nata plaſticę eſt. Hic fuit pater deucalionis & filius Iapeti: q fuit vnus ex titanib⁹. A prometheus fit patronymicũ ꝓmethides pen. prod.

¶ Promineo es. pe. cor. ex pro & maneo: quaſi añ vel extra in longũ maneo. Vnde ꝓmõtoriũ. Ply. Simię dentes vt homini elephanto intus ad mandendũ quattuor prętereq̃ eos qui prominent.

¶ Promico as. pe. cor. vide in dictione mico.

¶ Promitto is. polliceor. Ci. Iã em̃ totũ qđ tibi ꝓmiſeram pręſtiti. Quãdoq̃ ꝓmittere eſt ꝓducere & quaſi in magnitudinem mittere: ſiue porro. i. lõge mittere. Plau. in ru. Capillum promittã optimũ ẽ: incipiamq̃ hariolari. Verg. Promiſſaq̃ barba: q̃q̃ minari. Idem. Promiſi vltorem & verbis: odia aſpera moui. Hui⁹ cõpoſita ſunt appromitto qđ ẽ ꝓ altero promitto. Cõpromitto: qđ ſignificat litẽ ad boni viri arbitriũ mitto. A quo cõpromiſſum ipſa facultas arbitrio data. Tractũ ab eo q̃ vterq̃ litigans ſimul promittit ſe arbitri ſniæ pariturum. Repromitto firmiter ſeu etiam promitto. Hieron. ad dama. Hos verſus eſſe aſſumptos: q̃ ille qui repromittebatur de genere dicendum venerit ſaluaturus Iſrael.

¶ Promo is. pſi. ptũ. ꝓfero/ eloquor/ expono. Plaſin ciſ. Accipias claues ſi quid tibi op⁹ erit in prõ

ptu promito.i.extra capito.Vergi.Lętiq; cauo ſe robore promũt.Teſſandi⁹ ſtelenuſq; duces.i. educũt.Lactan.libr.v.Longũ eſt vniuerſas virtutis ſpecies promere:vt de ſingulis doceam.Huius cõpoſita ſunt depromo:qđ eſt extraho extra do.declaro.Verg.li.xi.Et vltrice pharetra Deprome ſagittã.Plau.in am.Quid faciã nunc ſi tres viri me in carcerẽ cõpegerint:iñ cras e prõptaria cella depromar ad flagrũ? Lac.li.iij.Idem in opere valde ſerio in quo p̃cepta vitę deprõpta ex philoſophia Ciceroni filio dabat.i.excerpta.Hierony.Propter ſimpliciores quaſq; id me depromere cõpellitis.i. deſcribere.Expromo pfecte promo.Ter.in heau. Nemo eſt meorum amicorũ hodie apud quem expromere omnia mea occulta audeam.

¶Promptus dr̃ qui iã paratus eſt ad agendũ:& in quo nulla mora eſt:quaſi iã ꝓductus.Sal.Natura ferox vehemẽs:manu prõptus erat:maximũ bonũ in celeritate putabat.Sic dicim⁹ prõptus ingenio q ingeniũ ad oĩa paratũ habet.Per trãſlationẽ prõptus ponit̃ ꝓ manifeſto & apto cũ res a ſecretiore loco educitur:vt parata nobis & ad man⁹ ſit:vnde dicim⁹:res eſt in prõptu quaſi manifeſta Ci.li.i.offi.Quę q̃q̃ ita ſint in ꝓmptu vt res diſputatione nõ egeat.Salu.Aliud clauſum in pectore: aliud in lingua promptũ habere.

¶Prõptulus diminutiuũ.Hier.in ꝓlo.dani.Quidã e nr̃is ſatis ad loquendũ prõptulus ezechielẽ adduxit in medium.

¶Prõptarius a.um.Ex quo aliud depromit̃.Plau. in am.Inde cras e ꝓmptaria cella depromar ad flagrũ.Nã ibi ꝓmptaria cella p carcere poſuit:quia e carcere ad ſupplicĩũ ꝓmunt̃ noxij.

¶Prõptariũ locus in quo res ad vſum neceſſarię ita repoſitæ ſunt:vt ſtatim ꝓmi ac ꝓferri poſſint. Amb.li.hexa.Quid eſt igit̃ os homini niſi qđdã ſermonis hauſtũ/fons diſputationis:aula verbo⁹ promptariũ vocis?

¶Promus & cõdus apud veteres ꝓ cellario ſumebant̃:q; inde ꝓmant:& ibi cõdãt.Plau.in aſi.Ego ſum ꝓmus:cõdus:ꝓcurator peni.Promus q p̃eſt cibarijs ꝓmẽdis:qui victũ familię ꝓmit.Condus q recõdit in cellã penuariam ipſa penora.Nam in potẽtiorũ domib⁹ alius eſt ꝓmus:alius cõdus:ali⁹ alij miniſterio aſſignatus.A pul.in apolo.ꝓmum librorũ appellat illũ qui libris ꝓmendis prę̃eſt.

¶Promulſisidis.potio ex mulſo cõdita.Ci.papi. Habuiſſes nõ hoſpitẽ ſed cõtubernalẽ.At quẽ vitũ nõ eũ quẽ tu es ſolitus ꝓmulſide cõficere.Hinc ꝓmulſidaria vaſa dicunt̃ quibus mulſum cõtinet̃. Scribit Põpo.Iuriſcon.Legatis vaſis ſcutellas & ꝓmulſidaria contineri.

¶Promõtoriũ quaſi p̃eminẽs mõs.ſignificat.n. montẽ in mari ꝓminẽtẽ.Ply.li.xxxvi.Promõtoria aperiunt̃ mari & rerũ natura ſgitur in planum.

¶Promulco nauis agi dr̃ cũ ſcapha ducit̃ fune.a ꝓmulcẽdo.Nam nõ neceſſitatis tantum cauſa fit: ſed vt nauis quietius agatur:

¶Promulgo as.publico:palã ꝓnuncio:quaſi ꝓ uulgo.Feſtus.Leges ꝓmulgari dr̃ cum primũ in vulgus edũtur.Col.li.i.C.Licinius damnatus eſt qui agri modũ quem in magiſtratu rogatione tribunitia promulgauerat imodica poſſidẽdi libidine tranſcendiſſet.

¶Promurale dicit̃ cũ extra muros qui ambiũt ciuitatẽ alius ducitur murus:& eſt murus ante murũ qui & antemurale vocatur.Dicitur etiã locus pro muralis qui eſt ante murũ.Hier.Cũ aũt venerit ad promuralẽ locũ.i.ad futuri ſæculi ſtatũ:ibi ad eã dicit oſtende mihi faciem tuam.

¶Pronomẽ ideo dr̃ quia vice noĩs fungit̃.Nam,ſi cut dicendo nomen explicamus perſonã:ſic pronomẽ vt tacito noĩe cũ dicim⁹ hic legit:ille ſcribit

¶Pronurus pe.pro.nepotis vxor dicitur.

¶Pronus ꝓprie dr̃ in anteriorẽ partẽ flexus.Ouĩ li.i.met.Pronaq; cũ ſpectẽt aĩalia cętera terrã.Os hõi ſublime dedit.Per trãſlationẽ vero qđ dr̃ pronus.i.inclinatus ad virtutes vel ad vitia.Itẽ ꝓnus dr̃ qui eſt cõtrarius ſupino.Ply.li.xxviij.Supini cubitus oculis cõducũt.At proni tuſſibus.Itẽ ponitur pro vicino:ſicut altus pro lõge poſito.Ver. Ventiſq; vocatis Prona petit maria.i.littori vicina.Dr̃ & pronis in tertia declinatiõe:vt apud Ter. in phor.Alia trabs ꝓnis in humũ accedẽs ꝓxime frangit ramos cadentes.

¶Propago inis.& ꝓpages gis.pe.ꝓ.vitis vetula & ſuppreſſa:vt ex vna plures fiãt.dicta q; porro pãgat.i.lõge figat.Ver.Flexos ꝓpaginis arcus.vbi prima ꝓducit.Aliqñ ſignifi.gñs & ſic prima corripit̃.Idẽ.Si romana potens itala virtute ꝓpago.

¶Propago as.pe.pro.vitẽ vetulã ſupprimo:& p tranſlationẽ ponit̃ ꝓ extendo/dilato.

¶Propalã pe.cor.i.clare/apte & in ꝓpatulo.Ci.li. i.de ora:Nõ explicata veſte neq; ꝓpoſito argẽto: neq; tabulis & ſignis ꝓpalam collatis.

¶Propalo as.pe.cor.manifeſto:in longũ creſcõ Aug.li.ix.con.Cũ em̃ ꝓpalata & effoſſa digno cũ honore trãſferrẽtur ad ambroſianã baſilicã quos vexabant immundi ſpũs ſanabantur.Col.lib.iij. Deinde ex eo ſulco:quaſi ramos foſſarũ facies.p quos vt quęq; virga poſtulauerit ꝓpaletur:atq; ita terra adoperies.

¶Propatulũ late patẽs atq; aptum q̃ſi porro patulum.Sal.Viros multebria pati:mulieres pudicicĩam in ꝓpatulo habere.i.in publico.

¶Prope graui accẽtu ꝓnũciata penultima p̃poſitio ẽ:& ſignificat iuxta.Curtius.Cũ ꝓpe id oppidũ copię cõſtitiſſent.Interdũ ſignifi.ex ꝓpinquo Mar.li.i.Hic vbi ſydercus ꝓpe &c.Prope vero vltima acuta ponit̃ ꝓ adverbio fere ſeu q̃ſi.Ply.Et in foris⁹ tẽpli ꝓpe collapſus expauet.Ter.in andria Prope adeſt cũ alieno more viuendũ ẽ mihi.Cõpatiuũ ꝓpior ꝓpinquior:ſuplatiuum proximus:ꝓpinquiſſimus:ac nobis adhęrens.Veteres tñ non ſolum ꝓpinquum & nobis hærentem proximum dicebant:verũetiã lõge remotũ:ſi tamẽ inter duo diſcreta nihil mediũ extitiſſet.Ver.Proximus huic longo ſed ꝓximus interuallo.Aliquãdo ponit̃ ꝓ maxime ꝓpicio.Tert.Graduũ teſtor qui deus eſt nobis oĩum ꝓximus.Mar.Nec ꝓpior q̃ phœbus amet.Interdum nõ habet vim ſuplatiui & propin quũ ſignificat:q̃ ꝓpter cõpatiuũ facit ꝓximior qđ ꝓpinquiorem ſignificat:& ab eo fit ꝓximitas & ꝓximeaduerbiũ.Vege.Proximior & dextra ſit quę plagam poſſit inferre.Vlp.li.xxx.ad edictum.Si quis ꝓximior naſceretur cognatus.Aliquando ꝓximus in ſacris lĩis intelligit̃ oĩs homo:quia vt inquit Aug.Nemo eſt cũ quo ſit malum.Et ꝓxim⁹ eſt qui tecum natus eſt ex adam & eua:oẽs ꝓximi ſumus conditione terrenę natiuitatis.Sciendũ q;

propius & proximus & proxime p̃ter cõparatiuo rũ ſuperlatiuorũq; naturã cõſtruunt cũ actõ. Cic. Proximus põpeiũ ſedebã. Propius vrbẽ mouent. Sal. Proxime hiſpaniã mauri ſunt. cõpoſitũ a p̃pe eſt de prope: qđ ſignificat ex propinquo.

¶ Propediem aduerbiũ tẽporis quaſi p̃pe eſt dies quãdo hoc fiet. i. cito. Teren. Et illũ tibi ſaluũ affuturum eſſe hic cõfido propediem.

¶ Propemodũ. i. pene quaſi prope menſuram.

¶ Propilo as. pe. pro. vide in dictione pilus.

¶ Propinquus a p̃pe deducit. Et mõ ſignificat eũ qui prope eſt: mõ affinem: vnde p̃pinquitas affinitas. Propinquo es. propinquus fio. Ver. Fuge na te propinquant: a quo fit appropinquo.

¶ Propello is. p̃puli p̃pulſũ: vide in dictiõe pello.

¶ Propẽdo is. ſignificat ſurſum pẽdere cũ quid in ſtatera põderat: ſicut depẽdere deorſum pendere. Plau. in aſi. Vbi manus manicę cõplexæ ſunt atq; adductę ad trabẽ nec depẽdis nec propẽdis. Am. tamen propẽdo pro dependo poſuit: cũ p̃ tranſlationem dixit: Atrociorẽ ſcelerum reatum vitia reliqua ſequũtur: qm̃ quo flagitioſa pepẽderint: eo inclinant cætera. Item propendere eſt diu ſiue multum aut a longe examinare. Quintili. Dabam hiſ ocium vt refrigerato inuẽtionis amore diligenti⁹ repetitos tanq̃ propenderem.

¶ Propenſus vehementer inclinatus. Ci. li. offici. Quinetiã ſi quis eſt paulo ad voluptatẽ p̃penſior Et p̃penſus quaſi vltra tenſus. Perſ. Cũ tibi calue Pinguis a q̃licul⁹ propẽſo ſeſq; pede extet. Cornu. Cũ tu o calue Senator abundãtia ciborũ pinguis ſis & ventrem habeas vltra ſex pedes extenſum.

¶ Propetro as. pe. cor: vide in dictione patro as.

¶ Propero as. pe. cor. a prope fit: & ſignificat feſtino celeriter eo. Nã qui in aliquẽ p̃perat id agit: vt illi propinquior ſit. Salu. Qua illi diſceſſus erat in gallíã p̃perãti. i. celeriter eunti. Et ille dĩ p̃perare q feſtinãter aliquid agit vel dicit. Ver. Multa forent quę mox cœlo properanda ſereno. Lact. li. vi. Et cum viuere ſe putãt ad mortem cõcitatiſſime properãt. Nonius. Feſtinare & properare veteres diuiſerunt. Cato. Qui vnum quid mature trãſigit properat. Qui multa ſimul incipit nec p̃ficit: feſtinat. Verum vtraq; verborum ratio ſub hac ſignificãtia proxima ẽ veritati: vt ſit ſępe animi properare ſtudioſe ad res aliquas cõtendentis. Feſtinare corporis neceſſitati obſequẽtis. Verg. li. iiij. Et medijs p̃peras aquilonibus ire per altum. Et li. ij. Feſtinate viri: nam quę tam ſera moratur Segnities. Hui⁹ cõpoſita ſunt: appropero qđ ẽ iuxta propero. Cic. p milo. Cum hic inſidiator qui iter illud ad cædẽ faciendã appropaſſet. Depropero valde: ſeu celeriter propero: p̃perãter facio. Hor. li. z. car. Quis vdo deproperare apio coronas curatve myrto. Im p̃pero: intro p̃pero. Ply. li. xxxvi. Intus labyrinthũ inextricabilẽ quo ſi q̃s impropet ſine glomeline: exitũ inuenire nequeat. Aliqñ improperare ẽ crimẽ vel aliquid aliud obijcere. Inde improperiũ A p̃pero fit p̃peratio p̃perãtia & p̃peritas.

¶ Properus a. um. pe. cor. idẽ qđ celer. Plau. Properã video ancillã venientẽ. Hinc fit p̃perior properrimus: & cõpoſitũ p̃properus.

¶ Propere aduerbium. Sal. Tũ propere cõſul ducit exercitum.

¶ Properatim. Cęcil. properatim in tenebris iſtuc confectum eſt opus.

¶ Properiter. Catu. Animula miſerrima properiter abit.

¶ Properãter fit a p̃perans. Accius. Remiſq; nixi p̃peranter nauim in fugã tradunt.

¶ Phaſis penul. cor. dici poteſt latine prętext⁹ excuſatio.

¶ Propheta æ. & prophetes is. in maſ. genere prophetis idis: vel idos: & p̃phetiſſa æ. in fœminino a προφημι: qđ eſt prędico. Hiero. in li. iudi. Erat aũt delbora p̃phetis vxor laphideth: q̃ iudicabat populũ. Et in euangelio. Erat anna p̃phetiſſa filia Phanuel. Eſt aũt propheta qui futura p̃nũciat ab eo primũ intellecta. Alias vera nõ poſſet dici prophetia. Veteres vt inqt Feſtus antiſtites phanorũ oraculorũq; interpretes prophetas dicebant.

¶ Propheto as. p̃dico. Licet qñq; p̃phetare ſit laudes deo canere: vt in li. nũo. Cũq; requieuiſſet in eis ſpiritus p̃phetauerunt: nec vltra ceſſauerũt.

¶ Propgnigeon loc⁹ in balneis: ĩ quo ignis incluſus exęſtuat. pnigos latine ęſtus & ſuffocatio. pnigo ſuffoco.

¶ Propitius a. um. qđ eſt placidũ fauenſq; a p̃pe & ito as. vt quidã aiunt. Nã qui nobis fauẽt prope nos ire cõſueuerunt: vel dĩ propitius prorſus pius aut porro. i. valde pius.

¶ Propitio as. ſiue p̃pitior aris. p̃pitiũ reddo placo. Hinc repropitior: qđ eſt rurſus propitiũ reddo Hier. li. ij. Re. Et repropitiatus eſt deus terrę. Propitiatio ſacrificium.

¶ Propitiabile: qđ eſt ad propitiandũ aptũ: vñ p̃pitiabilis hoſtia. Dĩ & p̃pitiale. Itẽ p̃pitiabile qđ facile flectitur vt propitiabile numen.

¶ Propitiatoriũ locus in quo placari ſolet deus: licet & pro tabula quadã poni videat in exodo poſita ſup arcã. vñ ſcribitur. Facies & propitiatorium de auro mundiſſimo.

¶ Propina pe. pro. dici põt ante famẽ ex pro ante πειρα fames. Et vt nõnulli dicũt locus erat iuxta thermas & balnea publica: vbi poſt lauachrũ a fame & ſiti reficiebanẽ: vnde & alij ex latina p̃poſitione pro: & greca dictione cõpoſitũ potius volũt ita vt indicet id qđ datur pro eſurire.

¶ Propino as. pe. pro. ex προ añ & bibo vel a προ πο πειν: qđ ſignificat poſt potũ tradere. proprie ſignificat poculũ vt q̃s bibat p̃guſtare ac porrigere. Plau. in cur. Propino magnũ poculũ: ille bibit. Quę cõſuetudo inde initiũ habuit q̃ græci ſolẽni die quem philotheſiam vocãt miſcere aureis atq; argenteis poculis vina ſolebant quę e manu guſtãtium ſumẽtes ori parumper ad mouebãt: deinde alteri cui vellent offerebant. Hoc vero p̃pinare. quod eſt p̃bibere dicebatur. Hinc factũ ẽ vt propinare ſit cibũ potũq; extraordinariũ voluptatis gratia cũ amicis aſſumere. Interdũ ẽ ſimpliciter porrigere. Ter. in eu. Hunc vobis comedẽdum & bibendum & deridendũ propino. Spartianus. Vuluam inciderit venenatã partem fratri edẽdam propinans & ſibi innoxiam reſeruans. Ply. libro vigeſimo. Quidam ad vulnę dolorem radicẽ cum vino dulci propinant.

¶ Propẽticon latine comitatiuũ a προπεμπω comitor p̃mitto: vnde eſt titulus apud Sidonium propenticon ad libellum.

¶ Propolis penulti. cor. quaſi ſuburbanum. Et id

dicit quod apes ante alueũ faciũt. Vat. Propolim vocant qđ apes faciunt ad foramen introit⁹ porrectum in alueum maxime æstate fauorum stabilimentum: quo omnes frigoris aut iniurię adit⁹ obstruuntur.

¶ Propolæ pe. p. negociatores: q merces p̃emũt minoris: vt postea pluris vendant. ϖpo eñ ante ϖωλεο vendo. Lamprid. in cõmodo. Imitat⁹ ꝓpolas circũforaneos equos curules sibi cõparauit Cic. cõtra piso. Pistor domi nullus: nulla cella panis & vinum a propola atq; decopa.

¶ Propyleũ latine vestibulũ vel porticus: q est ante domũ. Ci. li. iij. offi. Phalereus demetrius qui periclem principem greciæ vituperabat q; tantã pecuniam in p̃clara illa ꝓpylea profuderit. Plynius Protogenes cum athenis celeberrimo loco maneret ꝙ delubro propyleum pingeret: adiecit paruulas naues lõgas in his quę pictores parerga appellãt.

¶ Propontis ontidis. equor patẽs atq; diffusum. Hęc angustijs bosphori thracij cũ euxino ponto cõiungit. Nã geographi primas angustias maris se coarctãtis hellespontum vocãt. Inde expatiat æquor. Quę laxitas propontis appellatur. Vbi iterum in arctu⁹ coit & stringit: ille angustię bosphorus thracius nũcupatur. Vbi iterum effunditur põtus euxinus qui curuatus in figuram scythici arc⁹ committitur ostio mæotidis paludis: idq; ostium Cimerius Bosphorus vocatur. A propontis fit Propontiacus a. um. Ouid. lib. i. fast. Hincq; propontiacis hęrentem cyzicon oris.

¶ Propono is. statuo: delibero. Seneca. Id in primo animo proponendũ vt recte viuamus. Aliquãdo ꝓponere significat promittendo ponere: & oñere: vt propono ludum: propono p̃mium. Cicero. Quis est qui ꝓposito tãto p̃mio nõ excitetur. Aliquando est extra ponere siue palam ostẽdere. Ply. lib. xxxv. Idem perfecta opera proponebat in pgula transeuntibus. Sal. Postulauere plęriq; vt ꝓponeret: quę conditio belli foret: quę p̃mia armis peterent. Aliquando anteponere: docere. Lactã. lib. iiij. Pœnitentiam nobis in illa circunciſione ꝓposuit. Aliquãdo procul ponere.

¶ Propositũ dicitur qđ mente statutũ est: & intentio hominis. Plynius hoc ei propositũ erat vel superare: vel cedere.

¶ Propositio quęstio habẽs aliqd qđ disputatione soluendũ sit: & a grecis ꝓblema dicit. Dialectici definiunt ꝓpositionem: q; sit oratio verum vel falsum significans. Cice. libro secundo ad heren. Propositio dicit⁹ per quã ostendim⁹ sũmatim qđ sit qđ probare volumus.

¶ Proportio: vide in dictione portio.

¶ Propretor dicebatur qui extra ordinariã p̃turã gerebat.

¶ Propriũ a ꝓpe fit: & dicit quod peculiare est vni uscuiusq;. Hoc enim maxime ꝓpe est: quod ꝓpriũ est. Verg. Hunc mihi da propriũ virgo sata nocte laborem. Hinc ꝓprietas & ꝓprie: quod est peculiariter. Aliquando dicitur diuturnũ. Sisen. At qui metu & suspitione ꝓpriam habere quietẽ nõ poterat. Plau. Atq; illum amatorem tibi proprium futurum in vita: id est perpetuum.

¶ Propter significat alicuius causa. Et accipit loco causalis cõiunctionis: vt ꝓpter niuẽ frigescunt hoĩes. Verg. Te ꝓpter libyæ gentes numidũq; tyranni Odere. ideſt tui causa. Aliquando aduerbiũ est & significat prope. Terẽ. in adel. Nimium istoc abisti: ꝓpter hunc astiste.

¶ Propterea significat ob eam causam: sicut quapropter: propter quã causam.

¶ Propudiũ dicebant cũ maledicto nudari turpitudinẽ nolebant: quasi porro pudendũ: vel a quo pudor & pudicicia procul sint. Propudia virorum apud Plyn. intelligitur immodica aut certe obscęna venus & ꝓbrosa mollicies. Plautus meretriculam ꝓpudiũ vocat. hinc dicuntur

¶ Propudiosa dicta q; pudicicia sit ꝓcul a pudore Sido. Igitur hic ꝓxime abrupto cõturbernio ancillæ ꝓpudiosissimę: cui se totũ cõsuetudine obscęna addixerat. i. impudicissimę.

¶ Propugno as. vehemẽter & de lõge pugno. vñ ꝓpugnator. Liui. libro quarto. Quid a vobis sperentur an honores quos aduersarijs vestris potius q̃ reipu. ꝓpugnatoribus datis.

¶ Propugnaculũ est munitio. vel quasi locus munitus: vñ vehemẽter certari possit & defendi ꝓcul. Verg. li. iiij. Et ꝓpugnacula bello tuta parant.

¶ Propulso as. frequentatiuũ a ꝓpello: significat delonge pulso: seu ꝓcul fugo. Liui. li. i. Tamẽ cũ mœnibus bellũ ꝓpulsare posset in aciẽ copias eduxit. Col. li. vij. Euincendi sunt aut quauis pestiferi morbi & exquisitis remedijs ꝓpulsandi.

¶ Proquęstor qui q̃sturã extraordinariã gerit.

¶ Proreta pen. pro. dicitur qui custos ẽ & gubernator in nauis prora.

¶ Prorito as. pen. pro. significat ꝓuoco. Colu. Vt peluisiaci ꝓtret pocula zythi.

¶ Proripio is. pen. cor. quo ad effectũ significat ꝓcurro siue profugio. Sed qñ accusatiuo procurrẽtis aut profugientis cõstruitur significat subito deduco: vel subito traho. Liui. de. ii. bel. pu. E manibus sacrificantiũ cũ sese proripuisset. Sal. Deinde se domũ ex curia proripuit

¶ Prorepo is. vero pe. pro. vide in dictione repo.

¶ Prorogo as. pen. cor. vide in dictione rogo.

¶ Prorumpo is. vltra siue valde rũpo. Cæs. li. iiij. Celeriter ad eas munitiones peruenerunt atq; proruptis his prius in hostium castris constiterunt: q̃ plane ab his videri: aut quid rei geretur cognosci posset. Vergi. libr. primo geor. Rursus in obliquũ verso prorumpit aratro. Quandoq; prorumpere est vltra emittere: euomere: vnde ꝓruptum effusus fluensq;. Idẽ. Vnde per ora nouem vasto cũ murmure mõtis It mare ꝓruptum. Et li. iij. Interdũq; atram ꝓrumpit ad æthera nubem: Qđ Ser. exponit pro euomuit afferens nouam hanc esse locutionem. Non enim dicimus ego prorumpo hanc rẽ. Hoc modo vsus est. Teren. in eu. Iam me erumpere licet hoc mihi gaudium. Quandoq; est irrumpere: qđ est quadam vi ꝓgredi prosiliri ve.

¶ Prorsus & prorsum dicimus: quasi porro vers⁹ significat oĩno. Noni. Prorsus & ab radicib⁹ euulsa est arbor. Interdum ponitur ꝓ nõ recte: & vere. Idem in adel. Eo pacto ꝓrsus illic alligaueris filiũ Quando vero nomen est significat rectum: vnde prorsi limites dicunt in agrorũ mẽsuris: qui ad orientem directi sunt.

¶ Prorsum rursum significat retro añ: vt dicim⁹ surſum: deorsum: intro: foras: hac: illac.

¶ Prorno is. ruere facio ꝓjcio. Liui. Mare fluminí

bus inuexit:mõtes lapsu ingẽti ꝓruit. Idem li.ix. Excitati arma capiũt: dolabrę calonibus diuidũ tur ad vallũ proruendũ:fossasq; implendas.

¶ Prosa vnde & ꝓsella diminutiuũ. Ply.li.xviij. Sed prosellis binis ternisq; sic erant.

¶ Proscænia sunt pulpita ante scænã:in qbus scę nici histrioniã agebant.Verg.lib.iij.geor.Et vete res ineunt proscænia ludi.

¶ Prosapia gñis lõgitudo:siue ꝓgenies antiqua: a ꝓsupando.i.faciendo & dilijciendo quasi porro sparsis:& quasi iactis liberis. Aliqui a prosupo:q; ꝓsuperent:hoc est supsint & supabundẽt liberi.

¶ Prosedę dñr meretrices eo q; añ stabula sedeãt.

¶ Proscindo is.valde vel vltra seu subtus scindo Vñ dicimus terrã ꝓscindi cũ primum aratur:inqt Var.Cũ iterum effringere dicunt:q; prima aratio ne glebę grandes solent excitari.Cum iteratur of fringere vocãt.Tertio cum arant iacto semine bo ues lirare dicunt.i.cũ tabellis ad vomerem simul: & satum frumentũ operiunt in porcis:& sulcant in fossas quo pluuialis aqua dilabat:Per trãslationẽ ꝓscindere ẽ infamare:cõtumelijs lacessere:lacerare Sue.in Augu.Hunc fœdissimo cõuicio corã ꝓsci derunt.Plynius.Hic est mamura catuli veronẽsis carminibus proscissus.

¶ Proscribo aliqd ꝑ scripturam venale ꝓpono & publico:vñ ꝓscriptũ venale expositum:quia quę erant vendẽda publice scribebant.Nã ꝓscribi do mus dicunt quando apposita in scriptione vena les vel locandę significant.Ci.li.iij.off. Claudius ꝓscripsit insulam vendidit.Item ꝓscribere ẽ rele gare:damnare.Hor.in ser.Proscripti regis rupili pus atq; venenum.Plyn.de silla. Age non exitus vitę eius oĩum ꝓscriptorũ ab illo calamitate crude lior fuit.Tractũ ab eo q; hi proprie ꝓscribi dicunt vt Vlpianus testat:quorũ nomina claris lĩis vt de plano recte legi possint ante tabernã: vel ante eũ locum in quo negociatio exerceꝫ:nõ in loco remo to sed euidenti scribuntur.hinc proscriptio:dãna tio:& proscriptus damnatus. Item est in aliquem penetrabile telũ intorquere.Macro.Non est facile in eum scribere qui potest proscribere.

¶ Prosecta dicta sunt ab antiquis viscera:q̃ in sa crificijs prosecassent. Luca.li.vi. Si pectora plena Sępe dedi & laui calido prosecta cerebro.

¶ Proseletus penul.pro.aduena peregrinus aduẽ titius.

¶ Proselenus penul.prod.dicitur ante lunam.nã componitur ex ꝓ ante & σελην luna: q; selas.i. splendorem habeat:& αρω.idest supne.Nam a so le lumen accipit.Et ꝓseleni dicuntur ante lunã ge niti:quo nomine dicti sunt archades. Sta. Archa des astris lunaq; priores.

¶ Prosequor penu.cor.ꝓprie significat vltra:siue post sequor.Cicero li.secũdo offi. Sequitur vt hęc officiorũ genera ꝓsequar.Plau.in cis. Si is hac aut hac socci video vestigiũ in puluere ꝓsequar hac. Aliquando ꝓsequi est cum affectu animi: vt ꝓse quor te amore odio:laude:honore:contumelijs & huiusmodi.Et fere semper cũ ablatiuo.Ci.in ver. acti.iiij.Iste iratus hominem verbis vehementiori bus prosequitur:id est insectatur. Idẽ metello. Do mus tua denicq; tota omnibus summis officijs ꝓse quuta est. Interdum ꝓsequi est ꝓseuerare exeq; qđ cœptum est. Ambrosi.Et bene sabbato cœpit vt

ipsum se ostẽderet creatorem: quia opera operib⁹ intexeret & prosequereꝫ opus qđ ipe iam cœperat Interdum est quasi deducere: & comitari.Hieron. ad Iulianũ.Inter multorum officia ꝓpinquorum: & cõsulares amicos tuorum exequias prosecutus es.Diuersis alijs modis vsurpatur.Lactan.li.secũ do. Siquidẽ sacrilegia sua socularibus etiã dictis ꝓsequebat:id est cõdiebat.Idem lib.quarto.Quã Tullius vniuersis eloquẽtię sueverbis ꝓsecutus est id est descripsit/tractauit:vel laudauit.Cice.libr.i. tus.Quid totũ ꝓpe cœlũ ne plures prosequar nõ ne humano genere cõpletũ est:/ idest vltra homi nem.Idem in Cato.Quam palmã vtinam dij im mortales tibi reseruẽt:vt tui aui reliquias ꝓsequare .i. viriliter assequaris:vel ꝓspere cõsequaris.Ter. in adel.Ego ius meũ ꝓsequar.Plaut.in cap.Nunc barbarica lege certum est ius meus ꝓsequi:idest ꝓ viribus obtinere.Colu.lib.i.Ac rursus p̃mio,ꝓse quamur eos qui strenue se gerunt.

¶ Prosodia cũ accẽtu in pe.latine accẽtus dicit: q lex est,siue regula ad eleuãdam/deprimendãve syl labam vniuscuiusq; particulę orationis accommo data.Et alio nomine apud greços τοποσ dicitur. Fit autem ꝓsodia a προσ greca p̃positione quæ si gnificat ad & ωδη cantus.

¶ Proserpina pen.cor:luna Iouis ex cerere filia:a grecis persephone dicit.Ouidi.lib.iiij.fast.At ne q; ꝓsephone digna est p̃done marito.A ꝓserpẽdo dictam ꝓserpinam.Augu.lib.vij.ciui.dei. signifi careq; fœcunditatẽ scribit. Quæ cum aliquando non esset:dicta fuit rapta ad inferos: & tunc cessa rũt instrumẽta ruralia.Qua redeũte instituta sunt solẽnia apd athenas. Serpere enim videtur veluti serpẽs dũ modo in dextram modo in siniſtrã mo uetur propter qđ & oñiuaga dicitur. Dicta est libe ra : diana:lucina:triuia:hecate:& noctiluca.

¶ Prosumia gñs nauigij leuis speculatorij.Plaut. de nocte ad portũ prouect⁹ sum prosumia: Cæci. Qui pro gubernatore se gerens prope vertit ꝓsu miã.Hę naues etiã geseoretæ vocantur.

¶ Proseuche obsecratio vel oratio quę ad deũ fun ditur.dicta quasi προσευχη.Quia attẽtiõe opus sit προσευχω eñ est attẽdo vel intẽdo vel adhi beo.Iuue.videt ponere ꝓ eo loco vbi p̃cibus & ob secrationibus mendici a transeuntib⁹ stipem men dicabant:vel victitabant.Ait enim.Ede vbi cõsi stas in qua te quęro proseucha.Nam in ingressib⁹ pontium mendici tuguria habebant vnde a p̃ter euntibus mendicarent stipem.

¶ Prosocer pen.cor.vide in dictione socer.

¶ Prosopis penul.cor.insula in delta nili:in qua ẽ ciuitas atarbechis:vt ait Herodotus.

¶ Prosopeia ad verbũ dicitur personę factiua.Cõ ponitur enim ex προσωπον:qđ personã signi ficat:& ποιω facio. Figura est cũ persona aliqua fingit:vt cũ inanimatũ loquitur ad animatũ: vel ecõuerso.Hor.Quid amplius mare o terra ardeo.

¶ Prosonomasia latine ãnominatio dicit q̃ fit si militudine aliqua vocũ & vicinitate quadam ver borũ:vt quis locus aut luc⁹:vt ex oratore arator. vt deligere oportet quẽ velis diligere.

¶ Prosper q dat felicitatẽ:felix q recipit:vt sydus prosperũ:sub quo natus est felix.Sueto.tamen de Cęsare scribit eum fuisse prospera valitudine idest bona & quasi felici. Vnde improspere:quod ponit

tur pro nō bene. Col. libro primo. Nam vbi quid perperā administratū cessit improspere vitatur qđ fefellerat: illuminatq; rectā viā docentis magistratiū. Et Virgilius. Sis felix nostrūq; leues quæcūq; laborē: pro eo qđ est prospera & benigna. Dī & prosperus a.um. Ci. li. vi. de rep. Deinde est hoīm generi prosperus & salutaris.

¶ Prospero as. & prosperor deponēs: ꝑsper. fio. Aug. in ꝓlogo li. ci. dei. Qui res humanas ita prospari volūt vt ad hoc multorū deorū cultū: quos pagani colere cōsueuerūt necessariū eē arbitrent.

¶ Prosilio prosilis. vide in dictione salio.

¶ Prospicio is. i. ante sive longe a video: ꝓuideo curo: caueo. Ci. Ser. Sul. Tanq̄ ex aliqua specula prospexi tēpestatē futurā. Pro cauere ꝓuidere construit cū dativo. Ter. in adel. Ego iā prospiciā mihi: id est consulā sive prouidebo. Ply. Nā & rebus illius nō minus q̄ meis prospiciebā.

¶ Prospecte aduerbiū consulte. Hieronymus cōtra Ioui. Ex quo volunt dei dispensatione esse factum vt qui improspecte nouerat errorem votoꝝ: filiq; morte sentiret.

¶ Prospectus us. ipsa a longe visio. Vergi. libr. 2. Geor. Nō animū modo vti pascat prospectus in anem. Docet Paul. Iurisc̄ons. Prospectum ex inferioribus & ex superioribus locis esse: lumē ex inferiore loco non esse.

¶ Prospicuus intentus ac vigil.

¶ Prospiciētia cura: ꝓuidētia. Amb. Quidem tā morale ad persuasionē: q̄ q; videas q; etiā q̄ sunt irrationabilia sic dei prospiciētia vestiātur: vt nullo horū vel ad gratiā egeant vel ad ornatū.

¶ Prospiro as. pe. pro. vltra lōge spiro. Cato. Nā venę eorū vbi sufflatę sunt ex cibo nō possunt ꝓspirare in toto corpore.

¶ Prostasis sive prostasia prefectura vel presidentia latine dicitur.

¶ Prosthesis appositio sive additio. Figura cū in principio dictiōis addit lra: vt gnatus pro natus.

¶ Prosterno is. ante sterno/vinco/profligo: qđ fit cū hostes in acie sternunt. Sal. Prostratisq; militibus fugę se dedit. Aliquando significat in terram deiscio. Apu. Puellāq; reluctantē tandē prostrauit Ambrosius aliter dixit in diua Agnete inter hæc lecto prosternitur.

¶ Prostituo is. quasi ante statuo: meretricandā p̄beo. vnde prostituere pudiciciā significat vulgo sui corporis potestatē facere. Hinc meretrices ꝓstitutę dīr. Sue de Nerone. Suā pudiciciā vsq; adeo prostituit: vt contaminatis pene oībus mēbris vt virorū ac fœminarū inguina inuaderet.

¶ Prostibulū mō ipsum scortum dicitur qđ quæstus copiosioris gratia cōcurrētibus illuc aduenis mansiōes ante stabula habuere. A prostituēdo q; in eo loco se prostituāt meretrices. Hieron. Prostibula regnum dei non possidebūt. Modo ipsum lupanar. Idem in Ezechi. Aedificasti tibi lupanar: & fecisti tibi prostibulū in cunctis plateis: et iterū destruent lupanar tuum: & demolientur prostibulum tuum. Dicitur & prostibula æ. Plau. in Persa. Hic faceret prostibulam propediem.

¶ Prosto as. prostiti prostatū a longe sto. Plaut⁹ in cur. Hi saltē in occultis locis prostāt vos in foro ipso. Item prostare est pro pretio stare seu viuere. Iuue. Quid referam q̄ta; siccum iecur ardeat ira Cum populum gregib⁹ comitum premit hic spoliator Pupilli prostantis. Idem. Et ad circū iussas prostare puellas. Item prostare ante stare. Quinti. Iubet prostare gladio cinctum.

¶ Prostoton morbus quo rigore mētum pectori intenditur.

¶ Prosubigo is. penul. cor. ex pro & sub & ago significat vehemēter suffodio. Vergi. li. iij. geor. Et pede prosubigit terram: fricat arbore costas.

¶ Prosum es. profui. vtilitati sum: quasi ꝓ aliquo sum. Ter. in hecy. Quicquid est id qđ reliquit pro fuit. i. pro nobis fuit: sicut exponit Donatus.

¶ Protasis dici potest propositio. Do. in prolog. Ter. Protasis primus actus est initiūq; dramatis.

¶ Prothesis dicit p̄positū sive p̄positio: vt a. ab.

¶ Protelo as. penul. pro. longe differo: protraho. Luci. Quem neq; lucanis orundi a montibus tauri protelare validis cornib⁹. Hieronym⁹ Inediam plusq̄ vnius diei victoris exercit⁹ protelauit. Per translationem sumitur pro perturbo: exagito. tractum ab assiduo telorum iactu. Ter. Ne te iratus suis sæuis dictis protelet. Silen. libro. iij. Romanos impetu suo protelant. Item propello & longe excludo. Turpil. Propter peccatum pauxillum indigniſſime patria protelatum esse sæuitia patris.

¶ Protendo vltra tēdo: vt protendo pedē. Hier. Cum dextrę manus protensione cupitum indicās iter. Verg. lib. i. Geor. Hinc a stirpe pedes temo ꝓtentus in octo.

¶ Protero is. penul. corre. vltra sive de longe tero Plau. Ego hic te mulier quasi sus catulos pedibus proteram. Et in amphi. Fœdant & proterunt hostium copias iure iniustas.

¶ Proterreo es. a longe terreo. Sta. li. secūdo the. Protinus idem vltro iaculo parmaq; menetē Protterrebat agens.

¶ Proteruus petulans: procax. Hæc tria multū similia sunt: quandā em̄ lasciuiā/libidinēq; declarāt tū iniuriā in dictis & in factis. Dictus proteruus in quo impudēs & arrogans audacia a proterēdo qui oīa sub pedibus esse velit & nullus sit pudor in petendo & audendo. Ci. Si vidua libere proterua petulanter diues effuse libidinosa meretricio more viueret. Hic proterue & proteruiter aduerbia.

¶ Proteruia petulantia. Quo etiā nomine significatur sacrificiū quoddā: vt testatur Macro. in quo mos fuit: vt si quid exepulis superfuisset igne cōsumeretur. Hinc est locus ille Catonis. Nam cū Albidius quidam bona sua comedisset: & nouissime domum quæ ei reliqua erat incēdio perdidisset ꝓteruiā eum fecisse dicebat. Quod em̄ comesse non potuerat id combussisset

¶ Proteruio is. lasciuio. inobedio: petulāter ago.

¶ Protesilaus nomē viri ꝓpriū q; in initio troiani belli ab hectore interfectus fuit.

¶ Protrepticus instructiuus & exhortatiuus. Symmachus in epi. Indulge stylo aliquid cudas calicū seu protrepticū scribe. Auso. Libellū inquit instar protreptici luserā. Iulius Capitolinus ait librū: cui titulus est Hortensius scriptum esse a Cicerone ad exēplar protreptici.

¶ Proteus nomen Oceani filij.

¶ Prothyra pen. cor. sunt vestibula in domorū ianuis Auctor Vitruuius: quasi sit magnum secretū Nam θυρα ianua: προ ante.

¶ Protinus penul.corre.cõponi videtur ex pro & tenus.i.a longe q̃tum fieri põt. Liuius li.ix. Cũ ad alias anguſtias protinus pergerent ſectas deiectu arborũ ſaxorumq; ingente obiacente mole inuenere viam. Verg. En ipſe capellas Protinus æger ago.i.longe a finibus: vt ſit protinus quaſi porro tenus. Quidam etiam exponunt pro valde. Quã doq; ſignificat ſtatim ac ſine intermiſſione. Verg. Protinus ad regem curſum detorquet hiarbã. Q ñ q; conſequenter/deinceps/deinde. Idẽ li.iiij.geor. Protinus aerij mellis cœleſtia dona Exequar. Q ñ q; iugiter. Idẽ. Traiecto miſſa lacerto Protinus haſta fugit ſeruatq; cruẽta tenorem. Quãdoq; oĩno: vt quũ Protinus vtraq; tellus vna foret. Hic Ser. exponit.i.continue. Cum aũt additur negatio ſignificat nõ ideo: ſicut fit in cõtinuo & ſtatiz. Q uiſtil. Non autẽ vt quicquid p̃cipuũ neceſſario ẽ: ſic ad efficiendũ oratorem maximi protinus erit momẽti. Apud veteres etiam protinam dicitur. Ter. Protinam me conjiciam in pedes.

¶ Protollo is. differo: prolongo. Gel. Neq; vltra decimũ mẽſem fœtura mulieꝝ protolli põt. Plau. in caſ. Protollo mortem mihi.

¶ Protous vnus ex ducib⁹ greꝯ qui ex magneſia venit ad Troiam.

¶ Protos greꝯ. πρωτος. lati. prim⁹. pton primũ

¶ Protocollũ prima cõcinnatio: & raptim confecta ſcriptura quæ meliorẽ cõpoſitionẽ deſyderat Eſt enim proprie qđ breuiter & ſuccincte a tabelli one notaſ: vt extendi deinde atq; abſolui poſſit. κολλα gluten dicit: κολλησις glutinatio: vel glutinatura: κολλητης glutinator: κολλαομαι glutino. Et qa in cęrę glutino quę p tabulas extẽſa erat protocollũ.i. prima cõglutinatio vocata ẽ A liqui a κωλον: qđ eſt mẽbrũ: quia primũ ſit ſcripturę membrum.

¶ Protocomos latine primũ comans dicitur.

¶ Protagoras pen.corr. nomen philoſophi. Hic dixit ſibi non liquere vtrum eſſet aliquid deus: propter qđ athenienſes ipſum vtpote impiũ ſuis finibus expulerunt: libroſq; eius in concione exuſſerunt. Fuit ex philao oppido theſſalię Iſiphili filius vxorẽq; habuit laodomiã acaſti filiam.

¶ Protogenes penulti.correp. ſignificat aliquem primi generis: & a poetis ſumitur pro eo qui ſe talem confingit. Iuue. Non eſt romano cuiq̃ locus hic vbi regnat Protogenes aliquis. Hoc nomine quidã clarus pictor etiam eſt appellatus.

¶ Protogenia nomẽ deucalionis & Pyrrhę filiæ.

¶ Protogenus primo genitus: habet pe.cor.

¶ Protologia cũ accentu in penul. prima locutio antiloquium.

¶ Protomartyr primus teſtis. Protomedicus primus medicus: qui & archiatrus dr̃.

¶ Protomyſtæ myſtarũ princeps. Myſtæ aũt ſacerdotes appellanr̃: qui myſteria eccleſię ſecretare gunt & adminiſtrant.

¶ Protonotarius primus notarius. Notari⁹ vero a nota deducit. Sz iudiciorũ notarij barbare dr̃.

¶ Protopages & protopagus nup vel primo fabricatus.

¶ Protoplaſtes ſiue protoplaſtus primo format⁹ Vñ & Adam protoplaſtus dictus eſt.

¶ Prototomus pen.cor. primę ſectionis. Vñ primus caulis qui ſuccidit vel cima braſſicę a prima ſectione ita appellatus eſt; quę vere fit. Eſtq; ipſorũ cauliũ delicatior/tenuiorq; cauliculus. Col. lib. xi. Sed iam prototomos tempus decidere caules Mar. Et faba fabrorũ prototomiq; rudes.

¶ Prototocos primus genitus: vel primo enixa.

¶ Prototypon pe.cor. exemplar. Prototyp⁹ primitiuus dicitus & archetypus.

¶ Prouehoris. pduco: hoc eſt vltra ad locũ: vt cũ ago me loco vnde diſceſſi vltra plus vel min⁹ vehor. Plaut. in ru. Quid ego deliqui? rogas qui arrhabonẽ a me accepiſti ob mulierem: & eã hinc abduxiſti? Nõ auexi. Cur negas? qa pol ꝓuexi auehere nõ qui miſer. Per tranſlationẽ Leo. pa. Iſti ſunt qui te in hanc gloriã prouexerũt. Sic dicimus aliquẽ ętate prouectũ & prouecta prudẽtia.

¶ Prouenio producor. Vñ ꝓuentus dñr reddit⁹ & nõ tm̃ bonarũ rerũ: ſed etiã malarũ. Plau. Calamitatũ & miſeriarũ tot prouentus.

¶ Proutdeo es. pe.cor. ſignifi. ante vel a lõge & futurũ aliq d video anteq̃ ſit factũ. Ply. Hoc. n. ſapiẽtis ẽ oĩa q̃ vẽtura ſunt ꝓuidere. Ci. li.ij. de diui. Medic⁹ morbũ ingraueſcẽtẽ rõne ꝓuidet: inſidias imperator: tẽpeſtates gubernator: & tm̃ ipi ſępe fallũtur ꝓ nihil ſine certa rõne opinanr̃: qm̃ vero eaq̃ prouidemus ſi mala ſunt aut vitamus aut emendamus factum eſt vt prouidere modo vitare ſignificet: vt apud Ter. in an. Quę ſi non aſtu prouident me aut herũ peſſunda bũt. Mõ remediũ p̃bere. Ci. Satis iam omnibus quę neceſſaria erant prouiſu; putabant. Hinc prouidẽtia & prudentia dicuntur. Idem. Id enim ſapiẽtis eſt prouidere ex quo ſapiẽtia appellata eſt prouidẽtia. Et iterũ. Tãta memoria preteritorũ/futurorũ q; prudentia. Quidã prudentiã a prouidentia diſtinguũt vt prudentiam dicant in rebus humanis: prouidentiam in diuinis. Alij prudẽtiam definiunt rerum bonarũ & malarũ & vtrarũq; ſcientiã: prouidentiã vero ꝓ quã futurũ aliq d videt ãteq̃ factũ ſit. Vñ ꝓuidẽtia aliqñ pro deo ponitur. Quinti. Nullã ego res humanas deſpicere prouidentiã reor. Idẽ de Ciceroẽ. Dono quodã prouidentię genitus: in quo vires ſuas eloquentia experiretur.

¶ Prouidus videns ante: diligens: ſolers.

¶ Prouide aduerbium diligẽter ſignificat.

¶ Prouincia dici videt q; ꝓcul vinci videat. Proprie enim prouincię dictæ ſunt regiones longe ab Italia bello acquiſitę: q; eas romanus pop⁹ pro uicerit. Vñ Aegeſippus ſcribit romanos cũ in ius ſuũ vincendo redigerẽt procul poſitas regiones appellauiſſe ꝓuincias. Prima oĩum ſicilia prouincia eſt appellata: ſicut docet Cicero in quarta Ver. Et ꝓuinciarũ aliq erant cõſulares: aliq; ꝓtorię. Redigere aũt regiones in ꝓuincię formã nihil aliud eſt q regionẽ ſubijcere imperio romano & ad eam gubernandam mittere prefectum. Et quoniã prefecti ad eas gubernandas cum officio mitti ſolebãt Factũ eſt etiam vt ipſi magiſtratus: & omne onus nobis impoſitum prouincia appelletur. Teren. in phor. O geta ꝓuinciã cœpiſti durã. Eſt & prouincia regio Gallię narbonenſis rhodano finitima q ea a Celtis ſeparat.

¶ Prouinciales dicti ſunt q ex ꝓuincijs fũt. ſiue vt Vlp. inquit qui in ꝓuincijs domicilij habẽt. Prouincialium noie omnes ꝓter Italicos appellabanr̃ vnde Col. libro ſexto caput facit de agricultura ꝓ

uincialiũ vinearũ cum alibi de agricultura italica-rum ſcribit. Plynius orator. libro epiſtolarũ octa-uo. Italicus es: an prouincialis?

¶ Prouinciatim aduer. ſigt per ſingulas ꝓuincias.

¶ Prouoco.as.pe.cor. ꝓprie ſignificat a longe vo co. Liui. lib. vij. Gallus magnitudine atq; armis in ſignis prouocat per interpretem vnũ ex romanis qui ſecum ferro decernat. Aliquando ꝓuocare eſt inuitare incitare hortari. & hoc tam in bonum q̃ in malũ. Cicero. Tuis litteris amãtiſſimis ſum prouo catus. In malũ ſignificat laceſſere. Plyn. Q̃uis eñ multis prouocatus iniuriis nunq̃ tamẽ ab amicicia receſſit. Interdũ eſt profugere: & ferme idem eſt qđ appellare niſi q; prouocare magis eſt q̃ appellare. et proprie ad maiores potentioreſq; : quorũ ope at-q; gratia indigemus pertinet ꝓuocatio. Et iungitur accuſatiuo cũ ad. Ci. Cũ alter ad ſenatũ prouocaſ-ſet: alter vero appellaſſet tribunos. Aliquãdo ſine ad. Liui. lib. itj. Non ita ſe inuidiã pertimuiſſe: vt ni hil in æquitate & miſericordia ciuiũ ſuorũ ſpei ha-beat. Q; ſi indicta cauſa in vincula ducatur: iterũ ſe tribunoſ plẽbis appellare & monere ne imitentur quos oderint. Q; ſi tribuni eodem fœdere obliga tos ſe fateant tollendæ appellationis cauſa: in quã conſpiraſſe decem viros criminati ſint: ait ſe pro-uocare ad populũ: implorare leges de prouocatio-ne & conſulares & tribunitias eo ipſo anno latas. Quem eñ prouocaturũ: ſi hoc indemnato indicta cauſa nõ liceat? Cui plebeio & humili præſidiũ in le gibus fore: ſi Appio Claudio nõ ſit? Se documẽto futurũ vtrum nouis legibus dominatio an libertas firmata ſit: & appellatio prouocatioq; aduerſus in-iuriam magiſtratuũ oſtentata tantũ inanibus litte-ris: an vera data ſit. Apul. Nihil prodeſt prætorem aut poteſtatem aliam prouocare. Appellatio autẽ prouocatioq; inuentæ fuerunt pro remedio aduer-ſus iniurias magiſtratuum.

¶ Prouolo.as pe.cor. ante ſeu vltra volo. Ply. lib. x. Tunc vniuerſę prouolãt ſi dies mitis futurus eſt. Liui. lib. ij. per tranſlationem pro procurro poſuit. Sic primũ infenſis haſtis prouolant duo Fabij: to tamq; mouerunt ſecum aciem.

¶ Prouoluo.is. ante voluo: vt prouolut⁹ pedibus. Aliqñ ꝓuoluere eſt voluere ſeu ruere facere. Liuius. Ingentia ſaxa in ſubeũtes ꝓuoluentibus barbaris.

¶ Proximus. Vide in dictione prope.

¶ Proxoneta. Græci προξενητης ου. licitator me diator vel conciliator. a προξενεω. qđ eſt concilio vel induco ad aliquid faciendũ. Iam apud nos qui medius eſt vt res emant & vendant. Proxeneta dĩ.

¶ Prudens quaſi prouidens: & interdũ ſapiens: in-terdũ ſciens dicit. Vnde iuriſprudentes vocant qui ius ſciunt. Et iuriſprudentia: iuriſſciẽtia. Hoc tamẽ inter ſe differunt prudens & ſciens ſcđm Donatũ: q; prudens eſt qui intelligentia ſua aliquid cogno-ſcit. Sciẽs qui alterius iudicio rem percipit. Hoc eſt prudens per ſe: ſciens per alios. Ter. in an. Et pru-dens ſciens viuus videnſq; pereo. Sic imprudẽtia pro inſipientia & inſciẽtia. Aug. de libero arbitrio Prudentia eſt appetendarũ & vitandarũ rerũ ſcien-tia. Prudentiæ eſt ſicut docet. Macrob. ad rationis normam q̃ cogitat · quęq; agit vniuerſa dirigere: ac nihil prẽter rectũ vel laudabile facere. Prudentię in ſunt: ratio intellectus circũſpectio prouidentia do-ctilitas cautio. Socrates oñs virtutes putabat eſſe prudentias. Ariſtoteles. Impoſſibile inquit eſt pru dentem eſſe quempiã niſi ſit bonus. Prudẽtis eſt be ne cõſulere. Plato in legibus ait prudentiã omniũ virtutũ ducem eſſe. Græce dicitur φρονησις. Plau. in tru. Quę hic habet phroneſiũ: omnem ex pecto re emouit meo phroneſin.

¶ Prunus arbor quæ pruna producit. Prunetum lo cus prunis conſitus.

¶ Pruna a carbone ita diſtinguit q; illa q̃ diu ardet pruna dĩ. Carbo cũ extincta fuerit. Dicta pruna a purẽdo. Virg. Et cinis obductę celabat lumĩa pru

¶ Pruina. purẽdo: q; fruges & virgulta purat. (nę.

¶ Prurio.is. quaſi perutor. Eſt eñ prurire ꝓprie li-bidine ſcalpendi ardere. Plau. in Am. Sentes prurĩ unt. A quo pruritus. us. qui eſt excurſus humoris ſpirabilis incluſi cõtra naturã. Quę voluptas quo-niã in libidine ſimilis eſt. quippę nihil aliud eſt ge-nitura q̃ excurſus huiuſmodi humoris ad rem natu ralem fit vt etiã hæc voluptas prurigo dicat & ten

¶ Pruſa vrbs apud Myſios ad radices (tigo. olympi quã Pruſias condidit qui cũ Crœſo bellũ geſſit. Hinc ortus eſt Dion phus. qui de regno ſcri-pſit & Traiani tempore claruit. Ab hac Pruſænſes dicti ſunt. Eſt & altera pruſa ſub hippio monte ſeu fluuio vt eſt apud Ptolomæũ. Hoc autem diſcrimi ne a pruſa quæ ſub olympo eſt dirimitur. Hęc enim a Plynio Pruſias dicitur quæ Cyos quondam fue-rit a qua pruſienſes vocantur.

¶ Prytaneũ: locus erat athenis in arce digniſſimus vbi iudices & magiſtratus habere conſiliũ ſolebãt Cicero libro primo de ora. Et vt ei victus quotidia nus in prytaneo publice prębereť. Dionyſius pry-tanea vocat curias in quibus ſacra fiebãt ab iis qui maximã in vrbibus habent poteſtatem, Prytanis magiſtrat⁹ p̃fectus adminiſtrator vt cõſulatus quẽ publici cõſilij principẽ appellabãt a verbo πρυτα-νευω qđ eſt guberno & magiſtratũ exerceo.

¶ Pſaltes. latine cantor. pſalmus canticũ. a ψαλ-λω canto q; ad pſalteriũ cantaretur.

¶ Pſallo. is. cano & proprie de pſalmis dicitur. Ali quando pſallere ponitur pro prædicare vt eſt illud Sic pſallam nomini tuo.

¶ Pſalteriũ, græca dictio eſt. qđ hebraice Nablon: latine organũ laudatoriũ dicitur. Et eſt vt Hieron. ſcribit in modũ quadrati clypei cũ decem chordis ſicut ſcriptũ eſt. In pſalterio decemchordarũ pſal lite illi. Et in expoſitione pſalmorũ ſic ait. Pſalteri um proprie genus organi muſici melius ſonans q̃ cithara ſimilitudinẽ habet citharæ ſed nõ eſt citha-ra. Inter pſalteriũ & citharã hoc intereſt. q; citharą deorſum percutiť: pſalteriũ ſurſum qđ verbo vul-gari polyphthongũ dicit. Et alio in loco. Cithara deorſum habet cauamẽ & ſex chordas habet: pſal-terium deſurſum habet cauamen. Aug. Pſalterium eſt organũ qđ quidem manibus portatur percutien tis: & chordas diſtinctas habet. Sed illum locũ vn de ſonũ accipiunt chordę illud concauũ lignũ qđ pendet & tactũ reſonat quia recipit aerem pſalteriũ in ſuperiore parte habet. Cithara aũt hoc genus li-gni cauum & reſonans in infertore parte habet. Ita q; in pſalterio chordæ ſonũ deſuper accipiunt. In cithara chordę ſonũ ex inferiori parte accipiunt.

¶ Pſalma q; pſallitur diapſalma interpoſitũ a pſal lendo ſilentiũ vt ſympſalma dicitur vocũ copula-tio in cantãdo ita diapſalma diſiunctio vbi quædã

requies diſtinctæ continuationis oſtenditur.
¶ Pſalmodia cum accentu in pe. ex pſalmo & odia qui eſt cantus mixtus vt cum aliquis ad muſicū inſtrumentū canit.
¶ Pſaltria. cantrix a pſallendo. Fidicina quæ ſequebatur & amabat hiſtriones. Amabat enim qui cantabant quotidie in ſcæna.
¶ Pſecas. adis. gutta ſiue ſtylla dici poteſt. Apule. libro de mundo ab Ariſtotele ſumens & pſecadas interpretatus: ſtillicidia vocat.
¶ Pſegma. atis. idem fere qđ flos æris. Plynius libro. xxxiiij. In ærarijs officinis & pſegma fit. Græce ψημα.
¶ Pſeudo nomen trium generum & inuariabile per mutationem caſuū: & latine falſus dicitur.
¶ Pſeudolus. falſus ſeruus. Vnde & Plautinæ fabulæ pſeudoli nomen inditū eſt.
¶ Pſeudologus. falſidicus. Pſeudolographus falſarius. Pſeudographię fabulę deformationes. Pſeudo angelus falſus nuncius. Pſeudo ꝓphetę: falſi vates. Pſeudo martyr. falſus teſtis. Pſeudo adelphus falſus frater. Pſeudo dictamū falſum dictamū genus herbę q̄ in creta ſimilis pulegio naſcit. Pſeudonymus falſi noīs. Pſeudo porticus falſus porticus Nā in ędificijs partes q̄ fiūt ad imitationē nec integrū nec principalē ſed p̄cariū aut tēporariū vſum præbent quaſi alienū opus mentientia hoc nomīe inſigniri ſolent vt pſeudipteros: & pſeudo aulæ ſimiliaq; his complura in Victruuio.
¶ Pſeudothyrū quaſi falſum oſtium. Vnde pro poſtico ſumitur. Oroſius. Verū tamen ſequenti anno tanta fames Romæ fuit vt medio foro imperator correptus a populo cōuicijs & fragminibus panis turpiſſime infeſtatus ægre per pſeudothyrū in palatium refugiens furorem excitatæ plæbis euaſerit. Ci. in Ver. Ea quemadmodū ad iſtū poſtea pſeudothyrū reuertanť tabulis vobis & teſtib⁹ iudices pla
¶ Pſilon. latine tenue dicitur (nū faciā.
¶ Pſilotrū: vnguentū depilatoriū. de quo fit mentio apud Auicennā & Galenū: vbi ſalamandras legimus habere vim pſilotri depilatoriā.
¶ Pſilli. populi libyæ prope Garamantas a Pſillo rege dicti: vt inquit Plynius. lib. vij. quorū corpori ingenitū fuit virus exitiale ſerpentibus. Scribit Plutar. Catonem iter per deſerta libyes facientem ſecū pſyllos duxiſſe qui morſibus ſerpentū mederentur partim ore trahentes venenū: partim ſerpentes cantibus medicantes.
¶ Pſychomantiū: locus vaticiniſ: vbi fiebat manium euocatio ψυχη eſt aīa & μαντεια diuinatio.
¶ Pſimmythiū dicitur. qđ nos ceruſam nominamus: fit ex plumbo.
¶ Pſitta. piſcis genus quem nos paſſerem vocam⁹ Ariſtotoles Torpedo oculit ſe & paſtinaca & aſellus & rana & pſitta & ſquatina.
¶ Pſittacus. papagallus vulgo dī auis ex india q̄ vocem humanā ſuper oīa reddit & quidem ſermocinans. Mar. Pſittacus a vobis illoq; nomina diſco. Hoc per me didici dicere Cæſar aue.
¶ Pſicholutres. dī qui frigida aqua corpus lauat: et balneo frigido lætatur. ψεχις frigus λουτρις balneū & lauachrū: Vnde fit pſycholutres. qđ ſigt lauacri frigidi cultor. Senec. li. xij. epl'arū. Ille tātus pſycholutres qui kłis ianuarijs euripum ſalutabat.
¶ Pſydraciō gen⁹ puſtularū ſubalbidarū acutarūq;
¶ Pſythium genus paſſi.
¶ Pſyria. inſula iuxta chium.
¶ Pſole. latine pręputium. Auctor in Priap. Pſole on ille vocat qđ nos pſoloenta ceraunon.
¶ Pſophis. idis. nomē ciuitatis a pſophide Ericys ſicani filia. Ouidius. lib. v. me. Vſq; ſub orchomenon pſofidaq; cyllenenq;. Sunt & aliæ pſophides multis locis. Verū arcadicæ pſophidis nomen vetus reddunt phegeam a conditore impoſitam phegeo Alphiſibei filio niſi quis a phagmea glande potius exiſtimet.
¶ Pſora. cutis aſperitas & ſquamoſa & videtur alia a ſcabie cum Ply. libro ſecūdo dicat. Arida cū reſina in petiginem & ſcabiem quā pſoram & lichenas vocant ſanat: Fit aūt a ψω ſcalpo. Nā qui pſora laborant vlcera ſiue puſtulas ſupra modū contingere palpare & ſcalpere cupiunt.
¶ Pte ſyllabica adiectio. Quęre in dictione Met.
¶ Ptera. ſiue vt Victr. appellat pteromata in tēplis muri duo ſunt ait Stra. li. xvij. ad altitudinē eorum vtriq; ſurgētes ita dicti q; alarū ſpecie quaſi ptegāt
¶ Pterygiū in oculis vocať mēbranula quędā neruoſa q̄ oriens ab angulo: vel a natiū: vel temporū parte ad coronā vſq; interim & pupulā operit. Ply. lib. xxxiiij. Cathmię effectus ſiccare ſanare ſiſtere fluitiones pterygia & ſordes oculorū purgare. Pterygium vero in digitis apud Paulum Aeginitā eſt cum caro excreſcit partem illam contegens q̄ eſt in vngue. Pterygiū inquit appellať qđ vitiū ex paronychia fere naſcit. At Celſus pterygion dicit eſſe cum recedit ab vngue caruncula cū magno dolore Videť em̄ diminutiuū eſſe ab πτερον. i. ab ala quā tunc videť efficere caro ab vngulis diſcedens. Ply. lib. xxiij. Illinit eadem cū fico & pterygijs digitorum ex vino. Hęc in oculi ſuperficie. Idem. Cū etiā cum oleo paronychias & pterygia tollit.
¶ Pterna vocať pars inferior naualis veli circa media fere Trachelon. ſumma pars carcheſiū noſatur
¶ Pterophoros: eſt regio apud ripheos mōtes. Ibi credunť eſſe cardines mundi extremiq; ſyderū amb
¶ Ptiſana pe. cor. hordeū decorticatū: (bitus. vel hordei ſuccus ſiue aqua apud Col. videť eſſe pultis genus ex farina hordeacea in qua eſt maxia vis reſtaurādi vires & nutriēdi. apud gręcos πτισσανη apđ latinos ptiſana per ſimplex ſ. Hinc ptiſanarium pro vaſe in quo coquit: vel tundit. Hor. in Ser. Quid ceſſas agedū ſume hoc ptiſanariū oryzæ.
¶ Ptolomęus nomē propriū Lagi gregarij militis filij qui maxime auctoritatis fuit apud Alexandrū macedonem: poſt cuius mortem ęgypto & aphrica & magna arabiæ parte potitus regnauit annis. xl. a quo omnes deinceps ægyptij reges ptolomæi appellati ſunt. Hinc frequentiſſime apud amicos & cœnabat & dormiebat. Quod ſi aliquādo cœnam præberet rebus illorū vtebatur. Accerſebat em̄ ſcyphos ſtrata ac menſas. Ipſe pręter neceſſaria poſſi debat nihil: quin alios locupletes facere regale magis eſſe dicebat q̄ locupletari. Et eſt nomē a græco deductū. Greci quippe πτολεμειν και πολεμειν pugnare dicunt. Sic igitur ab πτολεμω. Ptolemęus dicit ſicut ab τιμαω. qđ eſt honoro: Timæus. Hic duos filios habuit Ptolomæū philadelphū & Ptolomæū ceraunū. Philadelphus in regno ſucceſſit vir doctiſſimus Stratonis diſcipulus qui bibliothecā illā celeberrimā fecit q̄ vſq; ad primū alexan

drinorũ & romanoꝝ bellũ durauit annis.xxxviij. Cui ſucceſſit Ptolemæus cognomẽto Euergetes qđ latine dici beneficus poteſt. Hic. xxvi. annis regno potitus moritur. Cui ſucceſſit Ptolemęus philopater. xvij. regnans. Poſt eũ Ptolemęus epiphanes qui annis.. xxiiij. regnauit. Tũ Ptolemęus philomater. xxxv. Deinde Ptolemæus Euergenes. xxix. Poſtea Ptolemęꝰ phiton qui & Sother. xvij. Poſtremo Ptolemęus Dionyſiꝰ qui caput magno pompeio abſcidit. Fuerunt & aliſ hoc noīe vt Pyrrhi regis filius. & Cypriorũ rex qui ſuis diuitiſs romanũ locupletauit ærariũ. Item aſtrologus natione ægyptius quẽ Traiani & Hadriani temporibus floruiſſe conſtat.

¶ Polemæus. a.um. poſſeſſiuũ. Propert. Et Ptolemęæ littora capta phari.

¶ Ptolomais. idis. vel idos & ptolomaida. dę. nomen quinq; vrbiũ. quarũ vna eſt in ęgypto: de qua Hier. ad Euſto. Per arenas tyræ peruenit ad cohoũ quæ nunc Ptolomais dr. Altera in Aethiopia. alia in Phœnicia. Alia nili fluminis. Alia in Cyrenaica prouincia aphricæ.

¶ Ptyas. dicitur aſpidis ſputũ pernicioſum απο του πτυω qđ eſt ſpuo.

¶ Ptoſis. latine ruina: & caſus nominũ.

¶ Pubes proprie lanugo q̃ maribus. xiiij. anno. fœminis. xij. circa pudenda oriri incipit. Q đ quia maturitatis eſt ſignũ: factum eſt vt mas pubes ſiue puber voceť q̃primũ ad generandũ aptus eſt: & fœmina ſimiliter ad concipiendũ. A quo impubes. bis. vel impuber qui nondũ lanuginem emiſit: ſiue qui nondũ ad pubertatis annos peruenit. Plyni. libro xxxiij. Corticem eius impubeſcentẽ puer impubis ſi defracto ramo detrahat. Pubes etiã honeſte pro parte pudẽda ſumiť. Virg. Prima hoīs facies & pulchro corpore virgo Pubetenꝰ. Item pro iuuenum multitudine. Idẽ haud aliter puppeſq; tuæ: pubeſq; tuorũ. Liuius libro primo. Cum pubem albanã in arcem prędidio armiſq; obtinendã auocaſſet. Interdum etiã pro populo. Vnde pube prędente dicimus hoc eſt populo prędente: ab iſs qui puberes ſũt omnem populũ ſignificantes. Tranſfertur etiã ad alia Virg. lib. xij. Puberibus caulem foliſs: & lib. iiij. Pubentes herbæ. Sciendũ q; pubes pro lanugine pro parte pudenda: & pro multitudine ſubſtantiuũ eſt et facit genitiuũ pubis. Sic etiã Impubis. is. qui ad huc inueſtis eſt: adiectiuũ eſt. Vnde Impubis Iuli. Et Hor. in Epo. dixit impube corpus. Ouidius. libro tertio. me. Impubeſq; genas. Cicero vero libro quarto inuecti. ait. Filiumq; eius impuberẽ legatũ a patre miſſum. Liuius libro ſecundo. Laudataq; virginem parte obſidũ ſe donare dixit: ipſa quos vellet legeret. Productis omnibus elegiſſe impubes dicit. Ergo Impubem dicimus ab eo qđ eſt pubes. Saluſtius. Puberes omnes interfici iubet.

¶ Pubeo. es. pubes ſum. vt Pubentes herbę: & fit a pubes. is. A quo pubeſco lanuginẽ emitto. Virgilius libro tertio. Et nunc æquali tecũ pubeſceret æuo Interdũ pubeſcere ponitur pro creſcere ſiue producere. Cicero. lib. i. de natura deorũ. Nã & fruges & reliqua quæ terra parit & tempeſtates ac temporum varietates: cœliq; mutationes quibus omnia quæ terra gignat maturata pubeſcant. Virgilius libro ſecundo Georgicorum. Hinc omnis largo pubeſcit vinea fœtu. id eſt exuberat.

¶ Pubereſco. puber fio ſiue creſco. a puber.

¶ Pubertas. ętas in marib⁹ q eſt annus. xiiij. in fœminis. xij. Itẽ pubertas eſt emiſſio ipſa pubis: a qua anni pubertatis dicti ſunt. Col. lib. iiij. At citra naturæ quandam pubertatem.

¶ Public⁹. a. um. qđ nõ eſt priuatũ alicui⁹ ſed pp̃li. Hinc reſp. res populi. Abuſiue tñ publica dicta ſũt bona ciuitatis. Sola eñ publica ſũt q̃ ro. pp̃li ſũt.

¶ Publica ſacra q̃ pro populo fiebant: ſicut priuata quæ pro ſingulis hominibus familiſq; ve.

¶ Publica vía q̃ in ſolo populi eſt: cuius ſolũ publicum eſt: ſiue qua iter populo eſt. Publicas vias romani partim prętorias: partim cõſulares appellauerunt. Sũt viæ priuatæ: ſunt & vicinales qui in vicis ſunt: vel q̃ in vicos ducunt. Pręterea alię ruſticę dñt alię vrbicę. Militares viæ q̃ inter publicas ſunt latiores vt capere poſſint milites agminatim iter facientes. Vnde & illis nomen. Sue. de Augu. Iuuenes primo modicis interuallis per militares vias dehĩc vehicula diſpoſuit. Curtius. Cũ hoc agmine Dariꝰ paulũ declinauit via militari. Vię militares vt Paulus inquit exitũ ad mare aut in vrbem: aut in flumina publica aut ad aliã viã militarẽ habent.

¶ Publicũ cõſiliũ dictus eſt ſenatus. Ci. lib. de ora. Pericles athenis plurimos annos princeps conſilij

¶ Publico. as. publicũ facio mani (publici fuit. feſto. Iuſti. Nõ cõtentus voluptatũ ſuarũ tacita cõſcięntia: niſi etiã matrimonij reticẽda publicaret. Et publicare eſt rẽ aliquã publicã ſeu in reip. poteſtate facere. Ci. li. ij. artis veteris. Lex eſt apd rhodios vt ſi qua roſtrata in portu nauis deprehenſa ſit: publicetur. Cũ magna in alto tempeſtas eſſet vis ventorum inuitis nautis rhodiorũ in portũ nauim coegit Quęſtor nauim populi vocat: nauis dominus negat oportere publicari.

¶ Publicanos appellarunt maiores eos qui vectigalia & alios Populi Romani redditus exigendos certo conſtituto pretio redimebãt: qui daciarij vulgo dñr. Horũ ordinẽ & numero ampliſſimũ: & perſonarũ dignitate potentiſſimũ fuiſſe conſtat. Cice. pro Plancio. Flos equitũ romanoꝝ ornamentũ ciuitatis: firmamentũ reipu. publicanorũ ordine cõtinetur. Vlp. Publicani ſunt qui publico fruuntur. Nã inde nomen habent. Et oēs qui aliquid a fiſco conducunt: recte vocantur publicani.

¶ Publicola: cognomen Publij Valerij qui primus cum Bruto poſt exactos reges conſul effectus eſt q; coleretur a populo: ſiue q; populũ coleret.

¶ Publius. p̃nomen eius qui populo gratus fuit.

¶ Publipor: publij puer. i. ſeruꝰ. Sic Marcipor Marci puer. Veteres enim a prænominibus puerorum ſeruos in familia noīabant. Vnde a Lucio lucipores a Quinto quintipores. Et hoc eſt qđ Ply. ait id genus ſeruos dominorũ fuiſſe gentiles. i. eodẽ nomine appellatos quo domini appellabantur.

¶ Pudorem philoſophi diffiniũt eſſe modeſtiam q̃ animũ reprimit ne ꝓcaciter aut inordinate aut turpiter peragat. Cur aũt erubeſcãt quos puduit dr a philoſophis quoniam pudefactis ſanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur ita vt ſuperficiem occupet. Pudor a verecundia ſic ſeparať a quibuſdam vt pudor ſit rei turpiter actę verecũdia etiã recte facti atq; honeſti.

¶ Pudeo. des. dui. itũ. cũ actõ. Luc. Semper metuit quẽ ſæua pudebũt. Impſonale. Pudet puduit & pu

ditũ eſt:ſecũ Priſ.Et a parte ante conſtruiť cũ actõ et aliquãdo cũ datiuo. Syri.lib.vij. Reſides ad bel la vocanť Quis pudeat certare ſenes.quis pro quibus. Plau.in Bac.Neq; me neq; te tuis intus puditũ eſt factis quæ facis.Vbi patet q; nõ ſolũ cũ gtõ ſed etiã cũ ablõ a parte poſt cõſtruí poteſt. Differt aũt pudere a pigere q; pudere verecundię ſit:pigere pœnitentię. Sal.in Iug.Nã poſtea q̃ fecerit incertũ habeo pudeat an pigeat magis. Do. Pudere eſt in his quæ turpiter fiunt. Pigere in his q̃ cũ damno ac malo. Pudere ad dedecus pigere ad decorẽ referť. Ter. in adel. Fratris me quidẽ pudet pigetq;. Cõpoſita ſunt Depudet & Diſpudet.pe.cor.qđ eſt bis ſeu valde pudet. Idem in eun. Diſpudet mihi ſic data eſſe verba Suppudet parũ pudet.

¶Pudefio.is.a pudefacio fit qđ ſignificat pudorẽ iniſcio. Gel. Tibiam pudefactus oris deformitate abiecit.i.verecundatus.

¶Pudens.verecundus.Cuius contrariũ eſt Impudens a quibus pudenter & impudenter.

¶Pudibũd⁹ q pudore deducit. Pudibũde cũ pudo

¶Pudenda virilia q̃ & verẽda dñr. q; vt Aug. (re. lib.xiiij.ci.dei.libidinis nos maxime pudet.

¶Pudicus, caſtus a quo fit pudicitia caſtitas.quorum contraria ſunt. Impudicus & impudicitia. A pudicus etiã fit depudico.cas.

¶Pudicitia modo pro caſtitate:modo pro religio ſa mundicia ac puritate. Virg. Caſta pudicitiam ſeruat domus. Quandoq; pro dea q̃ Romę colebatur

¶Puer tribus modis dř. Primo cum ſeruũ ſignificamus. Teren.in an. Et puerũ inde abiens conueni chremis. Scđo cum puerũ contrario noïe puellę dicimus marem denotantes. Tertio cum ætatem puerilem intelligimus. Ponitur interdũ etiam pro filio. Virg. A ſcaniuſq; puer. Interdũ pro Cinœdo. Et eſt generis cõmunis ſcđm Priſc. Liui.in odyſ. Sancta puer Saturni filia. Declinatur & hic puerus. hęc puera.ſicut puellus & puella. Plau.in mer. Tu puere abi hinc intro ocyus. Var. Properate viuere puerę:quas ſinit ętatula ludere eſſe amare & veneris tenere leges

¶Puerpera. mulier q̃ recens peperit ſiue puerũ ſiue puellam vulgo Paiola dř. Ouid.de latona Magna gemelliperæ veneranť numina diuæ.

¶Puerperium.tpus quo puerpera ex dolore partus cubat. Aliquãdo etiã proles ipſa. Gel.diuo Auguſto imperante ancilla eius in agro laurente peperit quinq; pueros qui pauculos dies vixerunt. Mater quoq; nõ multo poſt mortua monumentumq; ei fađum iuſſu Auguſti in via laurentina in quo ſcriptũ fuiſſe conſtat numerũ puerperij. Sue.de Cali. Cum agrippina bis in ea regione filias enixa ſit & qualiſcunq; partus ſine vllo ſexus diſcrimine puerperiũ vocitetur:q; antiqui etiam puellas pueras ſicut pueros & puellos dictitarant.

¶Puerilis & hoc puerile qđ eſt pueri:vt ætas pueriles: facta puerilia.

¶Pueritia.ętas puerilis.Q ñq; etiã ſumiť p puritate Var. Ea erat matronę ſimplicitas & puritia & hone

¶Puerilitas.ſigt actũ aliquẽ puerilẽ. Sene. (ſtas. Qui puritiã ei⁹:ſiue poti⁹ puerilitatẽ ludibrio hũit.

¶Pueraſcere dñr qui exacta infantia puritiã incohant. A quo Repueraſcere qđ eſt in puerilem ætatẽ reuerti. Quod de ſenibus fere dř cum deſipere vicio ætatis incipiunt. Ci.in Catone. Ex hac ætate repueraſcã & in cunis vagiã. Plau. in Mer. Senex cũ ex templo eſt iam nec ſentit nec ſapit:aiunt ſolere cum rurſum repueraſcere.

¶Puellus diminutiuũ a puer.ſignificat paruũ puerũ ſiue paruũ filiũ. Lucil. Cũq; hic tam formoſus tibi ac te dign⁹ puellus Sic puella a puera per diminu

¶Puellaris & hoc puellare idem qđ pue (tionẽ. rilis. Quintil.de filia defuncta. Tum ætate tam puellari præſertim meæ comparata.

¶Puellaſcere eſt effœminari. Pacu. Puellaſcũt laſciuia adoleſcẽtes. Aliquãdo reflorere & quaſi ad pueritiam redire. Var. Quí nõ ſolũ in nube fiunt cõmunes verumetiã veteres puellaſcunt.

¶Pugnus.a punctione.i.percuſſione:vel a pugna Dona.in Adel. An pugnus a pugna ſit dictus an ab illo pugna. Quidã a greco deducunt πυγμη.

¶Pugna:lucta vel præliũ.licet q̃ñq; apud poetas pro ſtupro ponať. Teren. Dabit hic aliquã pugnã. Huius diminutiuũ eſt pugnicula.

¶Pugno.as.dimico referturq; ad animata vt pugno cum hoſte. Lact.li.iij. Mutorũ animaliũ q̃ ob hoc vel acerrime pugnant. Quandoq; pugnare eſt cõmittere. Gel.li.ij. Dum Pyrrhus rex in Italia eſſet et vnã atq; alterã pugnã proſpere pugnaſſet. Hui⁹ cõpoſita ſũt. Depugno qđ idẽ eſt qđ pugno. Plau. in Sti. Ita ingeniũ meũ ẽ qui cũ viris depugno multo facilius q̃ cũ fame. Cõpugno ſimul pugno. Hier. in præfat.lib.paraľ. Totiuſq; orbis inter ſe trifaria varietate cõpugnat. Expugno:pugnando vel oppugnãdo vinco. Et de perſonis oppidis caſtris nauibus.cæteriſq; huiuſmodi dř. Interdũ expugnare nõ eſt pugnando vincere:ſed ſolũ oppugnare. Hieron.lib.ij.machabeorũ. Simon applicuit ad bethſurã & expugnabat eã multis diebus. Et in p̃s. Sepe expugnauerũt me a iuuentute mea eteñ nõ potuerunt mihi. Expugnatur aũt nauis ſcđm Calliſtratũ iureconſ.cũ ſpoliať.aut mergitur:aut diſſoluiť:aut perfundiť:aut fines eius excidunť. Iuſti. Occupata arce tarentinorum expugnatis veteribus incolis. Liui.vna duas naues expugnauit. Oppugno pugnando vincere contendo. Impugno valde aduerſor. confuto. Lact.li.vij. Redeunt protinus vitia quę virtutẽ ſemp impugnant. Propugno aduerſus pugnantes pugno:ſeu pcul me defendo. Vñ & ppugnacula. Repugno pugnãdo reſiſto contradico re

¶Pugnax.bellicoſus.a quo pugnaciot. (fragor. pugnaciſſimus:& pugnacitas. Aug.li.viij. Sed tamen cõſuetudo aduerſus me pugnaciot ex me facta erat. Et lib.v. Nulla pugnacitas calumnioſarũ quæſtionum extorquære mihi potuit.

¶Pugillus diminutiuũ ſignificat paruũ pugnũ.

¶Pugillaris.maſ.generis.& hoc pugillare ſiue pugillar. Auſo. Bipatens pugillar expedi. Et pugillarem in euan.legimus. In plurali pugillares & pugillaria. Apul. Dolebã me hercle q; pugillares & ſtylũ nõ habebã qui tam bellã fabellã pernotarẽ. Catul. ad Egnatiũ. En negat mihi veſtra redditurã pugillaria ſi pati poteſtis. Sunt aũt pugillares tabellę cereæ:vel ligneę ſiue alterius materię in quibus ſtylo ſcribimus dictęq; pugno cõprehendanť: vel a pungendo q; ſtylo in his pungendo ſcribať. Varijs aũt noïbus dicebanť pugillares apđ veteres. Alij duplices:alij triplices:alij quintuplices noïabanť Erant et citrei eborei membrani dicti:qui ex citro ebore membranis erant confecti.

¶Pugil a pugna. Vel a pugno. Eſt aũt qui pugnare

conſueuit: a quo Pugilatus. tus. pugilum vſus.
¶ Pugilice aduerbium ſignificat firmiter valenter. Plau. in Epi. Quid herilis noſter filiꝰ? valet pugilice atq; athletice.
¶ Pugillari inquit Aug. eſt encratiſcũ facere.
¶ Pugio. gñs teli. dictus a pugno quo facile apprehendit. vel q; eo preſentiꝰ pugnet: vt ingt Feſtus. Frontı. li. ij. ſtratagematõ. Q. Sertorius cũ acie decertaret barbarũ qui ei nunciauerit hirtuleum perijſſe pugione traiecit.
¶ Pugiunculus paruus pugio. Ci. Hiſpaniẽſem pugiunculum. Gn. piſonem appellat.
¶ Pulcher. a. um. qđ antiqui pulcrũ dixere. qđ nõ eſt deforme. a pollendo. q; polleat forma. Ex quo intelligi daſ hoc nomẽ aſpirationẽ nõ habere licet vſus vicerit cui vix repugnari poteſt: vt pulcher in primo & quinto caſu cũ aſpiratione ꝓnuncieť. Natura aũt nõ ineſſe aſpirationẽ docere hoc ſatis põt: q; eius diminutiuũ Pulcellus. a. um. aſpireť minime Eſt aũt pulchritudo vt Cic. li. iiij. tuſc. inqt: quædã apta figura membrorũ cũ coloris quadã ſuauitate. Interdũ pulcher ſumitur pro bono: ſicut bonũ pro pulchro. Teren. Forma bona fortaſſe: & ecõtrario malum pro deformi. Interdum pro forti. Virgilius Satus hercle pulchro pulcher auentinus.
¶ Pulchreſco. is. pulcher fio. Aug. Quicquid pulchreſcit viſu: quicquid lenocinatur odoratu: quicquid molleſcit attactu.
¶ Pullus qđ quidã per ſyncopã a puellꝰ dici volũt ſigt nouellũ. i. paruũ puerũ & paruũ filiũ. Vnde paruos fœtus quorũcunq; animaliũ: quinetiã arborũ atq; plantarũ pullos dicimus: vt pullus hirundinis pullus aſini: pulli ranarũ. Hor. in Ser. Abſentis rane pullis vituli pede preſſis. Quinetiã priſci pullos dicebant ſuos cathamithos. Vnde. Q. Fabius cui Eburno cognomẽ fuit propter candorẽ qđ eius naris icta eſſet fulmine: pullus Iouis appellatus eſt.
¶ Pulluli. plantariorũ ſunt. Pullulus enim a pullus deducitur per diminutionem.
¶ Pullulo. as. pe. cor. quaſi fœtifico. Nã pullulare dicimus arbores cũ a radice nouæ plantę ſurgunt. Ply. Natura & Plantaria demonſtrauit multarũ radicibus pullulante ſobole denſa & pariente matre quos enecet. Eius quippe vmbra turba indigeſta premitur: & in lauris: platanis: ceraſis: prunis: paucorũ in hoc genere rami parcunt ſoboli: vt vlmo; palmarumq; Nullis vero tales pulluli proueniunt niſi quarum radices more ſolis atq; imbris in ſumma tellure ſpatianť. Huius eſt cõpoſitũ. Expullulo qđ ſignificat extra pullulo: vel extra fructũ ꝓduco. Col. lib. iiij. Nec dubiũ quin gẽmę q̃ cacumini ꝓximæ ſũt infœcũdę in eo relinquanť ex qbus pãpinꝰ
¶ Pullulaſco. is. pullulans fio. Item (expullulat lib. v. Ex nouello palmite vitis pullulaſcit.
¶ Pulleſco. is idẽ qđ pullulaſco. Col. lib. v. Quicquid eſt ſupra vetuſta brachia amputeť: & ita ex nouello palmite vitis pulleſcit. Hinc fit cõpoſitũ. Repulleſco. Idem ibi. Cũ fere plurimarũ ſtirpiũ natura ſic ſe cõmodet vt iuxta cicatricem nouellis frondibus repulleſcant.
¶ Pullaſter & pullaſtra. ſignificãt gallũ ſiue gallinã adoleſcentes. ſicut etiã a nobis dñr: lingua vernacula. Nõ eñ diminutiua ſũt. Sic a. M. Varrone pullaſtrę dñr iuuencæ gallinæ. Aut eñ. Et ea q̃ ſubijcias potius vetulis q̃ pullaſtris & quæ roſtra aut vngues nõ habeant acutos.
¶ Pullicenus diminutiuũ a pullus: & eſt qui ex gallinarũ ouis naſcit. Helius Spartianus ſiue Lampri. de Alexãdro ſeuero. Et ne earũ paſtus grauaret annonam ſeruos habuit vectigales qui eos ex ouis & pullicenis & pipionibus alerent.
¶ Pullinus. a. um. qđ eſt pulli. Vnde pullini dentes quos primũ equi iaciunt.
¶ Pullarius qui pullorũ curã habet. Liui. lib. x. Nã cum pulli nõ paſcerẽtur pullarius auſpiciũ mentiri auſus tripudiũ ſoliſtimũ nunciauit conſuli.
¶ Pullatio apud Col. accipitur pro fœtura pullo; quæ & pullicium dicitur.
¶ Pullicies ipſa pullatio. Col. li. ix. de turture. Huius auis ætas ad ſaginã nõ tam vetus eſt idonea q̃ nouella. Itaq; circa menſem. cum iam confirmata eſt pullicies eligitur. Idem de apibus. Cũ primo vere in eo vaſe nata eſt pullicies nouus rex eliditur.
¶ Pullus. a. um. qđ eſt natiui coloris. i. non plene obſcurũ atrũ. Leucopo contrariũ: q; pulli ouiũ fere eo colore naſcunť. Virg. Ne maculis infuſcent vellera pullis. Tibul. Cõcidit ad magicos hoſtia pulla deos. Vnde veſtis pulla dr fuſca atra quã quis in luctu induitur. Ci. in Vati. Atq; etiã & a te ſcire cupio quo cõſilio: aut qua mente feceris vti in epulo. Q. Arrhij familiaris mei cũ toga pulla accũberes? Sũt tamen qui dicant hunc colorẽ hiſpanũ ſiue bæthicum dici a quo pullati etiã bæthycati dñr. Mar. Et bętbycatus ſimul atq; leucopatus. Cuius eſſe rationem dicunt. q; natiuus color in Hiſpania ſubnigri or eſt. Ideoq; minus vilis. Hic eñ color ad nigredinem tendit alicubi plenior: alicubi dilutior. Huic ꝓximus color eſt niger qui & fuſcus dr & ater. Similiter pullus color dr impluuiatus. quaſi fumo ex ſtillicidio implutus. Plau. Impluuiatus facit veſtimentis noſa. Item Suaſus: vt apud eundem. Sordida & Suaſa amictus togula. Ponitur tamẽ pullus pro nigro. Col. Atq; oleris pulli radix. hoc eſt oleris atri.
¶ Pullatus: pulla veſte indutus. Hoc eſt lugubrem habitũ ferens ex parentũ morte qui & atratus dicit: qui mos a Lydis cœptus fuit. Ci. in Vati. Quis vnq; cœnauit atratus cũ ipſe epuli dris. Q. Arrhius albatus eſſet. Quandoq; pullatus accipit pro viliori perſona ſiue rudi & imperita. Sue. de Aug. Militem ſecreuit a populo: multis ex plæbe ꝓprios ordines aſſignauit. prętextatis cuneũ ſuũ & proximũ pędagogis: ſanxitq; ne quis pullatorũ media cauea ſederet. Quintil. Ferire pectus: frontem cædere mire ad pullatũ circulũ facit. Hoc eſt ad cumulũ rudiũ atq; imperitorum hominum.
¶ Pulligo. idem qđ pullus color. Ply. Fuluas oues tarentũ habet & alias ſuæ pulliginis.
¶ Pullegiũ. genus herbæ ſeu fruticis medicinalis. Eſt eñ calida & ſicca in tertio gradu. Ambr. ad felicem Nõ mediocrẽ ſumpſi ad cõualeſcendũ gratiã quaſi quodã tui alloquij pulegio refotus. Hier. Pulegiũ apud indos pipere precioſius eſt. Col. lib. ix. Pulegij ſurculis fumigentur.
¶ Puluis generis maſculini & fœminini. Propertii. Sit mihi ꝓpetue puluis etruſca dolor. Dicit aũt puluis vt quidã putãt a pellẽdo q; pellat vi venti. A pđ antiquos etiã puluer dicebat. Sed ab eo qđ eſt puluis: gtũs erit puluis. A puluer vero puluetis. Verum in viu tantũ eſt puluis in recto. pulueris in obliquis
¶ Puluiſculus & puluiſculũ diminutiua ſunt a pul-

uis. Et gñaliter de omni puluere dici potest. Apule. Nisi vt pesti mundicias dentiũ nitellas oris ex arabicis frugibus tenuẽ candificũ: nobilem puluiſculum cõplanatorẽ gingiuæ. Nescio quid puluiſculũ Proprie aũt significat puluerem illũ quo vtunt puellæ qui & cinis dicitur ad cuius differentiã alius cinis immundus appellatur. Virg. Et cinerem immũdum latos iactare per agros. Hinc Puluereus puluerea puluereũ et Puluerulentus.a.um.

¶Puluero.as. in puluerem redigo. Col. lib. xiij. Priusq̃ vineæ puluerentur. Hinc pulueratio quæ est genus culturæ vt inquit Serui. quo imminutæ glebæ vitibus applicantur.

¶Puluerescо: in puluerem redigor. qđ a Puluereo fit. vnde & Dispuluereo pro dissoluor.

¶Pulex animal notũ dictũ q̃ ex puluere generetur Quo nomine etiã dictus est vermicul⁹ herbis & precipue brassicis infestus. A pulex fit Pulicinus. sicut a musca muscinus a formica formicinus.

¶Pulicosus. pulicibus plenus. Colum. lib. octauo Pulicosæ cani remedia sunt sumen cimimũ tritũ pari pondere cum veratro aquaq̃ mistum & illitũ: seu cucumeris anguinei succus. Vel si hæc nõ sunt: vetus amurca per totũ corpus infusa.

¶Pulmo: est vnũ ex viscеribus de natura sui spongiosus. & ideo spiritus capax qui diutditur in similitudinem vngulæ bouis. & duæ illæ partes fibrę vocantur sicuti in omnibus viscеribus. Respiramus aũt pulmone. Vnde Persius. Qui pulmo animę prę largus anhelet. Attollitur enim spirit⁹ attrahendo et emittendo deprimitur. Ex pulmone nascitur tabes quã græci pthisim vocant. Tunc eñ pulmo tabescit. Ouidius. Cernis vt e molli sanguis pulmone remissus Ad stygias certo limite ducat aquas. Apud veteres pluraliter tantũ pulmones dicebant sicut & ceruices. Plau. in Cur. Pulmones distrahuntur: cruciatur cor. Cicero libro secundo tuscul. Quę lateri inhærens morsu lacerat viscera vrgensq̃ grauiter pulmonũ haurit spiritus.

¶Pulmonarius.a.um. qđ laborat pulmonis morbo: vt ouis pulmonaria apud Col. quã lib. viij. ait curari siliter vt suem inserta per auriculam quã Vertinarij consiliginem vocant. Dicitur etiã Pulmonarius de morbo. quem græco vocabulo pneumonicum & peripneumaticũ appellant. Et herba pulmonaria vocatur a medicis quę est foliis mollibus albo maculatis.

¶Puluinar pen. prod. quasi pluminar est qđ capiti dormituri supponimus ad puluinorũ similitudinẽ Iuuen. Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem. Quo etiã noĩe dicit lectulus qui in templis sterni cõsueuit numini dicatus. Vnde lectisterniũ nuncupatur sicut docet Aug. lib. iij. ci. dei. Liui. Curatũ lecti sterniũ: & per triduũ habitũ decemuiris sacrorũ curantibus & puluinaria in conspectu fuere Ioui & Iunoni: alterũ Neptunno & Minerue. Tertiũ Marti & Veneri. Quartũ Apollini & Dianæ. Quintũ Vulcano ac Vestę. Sextũ Mercurio & Cereri. Videtur aũt dici puluinar a pluma qua fulcitur. Abusiue tamen puluinaria pro tẽplis dĩr. Inde apud Liuiũ legitur. Ad oĩa puluinaria sacrificatũ fuisse. Videñ etiã accipi pro illis puluinis in quibus simulacra deorũ recumbentia collocañ. Acron. Puluinaria dicebañ aut lectice diuorum aut tabulata in quibus stabant numina vt eminentiora viderentur.

¶Puluinus seu puluillus. a pluma quasi pluminus q̃ plumis pullorũ fiat. Ceruical seu plumatius. Hieroni. in terra pro puluillo capiti supponebãt. Quãdoq̃ accipiẽ pro lecto. Ci. in Ver. actio. vij. Nam vt mos fuit bithynniæ regibus lectica aperta foro ferebatur in qua puluinus erat perlucidus melitensi rosa factus. Apul. Quattuor eunuchi cõfestim puluinis cõpluribus vento tumentibus pluma delicata terrestrem nobis cubitũ perstruunt. Item puluini vocantur qui scabellis subimponunt quo mollior sit sessio. Hoc est lectuli quidã exigui lana vel ramẽto vel pluma vel alio genere pleni: vulgo Cussini. Ci. Afferri iussit puluinos: & oẽs in suis sedib⁹ sederũt. Iuue. De puluino surgat equester. Et Puluini areolæ terra elata inter duos sulcos in hortis quę porca a porrigendo in agris appellatur. Habet eñ veluti puluinorũ in quibus sedemus similitudinem propter qđ & Torus a quibusdã dr. Ply. Areis distinguit: easq̃ resupinis puluinorũ toris ambiri singulis tramitũ sulcis qua datur accessus homini sacrificanti. Col. lib. xij. Vlpicum habet velut aliũ plures cohęrentes spicas. Hæq̃ cũ sint diuisæ liratim seri debebũt: vt in puluinis positæ minus infestentur hyemis aquis. Idem lib. iij. Oĩm aũt gentium ramos circa kalendas martias in hortis per puluinos arearũ disponere cõuenit. Item Puluinus arena durior q̃ in modũ saxi lapidescit. Victr. li. v. Puluinus firmissime struat. Item Puluinus Machina qua naues in portum subducuntur. Ouidius. Collaq̃ prælorum nostra ferenda dedi.

¶Puluinatus.a.um. qđ est ad similitudinẽ puluini molle ac cõuexũ. Ply. Lanuginoso ac puluinato ca

¶Puls victus antiq̃ssimus ex farina aqua (lice. mell e seu caseo ouo decocto fact⁹ quo p̃ pane vetеres vtebañt. Dicta q̃ ita sonet cũ aq̃ feruẽter aspgit

¶Pultarius a pulte accipiẽt pro vase pultis. Cor. Celsus. Si cætera defecerũt calículus aut pultarius oris compressioris ei rei commode aptatur.

¶Pulmentũ ipsa puls. vel aliud cibariũ ad modũ pultis factũ. Apul. Ius porcorũ pullorũ piscium & ius pulmentorũ largissimas epulas.

¶Pulmentariũ etiã dr qđ inter cibos sumit in similitudinem pultis factũ. Hoc est qđ pulmenti vicem prębet. Iuue. Veniet qui pulmẽtaria cõdit. Ply. Primũ in latio cibũ pultem fuisse: nõ panẽ scribit: argumentoq̃ ad id esse q̃ pulmẽtaria pro cibis sua etiã ætate dicerentur. In euan. quoq̃ legimus. Nunquid pulmentariũ habetis? Posset etiam dici pulmentarium pulmenti repositorium.

¶Pulmẽtariũ testuatiũ dr torta q̃ coquit sub testa.

¶Pultícula. dimi. a pulte. quo vs⁹ est. Ply. li. xxvi.

¶Pulpa. qñq̃ dr neruus ille qui ab aliq̃bus dr iptou Inter pulpas inqt Ply. & venas discrimẽ facile: venæ latiores candidioresq̃ sũt: pulpę fissilibus insũt

¶Pulpamentũ a pulpa dictũ est: & accipit pro cibo lautiore. Ter. Lepus tu teces: & pulmentũ quęris

¶Pulpitũ locus añ scęnã editior in quo oĩs comœdia recitabat. Grece λογειον. Ponit etiã pro suggesto. i. p quocũq̃ loco edito vnde sermo habeat ad

¶Pulso.as. frequentatiuũ a pello figt sæ (ppĩm pe percutio verbero. Ci. de suppli. Lictores cõstitũt valentissimi ad pulsandos verberãdosq̃ hoies exercitatissimi. Ter. in adel. Sed quis hoc ostium pulsauit? Transferẽ & ad animũ. Amb. De hinc terroribus pulsat. Plaut. in epid. Id ego experior cui in

ꝓnū multa confluūt: q̄ meū pectus pulſant. Interdum Pulſare eſt violare lędere. Virg. lib. xij. Pulſatos referens infecto fœdere diuos. Interdū ſonare: vt pulſo lyram. Pertinetq; pulſare ad hoīes: ſonare ad inſtrumenta: vt ſonat campana. Vnde dicimus. Pulſatū eſt ad tertiā: nō aūt ſonatū. Cū aūt dicimus pulſo cythara idem eſt qđ cano vel ludo. Virg. Iam pectine pulſat eburno. Huius cōpoſita ſunt. Cōpulſo. qđ eſt valde pulſo. Aug. Mortuus eſt qui q̄tumlibet expulſes q̄tumlibet lanies: q̄tumlibet vellices nō expergiſciť. Propulſo de quo ſupra.

¶ Pulto. tas. idem qđ pulſo. fitq; a ſupino pultum quo antiqui vtebanť. Plau. Pultando confregi fores. Teren. Ceſſo iam pultare oſtium.

¶ Pulſus eſt ille vbi coniungiť manus lacerto. Ply. Arteriarū pulſus in cacumine membrorū euidens maxime index morborū in modulos: legeſq; metricas perętates ſtabilis aut citatius: aut tardius. Idē alibi pulſum percuſſum appellat. Nam vitę gubernacula tenet & ictu crebro aut languido valitudinē indicat. Nā lib. vij. ſic ait. Venarū inæquali aut formicante percuſſu. Sed hoc ex arteriis eſt.

¶ Pumex. lapis cauernoſus qui ad corpora lęuigāda laudatiſſimus eſt. Virg. li. xij. Vt cū latebroſo pumice paſtor. Catul. fœm. gñe protulit. Pumices prę cipui ſūt in æoliis inſulis. Probatio eoꝝ eſt in candore ac minimo pondere. & vt maxime ſpongioſi atq; aridi ſint ac teri faciles. Nec in fricando arenoſi

¶ Pumicoſus. a. um. qđ pumicis vel naturā vel ſiťi tudinē habet. Et pumicoſus dī loc⁹ pumicib⁹ plen⁹

¶ Pumico. as. pe. cor. pumice polio. lęuigo. Tibul. Pumicet & canas tondeat ante comas. Vnde pumicatū pumice politū.

¶ Pumilis. pe. cor. paru⁹ nanus. Col. li. ix. pumiles aues niſi quē humilitas earū delectat. nec ꝓpter fœcunditatē nec propter aliū redditū nimiū probo.

¶ Punctus q; niſi deprauate barbaraq; dī in neutro Sene. punctū eſt & adhuc puncto minus quod incolimus. Ply. li. ij. nō aliud eſt terra vniuerſa q̄ mundi punctus. Tradunt Geometræ punctū eſſe corpus indiuiduū in quo neq; lōgitudo neq; latitudo: neq; altitudo deprehendiť: & ob incomprehenſibilē breuitatem ſui in partes diuidi nō poſſe. qđ protractū lineā efficit. i. corpus vnius dimenſionis. Longum enim eſt ſine lato & duobus punctis ex vtraq; parte ſolam longitudinē terminantibus continet. Hanc lineam ſi geminamus alterū corpus efficiť qđ duabus dimenſionibus extruitur longo latoq; ſed alto caret: punctis aūt quattuor continet per ſingulas. ſ. lineas binis. Et hoc græci. ἐπίπεδον. noſtri planum ſiue ſuperficiem vocāt Quandoq; tamē punctum ſumitur pro temporis vel horę momento. Ci. Cecinnæ. Itaq; ne punctū quidem temporis in ipſa fortuna fuiſſe. quādoq; pro minima cuiuſq; rei particula. Idem pro Plancio. Nam q; queſtus es plures teſtes te habere de volitiua q̄ quot in ea tribu puncta tuleris. Quandoq; pro ſuffragiis & fauore. quoniā veteres ſuffragia nō ſcribebāt. Sed pūcto notabāt. Vnde expūcti dicebanť viles electi: ſiue fauore priuati. Hora. Omne tulit punctū qui miſcuit vtile dulci. hoc eſt ſol⁹ ſuffragia iudicū tulit qui & vtile & dulce ſcripſit: quoniam prodeſſet & delectaret.

¶ Punctim. aduerbiū ſignificat per punctiones inficiones q; gladij. ſiue pungendo.

¶ Pungo. is. pupugi vel punxi. punctū nō ſolū de ferro ſed de quacunq; alia re dī. Var. Admota aſpis cum pupugerit ſi non occidat ſciat ex pſillorū eſſe ſtirpe. Hiero. ad Marcellā. Nudiuſtertius de beatæ memorię lea aliqua dixeramus. illico pupugit aīm. Huius cōpoſita ſunt. Cōpungo. qđ eſt totū pungo ferro ſeu ſigno. Cic. lib. ij. offi. Ad eam ex epulis in cubiculū veniens barbarum & eum quidem vt ſcriptum eſt compunctum notis thraicijs diſtincto gladio iubebat anteire. i. ſignatū vel percuſſum. Vnde ſequitur. O miſerū qui & barbarū & ſtigmaticū fidę liorem putaret q̄ coniugem. Expungo foras mitto Perſi. Quem proximus hæres Impello expungam Cornutus. Proprie expugnam. i. foras mittā. Tractū a militibus qui expuncti dīr dum emilitia mittunť. Repungo. de quo alibi.

¶ Punio. is. iui. itum. Quod & pœnio. dī quaſi pœna afficio. Hinc Impunitus nō punitus. Sal. Impunitos eos dimiſere. Impunitas.

¶ Recens nomẽ ſignificat nouũ: hoc eſt quod nup accidit. Vñ recẽtior recẽtiſſimus. aduerbiũ recẽter. Ci. Horũ recẽtiorum nunq̃ dictũ ab vllo quod ſciã Idẽ Au. Cecinę. Cõmemorarẽ non ſolũ veterũ ſed horũ etiã recẽtium vel ducũ vel comitũ tuorũ grauiſſimoꝝ caſus. Inuenit etiã Recẽs aduerbiũ. Plautus. Qui recẽs ex agro venerat. Virg. Sole recẽs orto. i. recẽti tempore.

¶ Recẽtari: renouari: & denuo recẽs fieri. Acti⁹. Iã iam albicaſcit phœbus & recẽtat cõmune lumẽ hominibus & voluptas.

¶ Recẽſeo es. recognoſco & ſummã totius populi

per numeros colligo. Vñ recẽſus pro recẽſione & recognitione dicit. Et Recẽſiti qui p recenſum numerati ſunt. Sue. in Cæſa. Recẽſum populi vicatim pdños inſularũ egit. Et in li. numeri ſcriptũ eſt q; recẽſiti ſunt a viginti annis omẽs qui poterãt ad bella procedere.

¶ Recido is. penul. cor. recidi recaſum ſignificat retro ſiue iterũ cado: & ſemp pducit re. Prop. Recidit inq; ſuos mẽſa ſupina pedes. Ambr. de obitu Satyri: p ſimplici poſuit. Sẽp optaui vt ſi quę pturbationes vel eccliam vel me mancrẽt: in me poti⁹ ac meã reciderẽt domum.

¶ Recidiuus a. um. pe. pdu. ſignificat quod recidit Virg. li. iiii. Et recidiua manu poſuiſſem pgama victis. i. quę reciderunt: quaſi didoni ſe purgans dicat eneas. Si mihi licuiſſet ruinas troię protinus inſtauraſſe: non tot tantiſq; laboribus ac periculis conderẽ nouã vrbẽ queſiſſẽ. Silr capit illud ex li. vii. Qui idẽ veneri partus ſuus & paris alter Funeſtęq; iterũ recidiua in pgama tędę. licet Ser. interp̃tet recidiua poſt caſum reſtituta. Quod minime verũ eſt: cũ nũq; reſtituta fuerint. Nã & ſi febres a Ply. recidiuæ dicant: non pprie: neq; ex vocabuli ſignificatione fit ſed ex appellatione tm̃: quaſi recidiuotũ febres propter eos qui in eas incidũt: & poſt earũ depulſionẽ reſtituunt rediuiuæ pprie non recidiuę dicunt: quia tunc nõ recidunt ſiue non depellunt ſed reuiuiſcunt & itegrant. Recidiuus igit qui recidit. i. qui retro vl' rurſus cadit. & non poſſit pmanere. Vñ etiã eius ſimplex Cadiu⁹ qui cadit. Ply. li. xv. Colligi mala poſt equinoctiũ auctũnale neq; añ ſextãdecimã lunam: neq; añ primã horã cadiua ſeparari ſtramẽtis: ſtoreis paleiſve ſubſterni: rara cõponi vt limites peruiſpm̃ equalem accipiant. Similẽ ſignificationẽ habent reliqua nomina in uus terminata: vt natiuus: votiuus: rediuiuus.

¶ Recido is. cidi. ſum. pe. pdu. ex re & cędo: quod incido ſignificat quaſi retro ſeco. Vnde reciſos ramos dicimus. i. reſecatos.

¶ Reciſamentũ. a recido paruũ fruſtum & quaſi ramentũ ex aliquo reciſum. Ply. Ocyſſime vero ęruginem contrahit ęs coronarium recitamẽtis in acetum additis.

¶ Recipio is. penul. cor. ex re & capio. Proprie recipere dicim⁹ qñ quis aliquid quod tradidit recipit. quaſi retro vel rurſus capit. Liui. li. ix. Recipiãt arma quæ p pactionẽ tradiderunt. Q̃ñq; pro admittere: accipe. Ci. li. ii. offi. Cyrillũ quẽdam ſuadẽtẽ vt in vrbe manerẽt: xerxẽq; reciperẽt lapidibus obruerunt. Q̃ñq; p reuocare. Virgi. Sic ore effata recepit ad ſeſe. Q̃ñq; in tutũ reducere: liberare. Idẽ. Medioq; ex hoſte recepi. Hinc receptus us. p reductiõe. Et recipe ſeruũ. Vlp. dicit refugiũ eſſe abſcõdẽdi cã ſeruo pręſtare: vel in ſuo agro vel in alieno loco ædificio ve: quod receptũ dare vulgo dr̃: q̃ñq; ſimpliciter reducere. Plau. in cap. Inde me continuo recipiã rurſum domũ. Q̃ñq; recupare. Ci. in Cato. Tarẽtũ vero qua vigilãtia quo conſilio recepit: tũ quidem audiẽte ſaluatori qui amiſſo oppido fugerat in arcẽ glianti atq; dicẽti. Mea opa Quinte Fabi Tarentũ recepiſti. Et certe inquit ridẽs niſi tu amiſiſſes nũq; recepiſſem. Q̃ñq; excipe ad vſum ſuũ & reſeruare quòd fit cum vẽditis cęteris ſibi quippiã reſeruat Plau. Vbi nunc adoleſcẽs habet: poſticulũ hoc recepit cũ ędes vẽderet. Hinc receptitius ſeru⁹ appellatus eſt nuptę mulieris pprius: quẽ. ſ. cum dotẽ marito daret: ſibi reſeruauit. quotiẽs enim mulier i dãda viro dote aliqua ex ſuis bonis retinet: nec ea advirũ trãſmittit: recipe ea dr̃. Q̃ñq; pſternere. Virg. li. viii. Totũ cui cõminus enſem condidit aſſurgẽs & multa morte recepit: quod & p accepit exponi poteſt. Sicut cũ dicimus. Accepit eũ crudeliter vel malis modis. Significat etiã faciẽda ſuſcipe & cũ obligatione pmittere. Cice. Craſſo. Quæ tibi pmitto ac recipio ſanctiſſime eſſe obſeruaturũ. Q̃ñq; ſimpliciter pmittere. Cecina ad Ci. Sed tñ ego filio dixerã librũ legeret: & ea conditione daret ſi recipes te correcturũ. Ci. Bruto. p polliceor poſuit cum inquit In ipſa cauſa exponẽda ſatis etiã de pbitate dixi: ſed tñ ſeparatim ex me recipio fore eũ tibi & voluptati & vſui. Nam & modeſtũ hoiem cognoſco & prudẽtem & a cupiditate oi remotiſſimũ: pterea magni laboris: ſummæq; induſtrię: neq; hæc polliceri debeo quę tibi ipſi ſi bene cognoris iudicãda ſunt. Seruat Ci. morẽ ſuum vt difficile verbũ recipio p facile polliceor poſtea doceat.

¶ Recepti in ciuitarẽ dñr qui cũ ſuffragio ciues ſũt effecti: vt apud Liuiũ ſępe legit. Et receptus mos ẽ quẽ ſponte ciuitas alicui ũ aſſciuit.

¶ Receptus us. reductio. i. quo ſe tutus recipit exercitus. Vñ receptui canere dicimus cũ tuba exercit⁹ e p̃lio reuocat. Virg. li. xi. Planicies inculta iacet: tutiq; receptus.

¶ Receptitius a. um. quod reſeruat. Vñ receptitius ſeruus appellat⁹ eſt nuptæ mulieris pprius quem reſeruauit cum dotẽ marito daret. Qui & ſup dotalis dr̃ dñę futurus iugis comes.

¶ Recepto as. frequẽtatiuũ a recipio. Terẽ. Meum receptas filium.

¶ Receptaculũ locus in quẽ ſe tuto recipiunt. Cic. Oim bonarum artium receptaculum.

¶ Recipatia a veterib⁹ dicebat cum inter ciuitates peregrinas lex conuenit: vt res priuatæ reddant ſingulis recuperenturq;.

¶ Recidipna. veſtes quas vocãt cœnatorias. Iuue. Ruſticus ille tuus ſumit recidipna quirine. Cõpoſitũ nomẽ ex latino & græco. ſ. ex recinio. Δειπνον vero cœnã ſignificat. Eadẽ etiã Tricliniaria dr̃.

¶ Reciniũ veſtis antiquiſſima quadrata vt inquit Varro. Cuius mediã partẽ retrorſum iaciebant. Vñ Reciniati mimi. Ser. in cõ. li. i. æñ. Recin⁹ dr̃ ab eo qđ poſt tergũ reiicit: qđ vulgo mauorte dicit.

¶ Reciprocus a. um. pe. cor. quod eſt repetitũ. Vñ pnomẽ reciprocũ dr̃ quia in ſe ipſũ reflectit. Var. a recipiẽdo deriuat reciprocũ. & id eſſe aſſerit quod aliquũde pfectum redit eo vnde pfectum eſt.

¶ Reciproco as. repeto: reflecto: remitto: retrogradior. Liui. li. ii. de bello punico. Cum iã ſpm̃ ſcluderet vẽtus nec reciprocare aiam ſineret auerſi a vento parũ per confedere. Gel. in eã phyſtulã per quam ſpiritus reciprocatur. Cic. lib. i. de diui. Si quidẽ iſta ſic reciprocanr̃: vt ſi diuinatio ſit: dii ſint. ſi dii ſint: diuinatio ſit.

¶ Recito as. ex re & cito ſignificat ſcripturam clara voce vt alii audiant intelligantq; lego. Vñ poetę & alii ſcriptores recitabãt publice opa ſua & nonnulli aliena. Aliqñ non legendo ſed memoriter referẽdo fit recitatio. Quintil. At iſta legẽ recitat. loquẽs de muliere quę cęca erat.

¶ Reclamo as. penul. pdu. clamore aduerſor: r. on

acgeſco. Ci. p Põpeio. Propterea q̃ iſtis reclamãtibus vos vnũ illũ elegiſtis quẽ bello p̃ donũ p̃ponere tis. Idẽ Lẽtulo. Eius or̃oni vehementer reclamatum eſt. Hiero. ad Dama. Sacerdotalẽ ordinẽ non tã plẽ q̃ audacter inuaſit: & reclamãtibus leuitis: nõ ne tu es ozias rex & non ſacerdos?

¶ Recludo is. pe. p. mõ ſignificat pbe claudo. Hier. Oſtiũ qđ patebat recludens ſera offirmauit. Mõ habet ſignificationẽ cõtrariã ſuo ſimplici. Plau. i cap. Cellas refregit oẽs intus: recluſitq; armarium.

¶ Recluuiũ morbus cũ circa vngues cutis ſe ſoluit Cluere enim ſoluere eſt.

¶ Recognoſco rurſus cognoſco. Ambr. Fraudis ſuę vaſculũ diabol⁹ recognouit. Interdũ p fecte cognoſco. Lact. li. ii. Quæ facta cũ pater recognouiſſet abdicauit atq; expulit filiũ. Interdũ eſt (vt ſe aliqđ hẽt) reuideo. Col. li. i. Panis potiõiſq; bonitatẽ guſtu ſuo exploret: veſtẽ/ manicas/ pedũq; tegmia recognoſcat. Inde etiã cũ opus cõpoſitũ emẽdãdi cã reuidemus recognoſcere dicimus.

¶ Recolo is. pe. cor. ſignificat reputo: repeto: meditor & mẽte tracto. Diom. Superſt vt ſingula recolẽdo memoria ten⁹mãdent: ne fruſtra cum tpe euanceſcãt. Ci. p Archia. Quantũ alii tribuũt tẽpeſtiuis cõuiuiis: quãtũ denicq; aleę: quantũ pilæ: tm̃ ego mihi met ad hęc ſtudia recolẽda ſumpſero. Interdũ recolere ẽ rurſus colere/ celebrare/ reuidere/ ſeu requirere. Hiero. in plo. pal. Si qs in hac interp̃tatione voluerit aliqđ rep̃hendere: interroget hebręos: ſuã cõſciẽtiã recolat: videat ordinẽ textũq; ſermonis. & tunc noſtro labori ſi poterit detrahat. Idẽ p recitare poſuit ſcribẽs ad principiã. Sępe & multũ flagitas virgo xp̃i principia: vt memoriã ſanctę fœminę Marcellę litteris recolã: & bonũ quo diu fruiti ſumus etiã cęteris noſcẽdũ imitãdũq; deſcribã. Interdũ ſignificat ad mentẽ ſeu memoriã trahere. Aug. li. ix. cõ. Ad hęc ei qđ reſpõderim non ſatis recolo.

¶ Recondo is. repono & contego.

¶ Recordor: rurſus in cor reuoco: vel itęq; rẽ cordido. Et dicim⁹ recordor hui⁹ rei & hanc rẽ. Ci. i Cato. Vt pedeſtres nauales ve pugnas: vt bella a ſe geſta triũphoſq; recordent. Inuenit & cõmune. Hiero. in Ezech. Oẽs iuſtitię quas fecerat nõ recordabunt.

¶ Recreſco: rurſus creſco. Plyn. Chartilago rupta non ſolideſcit: nec p̃ciſa oſſa recreſcunt.

¶ Recrudeſco: renouo. tractum a vulneribus: quæ agitatione nimia interdum recrudeſcunt: id eſt cruda & noua fiunt.

¶ Recupero as. penult. cor. & rem amiſſam rurſus acquiro. Liui. lib. v. Ferro non auro recuperare patriam iubet.

¶ Rectus a. um. a rego fit: & id eſt qđ regit. ſicut rector qui regit. Aliq̃n rectus dr̃ qui ſtat & rectus eſt. Vñ dicimus. Ille vadit rectus: hoc eſt nõ flex⁹. Aliq̃n dicit qui nullã in partẽ flectit: cuius contrarium eſt obliquus. Vnde p tranſlationẽ recti homines vocant iuſti: & rectũ iuſtũ. Itẽ rectũ dr̃ p fectũ officium quod grẽci catothorma vocant.

¶ Rect⁹ apud grãmaticos dr̃ prim⁹ caſus: q tm̃ ipſe proprie dr̃ caſus cum ntũs a nullo flectat: & ceteri caſus ab eo flectant & cadant: ideoq; dicunt caſus.

¶ Recta abſolute a veterib⁹ dicebat cœna quã clientib⁹ & cõuictorib⁹ &, recto ordine diſcũbentib⁹ laute principes dãbant. Sue. de Aug. Conuiuabat & aſſidue: nec vnq̃ niſi recta non ſine magno ordinum hoĩmq; delectu. Mar. Promiſſa ẽ nobis ſportula recta data eſt. Sportula vero ſpecimẽ erat puſilli parciq; hois. Idẽ in Nero. Adhibit⁹ ſumptibus mod⁹ publicę cœnę ad ſportulas redactę. Recta tunica dicebat quę ita cõtexta erat: vt veluti rigẽs ſtaret. Vel q̃ a ſtantibus ab imo in altũ texebat. Hac Tirones & nouę nuptę induebant. Inuenit etiã recta aduerbiũ. Ply. Cum domũ recta pfiſciſcereť. Virg. Non aſſis faciunt eunteq; tecta.

¶ Rectum dicit inteſtinũ: quia in imo vnde excernitur dirigitur.

¶ Recte aduerbiũ ſignificat bene: iuſte. Et differt recte dicere & vere dicere: q; recte dicere ad verba: vere ad ſentẽtiã referat. Nã poſſum⁹ recte & falſũ dicere: interdũ modo nullo vicio verborum dicat. Ter. Etrecte & vere dicis.

¶ Rectangulus eſt cũ lineę ita coniunguntur. vt nulla pars magis declinet.

¶ Recubo as. pe. cor. & Recũbo is. quieſco: iaceo. Virg. Tityre tu patulę recubans ſub tegmine fagi. Et itęq;. In te oĩs domus inclinata recũbit.

¶ Recula æ. pe. cor. diminutiuũ eſt a rea.

¶ Recuſo as. pe. p. ex re & cuſo qđ a cudo is. fit. Et ſignificat refuto. Ambr. Quę a beata Agne veluti quędam ſtercora recuſata.

¶ Recutit⁹ pe. p. curtat⁹: & cui a glãde reiecta eſt cutis. Quo noĩe dicti ſunt iudęi. Sidon. Fert recutitorum primordia iudęor̃. Cauſa cur hoc fiat refertur a Lactantio. De⁹ cupiens (vt Socrati pariter placebat) corpa hũana eſſe feneſtrata: nil tecti & obuoluti in ſinib⁹ cordis iuſſit nudãdã glandẽ: hoc eſt cor diſcopiendũ: qđ figurata ſilitudine glãdi conuenit: vt ſignificaret cor ipſũ tetegẽdũ & pura nuditate nudãdũ. Recutiti ergo a reciſa verendorum cute vocati ſũt iudęi. Mar. Nec recutitor̃ fugis inguina Iudęorũ. Etiam quia ſanior eſt glans a ſanie.

¶ Redamo as. pe. cor. ſignificat cõtra vel ſilr: ſitue me amantẽ amo. Aug. lib. iiii. con. His atq; hmõi ſignis a corde amãtiũ & redamãtiũ pcedẽtib⁹ p os: p linguam: per oculos: & mille mot⁹ gratiſſimos qua ſi fomitib⁹ cõflare aios & ex plurib⁹ vnũ facere: hoc eſt qđ diligit in amicitiis. & ſic diligit: vt rea ſibi ſit humana cõſcientia ſi non amauerit redamantẽ: aut ſi iam amãtem non redamauerit. nihil quęrens ex eius corpe p̃ter indicia beniuolentiæ.

¶ Redandruo as. de priſcis dictionib⁹ eſt ex re & andruo: ſignificat redeo.

¶ Redeo is. rediui & redii itum. retro eo ſiue reuertor. Teren. Redeo inde iratus atq; ægreferens. Interdũ reuocor. Vir. Redit agricolis labor act⁹ i orbẽ

¶ Redito as. penl. cor. frequẽtatiuũ ſignificat ſtati ſiue continue redeo. Plaut. in cap. Nunc ita cõuenit inter me atq; hunc Tindare vt te eſtimatũ in aulidẽ mittã ad patrẽ ſi non reditas.

¶ Redit⁹ us. penl. cor. duo ſignificat. ſ. reuerſionẽ. Ouid. Vela q̃ror redituverba carere fide. Et puẽtũ: eo q̃ ſingulis annis reditus redeat. Idẽ li. ii. de ponto. At reditus iam quiſq; ſuos amat: & ſibi quid ſit Vtile ſollicitis ſupputat articulis.

¶ Reddo is. reddidi itũ p duplex dd. differẽtię cauſa vel euphonię: quaſi retro do. Nam proprie redderе eſt acceptum vel ablatum reſtituere. Terentius in phor. Si quis quid redditu magna eſt habenda gratia. Ponitur etiam pro dare. Celſus iureconſul. Redd dẽdi verbũ q̃q ſignificationẽ hẽt retro dãdi. Acci-

pit tñ & p ſe dandi ſignificationē vt reddo tibi lras quas mihi Cicero ad te dedit. Itē p facere: vt reddo te certiorē & tu me reddidiſti probū vir. Virg. Tu das epulis accūbere diuum. Itē & Reponere. Plau. Tēpeſtas venit eōſtrīgit tegulas imbriceſq; : ibi dñs indiligēs reddere alias ne vult. Itē p producere. Idē in Tri. Id frumenti qñ alibi meſſis maxima eſt tribus tātis illis minus reddit q̄ obſeueris. Itē p Exponere Idē in aul. Tibi ego rōnē reddā ſtimuloꝝ ſeges.

¶ Redibeo es. pe. cor. ex re & hēo. d. interpoſita cā melioris ſoni & ebiecta aſpiratōe. Et ē redibere Vlp. inq̄t facere vt rurſus hēat vēditor qđ habuerat. Feſtus. Rediberi id dī qđ redditū eſt iprobatūq;. Et q̄ dedit rurſus coact⁹ eſt habere id qđ añ habuit. Hinc redibitio actus ipſe reſtitutionis. ¶ Veri⁹ h. ſeruat.

¶ Redigo is. pe. cor. ex re & ago. a. in i cōuerſa & d. interpoſita ſignificat quadā vi aut induſtria reduco & ſemp actīn cum p̄pōne poſtulat: multiſq; accommodat actib⁹. Plau. in Am. Deniq; Alcmenā redigeret antiquā in cōcordiā cōiugis. Idē in aſi. Redigā q; te vñ orta es ad egeſtatis termios. Ci. li. iiii. phil. Potētiſſimos reges bellicoſiſſimas gētes in deditionē hui⁹ impii redegerūt. Et li. v. Quib⁹ reb⁹ tāta pecunia vna in domo coaceruata eſt: vt ſi hoc gen⁹ in vnū redigat nō ſit pecunia reip. defutura. Lact. lib. iii. Quid ille qui patrimoniū in nūmos redactū effudit in mare. Et itez. Sed ſi id feciſſet ipſe ſe in populū redegiſſet. Ter. i adel. Tu homo rediges me ad inſaniā. Et in phor. Ego me nego q̄ ais redige i me moriam. Et itez. In id redactus ſum loci vt q̄d agā ex illo neſciam prorſus.

¶ Redimo is. pe. cor. ex re & emo. d interpoſita eu phonię cā: ſignificat emo. Ci. Qui merces redimūt vt ſtati vendāt. Et i iure ciuili Redēptores vectigaliū emptores appellant. Ci. i ver. act. ii. Vt primum ex puicia rediit redēptio huius iudicii eſt facta grandi pecunia. Et rediere eſt recupare qđ vernacula lingua dicim⁹ Reſcodere. Ci. Re vtiliſſima & pua maximā redemit. Vñ q̄ ab hoſtib⁹ capti ſunt vel q̄ alicui pœnę ſunt obnoxii ſoluto p̄cio redimūt. Itē q̄ iniuſte vexant ſi p ſolutionē pecunię liberati fuerit redemiſſe vexationē dīr. Plau. i aſi. Redime iſthoc bñficio te ab hoc & tibi eme hūc iſto argēto. Curti⁹ Sed medici quoq; grauiores morbos aſperis remediis curāt: & gubernator vbi naufragiū timet iactura q̄q̄d ſeruari pōt redimit. Terē. in eu. Quid agas niſi vt te redias captū q̄ queas mīmo ſi neq̄as paululo at quāti queas. Hiero. in exo. Oēm primogenitū hois de filiis tuis p̄cio redimes. Rurſus redimere emēdare: quod tamē fere in idē recidit. Ci. nō enī p̄teritā culpā videri nolo redemiſſe. Ille enī p̄teritam culpā redimere dī qui aliquo egregio facto eā cōpē

¶ Redēpto as. frequētatiuū eſt a quo redēpti ſat. to as. Plau. Redēptit: uere ad vnum captos.

¶ Redimio is. redimiui itū. pe. p. ex re & emio. d. interpoſita: & e i i mutata: ſignifcat orno/corono: acupigo. Claud. li. ii. de raptu. Nec ſic īnumeros arcu mutāte colores Incipiēs redimīt hyēs cum tramite flexo Semita diſcretis interuiret humida nibis. Et li. iii. Mediis inuenim⁹ aruis exanimē: cyane ceruis. redimita iacebat. Nam ei⁹ ſimplex Emio orno ſeu decoro ſignificat. Ouid. li. i. Hero. Quod tibi dona ui pfide littus emi.

¶ Redimicula ornamēta capitis mulieꝝ & vittarū tenę pēdētes a poſteriori pte mitræ. Iuue. Accipiēte paulatim quilonga domi redimicula ſumūt frōtibus & toto poſuere monilia collo.

¶ Rediuiua q̄ poſt interitū redeūt: vel qđ mortuū ē ad vitā redire pōt. Cypri. Ad hāc denuo lucē rediui uū corp⁹ aīat. Vel rediuiua ſūt q̄ ex vetuſto renouāt Q đ & Seneca ſentire videt li. iii. decla. Rediuiuum me ſenē meretrix vocat. Iuue. Prodiga nō ſētit peuntē fœmia cenſū Ac velut exhauſta rediuiu⁹ pullulet arca. Nummus: & e pleno ſemp tollat acetuo.

¶ Rediuius vermicul⁹ ſeu beſtiola q̄dā q̄ infixo ſēper ſanguini capite viuit cui vni ex oibus aīalibus cibi exit⁹ nō eſt ſed vſq; adeo intumeſcit ſatietate vt ipſo alimēto moriat. hoc greci κροτωνα vocāt: latini rediuiū a rediuiendo. i. ſoluēdo q⁹ carnē aīaliū ſuctu reſoluat. Vernaculi nīi tecas appellāt. Col. li. vii. Vētri quoq; & ſub femia manū ſubiicere cōuenit ne ad huiuſmōi tactū poſt modū paueſcāt: & vt rediuii q̄ plęrūq; feminib⁹ inherēt eximant.

¶ Rediuia morb⁹ eſt cū cutis extra vngues ſe ſoluit quia rediuire eſt ſoluere. Greçe παρωνυχια dicit. Ply. lib. xxix. Lana ſuccida rediuias ſanat ex aqua frigida. Placidus grāmaticus accipit rediuias p̄ de ſerpentium genere exuuiis.

¶ Redoleo es. pe. cor. Vide in dictione Oleo.

¶ Reduco is. pe. p. retroduco retraho. Iuſt. li. ii. Reliquas copias rex ipe reducere in regnū parat. Sue. de Cali. Equitē romanū obiectū feris cū ſe innocēti p̄clamaſſet reduxit. Abſciſſuq; lingua rurſus induxit. Itē reducere eſt liberare & ſine periculo recipere Apul. Meq; oppido in arcē reduco Hic reduces. Itē replicare: a quo reductū replicabilē dicimus. Virgi. Inq; ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos. Item reconciliare: vt illud eiuſdem. Numēq; reducant. Hui⁹ verbi qñq; prima p̄ducit: qñq; corripit. Hora. lib. ſer. Dii tibi dent capta claſſem reducere troia. Virgi. li. iiii. Electā claſſem ſocios a morte reduxi.

¶ Reducem & reduces pe. cor. illos dicim⁹ q̄ a pictu lis in tutū ab exilio ſiue captiuitate reducunt in patriā. Ci. p Milo. Quid me reducem eſſe voluiſtis: an vt ſpectāte me expellerēt ii p̄ quos eſſē reſtitut⁹? Virgi. Nāq; tibi reduces ſocios claſſēq; relatā Nuncio.

¶ Redūdo as. ex re & vndo. d. interpoſita ſignificat ſupabūdo. Hiero. in plo. puer. Vt pleni⁹ cognoſcatis q̄d in libris noſtris min⁹ ſit: quid ve redundet. Et redundare refluere ſeu recipe. Plau. Hoc facinus in tuum redundabit caput.

¶ Refello is. ex re & fallo ſignificat qđ dictū eſt arguēdo falſū oñdo. Ci. li. ii. tuſ. Et refellere ſine pertinacia: & refelli ſine iracūdia patī ſumus. Et differt a purgo: q̄ refellere dicat de eo q̄ factū negat. Purgare de eo qui fatet quidē factum: ſed defendit.

¶ Refero pe. cor. reporto q̄ ſi retro fero. Quiti. Ad patrē arma nō retulit. Aliqñ in cōſultationē pono. Et ſic cōſtruit cum actō mediāte ad. Salu. Refer inq̄t ad ſenatū. i. fer i cōſultationē. vbi ſolet iūgi de. vt De oīb⁹ retulit ad ſenatū. Hic relationes fieri dīr in ſenatu. Seneca. Ex relationib⁹ manāt ſenatuſcōſulta. Quod etiā i facto ſolet: vt Cic. Si ad vnū oīa referēda ſunt: digniſſimū cē Pōpeiū. Hoc eſt ſi vni oīa adſcribēda ſunt. Aliqñ reuoco redeo. Virg. Ille pedē referens: Ci. Referebā me ad illud incredibile. Aliqñ recēſeo. Virg. Cogere donec oues ſtabul⁹ numerūq; referre iuſſit. Aliqñ aſcribo Sue. Et i deorū numeꝝ retulit. Aliqñ cōuerto. Virg. li. xi. Multa dies variuſq; labor mutabilis æui Rettulit in meli⁹

Aliqñ renouo & quaſi rurſus fero. Idē lib. v. Hunc morē hos curſus atq; hęc certamina prim⁹ Aſcani³ longā muris cū cingeret albā Rettulit. Aliqñ pduco. Ply. li. xxi. Dixim⁹ & terrā referre multū. Aliqñ narro: indico. Virg. referes ergo hęc & nuncius ibis Pelidę genitori. Aliqñ ofido. Lucil. li. i. Quis poſſet odiri: quis nequeat referat. vnde. Aliqñ dico. vt Retulit mihi. Aliqñ exprimo: imitor. Iuue. Et mul tū referens de mecœnate ſupino. Aliqñ reddo. Virgi. li. viii. O mihi p̄teritos referat ſi iuppiter ānos q̄ lis erā. etiam cum de bñficio reddēdo loquimur gra in ſingulari p bñficio ſumi debet vt referā gratiam Quin & ad maleficiū reddendū eo auctores vtūtur. Plau. in Cur. Ni argentū refer as. Sed quō differat ab ago & habeo: vide in dictiōe ago. Aliqñ porto Cor. Tacit⁹. Cū ex agris ſegetes domū referrēt. In tertia vero pſona ponit p æſtimandū eſt: ſiue valet aut intereſt ſiue vtile aut cōmodū eſt: & contra natu rā reſyllaba pducit. Ci. Pu. Seruilio. Spare tñ vide or Cęſari collegę nos fore curę & eſſe vt habeamus aliquā remp. cui⁹ cōſilii magni referebat te intereſſe .i. ęſtimandū erat. Ply. Infinitū refert lunaris ratio .i. valet in infinito. Idē. Quippe victimas cędi ſine p̄catione non videt referre: nec deos rite conſuli .i. intereſſe. Q̄nq; ponit p obeſt. Ter. in phor. Quid tua malū id refert? Magni demipho. Col. li. viii. de canibus loquēs. Non multū refert an villatici corporib⁹ graues & pas⁹ veloces ſint. i. p̄iudicat: ſiue ī cōmodū eſt: ſiue ęſtimādū eſt. Plau. in rud. Quomō habeas id refert iure an iniuria. Ply. li. xvi. Nec terræ tñ natura circa has refert. i. vtile eſt. Liui. vero li. ii. Aliter adeo ne eſt fundata leuiter fides vt vbi ſim q̄ qui ſim magis referat. i. æſtimet ſiue exiſtimet curetur ve. Aliqñ ſumit p neceſſe eſt. Salu. Quare vanū quidē hoc conſiliū eſt ſi periculū ex illis timuit: ſi in tanto oīm metu ſolus nō timet eo magis refert me mihi atq; nobis timere. Virg. lib. ii. ge. Neq; enī numero cōp̄hendere refert. Habet hoc verbū p̄teritū. retuli & ſupinū relatū: quo⁹ vnū per duplex tt. alterum p duplex ll. q̄nq; apd poetas ſcribit. Hor. Rettulit acceptos regale numiſma philippos. Lucr. Id rurſū cœli rellatū tępla receptant. Catul. alt. Si redi tū retuliſſet is aut in tpe longo. Oui. li. xv. met. Eſſe fidē digitis ad frontē ſæpe relatis.

¶ Refero acceptum fateor me accepiſſe ab aliquo. Ci. Vitā acceptā refert clæmētię tuę. In malū. Idem Oīa deniq; quę poſtea vidimus: quid autē mali non vidimus ſi recte ratiocinabimur vni accepta referemus Antonio.

¶ Refero impenſum: eſt rationem de expenſis vel facio vel reddo.

¶ Refercio is. ſi. tū. ex re & farcio. ſignificat repleo: qđ q dē alii cū ablt̄o: alii cū gt̄o cōſtruūt. Ci. p Cor. Quæ eis rebus vrbem italiamq; referſerunt. Gel. Is librū multę varięq; hiſtorię refertū compoſuit.

¶ Reficio is. pe. cor. recreo reſtauro. Ply. Cū reficiē di animi gīa id feciſſet. Vñ Refectū iſtauratū renouatū: & qđ corruptū erat in ſtatū priſtinū reductū dī quaſi rurſus factū. Vlp. Verbo reficiēdi tegere ſubſtruere: ſarcire: ædificare: itē aduehere apportareq; ea q̄ ad eandē rem opus erit continent. Aug. lib. i. con. Ruinoſa eſt dom⁹ refice eam. Et in euangelio. Erant reficientes rętia.

¶ Refigo is. pe. pdu. quod fixum erat educo.

¶ Refluo is. retro ſeu rurſus fluo. Vnde fluxus & refluxus maris dicitur.

¶ Refragor pe. pd. verbū deponēs: licet & refrago legat: ſignificat modo reſiſto: modo ſuffragor. Stẽ. li. xxii. Multi populi plurimę concionis dictaturā oīnibus animis & ſtudiis refragauere .i. dictatu rę non ſuffragati ſunt.

¶ Refrango is. rumpendo aperio. Plau. in cap. Cellas refregit oīnes intus: reclūſitq; armarium. Et refringere eſt fortiter vel iterū frangere. Augu. lib. iii. cō. Et hoc ſolum me in tāta refragātia refrangebat q; nomen chriſti non erat ibi.

¶ Refractari⁹ dī q cōtumax eſt & nimis ſuę ſentētię tenax. Seneca. Exiſtimāt philoſophiæ fideliter deditos cōtumaces eſſe ac refractarios. Dict⁹ refractari⁹ a refringēdo tā q̄ libertin⁹ ſit & cūcta obſtātia refringēs: vt nullo ſeruitutis claurtro coerceat.

¶ Refrico as. pe. cor. renouo. Tractū a vulneribus q̄ plerūq; fricādo renouant. Cic. Sextio. Sin autē oīa q̄ ſentio ſcripſerim ne refricem meis litteris deſyderium ac dolorem tuum.

¶ Refrigero as. pe. cor. frig⁹ iduco vel rē calidā frigidā facio. Ci. in Cato. Vbi enī pōt illa ętas aut calefcere: aut aoricatiōe meli⁹ vel igni: aut vtiſſim vmbris aquiſve refrigerari ſalubri⁹? Col. li. ii. Atq; ita rurſus in ſole ſiccata & mox refrigerata recōdit. Aliqñ refrigerare eſt ſubleuare recreare. vñ refrigerium ſubleuatio & quaſi recreatio mētis tractū ab ęſtuāti bus q flabellis & frigida aura recreant. Aliqñ Dimi nuere ſiue dimittere. ſicut econtrario Feruere p creſcere & frequentari.

¶ Refrigeratorius a. um. quod refrigerat. Ply. lib. xxii. Refrigeratoriā tñ vim eſſe conuenit.

¶ Refugio: vide in dictione fugio.

¶ Refuga æ. pe. cor. gñis cō. q alio⁹ domíniū refugit. Eſt & refug⁹ a. um. qđ ē recliue ac reiectū. Sido. Capitis apex rotūd⁹ in patulū a planicie frōtis verti cē: ceſaries refuga criſpat .i. in frontem reiecta.

¶ Refuto as. pe. p. a futo frequētatiuū verbi fuo is. qđ ptulit Plau. Iam. Ne qs tā audax fuat q obuiam obiſtat. Pręſertī cū dicat Feſt⁹. Futare arguere eſt. Vñ & cōfutare. Sed Cato hoc p ſępi⁹ fuiſſe poſuit. Ergo iuxta Feſtū refutare redarguere ē: ſiue non ita eſſe oſtendere. Ci. Dolobellę. Nō tā id laboro vt ſi qui mihi obtrectēt a te refutent q̄ intelligi cupio: q đ certe intelligit: me a te amari. Alio mō dixit Lact. li. iiii Quæ oīa cū nec ingenio nec doctrina defendere ac refutare poſſēt. ſ. refellere: q̄uis etiā p redarguere ſumiqueat. Inde refutatio vna pars orōnis dicit quæ alio noie confutatio nominat.

¶ Regelo as. pe. cor. cōtrariū ē ſuo ſiplici. Col. li. i. Quāto fuerit ędificii ſolū p ni⁹ orienti & ęſtatē liberi⁹ cape p flat⁹ & hyemis p cellas min⁹ ifeſtari & matutino regelari ortu poterit vt cōcreti rores liquęſcāt.

¶ Regero is. vide in dictione Gero.

¶ Rego is. xi. ctū. guberno: q̄ſi rē pp̄li ago. Virgi. Pacatūq; reget patriis virtutib⁹ orbē. Et regere ērectū tenere. Cor. Qui nimio dolore regere caput nō poſſet. Hui⁹ cōpoſita ſūt arrigo qđ eſt erigo: eleuo. Teren. in an. Arrige aures Pāphile. Saluſtius. Sed vbi p̄mum dubiis rebus nouādis ſpes oblata ē: vetus certamē animos eorum arrexit. Corrigo/dirigo erigo/pergo/porrigo ſurgo ſiue ſurrigo ſurſum rego. Virg. li. iiii. Tot liguæ totq; ora ſonant tot furri git aures. Ambroſius li. hexa. ſubrigo vſurpat. Aſt vbi ad ęſtiuas cōtētiōes in ſeptētrionem ſe ſubrigit

ſpacia diurna producit.
¶Reges dñr qui regna poſſidēt.regna vero vocāt integræ regiones q̄ ab vno rege poſſidentur: vt gallia regnū ē:& q̄ galliā poſſidet rex gallię dr. Sic enī diſtinct⁹ olim erat orbis terrar⁹ vt ſingulę fere regiones regna dicerent & reges ꝓprios haberēt a quib⁹ ipſę regiones appellatę quos ad faſtigium maieſtatis non ābitio popularis ſed virt⁹ & ſpectata iter bonos moderatio ꝓuehebat. Dici tñ reges poſſūt etiā ſi vni⁹ tm̄ vrbis imperiū habeāt. Sic pricipio reges romanor⁹ dicti ſunt q̄b⁹ impiū vrbis pmittebatur. Hic regnū dictū tā ipſa regio ſubiecta q̄ ipſe dñat⁹. Vñ interregnū ꝓprie appellat id tp̄s quo regnū vacat rege. hoc eſt añ q̄ in demortui locū nouus rex p̄ficiat: & interrex qui interea regis locū tenet. p trāſlationē tñ interregnū eſt dictū: cū loco magiſtratus interrex creat. Liui. Cū ſine curuli magiſtratu reſp. eſſet: patricii coiere & interregē creauere. Contentio conſules ne an tribuni militū crearent ī interregno. Rem cū plures dies tenuit. Aliqñ rex ponit ꝓ dño: q̄uis etiā ꝓ tyrānidē occupauerit ꝑierū. Aliqñ ꝓpotētiore & eo quē nobis veluti in patronū elegimus quē ſequamur. Mar. Qui rex ē: regē maxie non habeat. Col. An honeſtu⁹ mercenarii ſalutatoris mendaciſſimū aucupiū circūuolitātis limina potētiorū ſomniūq̄ regis ſui rumorib⁹ aucupātis. Neq̄ enim roganti q̄d agat int⁹ reſpōdere dignant ſerui. Aliqñ ꝓ diuite. Hor. Siue reges ſiue inopes erim⁹ colonni. Ter. in phor. Regē me eſſe oportuit.
¶Regina regis vxor: vel q̄ regnū poſſidet etiam ſi virū nunq̄ habuerit: vtpote ad quā regnū ex ſucceſſione ꝑuenit. Q ñq̄ ponit ꝓ diuite. Terē. Quia ſolę his vtunt reginæ.
¶Regulus diminutiuū quaſi paru⁹ rex: nō q̄ ꝑuæ ſtaturę: ſed q̄ alicui⁹ vrbis aut oppidi dñs ſit q̄ gñali vocabulo dñs aut princeps dr. Q̄uis ꝓprie regulı ſint filii aut nepotes regū. Eſt & regulus auis minima a q̄buſdā regaliolus dictus: alio noie Trochil⁹: & ab Ariſtotele τροχιλος quaſi rex & p̄ſes auium dr. Et regulus genus ſerpentis eſt.
¶Regaliolus auis quā Ply. li. x. ſcribit appellari regem auiū in italia ꝓpter diſſidia & bella q̄ ſunt inter eā & aquilā. Alii putant Galgulū q̄ auis græce dicit Icteros a colore. Sue. Pridie autē eaſdē idus auē regaliolū cū laureo ramo Pompeiane curię ſe inferentem volucres varii gñis e ꝓximo nemore ꝓſecutæ ibidem decerpſerunt.
¶Regillus & diminutiuū a rex: & nomē ꝓpriū viri.
¶Regilla: veſtis q̄ & baſilica & trabea dr: qm̄ ea reges vterent auro & purpura intexta. Plau. Baſilicā an regillam induā tunicam?
¶Regius a.um. qđ eſt regis. Ci. li. iii. offi. Erat autē regius paſtor. Aliqñ dr qđ eſt rege dignū. Regius morbus dict⁹ eſt q̄ mulſo quod gen⁹ potionis in regū deliciis erat: curare t̄ inquit Var. vel quia vt Celſ⁹ ſcribit eo morbo affectos appatu regio: hoc ē lecto & cōclaui cultiore & ludis laſciuiaq̄ vti putile eſt: p quæ mens ęgrotātis exhilaret. Hor. Aut mala quē ſcabies aut morbus regius vrget. Idē morbus auri go ante dicebat a colore auri quē bilis p totum corpus diffuſa repſentat. Arquatus quoq̄ morbus appellat: q̄ cœleſtis concolor ſit de vitrore. Vel q̄ ita ſtringat humana corpa: vt in arcum ducat. Græci Ictericum nominant.
¶Regia æ. domiciliū & aula egis. Liui. li. i. Eo tempore in regia ꝓdigium viſu euentuq̄ mirabile fuit omen. Iuſtinus. In regiam ſe recipit.
¶Regia via militaris: hoc ē cōmunis quę latior eē cōſueuit. Hiero. in li. nūeror⁹. Via regia gradiemur. Supra etiam dixi. Per tritam viam gradiemur. Et gradiemur via publica.
¶Regalis & hoc regale ad claritudinē ptinet: & ſignificat dignū rege. Ci. in Cato. Nihil ei tam regale videri q̄ ſtudiū agri colendi. Hinc regaliter pro iplē dide & munifice.
¶Regale vnguētū quo parthor⁹ reges vngebant.
¶Regificus a.um. quod regem facit.
¶Regifugium: ſacrum quo die Tarquini⁹ fugit ex vrbe roma.
¶Regnū dr regio q̄ a rege poſſidet. Cic. Caſio. Nō regno ſed rege liberati videmur. Interfecto enī rege regios oēs nutus tuemur. Regnū etiā dici pōt quicq̄d poſſidet. I dē li. de ora. Quare negaſti te fuiſſe latur⁹ niſi in regno meo eſſes. i. in tuſculano.
¶Regno as. regnū poſſideo. Priſc. Rex ſolū q̄d a regendo naſcit petit ex ſe aliud verbū regno. Cic. li. iii. offi. Nā ſi violandū eſt ius regnandi gra violādum eſt. Hinc fit conregno. Ambro. Si tolerabim⁹ & conregnabimus.
¶Regio dicta a rego: q̄ priuſq̄ ꝓincię fierēt regiones ſub regib⁹ erāt atq̄ ab his regebāt. Poſtea maiores in vrbe ptes regiones appellari cœptę a ſimilitudine ear⁹ regionū in quas orbis diuidit. Quattuor autē fuerunt autiquit⁹ vrbis romę regiones: e quib⁹ prima regio Suburrana. Secūda Exquilina. Tertia Collina. Quarta Pallatina. Regiones cęli quattuor ſunt. Ortus: Occaſus: Meridies & Septētrio. Ortus & Occaſus mobilia ac varia ſunt. Meridies ſeptentrioq̄ ꝑpetuo ſtatu ꝑmanent. Orit quippe ſol non itidē ſemp: ſed aut equinoctialis oriēs dr: aut ſolſtitialis aut brumalis. I tē nō in eundē ſemp occidit locū: ſed occaſus eius ſil⁹ fit aut equinoctialis aut ſolſtitialis: aut brumalis. Ab his quattuor regionibus quattuor venti flare dicūt: q̄ ſūt Eurus. Hauſter: Fauonius. Aq̄lo. Sunt tñ & alii venti de quibus alibi. A regio fit eregione: quod eſt ex aduerſo.
¶Regionatim aduerbiū ſignificat ꝓ ſingulas regiones. Sue. in Cęſa. Ludos etiā regionatim vrbe tota & quidē p oīm linguar⁹ hiſtriones.
¶Regiū oppidū Ciſalpinę Gallię a Lepido edificatū. vñ & Regium Lepideum vocat. Regiū ꝓpter pulchritudinē & amœnitatē. Et eſt aliud Rhegyum qđ cū h. & y ſcribit. de quo infra. Ab illo Rhegyenſes: ab iſto Rhegini ſunt appellati.
¶Regieſco is. veteres p creſco vſurparunt.
¶Regula norma qua lineę dirigunt: quaſi mēſura regens: p trāſlationē dr breuis rer⁹ p̄ceptio. Hic regulo as. quod eſt dirigo.
¶Regularis & hoc regulare: qđ ſecđm regulā eſt: vl qđ in regulā trahi poteſt. Vñ æs regulare dictum eſt qđ a caldario Coronario q̄ diſtinguit. Coronarium eſt qđ tenuat in lamınas: taurorūq̄ felle tinctū ſpecie auri p̄bet in hiſtrionum coronis. Caldarium qđ fundit: tm̄ malleis fragile eſt. Regulare qđ obſeq̄tur malleis: & ab aliis ductile appellat. Sed & in cæteris metallis regulare dr quod excoctū igni diligētius ē vitiiſq̄ purgatum.
¶Regrador pe. cor. quaſi retro grador & p gradus tetro cędo. Hiero. cōtra Rufi. Sacerdotes q̄ peccauerant regradabant in ędituos & oſtiarios.

¶ Reiicio.is. pe.cor.retro iacio. Virg. Reiiciũt parmas & equos ad mœnia ducũt. In quo producit̃ re ſyllaba. Corripit̃ vero apud Statiũ lib.iiij.tb. Tela manu reiicitq; canes. Quandoq; Reiicere eſt repellere. Virg. Tityre paſcentes a flumĩe reiice capellas Quãdoq; refutare abiicere & pro vili habere. Apul Me vero tanq̃ inutilem reiecerũt. Quandoq; Euomere. Sue. de Aug. Senos ſextãtes nõ exceſſit: aut ſi exceſſiſſet reiiciebat̃. Hinc Reiecto.as. Spartian⁹ de Antonino pio. Cũ caſeũ alphinũ in cœna ediſſet auidius nocte reiectauit. Reiectio & Reiectus p vomitu. Ply. Et vernatio vtilis erit ſi poſtq̃ ſorpta fuerit ſtatim reiectio ſequat̃. Celſus. Et reiectus cibi nõ erit inutilis ſi raro fiat.

¶ Reiectanea ſiue reiecta a philoſophis dicunt̃ mala: qualia ſũt morbus egeſtas dolor: ex eo dicta q; reiiciant̃ repellant̃q; tanq̃ noxia. Quę etiã alio nomine dicuntur relationes.

¶ Reiectio ſanguinis: græce dr̃ αιματος αγατω rн triũ generũ. Diabroſis quotiẽs exeſa parte aliqua ſanguis expuit̃. Rhegmocaſmos quotiẽs rupta id cõtigit. Tertiũ anaſtomaſis quotiens venarum alicuius ore patefacto effunditur.

¶ Reieculę: ones q̃ ętate vel morbo reiiciunt̃. Var. Scire oportet in grege quot reieculę ſint alienãdę.

¶ Relatiuũ a grãmaticis dr̃ quod aliqd ſupius dictũ refert: vt qui q̃ quod. Dialectici dicunt. relatiuũ eſſe: quod aliqd refert ſine quo necĩm poteſt conſiſtere vt pater & filius: dñs & ſeruus: relatiua ſunt quia nec pater eſſe põt ſi filiũ nõ habeat: nec dñs niſi ſeruum. & talis reſpectus relatio vocat̃. Notandũ q; relatiuũ trahit ad ſe ſępe añcedens pĩertim cũ ancedens poſtponit̃. Quintil. Timeo ne quos porrexerim cibos venena fiant. Prętera relatiuũ ſubſtãtiæ ſæpe pro relatiuo accidẽtis ponitur: vt nõ ſum is quem putas. i. talis qualem putas.

¶ Relego. relegas pe. prod. ſeparo remoueo Virg. lib. iij. Georg. Atq; ideo tauros procul atq; in ſola relegant paſcua. Ci. lib. iij. offi. Criminabat̃ etiã q; Titũ filiũ qui poſtea Torquat⁹ eſt appellat⁹ ab hominibus relegaſſet: & ruri habitare iuſſiſſet. Aliqñ Remitto. Ply. lib. vij. Nec tamẽ ego in plærisq; eorum obſtringã fidem meã potiuſq; ad auctores relegabo qui de dubiis rogent oĩbus. Aliqñ exulem facto: in exiliũ mitto. Vnde relegati dicunt̃ in exiliũ miſſi Hiero. Herodes ille qui cũ Pylato poſtea amiciciam fecit huius Herodis filius eſt frater Archelai quem & ipſum Tiberius Cæſar lugdunũ relegauit quæ eſt Galliarũ ciuitas.

¶ Relego. is. pe. cor. rurſus lego. Ouidius. Cũ relego ſcripſiſſe pudet. nam plurima cerno Me quoq; qui ſcripſi iudice digna lini.

¶ Religo. gas. pe. cor. Vide in dictione Ligo.

¶ Reluctor. aris. Vide in dictione Luctor.

¶ Reluo. is. rurſus lauo: & ſic cõponit̃ ex re & lauo, ſicut diluo. Q ñq; ſigt. ſoluo ſiue repigno. Plau. Repignerat: reluit: vẽdit. Et ſic ex re & luo cõponit̃

¶ Relicinus pe. pro. ſignificat in occiput refugiente capillamento recriſpũ: nomẽ vt quidã putant a recello deductũ qđ ſignificat retraho reuibro. reclino. & cæſim reduco. Et quoniã ad craneũ capilliti⁹ um retorquetur. Inde relicinus veluti recellinus crinis appellatus euph. cauſa. Apul. libr. primo flori. Laudauit ſeſe q; erat & coma relicin⁹ & barba ſqualidus & pectore hirſut⁹. Et relicina frons dicitur. vt idem paulo poſt. Et tabulis & toreumatis idem vigor acerrimi bellatoris. idem ingeniũ maximi bellatoris: eadem forma viridis iuuentæ: eadem gratia relicinæ frontis cernetur.

¶ Religio vt Ci. lib. iij. artis. ve inquit eſt quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ quam diuinã vocant curã cerimoniamq; affert. Plutarchus in pauli æmilii vita dicit religionem eſſe diuinarũ rerum ſcientiam a philoſophis appellatam. Maſſutius Sabinus ſcribit: religioſum eſſe id q̃d propter ſanctitatẽ aliquã remotum ac ſepoſitũ ſit a nobis: a relinquẽdo dictũ Vnde Virg. Eſt ingens gelidũ lucus prope ceritis amnem Religione patrũ late ſacer: vndiq; colles Incluſere caui & nigra nemus abiete cingũt. Oſtendit enim religioſum locum eſſe a populi communione ſeparatum difficultate adeundi. Lactãtius a religando religionem dictã li. iiij. aſſerit. Hac cõditione inquit gignimur: vt generati nos deo iuſta & debita obſequia prębeamus. Hunc ſolũ nouerimus. hunc ſequamur: hoc vinculo pietatis obſtricti deo et religati ſumus. Vnde ipſa religio nomen accepit nõ vt Cicero interpretatus eſt a relegendo. Augu. vero lib. x. ci. dei. a reeligendo religionem dici exiſtimat cum inquit. Hunc eligentes vel potius reeligentes. amiſeramus em̃ negligentes. Hunc ergo reeligentes. Vnde & religio dicta perhibetur. Quandoq; tamen religio accipitur pro metu. cõnexa em̃ ſunt timor & religio. Stat. Primus in orbe deos fecit timor. Virg. Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes Dira loci. Vbi Ser. religio id eſt metus vel ſolicitudo ab eo q; mentem religet. Inde dies religioſi infames vel infauſti dicti ſunt. Sue. de Augu. huc introire niſi neceſſario & caſte religio eſt. i. nefas nõ licet: metus eſt. Aliquando ſumitur pro ſuperſtitione. Vnde religioſus dr̃ qui nimia & ſuperſtitioſa religione ſe alligauit. Ter. in heau. Vt ſtultę & miſere oẽs ſumus religioſę. Religioſus tm̃ homo etiã dr̃ qui amat religionẽ. Sepulchra & monumẽta religioſa ſunt. i. hñt in ſe religionẽ. ille adorat hęc adorãtur. religioſi dies vt li. iiij. docet Gel. dñr triſti omine infames impeditiq; in q̃bus res diuinas facere & rẽ quãpiã exordiri nouã tẽperandũ eſt: quos vulg⁹ nefaſtos vocat. hĩc Ci. ad atticũ: diẽ alliẽſis pugnę religioſum eſſe dicit. Macro. li. iij. ſatur. Religioſi ſunt dies qui factenda & vitanda diſcernunt.

¶ Relinquo. is. retro dimitto. Lact. li. i. Furac nebulo mercuri⁹ qui ad famã ſui nil reliqt niſi memoriam fraudũ ſuarũ. Et relinquere eſt aliquid pro ſuo alicui dimittere ſeu legare. Plau. in aul. agri reliquit ei nõ magnũ modũ quo cũ labore magno & miſero iuueret. Huius compoſitũ eſt derelinquo.

¶ Reliquus. a. um. pe. cor. ſignificat id q̃d ſupereſt Cęſar li. i. cõ. Demonſtrãt ſibi pter agri ſolũ nihil eſſe reliqui. Ci. Curio. Reliquũ ẽ vt certem⁹ officiis inter nos Teren. in an. Vt pernoſcatis quid ſpei ſit reliquũ. Reliquũ feci eleganter dicitur pro reliqui: ſicut miſſum feci pro dimiſi.

¶ Reliquię. arũ dr̃ pauca q̃ relicta ſũt. Virg. His ac cẽſa ſup iactatos ęquore toto: troas relligas danaũ

¶ Remediũ a medeor. eris. deſcendit.

¶ Remedior. aris. depo. remediũ adhibeo. Hiero. cõtra Ioui. Multi impatientiã gulę vomitu remedi (anť.

¶ Remendo. as. vide in dict. menda.

¶ Remeo. as. tetromeo. redeo. Virg. Si patrios vnq̃ remeaſſem victor ad argos.

RE.

¶Reminiſcor.recordor.quod ſit cũ meris ea quæ tenuit repetunt:quaſi itez rẽ in mentẽ reuoco.Cõpõitur ex re & miniſcor.vnde & comminiſcor.Eſt autẽ miniſci fingere & formare.reminiſci reformare:& itez componere quę lapſa erant.Qui vero reminiſcit itez in mentem reuocat.Ex qua re homo ſapiẽtior reddit.Et ideo recordat.i.itez cordat⁹ fit. Differt mẽoria a reminiſcẽtia:quia illa cõis eſt oĩm aiantiũ:hęc ad hoies tm̃.cũ ſit diſcurſus rerũ cũ rõe ab vniuerſali ad pticularia & a remotis a ſenſu.

¶Remitto is.ppriè retro mitto.Plau.Munera accipit frequẽs:remittit nũq̃.Cõſtruit qñq; cũ ablõ p cii.vt apud Curtiũ li.ii.Captiuos ſi placet reddi honeſti⁹dono dabim⁹q̃ pcio remittem⁹.Aliqñ rurſus mitto.Col.li.i.Et eadẽ euẽtilata mũdtora ſunt lapilliſq; carent & glebulis quas per triturã fere terrena remittit area.Aliqñ ſimplr̃ p mitto ponit.Lucill. Cohibet domi mœſtus ſe albinus q; repudiũ filiæ remiſit.Aliqñ p relaxo & ad negligẽtiã deſcendo. Vñ aĩm remittere dicim⁹ cum deponimus curas & negligimus.Cuius cõtrariũ eſt intẽdo ex trãſlatione ab arcu.Ci.Quęro non quibus intendam aĩm rebus:ſed quibus remittã.Hic remiſſio relaxatio animi dicitur.Aliquando pro concedo condono & dimitto.Et tunc conſtruitur cum datiuo.Vatini⁹ Ci. Meam animaduerſionẽ & ſupplicium quo vſurus eram in eũ quem cepiſſem remitto tibi condono. Iuſti.Igitur magi ad fauorẽ populi cõciliandum tributa & militiæ vacationem in triennium remittunt .i.concedunt:Lactan.li.v.Et ideo cum nefanda petimur:ne verbo quidẽ reluctamur:ſed deo remittimus vltionem.i.dimittimus ſiue committimus. Aliquãdo pro demitto.Ci.li.i.offi.Ex oculorũ obtuitu:ex elcuatione & remiſſione ſuperciliorum aut ex contractione.Aliquãdo pro relinquo.Col.li.i. Nunquid abſentia ſua de diſciplina & cuſtodia remiſerit:vnde aliqua vitis:nũ arbor.nũ fruges abſint.Aliquãdo pro interimo.Teren.in heau.Nullũ remittis tẽpus:neq; te reſpicis.Aliquãdo p ceſſo Idẽ in ecy.Nã ſi remitteret quippiã philomena doloris omnem rem narrabit ſcio.

¶Remiſſe aduerbiũ.mõ hũiliter Sal.Pauca timide remiſſeq; locut⁹ abſceſſit:mõ lęte & veluti remiſſo.i. relaxato aĩo.Ci.li.de ora.Quis nũq̃ res p̃ter hunc tragicas pene comice triſtes remiſſe.ſeueras hilare. forenſes ſcęnica prope venuſtate tractauerit.

¶Remora pen.cor.aĩal aquatile admodũ breuis.a grẽcis echeneis dr̃ ſpinis & cruſtis tectũ a remorando dictum:q; nauem cui adnixum fuerit remoretur Ply.li.ix.Eſt paruus admodũ piſcis aſſuetus petris echeneis appellatus.hoc carinis adhærente naues tardius ire creduntur.Inde noĩe impoſito remora a morando dicitur.remora etiam retardatio dicitur. Lucil.Quæ nam vox ex te reſonans meo gradu remoram fecit.Plautus in tri.Ita vincunt illud cõducibile gratię quæ in rebus multis obſtant odioſæq; ſunt:remorãq; faciũt rei priuatę & publicæ.

¶Remores:aues in auſpicio dicunt quæ acturum aliquid remorari compellunt.

¶Remeligines:remorę a morãdo.Plau.Quid nũc illę tam diu remorantur remeligines?

¶Remoror pe.cor.retardo.retineo:a remora piſce vt inquit Do.Ter.in an.Ne quid veſtrũ remorer cõ modũ.Apul.Sic me abire oppido volentem ſuaui remorat illecebra.

¶Remus nomẽ ppriũ frĩs Romuli & inſtrm quo naues agũt.απο του ρεω.Itẽ rem⁹ dr̃ lorũ qđ continẽt tubã vt inqt Ser.in cõ.li.vi.ænei.

¶Remiges nautici q remos agũt & remigãdi miniſterio mancipati ſũt:hui⁹ntũs ſingularis eſt remex remigis.Curt.remex militis officia turbabat.

¶Remigo as.penl̃.cor.remis nauigo.quaſi remis ago.Ci.li.iiii.tuſ.Vtrũ igit mauis nos ſtatim vela facere:an quaſi e portu egredientes paululũ remigare?Huius compoſita ſunt eremigo p enauigo emetior Ply.Circa caſpium quoq; multa oceani littora explorata paruoq; breuius q̃ totus hinc aut illinc ſeptẽtrio eremigatus.Subremigo ſubt⁹ remigo. Idẽ li.ix.Cęteris ſubremigans brachiis media cauda vt gubernaculo dirigit.

¶Remigiũ ipſa remoz agitatio & remigatio.Vir. lib.i.ge.Non aliter q̃ qui aduerſo vix flumine lẽbũ Remigiis ſubiget.Idẽ tranſtulit ad aues.volat ille p aera magno Remigio alaz.Aliqñ ponit p remigum multitudie.Idẽ li.iii.Remigium ſupplet:ſocios ſimul inſtruit armis.

¶Remulculo ppriè eſt remigãdo e ſcapha grãdiorem nauĩ traho.Quod aliqñ nõ neceſſitatis gr̃a fit: ſed vt nauis quietius agat̃:hinc remulculare aliquã do dicim⁹ molli ac leui tractu ad pgreſſum mulcere Siſen.li.ii.Si q̃ celeriter ſolui poterat in altũ remulculãdo trahit̃.Et a remulcẽdo fit.In eadẽ ſignificatione ſunt remulco as.& pmulco as.

¶Remullũ repandũ dr̃ a remi ſimilitudine.

¶Remordeo es.crucio:ſollicito.Virg.Qñ hæc te cura remordent.

¶Remo is.repeto.Enn.Riuos campoſq; remant Alii remere putant dictũ quaſi remeare.

¶Remorbeſco is.ſignificat in morbum recido.

¶Renes:ſunt q lũbis adhęrẽt:απο του ρεω.fluo q riui ab his obſcœni humoris oriant̃.Hia veteribus nephrundines vocabant̃:quia grẽcis dicunt̃ νεφρονεφροσ.ren.νεφριτισ morbus renũ.νεφριτικοσ qui renum morbo laborat.Diminutiuũ a ren eſt renunculus.

¶Renarro ſignificat ſicut ſimplex vel re pro diligẽter ſiue p affatim accipiẽdũ puto.Virg.li.iii. Sic pater æneas intentis oĩbus vnus Fata renarrabat diuum curſuſq; docebat.

¶Renuncio cias.refero ſiue reporto:vt miſſi nunciꝰ referre ſolẽt de iis ad quę miſſi ſunt.Cæſar i cõ.i. Qualis eſſet natura montis:& qualis eſſet in circuitu cenſus qui cognoſcerent miſit renunciatum eſt facilẽ eſſe.Aliquando renunciare eſt apte nunciare ſignificare.Ter.in an.quaſi tibi non renũciata ſint hęc ſic fore.Et itez.Id ego iam nunc tibi here renũcio futurũ vt ſis ſciens:ne tu hoc mihi poſteri⁹ dicas dari factũ cõſilio aut dolis.Do.renũciare eſt quaſi ſecretũ conſilium vel malum nunciare.Re.n.ſyllaba apud veteres interdum abundat.Aliqñ ſignificat renuere/cedere/reſignare ſeu reſtituere.Ci.i ver. acti.iiii.Atq; iſte ſtenio vehemẽter incẽſus hoſpitiũ ei renunciat:domo eius emigrat.hinc renunciatio. ceſſio.hinc componitur abrenuncio.

¶Renideo:vide in dictione nideo es.

¶Renunciata inſula in æthyopico mari quæ ſicut Ply.li.vi.ſcribit ita diues eſt vt equos talentis auri incolæ permutent.

¶Reor reris ratus:exiſtimo:opinor.Plaut.in am. Quid me non rere expectatum.

¶Repagulū & repages is.pen.p̄d.ex re & pago is. dici poſſunt obices. Ouid.lib. v.meta. Raptaq; de dextro robuſta repagula poſti Oſſibus illiſit. ppria repagula dicū ꝙ patefaciēdi cā ita figunt vt ecōtra rio pāgant. Ply. Firmiſſima in rectū abies eadē ual uas repagulis & ad q̄libet iteſtina opa aptiſſima.

¶Repandus a.um. quod eſt recuruū & ſimū & qđ retrorſum patet. Hiero. de Socrate ſcribit q; eſſet re pandis cruribus.

¶Reparo as.pe.cor. reſtauro & i ſtatū priſtinū. redi go. q̄ſi paro rurſus. Curt. Ille nō ignar⁹ & principes amicoꝝ & exercitū offendi: grām liberalitate doniꝝ q; repare tētabat. Lact. lib. vi. Nā pcere. i. mediocri- ter vti pecunia q̄ſi q̄dā puſillitas aī eſt aut p̄timētis ne ſibi deſit: aut deſpantis poſſe ſe illa reparare.

¶Reparamen idem quod reparatio.

¶Repaſtino as.pe.p. ex re & paſtino quod eſt fo- dio. vide in dictione paſtino.

¶Repedo as.pe.cor. pedē retraho: recedo. vide in dictione pedo as.

¶Repēdo is. retribuo: recōpēſo. tractum a pecunia Virg. Fatis cōtraria fata repēdēs. Ambr. Alī⁹ ergo fructum accepti bñficii vt aurum auro: argentū ar- gento rependi.

¶Repēſo as. pondero & repondero: ſeu reuideo & ſubtiliter iudico. Lact. Nā q; violauerit ipie hūilem ſentiet in ptāte vltorē: eaq; oīa quę legunt & non in telligunt repēſante deo patientur.

¶Repello is. repuli. ſum. ſignificat retro pello. reii cio. Ouid. Quæq; ferox repuli doctis medicatibus ignes. Plau. in caſ. Repulit mihi manū. Apud poe- tas reppuli p duplex pp. qñq; ſcribit. Luc. Reppu- lit a libycis immenſum ſyrtibus æquor.

¶Repulſa reiectio ab honore ſeu magiſtratu.

¶Repio is. pe. cor. repi vel reppi apud poetas per duplex pp. ex re & pio. vñ reptū quaſi repartū & in lucē p̄ditū. Et pprie repire fortunæ ē: inuenire conſi lii. Ouid. tu nō inuēta repta es. Auſo. vno diſticho primā hui⁹ p̄teriti & p̄ductā & correptā p̄tulit. At q; condiderat poſt q̄ non reppit aurum Aptauit collo quem repit laqueum.

¶Repeto is. pe. cor. pprie reſtituendū peto. Cic. li. ii. ad Herē. Id qđ argētario obtuleris expēſum a ſo cio eius recte repetere poſſis. Ter. in eu. Hāc tibi do no do: neq; repeto p illa abs te q; cq̄ p̄cii. Interdum repetere eſt ſępi⁹ petere. Idē. Cæſari repetēti negare non potui. Interdū reiterare: reſumere: inchoare. Ci. de ora. Repetā & non ab incunabulis noſtrę ve teris puerilisq; doctrinę quendā ordinem p̄ceptorū Cæſar com. i. Bello heluetiorum cōfecto totius fe re galliæ legati principes ciuitatum ad cęſarem con gratulatum venerūt intelligere ſeſe tametſi pueteri- bus heluetioꝝ iniuriis populus roman⁹ ab his pœ- nas repetiſſet tamē eam rē non minus ex vſu terræ gallię q̄ populi ro. accidiſſe. i. reſumpſiſſet. Interdū reuoluere ſiue volutare cū ablō hui⁹ noīs memoria Cic. in ora. Cogitāti mihi ſępenumero & memoria vetera repetēti. Interdū redire. Virg. Cū primū pa- ſti repetent p̄ſepia tauri. Liui. lib. i. Quippe vera fu ga q; ſiſtantes pauloañ ſecuti erāt oppidū repetebāt ¶Repetūdaꝝ a puinciali⁹ accuſat is q p̄ſes puin- cię alienas pecunias aut vi aut dolo expilauit. Vn- de iure cōſult⁹ li. xlviii. digeſtoꝝ. Lex iulia repetun- daꝝ ptinet ad eas pecunias quas quis i magiſtratu legatione: vel alio officio: miniſterio ve acceperit. Sed poſtea latius patuit vt hoc noīe oīa quibus di- uitię conſtant cōtineant. vt vaſa p̄cioſa: veſtes: fu mentū: nauigia: vt etiā ſiquis popul⁹ altero populo iniuriam fecerit: aut captiuoꝝ: aut incendii: aut p̄dę qui iniuriā repeteret: diceret agere repetundarum re rum. Ergo cū repetunt q̄ ſunt ablata. tunc repetun- darū rerū agit vel de repetūdis. Nec habet plures cā ſus. a repeto is. e in u mutata: quia id tertia coniuga tio p̄ter cęteras patit. Et vt differret ab illo quod dī Miſſi ſunt legati ad res repetendas. Quo ſignificat principi vel populo erepta eſſe vel pecorum vel ho minum vel locorum corpora.

¶Repēte aduerbiū ſignificat ſubito: quod quidā a repo is. deriuant p antiphraſim. Sed nō videt verū q; repēte primā cor. hēat. ſed magis a repens cuius prima ſilt corripit. Ouidi. in faſ. Bina repēs oculis occulit ora meis.

¶Repentinus a.um. pe. p. quod eſt ſubitatium: vt mors repentina: bellum repentinum.

¶Repignero as. pignus recipio ſoluto p̄cio. Iure- cō. ti. Cōmodati. Nō repignoras vt mihi reddas.

¶Repotia dicta ſunt cū poſtridie nuptias apud no uum maritum cœnatur: q; quaſi reficiatur potatio. Hora. Ille repotia natales alioſve dierum feſtos al- batus celebret.

¶Repo is. pſi. ptū. pprie dī de animalibus quę pedib⁹ & ventre gradiunt: vt ſunt vermes qui reptilia dīt a repēdo: q̄uis & ea q̄ paruos pedes habēt repere dī- cant: vt ſunt lacertę & filia. Tranſfert etiā ad radi- ces. Col. li. viii. Spatiū autē radicibus qua repāt la- pideſq; p̄bent. Huius cōpoſita ſunt adrepo quod ē ad aliquid repo. correpo ſimul repo: ſimul teneo. Var. in plo. li. ii. de re ruſ. Igitur qđ nunc intra mu- rum fere patres familiæ correpſerūt relictis falce & aratro. Colu. in præfa. Patres familiæ falce & ara- teo relictis intra murum correpſimus & in circis po- tius ac theatris q̄ in ſegetibus ac vinetis man⁹ mo- uemus. Erepo difficulter loca aſpera & edita ſcādo. tanq̄ opus ſit erepere magis q̄ ambulare. Suetoni⁹ in Tybe. Territus q; is a tergo inſulæ per aſpera & deuia erepſiſſet a ſe. irrepo intro ſeu latenter repo. Hieronymus ad Dama. Nunc illud quod non quę ſieras dum aliud agimus irrepſit. Obrepo: prę repo ſeu q̄ primum aut ante repo. Colu. libro quinto. Vi detur etiā ſocaneus palmes qui ſolet in bifurco me dius prærepere. Et idcirco eum prædicto vocabulo ruſtici appellant: quod inter brachia qua ſe diuidit vitis enatus: velut fauces obſidet. Prorepo vltra re po. Idem libro quarto. Vt mota æqualiter humus nouellis radicibus quācunq; in partem prorepſerit Perrepo valde ſeu ad finem & cum labore repo. Co lu. li. x. Tota maceries ope tectorio leuigaī extra i- traq; ne felis aut vipera prepat. Surrepo ſubtus vel latenter repo. Et habent penul. p̄ductam.

¶Repto as. frequētatiuum ſignificat ſępe ſeu con- tinuo repo. Hieronym⁹ ad Furiam. An veteris ne proles furiana deficiat. & ex te parens tuus non ha- beat puſionē qui repter in pectore. Et reptare dici- mus eū qui ſegniter & quaſi teſtudineo paſſu īcedit quales ſunt qui in hortis aut vinetis ſpatiant. Hor. Antacitū ſyluas inter reptare ſalubres.

¶Reptile pe. cor. quicq̄d repit. Amb. li. hexa. Sci- mus reptilia dici genera ſerpentium: eō q; ſup ter- rā repant: ſed multo magis oē quod natat reptan- di habet vel ſpeciē vel naturam. Hiero. in geñ. pro

ducant aq; reptile animę viuentis.
¶ Repręſento as. ad pręſens affero.
¶ Repono is. pe. p. rurſus pono. Virg. Ariſq; repo nim⁹ ignē. i. rurſus adhibemus ignē & ſacrificamus Mar. Vllus ſi pudor eſt repone cœnam. Vnde repo nere fabulas & ſcripta poetę dicunt: cū ſecundo hęc in ſcæna apponunt. i. cum rurſus recitāt. Solebant enī vt inquit Porphyrio qui ludis apud veteres prę erant ſcriptores cum primū in ſcænā p̄dirent beni= gne excipe: vt ſi forte non recte egiſſent iterum ad ſcribendū audientiū benignitate allicerētur. Vnde Hora. Fabula q̄ poſci vult & ſpectata reponi. i. prio & ſecūdo recitari. Q ñq; reponere eſt recōdere. Leo papa. qđ luxuria vel gula diſſipauit in mundo: pie tas reponat in cœlo. Virg. manet alta mēte repoſtū Iudiciū paridis. q ñq; reddere vel reſtituere. quaſi re tro aſpicere. Plau. in pſa. Des mihi nūmos ſex cen= tos quos p̄ capite illi⁹ pēdam quos cōtinuo tibi re= ponā in hoc triduo aut q̄ triduo. & auctore Seneca ad Lucil. Priſci ſignate dixerunt id reponi qđ credi tori debem⁹. Iuue. ſemp ego auditor tm̄ nū q̄ ne re= ponā. q̄ verba indignātis fūt: vt pote ſēp audiētis & nū q̄ ſcripturi. q ñq; reuocare. reprimere: cohibe= re. Sta. quotiēs iā tota reponā. fulmina q̄ rarus ter= ris hic īperet ignis. q ñq; reducere reficere. Virg. lib. ii. geor. Et quātū lōgis carpēt armēta dieb⁹ Exigua tm̄ gelid⁹ ros nocte reponet. q ñq; ſupaggerare. idē in eodē. li. iii. Atq nō maſſica bacchi Munera: non illis epulę nocuere repoſtæ. q ñq; ſcribere. Hor. Scri ptor honoratū ſi forte reponis achillē. Q ñq; retro ſeu ſeorſum ponere. Hiero. li. i. Re. Da partē quā de di vt reponeres ſeorſum apud te.
¶ Repoſitoriū vas in quo reliquię ciborū & mēſæ inſtrumēta recōdūt ſiue ex corio ſint: ſiue ex alia ma= teria. Ply. Bibēte conuiua mēſā vel repoſitoriū tol= li inauſpicatiſſimum habetur.
¶ Reporto as. retro porto. reueho. Hiero. lib. Reg. Reporta archam in vrbem.
¶ Reprimo is. pen. cor. cōtineo: cohibeo. Ci. repri= me impetū. Virg. dextrāq; repreſſit.
¶ Reꝑhēdo retraho quaſi retro ꝑhēdo. Liui. Adeo turbati erāt dexterę alę equites pediteſq; vt quoſdā cōſul Cato manu ipſe reꝑhēderit verteritq; i hoſtē. Prop. Quantū poſſit noſtros quiſq̄ reꝑhēdere cur ſus. Alias ſignificat arguo increpo.
¶ Reproces p̄ aſpis & difficilib⁹ vſurpat. Ply. lib. xviii. In reprocib⁹ ac ſupinis laterib⁹ p̄cūbere quaſ dam occęcari & in alias dirigi.
¶ Repromitto ite; ſiue maxime p̄mitto. Ambro. Diuitias domos poſſeſſiones repromiſit ſi cōſenſū ſuū eius cōiugio non negaret.
¶ Repudiū recuſatio q; fiat ob rē pudēdā. Differt= q; a diuortio q; repudiari futur; matrimoniū poteſt Nō recte autē diuertiſſe ſpōſa dī: q; diuortiū ex eo dictū eſt q; in diuerſas ptes eunt qui diſcedunt.
¶ Repudio as. matrimoniū dirimo: & quaſi ob rē pudēdā aliquā repello. Sue. i Cęſa. Neq; vt repudia ret illā cōpelli a dictatore Sylla vllo mō potuit. In= terdū ponit ſimplr pro nō accipio recuſo. Terē. in an. Repudio conſiliū quod primū intenderam.
¶ Repūgo q̄ de rōne vel calēdario log mut facit ptīn repūxi. q̄ vero vicē reddita oñdim⁹ repupugi Ci. Lētulo. Darēt mihi ipſi aliū publiū in quo poſſē illorū aios mediocriter laceſſitus repungere
¶ Reputo as. pe. cor. vide in dictione puto.

¶ Requiro is. pe. p. repetitionē vel augmētū actus denotat. Hier. Et nūc q d ſupeſt vt ab aliquo docto te requiratis? Interdū requirere ē ſępi⁹ vl rurſus q̄rere.
¶ Res gñalē habet ſignificationē Nā vt Paul. iure cōſ. inqt ſiue corpalia ſiue incorpalia cōꝑhendit Cōrpales res ſunt q̄ vere tāgi poſſunt: vt homo veſtis. Incorpales q̄ tangi nō poſſunt: qualia ſunt ea q̄ in iure cōſiſtunt: ſicut hereditas: vſusfructus obli= gationes ſunt. Et a dialecticis dī terminus tranſcē= dens. quo ſubſtātia qualitas actio cōꝑhēdūt. Sumi tur q ñq; res, p ſtatu ac conditione vt reſpublica: res priuata. res familiaris: res noxia: res mea: res tua. Ci. Id. n. reb⁹ nr̄is mīme cōducebat. i. ſtatui nr̄o. Sa lu. At nobis ē domi copia. foris æs alienū mala res ſpes multo aſperior: q ñq; res dī p̄ut diſtinguit̄ a p= ſona. Vñ loci argumēto; ſunt a rebus & a ꝑſonis. Q ñq; p̄ut diſtinguit̄ a verbis Hor. Verbaq; p̄uiſā rē non inuita ſequent̄. Sumit̄ & p̄ contentione: lite: negocio ſiue cōmercio. vt eſt mihi res cum latrone. Ter. Quid huic rei eſt. i. negocii. Ci. p̄ Murę. Nōdū potuiſſe ſtatuere iuriſcōſultos vtrū rem an lītē dici oporteret. Itē p̄ cauſa. vt quāobrē. i. ꝑpter quā cau= ſā. qua de re de qua cā. abre ſine cā. Itē p̄ cēſu ſiue di uitiis. Ter. in heau. Eius frater aliquātulū eſt ad rem auidior. Itē p̄ impio. Virg. Poſtq̄ res aſiæ priamiq; euertere gentē Immeritā viſum ſupis. Itē pro vtili= tate. Ter. in Ecy. Si in rem eſt bacchidis. Et iterum Neq; in rem nr̄am ē vt q ſq̄ amator nuptiis lętetur. Do. in vtilitatē. i. p̄ commodo. Itē p̄ pactu venereo idem. Miles cum quo tum rē habebat. Do. rē habe= re honeſte res impura dicit̄. De triplici ſignificatiōe Auſonii verſus eſt in monoſyllabis. Imperiū litē venerem cur vna notet res. Itē p̄ expientia ſiue effe ctu. Ter. it adel. reiꝑa reperi facilitate nihil eſſe meli⁹ neq; clęmentia. Ci. in Cato. Habui hęc de ſenectute quę dicerē vobis: ad quā vt pueniatis vt ea q̄ ex me audiſtis re ex pte ꝑbare poſſitis. Item p̄ valore p̄tio vel æſtimatione. Terē. in phor. At ſi talentū rē reli quiſſet decem. ſ. primus eſſe cognatus. Item p̄ picu lo: vt apud eundem. Verū pone eſſe victū eū tandē tamen non capitis eius res agitur ſed pecuniæ. Et res dicit̄ veritas. Ter. in adel. Verū cogito qđ res ē. Huius diminutiuū eſt recula.
¶ Res cōperendinata dicit̄ cum cauſa id eſt iudiciū in diem tertium conſtituta eſt.
¶ Res iudicata dī que finē cōtrouerſiæ; p̄nuncia= tione accipit quod vel condēnatione: vel abſoluti one contigit: vt auctor eſt Vlp.
¶ Res forenſis dicitur cauſa quæ agitur in foro. & ad cauſidicos p̄tinet.
¶ Reſpublica. ciuitas libera que iure regitur.
¶ Reſcio ſiue reſciſco is. eſt factum aliquod occulti us aut inopinatum inſperatumq; recognoſco. Te= ren. en tibi reſciuit omnem rem. id eſt quod occultū putabamus præter noſtram opinionem cognouit. Aliquando ſignificat rem poſt q̄ geſta eſt ſcio quā neſciebam cum gereretur. Hieronymus in lib. nu= meror; quod ſi audiens vir tacuerit: & in alteram diem diſtulerit ſententiam: quicquid nouerat atq; p̄ miſerat reddet: quia ſtati vt audiuit tacuit: ſinautem cōtradixerit poſtq̄ reſciuit portabit ipſe iniq tatem ei⁹. Et prīo Re. Quod cū dicendū reſciſſet: quia prę pararet ei Saul clā malū dixit ad Abiathar.
¶ Reſcindo reſcindis. cędo: tollo. aufero: deſtruo. Cęſar ī cō. Pontē qui erat ad genuam iubet reſcin=

di. Quod verbum ad omnia quæ reſcinduntur ferè ꝓprie ptinet. Col.li.ii. Et quod falx reliquerit priuſ q̄ inareſcat vomis reſcindat atq; obruat.id enim ce dit ꝓ ſtercore. Virg.li.iii. Ge. Non tamē vlla magis pręſens fortuna laborum eſt. Q; ſi quis ferro po= tuit reſcindere ſummū : vlceris os alit̄ vitiū viuitq; tegendo.i.aperire.idem li.i. Ge. Cœlum reſcindere fratres Ter ſunt conati.i.oppugnare. Et reſcindere eſt rurſus ſcindere. Hiero. cōtra Rufi. Quid meruit homo latens vt nudares cicatricem eius & obductā cutem inſperato dolore reſcinderes? Aliquādo nō ratum habere: irritum facere. Sal. in iug. Iugurtha inter alias res ait oportere quinquēnii cōſulta & de creta oīa reſcindi.i.tolli & deſtrui.

¶ Reſcribo rurſus vel retro ſcribo. Ouid. Nil mi= hi reſcribas attamen ipſe veni. Et reſcribere ſignifi= cat reddere ſeu renunciare. Ter. in phor. Atq; illud mihi argētum rurſum iube reſcribi. Do. reſcribi red di: ſeu per menſæ ſcripturam dari: qm̄ ad pecunię re numerationem antecedit ſcriptura: reſcribere dice= bāt ꝓ renumerare. Vnde hodie dat̄ chiropgraphus Ser. ſcribi eſt dari. Hor. Scribe decē nerio: nō eſt ſa= tis adde cicutę. reſcribi vero reddi. Hor. Dictantis qđ tu nunq̄ reſcribere poſſis.

¶ Reſeco as. pe. cor. aui. atū. & reſecui reſectum. ſi= gnificat reſcindo: vide in dictione ſeco.

¶ Reſero as. pe. cor. aperio a ſera deductū. Ci. Nec ita claudenda eſt res familiaris: vt eam benignitati aperire non poſſit: nec ita reſerāda vt pateat oībus

¶ Reſero is. pe. cor. reſeui. reſitū. rurſus ſemino: ſeu rurſus plāto. Ply. li. xviii. Nā cum hyeme p̄gelida captę ſegetes eſſent reſeuerunt reſarriētes campos menſe martio.

¶ Reſegmen: quod ex vnguibus amputat̄. Ply. li. ii. Nec pauci apud græcos ſingulo= viſcerum mē= brorūq; etiā ſapores dixere omīa pſecuti vſq; ad re ſegmina vnguiū. ¶ Eſt ergo gn̄ale amputamentū.

¶ Reſeruo as. quaſi retro ſeruo: ab aliis ſcruo ſalio. Lact. li. ii. Fabricauit arcā in qua ipſe cū coniuge ac tribus filiis reſeruatus eſt: cū aqua vniuerſos mōtes altiſſimos operuiſſet. Hie. ad iul. Nihil tibi ob metū inopię reſeruaueris ne cū anania dāneris & ſaphira.

¶ Reſes idis. a reſideo qui remanet ſiue reſtat ocio= ſus a labore ſeu opere qđ exercere ſolebat. Liui. li. ii Timuere patres reſidem in vrbe plebem incerti ma nere eam an abire mallent.

¶ Reſideo es. p. cor. qeſco: ſedeo · firmiter ſto. Nā hic re nihil ſignificat. Vir. Oiſq; repente reſedit fla= tus. Hiero. Atq; in regni ſolio ſublimata poſt xp̄m gl̄oſa reſedit. Lact. li. ii. Poſteri hebręi dicti penes quos religio dei reſedit. i. reſtitit.

¶ Reſipiſco is. Vide in dictione deſipio.

¶ Reſex icis. Col. li. iiii. Nā cōfiteor pampinarios quoq; cū e duro ꝓceſſerint tpe anni ſequētis acqui= rere fœcūditatem. & ideo reſecē ſūmitti: vt ꝓgn̄are poſſit. Verū eius modi ptum comperimus nō tā ip= ſius reſecis q̄ materni eſſe muneris.

¶ Reſigno as. qđ ſignatū erat apio relaxo pate fa= cio. Eſt em̄ cōtrariū ſuo ſimplici ſigno qđ eſt annu= lo ſignū i primo. Plau. in tri. Iā ſi obſignatas nō fe= ret dici hoc pōt apud portitorem eas res reſignatas tibi inſpectaſq; eſſe. hic reſignatio teſtamento= ap pellata. Item reſignare eſt pfecte ſignare. Col. li. iii. Priuſq̄ arbuſculas tranſferas rubrica reſignato : vt hiſdem quibus ante ſteterunt cōſtituas eas. Item re= ſignare claudere. Virg lib. iiii. Et lumina morte reſi gnat. Antiqui etiam reſignare ꝓ ſubſcribere. & reſi gnatū ęs dicebatur militi cum ob delictū iuſſu tribu ni militū ne ſtipendiū ei daret̄ in tabulas referebat̄ Item reſignare reddere quod fit cum in libris dato tum: & acceptor= pecuniā quā acceptā ſignauimus redditam demonſtramus. Hora. li. ii. car. rennas re= ſigno quas dedit.

¶ Reſimus pe. ꝓ. ex re & ſimus. idem eſt qđ ſimus: hoc eſt qui ſurſum verſus deꝑſſas habet nares. Vir. Simus poſuit. Dū tenera attondent ſimæ virgulta capellę. Ser. Simę græcū eſt nomen. i. preſſis nari= bus. vnde & ſimias dicimus. De reſimus. Col. li. vii loquens de boum indole. Pando= inquit naribus reſimis patulis. Huius contrarium eſt deſimus ꝓ eo qui non eſt preſſis naribus.

¶ Reſina humor ex arboribus defluēs in hiſdemq; reſidens: a quo reſinatus a. um. quod eſt reſina illi= tum ſicut a pice picatum. Iuue. Quid enim reſina ta iuuentus.

¶ Reſoluo quaſi diſſoluo. Col. li. ii. Ex his nihil nō melius reſoluta humo q̄ denſa ꝓuenit. Itē reſoluere deſtruere: amouere. Virg. li. i. Ge. Inuitat genialis hyems curaſq; reſoluit. i. amouet Item diſſoluere & qđ ligatum erat non ligatū facere. Ouid. li. i. me. Et velate caput: cinctaſq; reſoluite veſtes.

¶ Reſpicio retro aſpicio. Plau. in aul. Tu ex hoc lo co digitum tranſuerſum aut vnguē latū exceſſeris: aut ſi reſpexeris donec ego te miſero. Interdū reſpi cere eſt reſpectū habere ꝓ uidere remediare. Plau. ci= ceroni. Q; ſi aut cæſar reſpexerit ſe : aut africanæ legiones celeriter venerint ſecuros vos ex hac par= te reddemus. Ter. in an. Carine me & te imprudens niſi quid dii reſpiciūt ꝓdidi. i. ꝓuident: vel remediū afferunt. Interdum cuſtodire reſeruare amare. Idē in heau. Deniq; nullū amittis tēpus: neq; te reſpicis .i. cuſtodis. Et in phor. Dii nos reſpiciunt: gnatam inueni nuptā cum tuo filio. i. diligunt.

¶ Reſpecto as. ſæpe video: amo: adiuuo. Virg. Si qua pios reſpectant numina.

¶ Reſpectus mō ipam reſpectionē. Plau. Et me re= ſpectu terruit : mō tōnem qua ad aliquid agēdū mo uemur. Ply. Nāq; eo reſpectu cōmotus abſceſſerat.

¶ Reſpiro ſpūm capio reſuſcito ſeu in ſtatum pri= ſtinum redeo. Plau. in epi. Mane: ſine reſpirē queſo īmo acquieſce aīo male eſt recipiā anhelitū. Ci. Au lo torquato. Si armis aut conditione poſitis: aut fa tigatione abiectis: aut victoria detractis ciuitas re= ſpirauerit: & dignitate tua tibi & fortuna vti licebit .i. in ſtatum priſtinū redierit.

¶ Reſpondeo es. & reſpondo is. Mā̄l. li. v. Sic etiā magno quędā reſpondere mōdo. Eſt aūt reſponde re poſteriore loco dicere: a quo reſponſum reſpōſio Et dicimus ego reſpondeo tibi & ad te. Ply. Cū ad eos breuiſſime reſpondiſſem. greci tamen multorē modū habent. Vnde xenophon in lib. q̄m facit de miſeria tyranno= και οι ερωντω λαβων οτι γηλια εφηωσι μωνιδη και εξων απεχθανον ται ει ανθρωποι ημας πολυπλειω τωμιδιω τωμ αναγκης στι παραγματευεσθαι. Aliquan= do ſignificat conuenire: conſentire: & parem eſſe. Virg. Dictis reſpondēt cætera matris. i. cōſentiunt & cōformia ſunt. Ply. li. xxxvi. Structuram ad nor mam & libellā & ad perpendiculū reſponderē oportet. Ci. li. tuſ. Mec tamē ſi quis magnis ingeniis deo

RE.

genere extiterunt nõ satis græcoꝝ gllæ respõderũt .i. accesserunt vel pes fuerunt. Hiero. ad furiã. Et q̃ bus nati sunt liberi suo generi respõderũt. i. similes fuerunt. Ci. trebo. cui q̃dẽ amori: vtinã cæteris rebus possem: amore certe rñdebo. i. satisfaciã: vel p ero. Virg. Illa seges demum votis respõdet auari agricolę. Aliqñ respicere seu contra positũ esse. idẽ li. vi. Contra elata mari respondet gnosia tellus.

¶ Respuo is. vide in dictione spuo.

¶ Restagnare extra redundare seu aquã continere Col. li. ii. ita quasi palus in aliqua parte subsidẽs restagnat sulcis deriuanda est: quippe aquaꝝ abũdantia atq; penuria graminibus ęque est exitio. Cõponitur ũt ex re & stagnare.

¶ Restauro as. ex re & stauro. vñ & instauro significat reintegro. Iusti. li. ii. Interea & dariꝰ cũ bellum restauraret. in ipso apparatu decidit.

¶ Restare supesse. Ci. in Cato. Nec cũ æqualibꝰ solũ qui pauci admodũ restant. ¶ Itẽ remotũ esse. Enn. Restat vsus fuit. i. distat & remotũ est. Itẽ retrostare Ter. in eu. Vtinã illum dii deęq; oẽs senem pdant q̃ me hodie remoratus est: meq; adeo q̃ restiterim. Itẽ resistere. Ci. de finibus. Nullã quęrẽtes voluptatem stoici restant. Itẽ restare cum dtõ significat manere cũ actõ: vt hoc mihi restat. i. hoc me manet. Virg. li. vii. Hoc latio restare canunt qui sanguine nostrum Nomen in astra ferant.

¶ Restito as. sępe moras facio. Ter. i eu. Exi foras sceleste; at etiã restitas? fugitiue pdi.

¶ Resisto is. retro sisto. Hie. li. ii. R. Cũq; transisset vniuersus populus & rex iordanẽ: restitit; & oscula tus est rex berzelai. & resistere est aduersari repugnare. Ci. Cũ resistere eius improbitati nõ possem.

¶ Restire est ad referendũ: laborandũ colendũve aptũ esse. Col. li. iiii. Nã vt q̃q; restire incipiũt tempestiue legunt: & q̃ nondum maturitatem ceperunt vuæ sine dispendio differuntur.

¶ Restibilis qui restituit & referit. Ply. li. xxviii. Cõceptũ leporis vtero exẽptum his quæ pere desierint restibilẽ fœcũditatem afferre: Vnde ager restibilis. Col. li. ii. Fasellus terræ mandabit: vel in veterato vel melius pingui & restibili agro. Festus. Restibilis ager fitq; cõtinuo biennio ferit: restibilis seges est: quæ regerminat: quasi cuius fœcũditas in sequentẽ quoq; annũ restitat. Græci palimblaston vocant. Ply. Vbertatis tñ tantæ sunt: vt sequente anno spõte restibilis fiat seges.

¶ Restituo is. mõ significat reddo. Ter. Gnatũ ei restituit. mõ in statũ pristinũ reduco. Iusti. Hunc regno a patre priuatũ filius restituerat. & proprie restituũtur volentes: cupientesq; vt ciuis patriæ: & filiꝰ patri. Hinc restitutio repositio: Caius restituere ịq̃t plus est q̃ exhibere. Nã exhibere est pñtiã corporis Restituere vero est etiã possessorẽ facere: fructusq; addere. Hinc restibilis ager.

¶ Restis funis a resto vt quidã aiũt: q̃ quęcũq; ligata stare faciat. Apul. Restim qua grabatulus erat intextus aggredior expedire.

¶ Restio onis. funiculus. Quo etiã noſe dictus fuit pauus augusti.

¶ Restingo is. xi. ctum. a stingo compositum est. Vnde & distinguo & exstinguo. Stinguo vero: vt opinor significat obscuro: de quo pri. Extinguo extinxi. cuius simplex in raro vsu est. Cicero tamen in arato participio vsus est. Quem neq; tempestas perimet. neq; lõga vetustas Interimet stinguẽs præclara insignia cœlnm. Idem ĩ progno. Vt cum luna means hipionis officit orbi: stinguunt radii cę ca caligine tecti. Restringuere aũt est q̃d vernacula lingua dicimus remorzare. Plau. in cas. Ignem restinguũt aqua. Vir. Quale pæstum Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.

¶ Restringo is. retro strĩgo. Ply. li. xxxv. Itẽ belli imaginem pinxit restrictis a tergo manibus alexandro in curru triumphante. Aliqñ valde seu perfecte stringo. Amb. li. i. offi. Vt lingua tua menti subdita sit restringatur habenę vinculis. Aliquando soluo. Apul. Iumentũ restringit abireq; stabulo liberũ sinit: quod stabularius inuentũ mox domum reducit Aliqñ rursus stringo. Idem. Et duplici ne solui facile queat restringit.

¶ Resilio silis. pe. cor. Vide in dictione Resulto.

¶ Resulto a resilio fit: quod significat in contrariũ salio reuertor agor rebello. Ply. Quandoq; resilit vulnus & curare scalpello oportet. Hiero. ad nepo. Sagitta in lapidẽ nunq̃ figit. Interdũ resiliens pcutit dirigentẽ. Et resilire est cito recedere. Quadrigarius. li. vi. Artorius caute dextrũ humerũ sautiat atq; resiluit. Resultare igit resilire reluctari: in cõtrariũ ferri seu reaudiri: ac reclamari. Virgi. lib. v. Pulsati colles clamore resultant. Sic & dissulto: vt apud eũdem lib. viii. Impulsu quo maximus intonat ęther Dissultant ripę.

¶ Resumo pe. p. rursus sumo. Ply. Resũptis post lõgam ægritudinem viribus.

¶ Resupino as. sursum reuoluo. Nam supinare est sursum voluere a supinus. Iuue. Et multum referẽs de mecœnate supino. Nam pnus supinusq; ac resupinus contraria sunt. Col. li. iiii. Quia siue pnum: siue resupinũ. Ply. Eosq; sciopidas vocari qui in maiori æstu humi iacentes resupini vmbra se pedum p tegunt. Itẽ resupinus piectus molliter. Ouid. Et mõcantabã veteres resupinꝰ amores. Resupinare igit est inuertere subuertere: interdũ etiã a ppositio: seu i cœpto reuocare: differre: puertere. Iuue. Aulã resupinat amici. Idem & resupinati cessantia tympana galli. Sed hæc p trãslationem.

¶ Rete tis. neu. gñis & retis masculini ac fœminini. & hæc retia æ. a rapio vel a raritate: vt ĩq̃t Var. Plau. in ru. Non vides pferre me vuidũ retem sine squãmoso pecu. Et iterũ ibi. Nã tunc & operã & ludos facit & retiã: vt tẽpestas est. Rete vero in abltõ rete ꝓreti. Ouid. li. v. fas. posuit. Cur tibi p libycis claudunt rete leones: hinc fit irretio is.

¶ Reticulũ diminutiuum a rete. Quo noſe vtit sæpe Hie. in instrumento veteri. Est & genus retis: qd in orbem spargit: qd aliquando capitur p tegmine muliebris capitis qd capillos continet. Iuue. Reticulumq; comis auratum ingentibus implet. Est & reticulum sacculus in modũ retis: quo viatores denarios & panem gestant. Hora. Vt si reticulum panis venales iter onusto Forte vehas humero. Alio nomine dicit funda.

¶ Retiaculum diminutiuum a retia. Hie. ĩ psalmis Cadent in retiaculum peccatores. Plau. in asi. Iubeas vna opera me piscari in aerem: venari autem retiaculo in medio mari.

¶ Retiolum idem quod reticulum scilicet tegmen capitis.

¶ Reticula dimi. a retis fœ. gñe.

¶Reticulatus ata.atum. qđ eſt factum in modum retis. Ply.li.xxxvi. Reticulatam ſtructurā: qua frequentiſſime tomæ ſtruunt remis oportunā.

¶Retiarius dicebaſ qui rete immittebat. Nam cōpoſiti gladiatores per paria diuerſa noia ſortiebantur. Nam alter dicebatur retiarius quod rete iaceret. Alter ſecutor perinde ac retiarium fugiēs vel fugā ſimulans ſequeretur. hoc genus pugnę iſtituit pittacus vnus ex ſeptem ſapientibus.

¶Retæ ſunt arbores quæ ex ripis fluminū eminēt: aut in alueis ipſoꝝ extant. a retibus dictæ q; p̄tereū tes naues retinerent inſtar retium. Vnde in edicto p̄ torum legiť: retanda flumina: quod ſignificat purganda: ne quid morę: ſiue piculi nauibus in ea virgulta incidentibus fiat.

¶Retego is. pe. cor. quod tectum erat denudo.

¶Retexo is. contrariū eſt ſuo ſimplici. Significat eſt quod textū erat reddo nō textum. Tractū a telis quæ deſtruunť cū retexunť. Et retexere rurſus texere renouare. Martius Ciceroni. An qđ adoleſcēs p̄ſtiti cumetiā errare cū excuſatione poſſem. id nunc ætate præcipitata cōmutem: ac ne ipſe retexam. Itē ſignificat aperire diſſoluere.

¶Retineo es. pe. cor. remoror :. vnde retinacula. p tranſlationē ponitur p recordor: vt cū dicimus. Si retines q̄ dicta ſunt. Aliqñ p cohibere. Amb. Satis abundeq; dixiſſe me credo ſuperiori tractu quemad modū cōpti vel nitidi natalē dñi ſuſcipe debeamus et ſupuenientē feſtiuitatē eius ab omni ambitione retinere: vt quicq̄ perdať vel cōſumať. Lact. lib. vi. Nomen itaq; ſolum retinuerūt: vim vero & rationē et effectum perdiderunt.

¶Retento as. frequentatiuū ſæpe retineo. Plau. in aſi. Cur me retentas. Et retentare iterū tētare. Ouid. li. i. me. Erigiť metuitq; loqui ne more iuuencæ: mugiat & timide verba intermiſſa retētat. id eſt iterum tentat p̄ferre.

¶Retinacula: quib⁹ aliquid retinetur: ſiue remorať Vir. li. i. Ge. Atq; amerina parāt lētę retinacula viti

¶Retorqueo es. retro iacio vl̄ mitto. Amb. li. i. of. Et q̄uis ſeptus armatis nō retorquebat conuicium.

¶Retracto as. a retraho: quod ſignificat rurſus traho: reuoco ve. Vnde liber retractationū: quē pater meus Aug. edidit recte appellatus: in quo quæ minus docte alibi tractauerat retractauit. id eſt reuocauit. Aliqñ retractare eſt retro trahere recuſare reiicere. Vir. li. x. æñ. Semianimeſq; micāt digiti ferrūq; retractant. Col. li. v. Hæc eorumq; ſimilia poſt putationē tractanda ſunt retrotractanda & remouenda.

¶Retribuo recompendo: quaſi retro tribuo.

¶Retrimētum a retero is. videtur eē ſicut detrimētum a detero. Var. Amurca cū ex olea eſt exp̄ſſa q eſt humor aquatilis ac retrimētū cōditū i vas fictile

¶Retorridus da. dum. quod intempeſtiue amiſſis viribus a ſole torretur. Col. li. iii. Si in olea vnus ramus aliquanto cæteris lętior eſt: niſi eū recideris arbor tota fiet retorrida.

¶Retorreſcere. Idem eſt qđ retorridum fieri. Idē li. iiii. Deinde ſata non ita enutriunt: vt ante conualeſcant ac p̄ſiliant q̄ retorreſcant.

¶Retrudo dis. pe. p. retro trudo Plau. in epi. cœpi rurſum vorſum ad illa pauxillatim accedere quaſi retruderet hoīem me vis inuitum.

¶Retundo is. Vide in dictione tundo.

¶Reualeſco ſcis ad ſanitatem redigor. Gel. qđ in eorū finibus ſub ipſo oppido ex capitali morbo reualuiſſet.

¶Reuenio is. pe correpta retro venio reuertor.

¶Reuertor deponens: & reuerto redeo: quaſi retro verto. Ci. appio. Cōſcendens iam nauē epheſo lāo diceam iam reuertit. Et li. iii. offi. Factus eſt alter eī⁹ ſiſtendi vas: vt ſi ille nō reuertiſſet: moriendū eſſet ipſi. Aliquādo reuerti ponit ſimpliciter pro venire diuertere. Idem ad Chryſippi laqueos reuertamur. cū nihil de Chryſippo antea dixiſſet.

¶Reuelo as pe. p. contrarium eſt ſuo ſimplici: velo quod tego ſignificat: vt reuela oculos meos. idē aperi & detege.

¶Reuello is. Vide in dictione vello.

¶Reuiſo is. redeo vt videam. Terē. in an. Reuiſo quid agant: aut quid captent conſilii. Plau. in truc. Nunq̄dnam me vis aliud. Vt quādo ocium tibi ſit me reuiſas. i. ad viuendū me reuenias.

¶Reuiuiſco is. reuixi rurſum viuus fio.

¶Reuoco as. pe. cor. retro voco: reduco: retraho: retrouertor: reſuſcito. Hie. Nō illum vxoris lachrymæ: nec cōmunio ſanguinis non deſpectans cūcta ex alto deus a ſcelere reuocat. i. retrahit vnde & reuocare pedem dicimus non modo de aſalibus: ſed etiam de fluminibus. Virg. Cunctatur & armis Rauca ſonans reuocatq; pedem. Sal. Sæpius vindicatum eſt in eos qui contra imperium in hoſtē pugnauerant quiq; tardius reuocati prælio exceſſerant q̄ qui ſigna reliquerunt: aut pulſi loco cedere auſi erāt .i. retro vocati. Plau. in cur. Poſtq̄ hæc mihi narrauit: ab illo reuocat me illico. i. vt redeā vocat. Lact. li. iiii. Iacentia mortuoꝝ corpora erexit: eoſq; nominibus ſuis inclamatos a morte reuocauit. i. ſuſcitauit. Aliqñ reuocare ſignificat p vices mutuo vocare. Var. Q đ nobis miniſtrare pueri diebus feſtis cicer viride: qui nos p̄uocare cū audeant: nos illos reuocare timemus. huius cōpoſitum eſt adreuoco. Ci. li. i. offi. Danda igitur opera eſt: vt ſi etiam aberrare ad alia cœperit adreuocetur oratio.

¶Reuolo reuolas pe. cor. retro volo. Ci. lib. iii. de natura gruis æque in tergo p̄uolantiū colla & capita in tergo reponūt: qđ quia ipſe dux facere nō p̄ot quia non habet vnde nitatur: reuolat: vt ipſe quoq; quieſcat in eius locum ſuccedit ex iis quæ aſſequiť: eaq; viciſſitudo in omni curſu conſeruatur.

¶Reus dicitur quicunq; in litem adducitur: etiam ſi nihil admiſerit. i. contra quem quiſpiam agit. Ci. li. ii. de ora. Reos appello non mō eos qui arguunť Sed oēs de quoꝝ re diſceptatur. Vñ a re diciť reus q; rei alicui obnoxius ſit: vel a re quā p̄miſit. Reū fieri: vt Aſco. inquit nihil aliud eſt niſi apud prætorem legibus interrogari.

¶Reus agitur qui accuſatur: reus peragitur qui dāmnať. Plynius iunior. Dum ille peragiť reus ſedimus Iureconſult. Peregiſſe reum non alias quis videtur niſi & condemnauerit.

¶Reus ſtipulando qui ſtipulatur: reus p̄mittendo qui ſuo noīe q d p altero p̄mittit.

¶Reus voti inquit Macro. qui ſuſcepto voto ſe numinibus obligat.

¶Rha fluuius a quo nomen medicamento notabili: vt ammianus inquit: qđ rheon ſeu rha barbarum atq; ponticum vocať.

¶Rhadamanthus. Iouis ex europa filius & rex lyciæ: q q; ſeuerus fuerit & iuſtitiæ executor: fingiť a

poetis apud inferos nocẽtũ explorare culpás. De quo Verg. li. vi. Gnoſius hic rhadamãthus habet duriſſima regna: Caſtigatq; auditq; dolos: ſubigit q; fateri: Quę qs apud ſuperos furto lętatus inani Diſtulit in ſerã cõmiſſa piacula mortem.

¶ Rhagades & rhagadia vocant ſciſſurę q̃ in ſede puenĩũt. Dictę rhagades a verbo gręco ῥάγω: qđ ſignificat abrũpo. De hoc in dictione cõdylomata: Comedo vulgariter mãzadure de muro.

¶ Rhãnuſia vide in dictione ramus.

¶ Rhamnetes nomen propriũ viri.

¶ Rhampſinitus nomẽ propriũ regis ęgypti: vt Herodo. lib. 2. hiſt. refert.

¶ Rhagę arx. nomẽ ciuitatis medorũ ab auulſiõe terrę motus.

¶ Rhea cœli & terrę filia: q̃ alio noĩe cybelle dicit.

¶ Rheda vocabulũ gallicũ vt inqt Quintil. Et ſignificat carrucã: Vnde a Cicerone rhedarius dict⁹ eſt auriga rectorq; ipſius rhedę: inde epirhedium.

¶ Rhegyũ oppidũ ſitũ in margine Italię cui gręci nomẽ dedere a fractura p y. Rhegyon em̃ gręce abruptũ dr. Hĩc em̃ ſicilia auulſa abruptaq; eſt ab Italia. Trogus: qm̃ inqt gręce abrupta hoc noĩe ꝓnũciat: gręci a dehiſcẽdi argumẽto nomẽ dedere Olim rhegynæ ciuitatis ingens fuit potentia: ob eã q; cãm nomẽ ciuitati factũ eẽ autumãt: quaſi regia vrbs foret: vñ & Stra. ſcribit quoſdã exiſtimaſſe a quodã rege dici potuiſſe. Sicq; abſq; aſpiratione ſcribendũ eſſet. Ab rhegyo dicti ſunt rhegyni. Eſt aliud regiũ ciſalpinę gallię oppidũ nõ longe a parma & mutina a lepido inſtauratũ qđ & regium lepidi pro differẽtia alteri⁹ dicit: a quo regiẽſes: ſz melius dicit regiũ lingobardię.

¶ Rhebanus fluuius in faucib⁹ boſphori thracij. vt Ply. li. v. teſtatur.

¶ Rhemi ppli gallię. vñ p̃cioſiſſimũ telę gñs rhemẽſe: cõicata aliis quoq; gallia⁊ pplis textrinis.

¶ Rhenus & rhenũ vtroq; mõ dr ꝓ fluuio (gl'ia. gallię q de iugo rheticarũ alpiũ vſq; in oceani profunda curſũ ſuũ dirigit. Romani memorãdus aduerſus feras gẽtes mur⁹ iperij. Ver. Rhenuſq; bicornis. Hor. Aut flumẽ rhenũ: ãt pluui⁹ deſcribit arc⁹

¶ Rhenones veſtes pelliceę p̃cipue ferinę ad vſũ humanũ redactę: dictæ q; calidos teneãt renes: ſiue quia ῥινος pellis dr: ſiue q; rhenoni populi hiſce peculiariter vtebant. Cæſar. cõ. vi. ſcribit germanos vti paruis rhenonũ tegmentis.

¶ Rheſus rex thracię quẽ Home. ſcribit cũ eqs albis in auxiliũ troianorũ veniſſe & a diomede interfectũ. Quo noĩe etiã dict⁹ ẽ quidã troian⁹ fluuius.

¶ Rhetus gygas: quẽ Dionyſius in leonẽ cõuerſus occidit. Rhœtus vero mons troię in quo aiax thelamonius ſepultus traditur.

¶ Rheti populi a thuſcis cõditi q duce rheto a gallis pulſi alpes occupauerũt & a nomine ducis rheto condiderũt Rhetiã. Hinc rheticę vites: & rheticum vinũ: quod inter generoſa Italię vina numerat: Q đ vt Stra. li. iiij. ſcribit in mõtanis rhetorũ radicibus naſcit: q populi veronã comũq; vſq; pueneruũt. Rhetia regio europę ẽ: q̃ vt li. ij. Ptolo. refert ab occaſu limites habet mõte adulã & fontes danubij & rheni; ab ortu lyciũ fluuium qui in danubiũ exit: & rhetiam a vindelicia diuidit. A ſeptẽtrione danubium. A meridie alpibus terminatur ſupra galliã ciſalpinã. Poſt rhetiã verſus orientem ſequitur vindelicia cui noricũ adhęret. Eno tm̃ fluuio diſiuncta quidã eã Bauariã appellant.

¶ Rhetor latine orator: q̃ q̃ differãt q; orator ſit q in iudicijs & cõcionibus cauſas agit. Rhetor q rhetoricen ꝓfitetur. Declamator qui aut docẽdi alios aut exercẽdi ſe gratia fictam cauſam agit: vt in veris poſtea cauſis poſſit orare. Aliquãdo tamẽ rhetor ponitur p oratore: rhetorica: oratoria. Rhetoricus modo p rhetore mõ p oratore ſumitur. rhetoricor aris. rhetoꝛ more loquor. Hie. cõtra helui. rhetoricati ſumus: & in morẽ declamatorũ paululũ luſimus. Rhetoriſſo as. rhetorice loquor.

¶ Rheuma matis. latine eruptio: ſiue fluxus dicit: a ῥέω fluo. Amb. lib. hexa. Dicas ſi aſcendẽtes videas rheuma quoddã eſſe ita proruũt: fluctuſq; interſecant p propontidẽ in euxinum portũ violẽto impetu ꝓfluentes: vnde & pituita dr: quũ fluat.

¶ Rhinoceron ontis. & rhinoceros otis. aĩal quadrupes habens in nare vnũ cornu: vt ait Ply. Genitus hoſtis elephanto cornu ad ſaxa limato præparat ſe pugnę in dimicatiõe aluũ maxime petẽs: quã ſcit ſuis ictibus peruiã eſſe: Solinus dicit repãdum eſſe: id eſt recuruũ eius cornu: & attritũ cautibus in mucronẽ excitare: pugnare cũ elephãtib⁹ longitudine parem: breuiorem cruribus. Pauſanias affirmat rhinoceronta duo habere cornua: alterum inſigni magnitudine ex naribus extans: alterum quod ſuperne erumpit exiguum quidem: ſed validiſſimum. Hinc ſagacẽ & prudentem virũ naſum rhinocerõtis habere dicimus. Mar. Iuuenesq; ſenesq; Et pueri naſum rhinocerõtis habẽt. Compoſitum nomen a ῥὶν ῥινος: qđ naſum ſignificat & κέρας cornu. Ponitur & pro quodã vaſe oleũ guttatim fundente lauantibus ſe in balneis. Mar. Geſtauit fronte modo me iuuencus rhinoceronta Me putabis pleno gutto. A rhinoceron fit adiectiuum rhinocerõtius a. um. vt cornua rhinocerõtia.

¶ Rhodos latine roſa. Iñ cynorhodos & rhododaphne. Et rhodos nomẽ vrbis vt inquit Stra. ſuper orientali promõtorio ſita. dicta q; capulo roſę illic inuẽto ſit ędificata. Ea portubus olim & vijs: & mœnibus & reliquis ornamentis tãtopere cæteras ſuperauit: vt nulla putaret ęqualis legũ pręſtãtia & nauali reiperitia adeo valuit vt annos multos maris impio potiretur: & pyratarũ latrocinia ſuſtulerit. Quo etiã nomine dicta eſt inſula in qua ea vrbs eſt: quam Plynius Lycię & primam cycladum ſcribit eſſe venientibus ab oriente. Hæc inſula nongentorum ac viginti ſtadiorum ambitu patet inter aſiaticas inſulas tertia. Nam Leſbus & cyprus maiores habẽt. Pri⁹ ophiuſa dicta ẽ: deiñ ſtalia. poſtea telchin: eo q; telchines iſulã incolerẽt: quos nõnulli maleficos: alij eximios artifices fuiſſe tradũt q eris & ferri fabricã inueniſſe dr. Sũt q hãc iſulã carpathio mari aſſignãt vt ex lucilliano verſu intelligi licet. Rhodos carpathiũ in pelag⁹ ſe iclinat apertũ Soli ſacra ẽ: q puellę noĩe rhodię amore captus rhodũ ab ea nominauit: vt Diodo. libro ſexto refert. Namvt Solinus auctor eſt nũq̃ ita cœlum nubilum eſt: vt in ſole rhodos non ſit. Aurum rhodi pluiſſe ob fœlicitatẽ inſulæ cecinit Pindarus: vbi ſtudia liberaliũ artiũ & in primis oratorię facultatis floruerunt. In ea fuit admirandę magnitudinis coloſſ⁹: a quo poſtea rhodij appellati ſũt coloſſenſes ad quos apl'us epl'a⁊ ſcripſit. in

ea etiã vrbs opulentiſſima lyndus ex qua cares ſtatuari⁹ q̃ coloſſum extruxit. A rhodus fiũt adiectia: rhodius: & rhodienſis: & rhodiacus.

¶ Rhodinũ: oleũ e roſis: qđ roſaceũ noſtri nũcupauerunt. rhodinũ vnguẽtum: quod fit oleo roſaceo.

¶ Rhododendris frutex: quẽ & rhododaphnẽ nominant filio ſimilis amygdalę: ſed maiori pinguioriq; ſemine: patẽt licet ῥοδον και δαφνοσ. id eſt roſa & arbor.

¶ Rhodanus pe. cor. fluui⁹ galliæ a rhoda rhodiorum oppido: vt ait Ply. li. iii. Hie. in cõmento epiæ ad galathas. rhodani rhodios; coloni locauerunt. Vnde amnis rhodanus nomẽ accepit. adeo magni curſus eſt: vt vix aduerſa poſſit nauigari aqua. Ferunt hunc amnẽ ex alpibus oriri quæ italiã a gallia diuidunt nõ longe a fontibus rheni & danubii. Fertur p lemanũ lacum & verſus occidẽtem per galliã fluens ararim ſuſcipit. Inde ad meridiem cõuerſus & iſarã druentiãq; ſuſcipiens apud heracleã vno oſtio: & paulo vlterius duobus aliis in mare thyrrenũ irrumpit. De hoc Amb. li. hexa. Rhodan⁹ rapido concitus curſu thyrreni equoris freta ſcindit in quo nõ mediocre fertur nauigantium periculũ: dũ interſe maris fluctus & amnis fluenta decernunt.

¶ Rhodope mons thraciæ a rhodope thracũ regina vbi ſepulta eſt cuius prima cor. Oui. Qua patet vmbroſum rhodope glacialis ad hemũ. At rhodope p noie pprio meretricis thraciæ q̃ Ply. li. xxxvi ſcribit feciſſe quæſtui ſuo pyramidem laudatiſſimã & cõſeruã fuiſſe æſopi fabularũ philoſophi: pria p. Hanc etiã rhodopin declinationis tertię vocant vt ntũs ſit rhodopis idis. A rhodope ſit adiectiuũ rhodopeius a. um.

¶ Rhodogune: fuit filia Darii quæ poſt mortẽ viri nutricẽ quæ illi ſecũdas nuptias ſuadebat occidit.

¶ Rhœtus cum œ diph. Vide in dictione rhetus.

¶ Rhoicæ mulieres quas; vuluę rheumatiſmo. id ẽ fluctionibus laborant.

¶ Rhoiton a græcis dicitur vinum qđ e granis malos; punicorum exprimit.

¶ Rhomb⁹ gręca vox eſt ſignificatq; figuram quadratam ſolidã: cuius latera oia ſunt æqualia: anguli vero obliqui tetrapleuros. id eſt quattuor laterum. Hic ſi in terram iactet voluit ad ſimilitudinem fere cylindri. Vtebant eo maleficæ mulieres ad deducẽdam lunã tortis filis cõfecto. Ouid. Quid torto cõcita rhombo licia. Mar. Quæ nũc theſſalico lunam deducere rhombo. Prop. Deficiunt magico forti ſub carmine rhõbi. Eſt & rhõbus piſcis gñs. Iuue. Incidit adriaci ſpatiũ admirabile rhombi Ante domũ veneris. Itẽ rhombus eſt torq̃s ſiue machinula illa qua vertendo mulieres tramã ad laniciũ nent.

¶ Rhomphea gñs gladii. Val. Flac. li. xi. Aequaq; nec ferro: breuior nec rhomphea ligno.

¶ Rhoxia regio ſeptẽtrionalis quã polloni & ſarmatę ſuam eſſe dicunt.

¶ Roxolani populi ſcythici vltra danubiũ quos q̃dam rhutenos eſſe putant.

¶ Rhuteni populi galliæ aquitanicę: vt inquit Ply. Cõtermini narbonenſis ꝓuincię. de quib⁹ Luc. li. i. Soluunt flaui longa ſtatione, rhuteni.

¶ Rhynthon. Tarẽtinus nugator viliſſim⁹ in agẽdis pręcipue fabulis.

¶ Rhytion vaſis gen⁹ lunari ſpecie. Mar. in rhytio poteris phœbe lauare pedes.

¶ Rhypatographus ſordidarũ rer; pictor. Sic erat cognominatus fuit Pyreicus pictor excellẽs q̃dem ſed qui tonſtrinas ac ſutrinas aſellos ꝏpoſonia alia q; hmõi humilia ſecutus eſt. Nam ῥυπαρων græci ſordidum dicunt.

¶ Rhythmus latine numer⁹. Quint. li. ix. de inſti. Sunt numeri rhythmi qui neq; finẽ habent certum nec vllã in contextu varietatem: ſed qua cœperunt ſublatione ad poſitionẽ vſq; decurrunt.

¶ Rica quadratũ veſtimẽtũ fimbriatũ & purpureũ quo ꝓ palliolo vtebant flaminicæ. Eſt & veli genus quo mulieres capita tegunt. Dictum a ritu: vt Var. auctor eſt q; romano ritu ſacrificia fœminę cum faciunt capita tegunt. Huius diminutiuum Eſt ricula: quod ꝓ ſudario ponitur.

¶ Ricinus genus veſtis qđ & ricinĩ dĩ a reiiciẽdo Feſtus. Ricinii eſt oẽ veſtimentũ quadratũ. Et & ricinus genus cucumeris & vermis: canes acrius atq; boues infeſtãs. Var. Quidã nucibus græcis inſaqua tritis pungunt catulos; aures: q; ricini ſoleãt ſi hoc vnguine non ſis vſus eas exulcerare. Ab huius aſalis ſimilitudine Ricinus dĩ herba inſtar arboris quã Diaſcorides arboroſum fruticẽ vocat ſiłem ficui: ſed minorẽ folia hñtẽ ſimilia platano: ſed maiora lenia & nigriora ex qua exprimit oleum cizynium.

¶ Rictus us. & rictũ nõ ſolũ hiatũ ſignificat: vnde verba exeunt: ſed pars illa circa ipm hiatum: quę in homine ridente vel alio modo os torquente lineis quibuſdam eminatur: vt maxime ſunt labia. Lact. ſic. Oris quoq; ſpecies & rictus ex tranuerſo patefactus q̃ vtilis & q̃ decens ſit enarrari non poteſt. Putatur & rictus eſſe figura in ore ad temp⁹ aliquo modo contracta vel ꝓducta vel inuerſa vel extẽſa quæ paulopoſt reditura ſit in naturalem formam. Et eſt communis tam bęluis q̃ hominibus. Hora. Ergo non ſatis eſt riſu diducere rictum. Lucr. lib. quinto. Moloſſum Mollia dicta premunt duros nudantia dentes. Aliquando accipitur ꝓ roſtro. Vnde nõnulli a græcis deductum volunt apud quos ῥυγχοσ roſtrum dicitur.

¶ Rideo es. riſi riſt riſum. ſine caſu conſtruit ſecundum conſuetudinem Gel. li. i Rex quaſi anus ętate deſiperet riſit. Aliqñ ſignificat lætũ eſſe. Virg. Miſtaq; ridenti colocaſia fundet acantho. cum autem accuſatiuũ habet ſignificat derideo. Lact. li. i. Si q̃s autem accepta ſapientia depoſuerit errorẽ ꝓfecto ridebit ineptias hoium pene dementiũ. Huius compoſita ſunt. Arrideo: qđ eſt in alicuius gratiam placide: rideo applaudo & lætitiam animi ridẽdo oſtẽdo. Ouid. Arriſit paries aduentente dea. Ter. Arrides oĩbus Corrideo ſimul rideo. Hiero. in Gñ. Qui cũq; audierit corridebit mihi. Derideo deludo: cõtẽno & cum irriſione ac contẽptu rideo. Plau. in aul. Neq; ędepol ego te deriſum venio: neq; derideo: neq; dignũ arbitror. Irrideo idem quod derideo. Ter. in ecy. prolo. Ne eum circũuentũ inique iniqui irrideant. Obrideo ſubrideo parum ſeu latenter rideo. Oĩaq; habent pe. p.

¶ Ridiculum: ſignificat ſermonẽ riſum excitantẽ Ci. li. de ora. ſępe etiam ſententioſe ridicula dicũtur Plau. in ſti. Me meũ obtenturũ ridiculis meis. Hic Gel. Formauit cõpoſitum Deridiculum. Vt vel ipa reę; ita dicebat opprobrare aduerſarius & p facetias oſtentaret faceret eos deridiculum: q; ꝓinde cœlio formam crimini darent.

R1.

¶Ridiculus dicitur qui aliis riſui eſt & de quo alii ri dẽt. Iuue. Nil habet infœlix paupertas durius in ſe Cẽq; ridiculos hoſtes facit. interdũ ſignificat eum q alios ridere facit. Plau. in ſti. Vides ridiculos nihi li fieri. Ci. C. Sicinius homo impurus: ſed admodũ ridiculus. Sic dicimus iocos ridiculos. Plau. in Sti. Iocos ridiculos vendo age licemini.

¶Ridiculare idem qđ ridiculũ. Plau. in aſi. Mitte ri dicularia. i. deceptiones quæ deriſionẽ prębent: ſeu quæ riſu digne ſunt.

¶Ridicę pedamenta vinearum quæ e quercu & iu nipero ſolent fieri optima: ſicut Var. lib. i. de re ruſ. docet. Col. li. v. Hic annus nõdum vehementẽ pa lum aut ridicam deſyderat.

¶Rigo as. madefacio: adaquo. Hie. in Paulo. Ta lia eo loquente longæuus viator vbertim faciẽ la chrymis rigabat: quas magnitudo lætitiæ indices cordis effuderat. Huius compoſitum eſt Irrigo as. De quo alibi.

¶Riguus a. um. quod rigaſ: ſeu qđ rigari facile põt Col. li. ii. de prato loquens. Eius inquit aĩaduertim⁹ duo genera quoꝝ alterũ eſt ſiccaneũ: alterũ riguum Siccaneũ qđ rigari nũq; aut nõ facile põt intelligo. Riguum quod facile.

¶Rigor modo ſumitur p frigore: modo p duricie. Virg. Et ferri rigor.

¶Rigidus a. um. idem quod frigidus. Vir. Tellurẽ borea rigidam ſpirante moueri. Aliquando poniť p duro: vnde rigidus homo dicit aſper: & rigiditas aſpitas. Aliqñ p erecto quod nõ niſi ex duricie acci dit. Idem Tũ rigidas motare cacumina quærcus.

¶Rigeo es. gui. frigeo: a quo Rigeſco frigeſco. p tranſlationẽ Rigeſcere capitur p indurari vel erectũ ſeu contractũ eſſe qm̃ quæ frigẽt horrẽt & dureſcũt. Cice. li. i. tuſ. Cæteras partes incultas q aut frigore rigeant aut vranť calore. Virg. li. ii. Ge. Aeraq; diſſi luunt vulgo veſteſq; rigeſcũt. Ser. Durantur vt frãgi potius q̃ ſcindi poſſe videanť. Huius compoſita ſũt Dirigeo: a quo Dirigeſco. Obrigeo: obrigeſco qđ eſt totus frigore contrahor: & quaſi indureſco & rigidus fio. Col. li. v. cõpeſcit harundo cũ obriguit hiberno frigore. Seneca. Ita membra frigore obri guerunt vt ſeminecẽ putaremus. Hie. lib. ii. ℟. Ipſe ſtetit & percuſſit philiſteos donec deficeret manus eius & obrigeſceret cum gladio.

¶Rima fiſſura & ꝓprie rimæ dñr exiguæ diſtantię tabulaꝝ in iuncturis. Vnde tractũ eſt: vt oẽs fiſſuræ rimę dicanť: & rimas agere findi. Huiꝰ diminutiuũ eſt Rimula. Hiero. Per tranſlationẽ dixit. Si tenui cuiuſvis dilectionis rimula cõtinuus inſidiator dia bolus intuitum valet infigere.

¶Rimoſus a. um. quod eſt rimis plenum. Col. li. i. Quicquid inferiore mox appoſueris fiſſum erit ri moſumq;.

¶Rimor aris. & rimo as. ſcđm priſ. diligenter quæ ro ſcrutor & quaſi rimulas quaſq; ꝓquiro. Tractum a ſuibus qui glãdes rimanť de rimis terrarũ. i. fiſſu ris. Virg. li. i. Ge. Dulcibus in ſtagnis rimanť prata cayſtri. i. paſcunť in pratis & cibũ p oẽs rimas terrę ꝓquirũt. Interdũ rimari eſt ſcidere: & quaſi in rimas agere. Idem Ergo ægre raſtris terã rimanť. Inter dum expleri: vt apud eundem Rimaťq; oculis habi tatq; ſub alto pectore.

¶Ringo is. xi. rictũ. qđ & ringor dicitur ſignificat os torqueo quod canes faciunt dũ latraturi ſunt vel cũ ex ira in rugas deducunt os. Hinc Ringi ꝓiraſci indignari adlatrare: pulſare: cõuiciari: murmurare ponit. Terẽ. in phor. Cũ ille & cura & ſũptu abſumi tur dũ tibi ſit qđ placeat: ille ringit: tu rides. Sido nius. Multũ ringit ocioſa virtus. Dicit autẽ ringi a nariũ tortura. Nam ρὶν naris dicit: vt ſit ringi quaſi narem agi. i. torqueri. Hinc rictus us. & rictum. De quo ſupra.

¶Ripa extremitas terrę dicta q aquarum agitatio ne rumpať. Et ꝓpric eſt aquarũ currentum: littus ea ps quã alluit mare. Poteſt etiã lacuũ & ſtagnorũ eſſe quæ maris imaginem habent.

¶Riparia auis quæ in ripis hĩtat. Ply. li. xxx. Mul to tñ efficaciſſime ripariarũ pulli: ita vocant in ripa rũ cauis nidificantes.

¶Ripæ ſiue ripei ſine h montes archadiæ quã ad dimus: quotiẽs ripheos mõtes ſcythiæ ſignificam⁹ Vir. Quiq; ripas letulũq; tenent atq; arua celenę.

¶Rhipæi mõtes ſcythici a ῥιπτω: vt quidã putãt .i. a ventoꝝ ꝓpetuo iactu. Vir. li. iii. Ge. Gens effre na virũ rhipæo tũdit euro. Nã ῥιπτίζω græce flo. ſi gnificat. Vñ & rhipæi cũ h in pria ſcribũt. Riphęos populos Riphaath filiꝰ Gomer. inſtituit quos a ſe Riphæos noiauit vt ſcribit Ioſephus li. i.

¶Riſcus: vt inq̃t Do. ciſta eſt ex pelle cõtecta. Ser. vero ait eſſe feneſtrã paruã in pariete. Ter. in heau. Abi ſiſtellã domo affer cum monumentis. vbi ſita eſt. ℟ in riſco.

¶Ritus us. mos & approbata conſuetudo quã oẽs ratã hñt dicit etiam Rites is. Sta. li. xi. th. Hei mihi primitiis aratũ & rite nefaſto.

¶Rite aduerbium a rito verbo ſcđm Priſ. & ſigni ficat recte: quia nihil tradit ritibus qđ nõ rectũ eſſe credatur: vel vt inquit Var. quia quod fit rite id ra tum & rectum eſt.

¶Rito as. a ruo is. deducit. Cuius compoſita ſunt Irrito ꝓuoco & ꝓrito.

¶Riuus a ῥεω fluo locus depreſſus p longitudinẽ aquę currentis. Hinc deriuo as. & corriuo as. qđ pro prie de brutis dĩ cũ potãdi gratia ad eundẽ riuũ cõ uentant. Huius dimi. eſt riuulus puus riuus.

¶Riuales & corriuales dñr æmuli de mulieribus: q̃ ſi in vnũ amorẽ deriuantes. Ter. in heau. Militẽ ego riualem recipiendũ cenſeo. Tranſlatio vel a beſtiis quæ ſitientes cum ex eodẽ riuulo hauſtum petunt: prælium contra ſe inuicem concitant: vel a reruſti ca. Nam riuales dicuntur il quorum agros riuus ali quis diſterminat: qui in certitudine & mutatiõe cre bra curſus: lites ſępe inter eos ſuſcitat. Et Vlp. Ri uales qui per eundem riuum aquã ducũt inter quos ſæpe contentio eſt de aquę vſu. Item riuales dicun tur qui in riuis habitant. Col. li. ix. Datur camar⁹ & riualis alecula: vel ſi qua ſunt incrementi patui flu uiorum animalia.

¶Riualitas dicta eſt æmulatio illa inter amaſios.

¶Riuinus idem qđ riualis. Plau. in aſi. Cedit noctẽ filius riuinus amens ob raptam mulierem.

¶Rixa nomẽ fictitium a ringẽdo: qđ eſt canũ.: qñ irritantur: hinc rixoſus a. um. contentioſus. Feſtus Rictus rixę rixoſæ a ringit dici vidẽtur: quia in di uerſum rumpanť: contrariaq; ſint recto.

¶Rixor aris iurgo: contendo.

¶Robur ſiue robor peto ſiue ſpecies quercus eſt duriſſimę. etiã per tranſlationẽ ſumitur pro aĩ forti tudine qua quis durat aduerſus pericula. capitur &

ꝑ corporis firmitate aduerſus oēs difficultates firmiter obnititur. Demū oīm rerum firmitatem duriciāꝙ robur dicimus. Col. lib. ii. Quod ꝓtinus exile natū ſit nūq̄ robur accipitur manifeſtum eſt. Vnde Ser. Dicit omne qđ forte eſt: robur vocamus. Virgi. vii. Aeternaꝙ ferri robora.

¶ Roborcus a.um. qđ eſt ex materia roboris. Col. lib. xii. Materies ſi roborea eſt vno fabro dolari ad vnguem debet.

¶ Robuſteus a.um. apud catonē deriuatū a robore

¶ Robus apud veteres dicebaṫ rubeus & bouē robum: idcirco ruſtici vocabant. Vnde & materia quę plurimas huius coloris venas habet dicta eſt robur & hoīes valētes ac boni coloris robuſti. Robus etiā genus tritici maxime laudabile vt inquit. Col. Cum pondere & nitore præſtet.

¶ Robuſtus a.um. quod eſt multi roboris. Col. lib. ii. Neqꝙ dubium eſt ex robuſto ſemine poſſe fieri nō robuſtum.

¶ Roboro as. pe. cor. fortifico. Hie. li. ii. ꝛc. Roboramini & eſtote viri fortes. Hinc cōponiṫ Corroboro: qđ eſt totū ſimul fortifico. Ci. Caſſio. Manebat eīm illud malū vrbanū & ita corroborabaṫ quotidie vt ego quidē & vrbi & ocio diffiderem vrbano.

¶ Robigo pe. ꝓ. dea quā romani putabant robiginem auertere. Ouid. Flamē in antiquū lucū robiginis ibat. Erat & robigus deꝰ cui robigalia facra. vii. kal'. maii fiebant qm̄ tunc fere ſegetes robigo occupat: vt ait Ply. Eſt & robigo morbus ſegetū qui culmis frumentorum innaſcitur ex nimio humore: vt ait Var. Virg. lib. i. Ge. Et mala culmos eſſet robigo. Ser. vero dicit rubigo genus vitii quo culmi peunt: ſed abuſiue Robigo dicit. Nam ꝓprie rubigo dicit. Varro dicit vitiū eē obſcœnę libidinis quod vlcus vocatur.

¶ Rodo is. roſi ſum. ꝓprie muriū eſt & ſimiliū qui dentibus fere ſemp aliquid demoliuntur: ꝓ tranſlationē qñq̄ ꝓ detraho ſumiṫ. Hiero. in prę. fa. li. pal'. Hæc pace veterum loquor: & obtrectatoribus meis tantū reſpondeo: qui canino dente me rodūt in publico detrahentes: legentes in angulis. Huius cōpoſita Arrodo. Ci. ꝓ ſex. Vt illa ex vēculis extracta nitedula rēp. conareṫ arrodere. Corrodo erodo & p̄rodo: qđ eſt anterodo. Col. li. iiii. Nam ſi ſæpius cacumina manu p̄fracta aut a pecore prærоſa fuerint ꝓpetuum corrūpuntur

¶ Rogo as. poſco. Gel. Crepidariū cultellum rogauit a crepidario ſutore. Quādoq̄ rogare eſt quęrere Ci. Roga ipm̄ quēadmodū arimini ego eum acceperim. Quando orare deprecari. Virg. li. vii. Littuſq̄ rogamuus Innocuum. Qñq̄ ſtatuere. Gel. lib. i. Lex deinde licinia rogata eſt. Ci. li. ii. phil'. Ego ad eam belli ciuilis cām attuli. Ego leges perniciоſas rogaui. hinc legis rogatio dicit: qm̄ rogare populū, magiſtratus ſolebant an id placeret quod ſtatuerāt Hinc etiam derogare legi & abrogare legem dicim⁹ Et rogationis nomine continetur lex plębeſcitū & priuilegium. Eſt enī quaſi caput & fons totius iuris popularis. Nam rogare populum eſt agere cum populo. In qua re hęc erant verba ſolennia. Velitis ne Iubeatis ne quirites vt hoc vel illud fiat. Vnde rogatio quaſi quędam interrogatio. Sue. in Cęſa. Reditū in ciuitatem rogatione Plotia cōfecit. i. lege a plotio lata. Componitur hoc verbum cum ad vt arrogo: cum ab vt abrogo. cum con. vt corrogo. Ci. li. iiii. ad herē. ſi ꝓmetheus cum mortalibus ignē diuidere vellet ipe a vicinis cum teſta ambulās carbū culos corrogare: nū ridiculus videretur? Cum. De vt derogo. Cum e. vt erogo: a quo ſupererogo. Cū in: vt irrogo cū ꝓ: vt ꝓrogo qđ eſt ꝓtraho ꝓlongo Col. li. i. Quis enī dubitet eam maxime ꝓbatā haberi ſine qua nemo noſtrum vel ꝓſpere vel aduerſę valitudinis vitā ꝓgat? Ci. Appio. Illud pugna atqꝙ enitere nequiq̄ nobis temporis ꝓgetur. Prorogare imperium ſignificat noua rogatione in longiora tpa ꝓferre. Cū ſub: vt ſubrogo: quod eſt ſubſtituo Quintil. Cum defuncto patrio in eius locum ſubrogatus fuiſſet. Et oīa habent pe. cor.

¶ Rogito as. frequentatiuum ſæpe precor & ſæpe ſciſcitor. Plynius patrem agit rogitat vt ſui miſereatur. Virg. Multa ſuper priamo rogitās ſuper hectore multa. Hinc componitur. Erogito quod eſt valde ſtricte ve rogito. Plau. in cap. Ex hac ſtatua vetuecea volo erogitare meo minore quod factum ſit filio.

¶ Rogatores poſtulatores & mēdici: qui elemoſynā poſtulant. Plau. Vt rogator oſtiatim petā panē.

¶ Rogatarius tabellio qui rogat quod quiſq̄ ſtipuleṫ. hoc eſt ꝓmittat.

¶ Rogamen rogationē ſeu precem ſignificat.

¶ Rogus ſtrues lignoꝙ ad cremanda cadauera dicta q̄ in eo dii manes rogent.

¶ Roma vrbs italiæ regina vrbium & totius orbis caput. Hæc paruum ab initio oppidū fuit a iuuentute latina valentia appellatum. Quod cum Euander ad ea loca veniens extendiſſet ſeruata prius impoſiti noīs ſignificatione romam nuncupauit. Siquidē græci ῥωμην robur appellant. Hiero. cōtra Ioui. Roma aūt fortitudinis nomē eſt apud græcos: aut ſublimitatis iuxta hebręos. Alii volūt Troia capta quoſdam ex achiuis in ea loca vbi nūc roma eſt deueniſſe per tiberim. Deinde ſuadēte nobiliſſima captiuarū cui romæ nomē erat incenſis nauibus poſ fuiſſe ſedes: & ſtructo oppido Romen ab ea vocaſſe. Alii romam a romulo dictam volunt. Romulus vero a romula arbore. id eſt ficu ſub qua romulus & remus pueri inuenti ſunt cum lupa præbente infantibus rumen. i. māmam: vel à rominando q̄ æſtate ſub ea pecudes rominabant. Sunt etiam qui romulū & remū a robore ἀπο του ῥωμου appellatos volūt. A roma fit Romanus a.um. quod e roma eſt vel qui romā inhabitat Romanenſis: qui alibi ortus eſt: ſed in roma verſatur. Vñ Cato. ſeu Varro in li. de re. ruſ. Salē romanēſem appellat non romæ factum: ſed qui romæ vendebatur.

¶ Romulus nomē ꝓpriū eius qui romā condidit: a quo romulida & remulia tribus.

¶ Ronchus ſtertentis ſonus nomen factitiū. Mar. Maiores nuſq̄ ronchi iuueneſq̄ feneſq̄. Et pueri naſum rhinocerotis habent. Ponitur quādoq̄ pro deriſione.

¶ Ronchiſſo as. ſterto. Plau. cyathiſſat dum cœnat dum dormit ronchiſſat.

¶ Roro ras. humorem inſtar roris paulatim demitto. Vir. li. viii. Raptabatq̄ viri mēdacis viſcera tullus p ſyluā & ſparſi rorabant ſanguine vepres. Hīc componitur Irroro pe. ꝓ. qđ eſt intus vel ſupra rorem ſpargo & madefacio. Vir. li. i. Ge. At cum ſole nouo terras irrorat eous.

¶ Roreſco is. a roreo es. cōuenit eſſe. Ply. li. xviii.

Aquilonem pronũciat terra ſicceſcẽs: ſed roreſcẽs repente hauſtrum immiſcet humeſcens in rore occulto.

¶Rorulentus a.um. quod eſt plenum rore. Col. li. vi. Cauendum ne aut ſeptentrionalibus ventis: aut rorulentæ: ſed ſiccę ferãtur vites. Idem Rorulentæ baccę non legantur.

¶Rorarii milites: qui armatura leui præliũ primi cõmittebant: q; vt ante pluuias cœlum rorare ſolet ſic illi ante grauem armaturam qui pdibant: rorarii appellabãtur qui et ferentarii.

¶Rorarium vinum qđ rorarius dabatur.

¶Ros humor qui ſereno tempore e cœlo fluit.

¶Roſidus a.um. qđ eſt rore perfuſũ. vnde nox roſida dicitur quæ rore humecta eſt. Ply. li. xviii. Quidam pridie rigant prata vbi ſunt rigua noctibus roſidis ficari melius. Similiter mala roſida quæ matutino rore humecta ſunt. Virg. Sepibus in noſtris p uam te roſida mala. Dux ego veſtet eram: vidi cum matre legentem.

¶Roſa flos e ſpina naſcens.

¶Roſeus ſea. ſeum: vt roſeus color: a roſarũ ſimilitudine: a quo & roſeus pãn⁹: roſea veſtis. Ply. A ſini a coitu ſpuma collecta roſeo pãno & incluſa argẽto venerẽ ſtimulat. Roſeæ purpureæ genæ.

¶Roſaceus a.um. quod ex roſa factum eſt. Vnde roſaceum oleũ ex roſis. Ply. li. xx. Succus ex ſtrigmentis illitus cum roſaceo & aceto febrium ardores refrigerat.

¶Roſariũ copiam fruticum ſignificat vno loco roſas gignentium. Plynius. Roſaria a fauonio foſſa oportet eſſe.

¶Roſetum idem qđ roſarium.

¶Roſea campus in agro reatino: quod in eo arua rore humida ſemper feruntur.

¶Roſcius ꝓprium hiſtrionis nobiliſſimi nomen a quo oẽs in aliqua re pfecti roſcii dĩr.

¶Roſtrum quo aues aliquid apꝑhendunt. Nec ſolum de auibus: ſed de reliquis quoq; animalibus & de ipſo homine dicitur. Ply. Et mugilis roſtrum Plau. Ad vſq; roſtrũ hominis. A ſimilitudine aũt roſtri auium dicta eſt pars illa exporrecta atq; acuta e prora: a quo naues ipſę roſtratæ dicuntur. Et ſicut ſcribit Liuius. Roſtra dictum eſt templum ſeu forũ ante curiã hoſtiliam in quo erat pulpitum ornatum ex roſtris nauium antiatum. Ex quo loco cõcionari ſolebant. Vñ ſæpe legimus ꝓ roſtris. i. in roſtris. In eo eñ loco roſtra ab hoſtibus capta fixa erant.

Roſtellum paruum roſtrum. Ply. Muris roſtellum. Col. lib. nono. Animaduertat an pulli roſtellis oua percuderint.

¶Rotundum dicitur collectum & per omnem circuitum lenem ſine offenſione aſperi anguli dictũ quaſi retundum a retundendo: quod oĩs vndiq; retuſa & veluti detornata ſit aſperitas. Habet eñ quod rotundũ eſt vnicam ſuperficiem in qua nec principiũ notari põt: nec finis. Rotundũ etiã a radendo dici põt: q; circum raſum atq; expolitum ſit. Tranſfertur quãdoq; ad animũ: & ꝓ collecto cõcinno ac perfecto accipit: vnde ore rotundo loqui dicuntur qui multa pauĉis exprimunt. Capacioris. n. formę vident horum verba q̃ eoꝝ qui multis pauca dicunt. Hor. Grauis ingenium graues dedit ore rotõdo muſa loqui Gel. Criſpum ſane agmen orationis rotũdumq; ac modulo ipſo numerorum venuſtum. Ci.

Theodectes autem præfatõr neceſſitatis: vt ita dicam rotũdus primus inſtituit dilatare verbis. Idem accedunt verba apte & rotonde diſpoſita. i. collecta eleganter concinneq;.

¶Rota a rotonditate: ſeu a ruendo: ruit enim facile in ſuos orbes. Rotæ etiam a latinis dicuntur capræ vt inquit Var. lib. ii. de re ruſ. Huius diminutiuum eſt rotula.

¶Rotella diminutiuum a rotula. Aug. Breuis etiã rotella orbiculus appellatur.

¶Roto as. verto. Hic. li. i. x. Porro iimicoꝝ tuoꝝ anima rotabitur quaſi in impetu & circulo fundæ. Col. libro. ix. de pauonibus loquẽs. Signa ſunt extimulatæ libidinis cum ſemetipſum veluti mirantem caudæ gẽmantibus pinnis ꝓtegit. Idq; cum facit rotari dicitur.

¶Rubus ſentis genus mora agreſtis. Sic enim a ruſticis in italia appellatur. Hora. lib. primo car. Seu virides rubi. ſerenus. Mãditur apta rubus gingiuis & bona labris. Rubetum locus ruborum in quo rubi ſunt.

¶Rubeta ranæ genus venenoſum in ſicco ſemper rubens & a rubis nomen trahit: in quibus plærunq; victitat. Iuuenalis. Porrectura viro miſcet ſitiente rubetam.

¶Rubi orum. tantum pluraliter oppidum campaniæ a ruborꝝ frequẽtia ſeu a colore ruboris. Hor. in ſer. Inde rubos feſſi peruẽimus: vt pote longũ Carpentes. Inde afferebãtur Rubea vimina ꝓ piſcellis. Vir. Nunc facilis rubea texaſ piſcina virga.

¶Rubia: herba tingẽdis lanis ac coriis idonea vulgo nota.

¶Rubeus & rufus generalia nomina ſunt ad omia quę quomodolibet rubent. Etenim ſanguineus croceus aureus oſtrinus fuluus flauus rubidus phœniceus rutilus luteus ſpadyeus rubet ſeu rufi coloris ſunt: vt acuentes eum quaſi incẽdentes aut cum colore viridi miſcentes: aut nigro infuſcantes. Gel. li. i. Sed cum aliter rubeat ignis: aliter ſanguis: aliter oſtrum: aliter crocum: has ſingulas rufi varietates latina oratio ſingulis ꝓpriiſq; vocabulis nõ demõſtrat oĩaq; iſta ſignificat vna ruboris appellatione cum tamen ex ipſis rebus vocabula mutuentur: & igneum aliud dicit & flãmeum & ſanguineũ & croceum & oſtrinum & aureum. Aliquando rubeus ponitur pro ſpineus a rubo: qui & vitilium vſu cõmẽdatur a Plynio: vel a rubis oppido cãpaniæ: vt putat Ser. illo verſu. Nũc facilis rubea texatur piſcina virga. Sunt tamen qui negent rubeum dici debere: ſed rubentem.

¶Ruber a.um. idem qđ rubeus. Hora. li. i. ſer. Obſcœnoq; ruber porrectus ab inguine palus.

¶Rubor ipſe color rubeus qui & rubedo dĩ.

¶Rubeo bes. bui. rubeus ſum. Virg. Sanguineiſq; inculta rubent auiaria baccis. Hiero. Inter candẽtia lilia & rubentes roſas.

¶Rubeſco rubeus fio. Virgili⁹. Iamq; rubeſcebat ſtellis aurora fugatis. Hinc cõponit Erubeſco eiuſdem ſignificationis. Ouidius. Tum pater vt terras mũdumq; rubeſcere vidit. Tranſfertur ſæpe numero ad verecundiam. Vir. Noſtra neq; erubuit ſyluas habitare thalia.

¶Rubefacio notę ſignificationis: a quo rubefio.

¶Rubicundus rubore plenus: ſiue abunde rubens In quo alternitatis cauſa: vt inqt Priſ. c loco b po-

nitur ne ſit abſonum ſi rubicundus dicatur.
¶Rubidus da.dum. qđ eſt colore rufo atriore multo miſtum. Aliquando tamen rubidus ſcaber atq; aſper dicitur. Vnde a ſcabricie panis ſecundo coct⁹ rubid⁹ vocat: qui a nautarum vſu nauticus appellatur. Plau. Exiguam bucellam rubidi panis. Item ſcorteæ ampulæ rugoſæ rubidæ dicuntur. Quidam etiam ruuidus ſcribunt.
¶Rubellæ vites appellatæ ſunt: & rubellę vineę: q; vitiũ ipſarũ materia rubra ſit. Ply. li. xiiii. Proxima dignitas nomentanis rubẽte materia. Quapropter quidam rubellas appellauere vineas.
¶Rubellum vinum ſubrubeum. Mar. Et veienta-ni bibit fex craſſa rubelli.
¶Rubrum mare dicitur: qa aquas rubere credebãt Quidam a ſolis repercuſſu exiſtimarunt talem reddi colorẽ. Alii. ab arena terraq;. Quod latini rubrũ mare nuncupant: greci erythreũ vocant. Erythros enim rubrum latine dicitur. Curtius ab erythra rege indutum eſſe nomen exiſtimat.
¶Rubrica pe. pro. terra rubei coloris & minio ꝓxima. Col. lib. iii. Omnes arbuſculas priuſq; tranſferas rubrica notare conuenit: vt cum ferentur eaſdẽ cœli partes aſpiciant: quas etiam in ſeminariis conſpexerant. Hac legum tituli & capita notabant. Perſius. Præſertim ſi quid maſuri rubrica notauit. Hic Rubricatus cata. catum. quod eſt rubrica intinctũ. Hiero. in exo. Pelles arietum rubricatas.
¶Rubriceta vulgo roſetum dicit. Plau. in tru. Mala buccas rubriceta omne corpus intinxit tibi.
¶Rubigo quæ in metallis ſitu quodã contrahitur arida & rubra metallum paulatim abſumens qualẽ in ferro videmus. Dicta a colore. Nam veteres robum rubeũ dicebant: ærugo vero proprie fit in ære ſicut ferrugo in ferro: & contrahitur ex humore nõ ruſa & ſicca qualem diximus rubiginẽ eſſe: ſed viridis atq; humida. Inde fit rubiginoſus a. um. Vide ſupra in dictione robigo.
¶Rubicon pe. cor. fluuius qui diſterminat italiam a gallia citeriore: quẽ Ply. in octaua regione italiæ collocat. Sue. in Cæſar. Conſecutuſq; cohortes ad rubiconem flumen qui ꝓuinciæ eius finis erat paulum conſtitit.
¶Ructus eſt. ꝓprie digeſtio cibi & concoctarũ eſcarum inventum efflatio. Plau. in pſcu. Partim ructare mos ſuauis mihi ructus eſt.
¶Ructuo as. Vide in dictione eructo.
¶Ructo as. a quo ructito frequentatiuum. Vide in dictione eructo.
¶Rudiæ diarꝝ. Vrbs ſalentinorũ. Syrius. Miſerũt calebri rudię genuere vetuſtę.
¶Rudis fœ. gñis virga qua gladiatores ſexagenarios ab eo munere prætor eximebat: quos cum ꝓbi fuiſſent qui multa reportaſſent lemuſcata: Tiberius ad maiorem ludorꝝ ſuorꝝ magnificentiam reuocatos centenis nũmum milib⁹ donauit. Ci. in. ii. philꝭ. Tam bon⁹ gladiator rudem tam cito accepiſti. Rudibus aũt ſolitos pugnare gladiatores teſtis eſt Lãpridius qui ait. Commodũ in arena rudib⁹ inter cubiculares gladiatores depugnaſſe. Qm̃ vero hi gladiatores dum libertate donabant: ne gladiaturam amplius exercerent virga donari ſolebãt: Factum eſt vt ꝓ libertate & ꝓ fine rudis aliquando ponatur Iuue. Ergo ſibi dabit ipſe rudem. Aliquando ponitur ꝓ rutabulo ſiue impolita virga. Ply. lib. xxxiiii.

Vritur in platinis per laminas minutas cũ ſulphure verſatũ rudibus ferreis aut ferrulaceis. Rudis vero adiectiuũ idem eſt quod recens impolitus imperfectus durus. Tranſfert inde ad animũ: rudeſq; illi dicuntur q adhuc animũ non expoliuere diſciplinis & doctrina: rerũq; vſu. Ter. in phor. Adeon te eſſe ingenio rudi & in exorabili. Ply. li. i. Sedere cœpit ſẽtentia hæc: pariterq; & eruditum vulgus & rude ea curſu vadit.
¶Rudicula diminutiuũ parua virga ſpolita ad miſta vtilis. Cato. Igni bene coquito: rudicula agitato crebro vſq; adeo dum fiat tam craſſum q̃ mel. Ply. libro. xx. Nõ eſt opus in hoc vſu lanas rudiculis eẽ curatas. Item rudicula: vt Col. inquit eſt organum erectæ tribulæ ſimile.
¶Rudiarii dicti ſunt qui impetrarunt miſſionẽ artis gladiatorię donati rude. Sue. in Tiberio. Rudiariis quoq; quibuſdam reuocatis auctoramento centum milium dedit. Item rudiarii dicunt̃ qui ſaga rudia & noua poliunt. Item qui ruderarium cribrum facit & ructora linteamina ructarius dicit̃.
¶Ruditas: imperitia & obtuſitas ingenii.
¶Rudio is. rudiui & rudii. ruditũ rudem doceo. Vide erudio quod eſt perfecte quæ rudes ſcire oportet doceo.
¶Rudimentũ principium ſiue prima diſciplina q̃ rudibus committitur.
¶Rudo dis. di. ꝓprie ad aſinos pertinet. Nã rudere aſini dr̃ cũ vocem emittunt. Perſius. Findor vt arcadię pecuaria rudere credas. Abuſiue & de leonib⁹ & de hoſibus dicit̃. Virg. Sera ſub nocte rudentum. Et alibi. Incluſumq; cauo ſaxo atq; inſueta rudẽtẽ Tbi ſciendũ apud Virgi. ru. ſyllaba breuis eſt: cum apud Perſium producatur. Findor vt arcadiæ pecuaria rudere dicas.
¶Rudens a rudo dis. particípium eſt. Quandoq; nomen ſubſtantiuũ tam maſculi q̃ fœ. generis eſt. & ſignificat funẽ nauticũ: quoniam cũ funes vento agitantur rudere videntur. Tametſi primæ ſyllabę quantitas non ſeruetur. Virg. Inſequitur clamorq; virum ſtridorq; rudentum. Catul. Candidaq; in toti ſuſtollant vela rudentes.
¶Rudus eris. duplex eſt: nouũ ſcilicet & vetus. Nouum rudus eſt materia pauimẽti. hoc eſt ſaxa de nouo contuſa: ſeu teſtę confractę cum calce ad pauimẽtum faciendũ. Victor. li. vii. Deinde ruderi nouo tertia pars teſtæ tuſæ admiſceatur calciſq; duæ partes ad quinq; mortarii miſti omnibus præſtent reſponſum. Vetus rudus eſt materia veterum pauimentorꝝ & diruptorum ædificiorum quæ lapidibus & teſtis confractis calceq; arena cõmiſta conſtat. Ply. Cõplanatæ veteri rudere erant vię. Item rudus dicitur ſtercus quod raditur. Et rudus ſiue randus & rãduſculus a veteribus dicebatur æs res rudis aſpera & ĩpolita. Vnde Feſtus. Randuſculana porta Romæ dicta q; rudis & impolita ſit.
¶Ruderari eſt rudus inducere. Victr. Ne minori ſaxo q̃ quod poſſit manus implere ſtuminationibus inductis ruderetur. Vnde ruderatus ager dicitur qui veterũ ędificiorꝝ materia ſcatet. Ply. li. xxi. Roſam ſiccis locis q̃ humidis odoratiorem conſtat naſci ſerendam nec pinguibus nec argylloſis locis: contentamq; raris ꝓprieq; ruderatum agrũ amare. Eruderari vero eſt rudus eiicere.
¶Rudetũ plenum rudere: ſiue terra quę prius rudis

fuerat & inculta tum autem arata. Cato. Lento in rudeto & rubricoſo qui hęrboſus non ſiet ferito.

¶Ruderarium cribrum vilius & furfurariũ Apul. dixit. econtrario liberale pani ganeatiori conficiundo per q̃ accommodum polinariũ dicunt. Plaut⁹ Cereris hoc polinẽ: hoc eſt florẽ farinæ tranſmittit eo ſigilinarii vtunt & polintores. Qui ruderariũ cribrũ facit & rudiora linteamina rudiarius vocatur.

¶Rufus color nõ plene ruber. Mar. Roma magis fuſcis: veſtit gallia rufis. Eſt & rufus nomen viri ꝓprium a quo ꝑ diminutionem fit rufinus.

¶Rufo rufas. rufum facio. Plynius. Eadem rufat capillum.

¶Rufeo es. a quo Rufeſco rufus fio. Ply. Grues ſenectute nigreſcunt. Merula ex nigra rufeſcit.

¶Rufuli appellati ſunt tribuni militum non a populo: ſed a cõſule facti: q; de eorũ iure Rutilius Rufus legem tulerit. Hi poſtea mutatione vnius lĩæ rutuli ſunt appellati.

¶Ruga nõ ſolum in corporibus dici ſolet quæ fit præ ſenectute: ſed etiã in veſtibus vulgo falda. Plynius li. xxxv. Præterq; in veſte rugas & ſinus inuenit. Ruga exterior eſt: ſinus interior. Cicero in Cato. Non caui non rugæ repente auctoritatem arripere poſſunt.

¶Rugo as. rugas contraho. Plau. in caſ. Vide palliolũ: vt rugat. Huic contrarium eſt. Erugo pe. cor. Plynius lib. xxi. Furfures in facie emendant & erugant corpora.

¶Rugo is. xi. ctum. ructum emitto. Cuius compoſitum eſt Erugo: a quibus ructo: eructo frequentatiua. Et ructito. De quibus in eructo.

¶Rugio is. rugiui & rugii. Vnde rugitus qui ꝓprie leonis ẽ cũ vocẽ emittit. Hie. Amos. iii. Leo rugiet quis nõ timebit. Hinc componit Irrugio is.

¶Rulla inſtrumẽtũ ferreum ſtimulo ruſticorum addito ad vomerem detergẽdũ. Ply. Purget vomerem ſubinde ſtimulus cuſpidarius rulla. Eſt autẽ diminutiuum a runa qđ eſt teli genus. Enn. Runata recedit. i. runis præliata. Habet aũt hoc telum latiorem cuſpidem.

¶Ruma a veteribus dicebatur mamma. Et ruma gutturis pars eminens. Ser. Ruminatio dicta eſt a ruma eminente gutturis parte ꝑ quam demiſſus cibus a certis reuocatur a ĩalibus.

¶Rumo as. lacto: quaſi mammam immito: a quo irrumo & ſubrumari agni dicuntur qui ad mãmam admouentur.

¶Rumia dicta eſt Dea: quę rumis. i. mãmis: hoc eſt pueris lactẽtibus preſidebat. Huius meminit Aug. libro quarto ci. dei. Var. Non negarim inquã ideo apud diuæ rumiæ ſacellum a paſtoribus ſatam ficũ Ibi enim ſolent ſacrificare lacte pro vino: & prolactentibus.

¶Rumen eminẽs ſub mento gutturis pars qua cibus in aluum dimittitur. Inde fit rumino as. Eſt & rumen mamma. Plynius libro. xv. Quoniam ſub ea inuenta eſt lupa infantibus prębens rumen. Ita enim vocabant mammã. Nonius docet rumen eſſe locum in vẽtre quo ſumitur cibus & vnda redditur. Pompo. Ego rumorem paruifacio dum ſit rumen qui impleam.

¶Rumino as. pe. cor. & Ruminor deponens ſignificat reuomo ac rurſus conſumo: quaſi cibum ad rumen reuoco: iterumq; cõficio. Col. lib. vii. Propter quę bos neq; ruminat: neq; lingua ſe deterget. Per tranſlationem ponitur ꝑ in memoriã reuoco. Var. Non modo ąbſens de te ſæpius cogitabit: ſed ruminabitur humanitatem tuam.

¶Ruminalis ficus ſub qua lupa romulo & remo dicitur mãmam prębuiſſe: quæ & romula vocitata eſt Ouid. Romula nunc ficus romula ficus erat: ſiue q; ſub ea pecudes æſtatis tẽpore frigora captantes hęrbas ruminare conſueuerunt.

¶Rumis mãma. Varro. Antiquo vocabulo mammam rumis.

¶Rumentum abruptio.

¶Rumex lapatii ſylueſtris genus cuius ſuccus impoſitus ſcabiei ſtatim illam purgat. Vir. in moreto. Fœcunduſq; rumex maluæ violęq; virebant. & rumex genus teli ſimile ſpari gallici. Lucil. Tum ſpara. tum rumices portantur tragula porro.

¶Rumor ſermo in populo ſine certo auctore ĩ bonũ vel in malum de recenti diſperſus re. Ci. in phil. Improbiſſimis rumoribus diſſipatis. Teren. in an. Meũ gnatum rumor eſt amare. Aliquando ponitur ꝑ fauore. Virg. Ergo iter inceptum peragunt rumore ſecundo.

¶Rumuſculus diminutiuũ paruus rumor.

¶Rumifero as. rumorem fero: qđ & rumigero as, dĩ. Plau. in am. Thebani vero rumiferant ꝓbant.

¶Rumigerulus pe. cor. qui rumorem gerit.

¶Rumpo pis. rupi ruptum frango. Virg. libro. x. Rumpimus inuite tua vincula. Rupiſſe eum vtiq; accipiem⁹ qui vulnerauerit: vel virgis aut loris pugniſve ceciderit: vel telo vel quo alio vt ſcĩderet alicui corpus vel tumorem fecerit. Interdum rumpere ponitur pro defatigare. Ter. in ecy. Vt me ambulãdo rumperet. Interdum ꝑ diſſice. Virg. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Rumpere ſilentium: & rumpere vocem eſt loqui: ſeu diu tacite ꝓferre. Virg. Quid me alta ſilentia cogis rumpere. Hieronymus ad Iulianũ. Longum ad te ſilentium rumpo: offerẽs tibi nudam officii voluntatem. Rũpere moras eſt auferre. Vir. li. iii. Ge. En age ſegnis rũpe moras. Huius verbi compoſita ſunt Abrumpo: Corrumpo: Dirumpo: Erumpo: Irrũpo: Interrũpo: Perrumpo: & Prorũpo.

¶Runcinæ pe. p. apud Plynium ſunt maiores ferræ: quibus fabri materiarii ſecant arborum moles ſubiectis canteriis. Hieronymus in Eſaia. Artifex lignarius extendit normam & formauit illud in rũcinã. Canterii ſunt qui a ruſticis fere dicuntur caballi: qa ipſos equos canterios vocamus. Sed & rũcinos agreſte vulg⁹ dicit minores equos ex hac fortaſſe runcinarum origine. Runcina etiam rũpia ferrea & ligo ad dumenta excidenda. Plau. derenũciare vſurpat ꝑ diſſecare diſſipareq; & runcando excidere & munditer excolere. Prętera rũcina putabat dea: quæ runcationi pręeſſet. Augu. lib. iiii. ci. dei. Cum runcantur. id eſt a terra auferuntur deam runcinam præfecerunt.

¶Runco as. eruo: euello. Cornutus. Rũcari ꝓprie ſegetes vel hęrbę dĩr. Col. li. ii. Frequẽtẽ tñ exigũt ſarritionem & runcationẽ: vt hærbis liberent. Hinc componitur Erunco: quaſi extra runco: a quo Abrunco. De quo ſupra.

¶Ruo is. rui rutum & ruitum. Ruere ꝓprie eſt concidere. Virgilius. Ruit alto a culmine troia. Per trãſlationem quãdoq; ponitur pro effundi. Idem libro

vi. Vnde ruunt totidē voces reſponſa ſibyllæ. Q ñ q̄ p decipi Ci. li. iii. offi. Sed hoc nō eſt emptorem pati ruere: & per errorem in maximam fraudem incurrere. Q ñ q̄ p euertere: diruere: cōplanare. Et ſic habet accuſatiuum cum alibi abſolutū ſit. Virgilius libro primo Ge. Quid dicam iacto q̄ ſemine comi⁹ nus aruа: inſequit̄ cumuloſq̄ ruit male pinguis arenę? Quādoq̄ p feſtinanter ire: ſeu in præceps ferri: & ſine cautela in aliquem impetum facere. Idem li. decio. Quo moriture ruis: maioraq̄ viriḃ audes? Quandoq̄ pro impellere. Teren. in adel. Cæteros ruerem: agerem: raperem: tunderem: proſternerem. Quando pro eruere eleuare. Plynius. Herbas ruentibus: limūq̄ redunca: vt ſuum generi. Virg. li. xi. Confuſa ruebant oſſa focis. Quandoq̄ percrepare Virg. Ruet arduus æther. id eſt tonitru percrepat. Sic ruina p tonitru: vt cœliq̄ ruina. Huius cōpoſita ſunt Adruo corruo: ſimul ruo: ſiue deorſum me totum deicio. Liui. li. i. Duo romani ſuper alīū alīḃ vulneratis tribus albanis expirantes corruerunt. Hieronymus in paulo. Tum vero Antonius p foribus corruens vſq̄ ad ſextam vel eo amplius horā aditum precabatur. Diruo varie ruo. Teren. in adel Hanc in horto maceriam iube dirui. Li. li. i. Iam fragor tectoꝝ quæ diruebantur vltimis vrbis ptibus audiebatur. Eruo irruo: obruo: & ſubruo. Sciēdum eſt q̄ ruo cum ſit neutrum, inuenitur habere ſignificationē actiuam. Vir. Et ruit atram Ad cœlum picea craſſus caligine nubem. Ex quo etiam eruo: diruo: & obruo actiua ſunt. Et omnia habent penultimā ſupini cor.

¶ Ruina caſus excidiumq̄ dicitur. Nam vt inquit Hieronymus. Ruina eſt cum parietes domorum diruūt. Hinc Ruinoſus a. um. quod eſt ruinis plenum hoc eſt caſurum. Aug. li. i. con. Auguſta eſt domus aiæ meę quo venias ad eam dilateḃ abſte. Ruinoſa eſt reficē eam Accipitur & ruina p tonitru.

¶ Rupes ſunt prę̄ruptę partes terræ ꝓpter altitudinem ac ꝓcliuitatem inacceſſę q̄ veluti abruptę ſint a rumpendo dictæ: quales ſunt quæ in torrentibus fiunt. Vnde fluminum quoq̄ altiores atq̄ inacceſſæ ripæ rupes dicuntur. Nam ripę planę ſunt: quas Vlp. diffinit eſſe quæ flumen continent naturalem curſus ſui rigorem continens. Rupes ꝓprie de mōtibus dicuntur.

¶ Rurſus & rurſum aduerbium ſignificat retrouerſum. Ter. in ecy. Tace: trepidari ſentio & curſari rurſum ꝓrſus. Do. Rurſum ꝓprie retro ante ſignificat ſicut dicimus ſurſum deorſum: intro foras: hac illac Q ñ q̄ ponit̄ rurſus ꝓ e contrario. Virg. Haud rurſū enodes trunci reſecantur.

¶ Rus locus extra vrbē vbi agri ſunt & villæ dictū q̄ in agris quotannis rurſus eadem fiant. id eſt colantur: vt rurſus capiatur fructus.

¶ Ruralis & hoc rurale qđ ad rus pertinet. Amb. li. de paradiſo. Et q̄uis paradiſus operibus ruralibus non egeret: tñ in paradiſo ſpeciem laboris ſuſcepit. Ruralibus autem diis mercurio paniq̄ ſacrificabāt placentas & vinū. Vnde leonides in epigrammatis
αυλια και γυμφαιων ιεροσ ϖατροσ αιθ. υϖοϖτε
τρη ϖι Δακεσ ηθ υΔασιμ γει τοη εουσα ϖιτυσ :
και συτετραγλωχιμ μηλοσσοε μαια Δοσερε·
μαοσ τετου αιγιβοτην ϖαμ κατεχεισ σκοϖελο
μιλαι οι ταψαιστα τοτε σκυφοσ εμπλεον οι·
νησ Δεξασται ακι Δεω Δωρα γεοϖτολεμου.

¶ Rureſtris & hoc rureſtre quod eſt ruris. Apul. Rureſtri vocabulo vulgus indoctum roſas laureas appellat.

¶ Ruro as. ſecundum rus facio. Plau. in cap. Dum ruri turāt hoīes. dicit̄ & ruror deponens. Var. Dum in agro ſtudioſius ruror triptolemum ſculponeatū bigas ſequi cornutas.

¶ Ruſticor ruri dego. Ply. Cum ſimul ęſtate ruſtica remur. Ci. Tironi. Liceat modo ruſticari.

¶ Ruſticus a. um. pe. cor. idem quod rureſtris vt domus ruſtica. Quandoq̄ ruſticus dicit̄ moribus & vita incultus: quaſi ſemibarbarus. Vnde veteres ruſticę ꝓ barbaſ vſurpabant. Eſt etiā ruſticus nomē viri ꝓprium.

¶ Ruſtica auis pdici ſimilis niſi q̄ roſtrū lōgius habet. Mar. Ruſtica ſum pdix: quid refert ſi ſapor idē. Carior eſt perdix: ſic ſapit illa magis.

¶ Ruſticanus a. um. idem qđ ruſticus. Amb. Cultū ruſticanū laboris. acquirit̄.

¶ Ruſticarius a. um. quod ad rus ptinet. Vñ falces ruſticarias dicimus. Vide in dictione ſyluaticus.

¶ Ruſticatim aduerbiū ꝓ ruſtice. Pompo. Ego ruſticatim tangam vrbanatim neſcio.

¶ Ruſticitas vrbanitati contraria eſt. Eſt aūt vrbanitas qua ſignificamus ꝓprium quēdā geſtū vrbis & ſumptā ex cōuerſatiōe doctoꝝ tacitā eruditionē Ponit̄ q̄q̄ ꝓ inepta & timida verecundia. Ouid. Et ſi ruſticitas non vetat ipſa rogat. Cice. Ceterruit pudor quidam ſubruſticus.

¶ Ruſcum. Ser. Ruſcum virgultum eſt vnde vites ligātur: quidam accipiunt ꝓ frutice ex quo nunc ſcopę fiunt: qui folia habet myrto ſimilia: ſed acutiora & rigidiora. Virg. li. ii. Ge. Necnon etiā aſpera ruſci Vimina ꝓ ſyluam. Alit ꝓ theca in qua includitur ſemen aſparagi. Col. Et ſcylat hyrſuto ſæpe nūc horrida ruſco.

¶ Ruſpor aris. ſæpe ſeu diligenter ſcrutor. Actius Vacantes ruſpātur ſyluas. ꝓprie vero ruſpari dicūt̄ gallinæ hoc eſt ſcalpere. Hinc componitur. Corruſpor pro conquiro Plautus. Corruſpare tua conſilia in pectore.

¶ Ruta hærba a ruendo. i. etuendo dicta q̄ vna ex oībus hærbis ꝓpter multiplices eius vſus maxime eruaṫ. Peculiaris eſt illi auctoritas ꝓpter venena quibus remediū exhibet pñtaneū. Vnde & muſtellæ cōtra ſerpentes dimicaturæ ruta ſe muniunt. Hinc Rutaceus a. um. & rutatus a. um. quod ex ruta materiatū eſt. Ply. Inuenio muſtū rutatum populo datum.

¶ Ruto as. frequentatiuum eſt verbi ruo is.

¶ Rutabulum ꝓprie inſtrumentū quo ruſtici vtuntur in pruēdo igne panis coquēdi gratia. Feſtus auctor. Hodieq̄ id nomen cuſtoditur apud nos.

¶ Rutrum quo quid eruitur: a ruendo. Nā ſicut ara tū aratrū: ſic rutū rutrum facit. Idem Feſtus. Rutrū inquit tenentis iuuenis effigies in capitolio ephebi fuit more græcoꝝ arenā eruentis exercitatiōis gratia quod ſignum deportauit ex bithynnia romam pompeius bithynnicus.

¶ Rutilo as. pe. cor. ſplendeo. Vnde dicimus aurū rutilare. Rutilum aūt rufum quod habet aliquid nigrioris: cuius coloris ſtudioſæ mulieres rutilę dictę ſunt. Et veſtes rutilæ: quæ & hyacinthinę & hiſginę ab hiſgeh herba vocātur. Hinc componitur Irrutilo qđ eſt valde rutilo. Amb. li. hexa. Irrutiles igiṫ licet o homo: aut ſplendore nobilitatis: aut faſtigio po-

teſtatis: aut fulgore virtutis ſemp tibi ſpina ꝓxîa ẽ.
¶ Rutuli pe. cor. populi italici nõ longe ab vrbe roma vbi ardea oppidum eſt.
¶ Rutupinũ pe. p. ꝓmontoriſt brytannię. Luc. lib. vi. Aut vaga cum tethys rutupina ve littora ferũẽt vnda caledonios neſcit turbata brytannos.
¶ Rutheni populi galliæ nõ longe ab aluernia & fãtonibus.

Littera ſemiuocalis quę ſi ante cedat m. vel p. vel t. in ſimplicibus dictionib⁹: eiuſdem eſt ſyllabæ: vt Coſmus. Proſper. teſtis. in cõpoſitis vero aliud eſt. Nã Aruſpex teſte Quintiliano: quia pars eius poſterior a ſpectãdo eſt s. tertię dabim⁹. Abſtemius vero quia ex abſtinentia temeti compoſita vox: primæ relinquęſ. Tanſit qñq; s in m. vt rurſũ pro rurſus dimminuo ꝓ diſminuo. In n vt ſanguis ſanguinis in r vt flos floris.
¶ Saba ciuitas regia æthiopiæ ſcribit Ioſephus quã poſtea Cambyſes a ſororis ſuæ noīe Meroen denominauit. Hanc Nilus circundãs inexpugnabilẽ reddebat. Dicta ſaba ἀπὸ του σεβειν: quod eſt ſacrificare: quia thus mittit quo in ſacrificiis vtuntur. Sũt qui dicant ſaba arabum lingua myſterium ſignificari. Hiero. vero conuerſionẽ ſonare autumat. Hinc ſabæus a. um.
¶ Sabæi populi fœlicis Arabiæ ditiſſimi ſyluarũ fertilitate odorifera. Hos Ioſephus li. i. a ſaba Cuſi filio qui a Cham ortus fuit dictos affirmat.
¶ Sabath nomẽ ꝓprium a quo ſabatheni nominãtur qui a græcis ytabari dñr: vt Ioſephus inquit.
¶ Sabate lacus eſt. vnde fit ſabatinus ſabatina ſabatinũ. Columella libro nono. Inde velinus: inde etiam ſabatin⁹. Item Volſiniẽſis & Ciminus lupos auratoſq; procreauerunt.
¶ Sabbatum hebraica lingua dies quietis dicitur. & ſabath græce: latine quies. Eſt et ſeptimus dies quo requieuit deus ab operibus ſuis. Prima ſabbati dicitur primus dies quem dominicum etiã nominam⁹ Secunda ſabbati ſecundus dies. Tertia ſabbati tertius dies. Quarta ſabbati quartus dies. Quinta ſabbati quintus dies. Sexta ſabbati ſext⁹ dies a die dominico. Et ipm ſabbatum ſeptim⁹ dies. Quod etiã nomen ab hebreis ſicut Ioſephus refert ſeptimana dicitur. Hanc ethnici idolorum & elementorum nominibus appellant: vt ſecunda ſabbati a Luna ſit. Tertia a Marte. Quarta a Mercurio. Quinta a Ioue Sexta a Venere.
¶ Sabbatizare eſt ſabbatum obſeruare. Hie. in Leuitico. Qñ fueris in terra hoſtili: ſabbatizabit: & requieſcet in ſabbatis ſolitudinis ſuæ.
¶ Sabbatarius qui diem ſabbati ſeruat. Vñ illud ꝓ ieiunia ſabbatariorum.
¶ Sabbatiſmus vacatio facta poſt labores.
¶ Sabæ Syrorum lingua menſis februarius dr̃.
¶ Sabaoth numeri pluralis & gñis fœminini interpretat̃ militiarum vel exercituñ ſiue virtutũ. Vnde dñs ſabaoth inquit Hiero.
¶ Sabulum arena groſſior. Hic ſabuloſus ſa. ſum. Col. lib. v. de Caſtanea. Pullam terram & reſolutã deſyderat: ſabulum humidum vel refractum tophũ non reſpuit.
¶ Sablo ſablonis: idem quod ſabulum. Ambr. li. hexa. Infirmiſſimo ita oĩum vilis ſablonis puluere vis maris intempeſtas cohibetur: & velut habenis quibuſdam cœleſtis imperii præſcripto ſibi fine reuocatur: violentiq; æquoris motus in ſe ſe frangit: atq; in reductos ſinus ſuos ſcinditur.
¶ Saburra licet ſecundum Priſcianum gemino bb ſcribat̃ apud Vergilium tñ eius prima corripit̃: vt Cumbæ inſtabiles fluctu iactante ſaburram tollũt: Eſt aũt ſaburra ꝓprie nauium: ex quacunq; materia ſed ſabulum fere ſignificat quo naues onerari ſolẽt vſq; ad certam menſuram quo ſtabiliores ſint.
¶ Saburrare ſiue Suburrare eſt ſatagere i ſabulo ac merſare: vt puluerare in puluere. Ply. li. xviii. Echini affligentes ſeſe aut arena ſaburrãtes tẽpeſtatis ſigna ſunt ſolinus. Grues volaturæ arenas deuorant ſublatiſq; lapillis ad moderatã grauitatem ſaburrãtur. Nã Saburra vrbis regio & Saburrana trib⁹ quã veteres per c. noſtri per b ſcribebãt. Hoc ẽ ſucurrã: nõ ſuburrã: quia vt verius Flaccus ait a pago ſucuſano dicerent̃: vel a ſtatiuo p̃ſidio qđ ſolitũ ſit eſquilis ſuccurrere Gabiniis infeſtantibus.
Sabini populi ſunt in quarta Italiæ regione non procul a Roma: a religione & cultu deoꝝ cognominati: quaſi Sebini ἀπὸ του σεβειν Syrius vero a Sabo auctore gentis ſabinos dici putat qui libro. viii. ait. Ductorem gentis pars laudes ore ferebãt Sabetuas qui de patrio cognomine prim⁹. Dixiſti populos magna ditione ſabinos. Hos Plynius apeninis iugis vallatos vtrinq; ſcribit. Stra. Sabinos ait antiquitus incolere agrũ in longitudinem protenſum a Tyberi vſq; nomentum oppidum ſtad. mille vſq; ad veſtinos.
¶ Sabellus la. lum. deriuatum nomen a Sabinus. Sunt autẽ ſabelli populi a ſabinis orti qui incolunt mõtes qui ſunt inter ſabinos & Marſos. De his Virgilius libro ſecũdo Geor. Hæc genus acre virũ marſos pubemq; ſabellã.
¶ Sacarum regio vt Ptol. inquit eſt i aſia vltra mare caſpium Sogdianis cõtermina: in qua nec vrbes nec vicos eſſe teſtatur: ſed incolæ eius regionis nemora & ſpecus habitãt ſagittandi arte peritiſſimi. Qui olim bactrianã prouinciã occupauere & optimam armeniæ regionem adepti ſunt: vt li. xi. Stra. Refert atq; vſq; ad cappadocas proceſſerunt. Sed cum ex ſpoliis feſta celebrarent perſarũ imperatores eos noctu adorti funditus deleuere. Hos quidã ſacaſſanos vocant.
¶ Sacaſſani. Vide in dictione Sacaꝝ.
¶ Saccarum pe. cor. dicit̃ mel in harundinibus collectum gũmi mõ cãdicũ ac fragile. Naſcit̃ i Arabia India: Creta: Italia & Sicilia. Vñ Oxyſaccarõ potionis genus ex ſaccaro & aceto.
¶ Sacondion genus gęmmæ coloris hyacinthini.
¶ Sacrum nomen ſubſtantiuum dicit̃ omne quod deoꝝ habetur. Vñ Vir. Quoties ſacrum noīat ad ditionẽ fere deoꝝ facit. Sacra idoneæ matri diuiſq; ferebam. Idem. Sacra Iouiſtygio quæ rite incœpta parabam. Ponitur enim pro ſacrificio. Macro. in ſatur. Sacra celebritas eſt cum ſacrificia offeruntur: vel cum dies diuinis celebrãtur epulationibus: vel cum ludi in honorem agũtur deorum: vel cum feriæ obſeruantur. Item ſacrum dicitur templum. Paul. Sunt autem ſacrilegi qui publica ſacra cõpilarint. At qui priuata ſacra vel a ciculas incuſe cie.

tas tentauerint:amplius q̃ fures: minus q̃ ſacrilegi merent. Et ſacrum dicit magicum quoddã ad com peſcendas detrahẽtium linguas. Oui.li.ii.faſ. Ecce anus in mediis reſidẽs annoſa puellis:ſacra facit ta cite:nec tñ ipſa tacet.

¶ Sacer a.um. idem quod venerabile. Virg. Extu lit os ſacrũ cœlo. Capitur nonnũq̃ p execrãdo ſce leſto: vt idẽ. Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames? Et antiquitus homo ſacer dicebat quẽ populus ob maleficium iudicaſſet: neq; fas erat eũ moliri. Et ſi quis eum occidiſſet parricidii non dam nabatur: ex quo oĩs homo malus atq; improb⁹ ſa cer appellari ſolet. Hor. Inteſtabilis & ſacer eſto. Sa cer locus: locus conſecratus.

¶ Sacer mons trans Anienem fluuiũ vltra tertium milliarium appellatur: qui Ioui fuerat conſecratus. vel mons in finibus Galatiæ aurum ferens.

¶ Sacer ignis morbus: cui⁹ multa ſunt genera: quę apud Plynũ habẽt. Col.li.viii. Eſt etiã inſanabilis ſacer ignis quã puſulã vocãt paſtores. Ea niſi com peſcitur intra primã pecudem quæ tali malo corre pta eſt vniuerſum gregem contagiõe pſternit. Sic quidem nec medicamento⁹ nec ferri remedia patit Nam pene od oẽm tactum excandeſcit.

¶ Sacer morbus appellat Comitialis: q; Hercules eũ paſſus fuerit ex græcis: nũc gallicũ dici dubito.

¶ Sacra via in vrbe roma vocitata eſt. q; in ea fœ dus ictum fit inter romulum & Tatium. Hac trium phantes in capitolium ibant. Tendebat autẽ regia vſq; in arcem. Hanc Hor. libro car. ſacrum oliuum nuncupauit.

¶ Sacra certamĩa græciæ quattuor a Tacito ludicra vocant. In his morem fuiſſe: vt patres & patriæ vi centum pconis voce noiarentur.

¶ Sacrũ pnõtoriũ: quod nunc appellant caput ſã cti Vincentii.

¶ Sacro as. deo dedico: & ſacrum facio. Aug. li.ii. ciui. dei. Quæ romani numina partim peregrina re ceperunt: partim ſua ppria ſacrauerunt. Ply. libro xxxvi. Eiuſdẽ remanet & alius centũ cubito⁹ quẽ poſt ęcitatem viſu reddito ex oraculo ſoli ſacrauit Huius compoſita ſunt cõſecro eiuſdem ſignificati. Deſecro ex ſacro pphanũ facio: & qđ vulgo dicit Degrado. Plau. Deſecrare eũ prius oportet ne ma nus cõtaminẽ. Obſecro Reſecro: Religione abſol uo. Plau. Reſecro mater quod dudum obſecrauerã: Profecro diu ſacrificiũ facio. Lact. li.iiii. Quod cũ intelligerent haruſpices inſtigãtibus hiſdem dæmo nĩs quibus conſecrant conquerentes pphanos ho mines ſacris intereſſe adegerunt principes ſuos in furorẽ. Et hæc oĩa habẽt pe.cor.

¶ Sacellum dimi. a ſacrũ & ſignificat locum patuũ deo ſacratũ cũ ara. Trebatius iurecõſul ſcribit ſacel lũ cõpoſitum verbum: quaſi ſacra cella.

¶ Sacrarium locus ſacer in templo & ĩ quo ſacra re ponunt. Vnde a Cicerone Sacrarium bonę deę no minat. Seneca. li. v. quæſtionũ. Arcana illa rerũ na turę ſacra nõ pmiſcue & oĩbus patent reducta & in interiori ſunt clauſa ſacrario. Aegeſippus li. v. ſcri bit ſacratiũ templi hieroſolymo⁹ fuiſſe pphanatũ a gentibus quo ſolus ſemel in anno princeps ſacer dotũ ſolebat intrare non ſine ſanguine. Q đ interſit inter ſacrũ locũ & ſacrarium. oſtendit Vlp. inquiẽs. Sacer locus eſt cõſecratus: ſacratiũ in quo ſacra re ponuntur. Sue. tñ de Aug. Non tã p ſacro⁹ repoſi torio q̃ p ſacello locoq; ſacrato ſumpſit. Natus eſt inquit Auguſtus ad capita bubula vbi nũc ſacratiũ habet aliquãto poſtq̃ exceſſit conſtitutum.

¶ Sacratæ leges quib⁹ ſancitum erat: vt ſi quis ad uerſus eas feciſſet: ſacer alicui deo⁹ cum familia pe cunia q; eſſet.

¶ Sacres porci appellabant: qm̃ puri cẽnt ad ſacri ficiũ: vt immolarent cum depulſi ſunt a mamma q a ptu decimo die habent puri: & ab eo appellant ab antiquis ſacres: q; tũ ad ſacrificia idonei primũ dñr Plau. in Mæne. Q̃ti hic porci ſunt ſacres?

¶ Sacramentum dicitur qđ iuriſiurãdi ſacratione ĩ terpoſita geritur. Et ſacramentum quo milites ſcri bendi a ſacerdotibus adigebãtur: nec prius milita re: aut poſtq̃ eo abſoluti eſſent in hoſtem pugnare poterant. Varro de lingua latina. Sacramentũ a ſa cro qui petebat & qui inficiebatur vterq; quingen ta æris ad pontificem deponebat. De aliis item re bus alio certo numero qui iudicio vicerat ſuum ſa cramẽtum a ſacro auferebat: victi ad ærarium redi bant. Ex quibus verbis conſtat q; ſacramentũ alia q̃ dei inuocationis quæ per iuſiurandum fit obliga tio rerum erat. Serui⁹ de ſacramẽto militari ſic ſcri bit. Legitima militia erat eo⁹ qui ſinguli iurabãt p repub. ſe eſſe facturos nec diſcedebant niſi cõpletis ſtipendiis & ſacramentum vocabat. Vege. de re mi litari li.ii. Milites iurare ſolent. Et ideo militiæ ſacra menta dicuntur. Iurant autem ſe omnia ſternue fa cturos quæ præceperit imperator: nunq̃ deſerturos militiã pro romana repub. Hinc milites a Iuue. Sa cramenta dicuntur illo verſu. Prędia nũc alia atq; e molumenta notemus ſacramento⁹. Sue. in Cæſa. Sanxit ne quis ciuis maior viginti annis: minorve decem qui ſacramento non teneretur plus triennio continuo italia abeſſet.

¶ Sacroſanctum dicebatur quod iureiurãdo inter poſito erat inſtitutũ vt qui violaſſet: morte pœnas penderet.

¶ Sacrifico ſacrificas ſacrum facio. Interdum ve niã peto. Lito vero veniam impetro. Plautus ĩ Pe. Si hercle illuc vnq̃ factum eſt. Tum me Iupiter fa ciat: vt ſemp ſacrificem: neq; vnq̃ litem. Cõfũdunt tñ quãdoq;.

¶ Sacrificiculus rex ſacrorum.

¶ Sacrilegus pe.cor. qui ſacra aut de loco ſacro le gит. i. furatur. Nã legere quãq; furari ſignificat. Et ſa crilegium ipſum ſacro⁹ furtum.

¶ Sacriſcrinius: dictio cõpoſita ex recto & obliquo Sacræ. n. dñr epł̃æ imperiales & is dicit qui p̃eſt re galibus epł̃is: vel cuſtos librorum. Qui etiam a com mentariis dicitur.

¶ Sacerdos qui deo dicatus eſt ad ſacrificia facien da a ſacris dictus. Apud Romanos varia erant ſa cerdotũ gña: Flamines: Diales: Martiales: Quirĩ nales: Salii: põtifices minores: pontifices maximi reges ſacrorum ſacrificuli: & galli qui Cybelles ſa cra faciebant.

¶ Sacerdotiũ mõ ſacerdotis dignitatẽ ſignificat: vt eſt illud. Fungi ſacerdotio. Mõ ſacerdotis puen tum. Nã apud gentiles ea ſacerdotia fuerunt: qualia nos chriſtiani ppriori vocabulo beneficia appella mus. Vnde Liui. li. ix. Gens potitia cuius ad aram Herculis familiare ſacerdotiũ erat. Sacerdotiũ autẽ ſicut & beneficio⁹ duo fuerunt gña. Vnũ qđ ſacris eſſet addictũ locis: q̃ reip. aut principũ: aut pontifi

cum collegii collationis eſſent. Alterũ qđ ædis aut ſacelli iuris eſſet a patrefamilias ea ratione erecti dicatiq; vt & ſacror cura & fructuũ ipſius ſacerdotii pceptio ad ſolã gentẽ familiãq; ſuã ppetuis ſucceſſoribus deuoluer. Quæ ſacerdotia priſcis gentilicia beneficia: a noſtris iuris patronatus appellata ſunt. Cor. Tacitus de Othone. Atrecens ab exilio reuerſos adoleſcentes auitis & paternis ſacerdotiis in ſolatium repoſuit.

¶ Sacerani dicti fuerunt reate orti qui ex ſeptimontio ligures ſiculoſq; eiecerunt. Sic appellati q; iure ſacro nati fuiſſent.

¶ Sacconia æ. quidã p territoria accipiunt ſeu pro paniculo terſorio. Victr. li. ix. Aur ad ſacconiã appendit redemptoris opus manu factũ ſubtiliter regi approbauit. Nã facconia: hoc eſt tela tegebãtur: vt poſſet inhęrere pictura.

¶ Saccus culeus eſt: vt illud in Iona. Omẽs induti ſunt ſaccis. Dictus vt quidã volũt a ſago qđ eſt genus veſtis ęqualiter latæ ex pte ſuperiore & inferiore. Hinc Sacculus & ſaccellus diminutiua quibus ſignificãtur marſupia. Aſco. Sacci ſacculi & ſaccelli Saccus frumentarius: quo frumentũ geriẽ. Saccus vinarius: quo vini fæces colantur.

¶ Saccaria æ. ſaccor mercatura. Apul. li. i. de aſi. Saccariam faciens increbam.

¶ Saccellare eſt vinũ ſaccis pfuſum corrigere.

¶ Sæculũ a ſequẽdo ſe: eo q; ſequar atq; in ſe reuoluatur. Var. a ſene deriuat quia rem pductiſſimã deſignabat. Placuit antiquis ſignificationis cã primã ſyllabã pducere: & p diph. ſcribere. Eſt aũt ppria ſęculum ſpatiũ centum annor. Vnde carmen ſęculare Horatii dr in quo tractatur de ſacrificiis quæ fiebãt de centeſimo in centeſimum annũ. Hoc oſtẽdit Iuu. li. ab vrbe condita: quia dicit Pompilium ante Pythagoram ducẽtis ferme annis fuiſſe. Vnde Ci. Ex quo etiã quidã Numã pompiliũ regem noſtrũ fuiſſe pythagoreũ ferũt qui annis pmultis ante fuit q; ipſe Pythagoras. Quo etiã maior vir habendus eſt illam ſapientiam conſtituendę ciuitatis duobus ppe ſęculis ante cognouit q; eã græci natã eſſe ſenſerunt. Sũt etiã q ſęculũ. xxx. annor tempus exiſtimẽt: vt curſus eſt Saturni. Alii mille annos ſæculũ habere putant. Poetę frequẽter p tempore vſurpãt ſicut in hymnis ſacris canitur.

¶ Sæpe aduerbium ſignificat frequenter: recipitq; diph. vt differat a ſepe abltõ noĩs ſpes. Aliqñ ornatus cã iungit numero: & fit vna dictio ſæpenumero Inuenit ſæpiſſimus ſuperlatiuum nomẽ a ſæpe formatum. Hie. ad Euſto. Sæpiſſimo rogatu o virgo Chriſti Euſtochiũ a me tua depoſcit charitas: vt tibi notum faciã vnde Petri apoſtoli in kĩis Auguſti quæ celebrat feſtiuitas initium habuerit. Hic etiã fit compoſitum Perſæpe.

¶ Sæuus durus: horridus. Virg. Cũ ſęuo e ſcopulo multa vix arte reuulſus. Per tranſlationẽ: mõ p inimico crudeliq; ponit. Idem. Sæuæ memorẽ Iunonis ob iram. Qñq; p fortt: vt ſæuus vbi æacidę telo iacet hector. Qñq; p irato: vt Et ſæuum ambobus achillem. Qñq; p magno. Idem de Aenea pio. Maternis ſæuus in armis,

¶ Sæuitia: & ſęuitudo crudelitas. Plau. Vincula virgę molles: ſęuitudo mala ſit peior.

¶ Sæuio is. ſæuiui & ſæui ſæuitum. Iraſcor. Pacu. Quid cõmerui? Quid in me ſæuis pater? Aliqñ ſæuire eſt fortiter facere. Marti. Belliger inuictis q; Mars tibi ſæuit in armis. Aliqñ immanitatẽ exercere. Liui. Cum poſt victoriã quoq; in hoſtes ſæuiret. Huius cõpoſita ſunt Deſæuio qđ eſt valde crudelitatem exerceo. Hie. in plo. li. ix. Latrãtes canes qui aduerſus me rabido ore deſæuiunt. Cõſæuio ſimul ſæuio. Aug. li. i. ci. dei. Tantus itaq; huius vitæ contemptor regulus conſęuientibus hoſtibus per quaſlibet pœnas eã finire q; ſe ipſe perimere maluit. Ob ſæuio contra ſęuio. Plau. in Epi. Tu is es q p voluptatẽ in mea ęrũna obſęuiſti grauiter?

¶ Saga mulier prudens verſuta. Itẽ perita ſacrorũ & diuina. Vnde præſagia prædiuinationes mentis. Ci. li. i. de diui. Neq; cũ temere illud verbũ conſuetudo approbaſſet: ſi ea res nulla eſſet oĩno præſagitabat animus me ire fruſtra cũ exirem domo. Et ſaga dicitur mulier ad libidinem viror indagatrix. Et habet primam productam. Mar. Exorat noctes dum mihi ſaga tuas. Acron. Saga dicta eſt veneficа:, q; ſatis agat & ea eſt quæ carminibus & hærbis mala hominib⁹ dicebatur vel arcere vel impellere. Horatius. Quæ ſaga quis eſt ſoluere theſſalis mag⁹ venenis.

¶ Sagax generis omnis acutus ſolers: & habet primã correptam. Vnde & canes indagatores ſagaces appellati ſunt. Hinc ſagacitas p aſſutia.

¶ Sagio is. iui. itum. acute ſentio. Col. li. i. de diui. Sagire eſt acute ſentire. Hinc præſagio qđ præſentio & diuino ſignificat.

¶ Sagum chlamys militaris quadra. Iuu. An ſaga vendẽti nubat caupone relicto. Scribit Ci. in phil. Saga ſumi ſolere in bello atq; tumultu. Et quando in ſagis tota ciuitas erat, conſulares viri togati eſſe ſolebant. Suetonius. Ferebatur & vagari noctibus ſolitus atq; inualidum quẽq; obuiorũ vel potulentum corripere ac diſtento ſago impoſitũ in ſublime iactare. Huius diminutiuum eſt Sagulum. Virgil⁹. li. viii. Virgatis lucent ſagulis.

¶ Sagatus qui ſago indutus eſt. Sue. in Cęſa. Duobus triclinĩis: vno quo ſagati palliative: altero quo togati cũ illuſtrioribus, puinciar diſcũberẽt. Mar. Vis te purpureum Marce ſagatus amem.

¶ Sagarius qui vendit ſaga. Sagaria vero eſt exercitium vendendi ſaga: ſicut ab argento argentaria Vlp. de tributaria actione. Duas negotiatiões exercebat puer ſagariã & linteariam.

¶ Sagana pe. cor. vas ĩ quo aliquid terit. Quo etiã noĩe dicta fuit meretrix quædam.

¶ Sagena pe. p. genus retis piſcatorii σαγηνη lati ni verriculũ appellãt. Manil. li. v. Excipiunt valla circunuallata ſagena.

¶ Sagino as. pe. p. pingue facio. Col. li. vii. Ea herba viridis nec tarde tamen arida fœni vice ſaginat iumenta verũ modice dãda ne nimio ſanguine ſtrãgulẽtur pecora. Interdũ abltõ iungit cũ res qua q̃d ſaginat exprimit: vt apud eundẽ li. ix. Formantur offę quibus auis ſaginatur.

¶ Sagina æ. pe. p. cibus quo quis pinguis efficitur Qñq; etiã dr pinguedo ſupuacua arte non natura adaucta p totũ diſpſa corpus. Iuſti. li. xx. Sublatis deinde æmulis in ſegnitiã lapſus ſaginã corpis exnimia luxuria: oculoq; valitudinẽ contraxit. Et a ſagino deſcẽdit. Niſi cm quis pri⁹ ſaginatus fuiſſet non eſſet in eo ſagina. Iuu. Genialis agat Ite dies ppera ſtomachum laxare ſaginis.

¶ Saginarium locus vbi ſigñatur altilia. Vat. li. ill. de re ruſ. Pullos anſerũ includũt in ſaginario: ibiq; polentã & polinem aqua madefactã dant cibum ita vt per dies ſaturent.

¶ Saginarius a.um. qđ ſaginatũ eſt. Vnde ꝙ Seruio dicit Mulus ſaginarius & mula ſaginaria.

¶ Sagitta iaculi genus qđ arcu emittit: q; ſatis longe agatur. Vel a ſatis & ictus. Ad longum. n. ſpatiũ ꝓfert ictũ ſuum: vel q; ſagax ſit ictus eius. Sagitta etiã a rei ruſticæ ſcriptoribus ſumit ꝓ nouiſſima ſurculi parte ſiue quia longius receſſit a matre & quaſi emicuit atq; ꝓiliuit: ſeu quia cacumine attenuata ꝑ dicti teli ſpẽm gerit.

¶ Sagitto as. ſagittas iaculo. Hiero. in ꝑs. Vt ſagittent in occultis immaculatum.

¶ Sagittarius a.um. qđ ad ſagittas ptinet: ſiue ido neũ eſt vt eo fiant ſagittæ. Ply. li. xvi. Suum genus ſagittario calamo.

¶ Sagittarius: qui ſagittas emittit: vt in ſacris lr̃is Percuſſus eſt a ſagittariis. Eſt & ſagittaris ſignũ cœleſte: quẽ alii centaurũ chironem arbitrant: alii Erotũ filiũ Euphemis nutricis muſarum & habitaſſe in parnaſo cũ muſis & venationi incubuiſſe. Vnde & vſum ſagittis & equo inſediſſe. Poſt mortem precibus muſarũ a Ioue inter aſtra relatũ & varia forma conſcriptum. Idibus febr. veſpere occidit: vehemẽter hyemat inquit Columella.

¶ Sagũtus hiſpanię ciuitas quam romanis fideliſſimã Annibal ad internecionẽ deleuit. Hinc ſagũtinus a.um. vt vaſa ſaguntina quæ maxime cõmendãtur. Mar. Sume ſagũtino pocula facta luto.

¶ Sagma æ. & ſagma atis. ſella quã vulgus baſtũ appellat ſuper quo componunt ſarcinæ. Sed & pro ſarcina qñq; ponit. Interdũ ſagmata dicuntur vnguenta quæ ſucco conſtant quaſi diſtillationes. Quę autem corpore conſtant dicuntur hedeſmata ελεσμα greci condimentum dicunt. Et ſagma cumulus dicitur.

¶ Sagmina: quaſi ſanctimina: quoniã e loco ſãcto capiebãtur legatis ad indicendum bellũ: aut fœdus iniiciendum proficiſcentibus. Vel a ſanciendo. i. cõfirmãdo: vel ab agẽdo q; e ſacris agatur. Herba eſt quæ vocat Verbena. Ply. li. xxii. Quoniã non aliũ de ſagmina in remediis publicis fuere & in ſacris legationibus q̃ verbenę. Certe vtroq; nõie idẽ ſignificatur. Hoc eſt gramen exarce cum ſua terra euulſũ Hac ſemper & legati cum ad hoſtes clarigatũq; mitterentur vſi ſunt.

¶ Sal λεξις ελληνικη αλς, δε λεγεται: αλλα μεταθεσις εξ λατινοις quo vtimur in condiendis cibis vtroq; numero & tam maſ. q̃ neu. gñe dicitur. Cato. Ex ſale qui apud carthaginẽſes fit. Sal. in Iug. Neq; ſalem: neq; alia gulæ irritamenta. A fra. in compitis. Quicquid loquit ſal merũ eſt. Col. Carnem ſalibus aſperſam. Paul. iureconſul. Cotem ferro ſubigendam neceſſaria quoq; hoſtibus venundari: vt ferrum & frumentum & ſales nõ ſine periculo capitis licet. Dicitur etiam hoc ſale ſecundum Priſcianum. Enni. libro quarto annalium. Cæruleum ſpumat ſale conferta rate pulſum per mare. Aliquãdo ſal ponitur pro ſapientia & maſ. tãtum genere ꝓferri conſueuit. Aliquando ꝓ vrbanitate ioco & ridiculo: & dictis ad riſum vel ad delectationem compoſitis: tam ſingulari q̃ plurali numero. Catul. Nulla eſt in toto corpe mica ſalis. Hoc eſt nihil venuſtũ & ſapienter dictum. Cicero Publio Scipioni. Omnes ſale & facetiis ſuperabat. Luc. Non ſoliti luſere ſales. Quintil. libro ſexto. Salſum inquit in conſuetudine pro ridiculo tantum accipimus natura non vtiq;. Hoc eſt q̃ q̃ & ridicula oporteat eſſe falſa. Nã ſicut ſal ſuauitatem quandam cum mordacitate habet ita etiam vrbano ꝙ ioca. Sales enim pro Ciceronis ſententia ſunt ipſa ridicula quę neceſſario ſalſa oportet eſſe. Nam falſum erit quod non erit inſulſum velut quoddam orationis condimentũ quod ſentitur latente iudicio & veluti palatum excitat. Quandoq; Sal mare dicitur. Virgilius. Et ſpumas ſalis ære ruebant.

¶ Salnitrum vt modo in conſuetudinem vulgi dicitur factitium & ad tormenta ignium miſſilia reptum veteribus fuiſſe videtur incognitum. Videi dictione Nitrum.

¶ Salhammoniacus: ſic dictus eſt: quia ſub arenis inuenit. Similis eſt colore alumini medicinæ vtilis

¶ Sal puſius a ſale & puſius compoſitum nomen Puſius enim ſiue puſus & puſio apud latinos dicit puer. Quo nomine dictus eſt Caluus Catulli familiaris tanq̃ puer ob ſtaturam puerilem plenus ſalis & oratoriæ mordacitatis.

¶ Salſugo appellatur i ſalinis tota liquida marnia aqua ſalſior. Salſugo etiam dicitur humor cum ſapore ſalis.

¶ Salſilago: idem eſt qđ ſalſugo. Ply. Natura ciceris eſt gigni cum ſalſilagine.

¶ Salarius qui ſal: vel ſalſamẽta vendit. Mar. Qđ viles pueri ſalariorum.

¶ Salarius a.um. qđ ad ſal ptinet. Liui. li. xxix. Vectigal etiã nouum ex ſalaria annona ſtatuerunt.

¶ Salaria via romæ dicta eſt: q; per eam ſabini ſal a mari deferebant.

¶ Salarium dicitur ſtipẽdium: ſeu merces quã quis pro ſeruitio meritus eſt. Aug. li. i. ci. dei. Doctores ipſos inſuper & ſalario publico & honorib⁹ dignioſimos habuerũt. Dictum ſalarium q; ita neceſſariũ ſit: vt homini ſal.

¶ Salſus a.um. qđ ſalis ſaporem habet ſiue qđ ſale denſatũ eſt: a quo fit ſalſior: ſalſiſſimus & dimi. Salſiuſculus. Aug. li. viii. con. Ebrioſi quędã ſalſiuſcula comedunt quo fiat moleſtus ardor quẽ dũ extinguit potatio fiat delectatio.

¶ Salſamentum: qđ eſt ſale cõpoſitum ad vſum cibo⁹: vt piſces ſalſi: & lardum quæ per ſyncopẽ ſalſamenta dici poſſunt.

¶ Salſamentarius qui ſalſamenta vendit: qui & ſalarius.

¶ Salſamentarius a.um. quod ad ſalſamenta pertinet. Ply. Quin & teſtis cadi ſalſamentarii tuſis cum exũgia vetere mirum ĩmodum ꝓdeſt. Col. li. ii. Ita rurſus in ſole ſiccata & mox refrigerata condatur in vaſis olearijs ſalſariiſq;.

¶ Salſuta idem quod ſalſamentum. Col. li. ix. Nulla tñ equo q̃ ꝑdictę ſalſurę pabulacõmode dantur.

¶ Salitura idem qđ ſalſura. Col. libro. xii. Poſt ſalituram muſti.

¶ Salſedo inis. ipſe ſalis ſapor.

¶ Salina locus vbi fit ſal. Ply. li. xxxi. Fit ſal vulgaris plurimuſq; in ſalinis affuſo mari: non ſine aq̃ dulcis riguis: ſed imbre maxime iuuãte: ſed quoniã ſal ꝓ facetiis ponitur. nõnun q̃ pro apophthegmatibus & facetijs & ſcommatibus tranſlatiue apud

Ciceronem positum reperitur.
¶ Salinæ ar. vrbs sicilię iuxta lilybeũ palmis abũ dans: q̃ iuxta eam salinæ fuerint. i. fossæ in quibus fit sal.
¶ Salinũ vasculum in quo sal reponit: tũ ad mẽsæ vsum tũ ad sacrificia patũ. In eo em̃ cũ sale diis primitiæ offerebãtur. Persius. Purũ & sine labe salinũ Ponit tũ ꝑ quocunq; vase fictili mensæ pauperis. Hora. libro secundo car. Cui paternum splendet in mensa tenui salinum.
¶ Salinator dictus est Liuius romanus ꝓpter vectigal quod nouum ex salaria annona commentus est in censura.
¶ Salnacidus a.um. qđ salis saporem habet. Ply. Nam nitrosas aquas atq; salnacidas & fœculentas addita polenta vtiles esse aiunt.
¶ Salũ mare a sapore salis: vel a verbo græco σαλεύω quod significat mouere fluctuare. Vir. Percq; vncas superante salo.
¶ Salio is. quartę coniugationis & prima correpta significat sale condio. Tibu. Farre pio placet & salsa lete sale. Huius præteritum salui supinum salitum Vnde salitus & saliturus. Liuius. Saliturus ista esse mittam salem. Cor. Seuerus. Ad quẽ saliti pomiliones afferebantur.
¶ Sallo is. per duplex ll tertiæ coniugationis: salli saltum & salturus in eadem significatiõe. Vnde saltus & salturus: salsus & salsurus. Lucil. li. iiii. Sallere murænas & frigidaria ferre. Participium passiuæ significatiõis in dus posuit. Col. lib. viii. cum inquit. Q; si ea res ægritudinem non depellit vendenda sunt pecora. Vel si neq; id contingere potest: ferro necanda sallendaq;.
¶ Salio is. per simplex l. saliui vel salii: seu salui diuisas syllabas supinũ saltum. Et habet primã correptam. Virg. Mollibus in pratis vrctos saliere per vtres. significat salto. Composita tamẽ magis præteritum per ui faciunt: vt Assilio assilui tũ. Consilio lui. tũ. Desilio desilui. tum. Virgi. Desiluit Turnus biugis. Dessilio Exilio: extra salio. Insilio. Prosilio: vltra seu foras: vel ante salio: prorũpo. Lact. li. iiii. Nãq; cum sitim paterentur ictu virgæ rupe percussa ꝓsiluit fons aquæ. Virg. libro. v. Haud mora ꝓsiluere omnes: ferit aurea sydera clamor. Liui. li. ii Prope attonitus miraculo rex cum a sede ꝓsiluisset Presilio: ante salio. Resilio: subsilio sursum deorsũ salio. Hie. li. ii. ꝛ. Micol vidit Dauid subsilientem. Transilio vltra salio. Liui. lib. i. Vulgatior fama est ludibrio fratris remũ nouos transiluisse muros. Salire tamen dicuntur animalia ratione carentia quando mares ineunt fœminas. Nam siliendo ascendũt Vnde Læta salitur ouis. A salio fit salto frequentatiuum. Cuius composita mutant a in u: vt Assulto consulto: dissulto: desulto: exulto: prosulto: presulto: resulto: & subsulto. Plau. i Cas. Vt festinabat miser: vt subsultabat postq̃ vicit villicus. Transsulto. Idem ī Cap. Tu trãssultas ego miser vix adsto pre formidine.
¶ Salto as significat tripudio. Sal. Sed in his Sẽpronia quæ multa virilis audacię commiserat. Hęc mulier genere atq; forma ꝑterea viro liberisq; satis fortunata fuit: lĩis græcis atq; latinis docta. psallere & saltare & cãtare elegãtius q̃ necesse est ꝓbę: multa alia quæ luxurię instrumenta sunt. Hinc Saltatio & saltus ꝓ ipso saltandi actu.
¶ Saltito as. pe. cor. frequẽtatiuũ est a salto as.
¶ Saltatio est illa hominũ iactatio quã vulgus tripudium vocat.
¶ Saltatus us. idem qđ saltatio. Liui. Per vrbẽ ire canentes carmina cũ tripudiis solẽniq; saltu iussit.
¶ Saltus us. & salti densior sylua & inuia est: q̃ ibi arbores saliant: in quo pasci & ęstiuare pecudes solent. Sunt qui dicant saltus esse loca arborib⁹ expedita: quia facile in his saltetur. Virgilius libro tertio Geor. Saltibus in vacuis pascuntur plena secũdũ flumina. Ponitur & ꝓ loco nemoroso vbi latrones insidiari consueuerunt. Et Saltus ceruorum est. Idẽ libro nono. Tum demũ saltu p̃ceps sese oĩbus armis In fluuium dedit.
¶ Saltarius syluarum seu saltus custos. Põponi⁹: Dominus ꝓprietatis etiam inuito vsufructuario. Fundum vero ædes per saltuarium vel insularium custodire potest.
¶ Saltuosus locus saltibus plenus.
¶ Saltim siue saltuatim significat per saltus. Gel. Nos vna æstate ī Asia & Græcia gesta litteris idcir co cõtinẽtia mãdauim⁹ ne velicatim aut saltuatim: scribendo lectoꝝ animos impediremus.
¶ Saltem coniunctio per defectionẽ dicitur: quasi si aliter nõ potest: vel vt inquit Gel. u. litera obiecta Nam a principio salutem dicebant: qđ nos saltem dicimus. Nam cum alia quædam petita & nõ impetrata sunt: Hinc solemus quasi extremũ aliquid petituri qđ negari minime debeat dicere. hoc saltẽ fieri aut dari oportere: tãq̃ salutem postremo petẽtes quã impetrari sit ęquissimũ. Ser. Saltẽ: vel hoc tradium a captiuis qui cum tenerentur ab hostibus dicebant sublatis oĩbus salutem cõcede. Hinc per syncresim natus est sermo: vt in conceptu rerum multarum petituri aliquid saltem dicamus.
¶ Salax dicitur libidine pruriens fortis in coitu & creber: cuius mẽbrũ facile salit. i. arrigit. Et salire dicũtur quadrupedes dum coeunt: vel quia ex humore salso citat libido. Vnde Venus dicta est e mari orta. Var. Gallos salaces. Et salaces aquæ scaturiẽtes quasi e terra prosiliẽtes. Vnde etiã nymphę salaces dicunt. Ouid. Nymphæq; salaces.
¶ Salacia dea aquæ a salo cẽdo appellata. Vnde & a poetis sumitur pro aqua. Pacu. Hinc sæuitiam salacis fugimus.
¶ Salebræ a saltu dictę sunt loca inæqualia & aspa quæ quasi sine saltu præteriri non possunt. Per trãslationẽ. Ci. de fi. bonoꝝ dixit. Hic si diffinire: si diuidere potuisset: si loquendi: si deniq; consuetudinẽ verboꝝ teneret: nunq̃ in tãtas salebras incidisset. i. in tãtas asperitates: siue incultas oratiões. Hinc Salebrosus a.um: quod multas habet salebras.
¶ Salii sacerdotes Martis sic dicti q̃ in portandis ancilibus saltare eos mos esset. Liui. Numa salios xii. marti gradiuo legit: tunicęq; insigne dedit: & super tunicã æneũ pectori tegmen cœlestiaq; arma q̃ ancilia appellant ferre: ac per vrbẽ ire canẽtes carmina cum tripudiis solẽniq; saltatu iussit.
¶ Sali per simplex i auiculæ sunt: quas Aristoteles Aegithos appellat fœcunditatis magnæ: vt perdices gallinæq;.
¶ Saliaris & hoc saliare: quod ad salios ptinet. Vñ saliares cœnæ appellatæ sunt quas salii faciebant ampliſſimo appatu: ex quo opiparę ac copiosę cœnæ saliares dicuntur.

¶ Saliūca herba e terra ſtatim exiliēs folioſa quidē ſed breuis: vt ſquit Ply. li. xxi. & quę necti nō poſſit radici coherēt.

¶ Salix arbor a ſaliendo: vel q ſata: vel caſu terræ cōpacta ſalit ac ſurgit. Hæc arbor talem habet naturam. Eſt quidē lignū infructuoſum. Et dicitur ſi q s ex illa accipiat potionē: aut māducet: filios nō facit

¶ Salignus a. um. qđ ex ſalice materiatum eſt. Virgi. Eſt tuguri cuſtos armatus falce ſaligna.

¶ Salicetū & per ſincopen ſalictū: locus ſalictib⁹ cōſitus. Varro. Idoneus locus eligendus vbi facias ſalictum & harundinetum.

¶ Salicaſtrū genus labruſcę in ſalictis naſcens.

¶ Sala: nomen ſex vrbiū: & nomē fluui in Germania: vt Strabo lib. vii. ſcribit. Inter quem & rhenū cum Druſus germanicus bellaret: domitis hoſtibuſ victor oppetiit.

¶ Salaconia ſupbia: & ſalacones ſupbi dicunt. Salacon enim vt inquit Suidas: vir fuit qui cū pauper eſſet: ſe diuitem ſimulabat.

¶ Salentinorū regio q̄ nunc vt quidā volunt terra Idrunti ſiue terra de bari vocatur in Italia ſita eſt: & Apuliæ finitima. De quib⁹ Virgi. li. iii. Et ſalētinos obſedit milite cāpos. In ea eſt Iapigium, pmōtoriū quod & ſalentinū dr. Salu. Ois Italia coacta in anguſtias ſcindit in duo pmontoria: Pachynū & Salētinū. Salentini populi dicti q in ſalo amicitiā fecerint Idomæneus & Locrēſes. Hos ſtrabo ſcribit eſſe Cretenſes. Salentinus lacus eſt Salentinorū iuxta Anduriam oppidum. Hic ad margines vſq pleno: neq exhaustis minuitur: neq ſuperfluis augetur aquis.

¶ Sallaſſi ppli alpini boiis Eluetiiſq finimi: quos Cato Tauriſcę gentis eſſe arbitrat. Salaſſorū tellus aurifodinas habet: diuq olim potentes fuerunt: ſed Auguſtus eos deuictos oēs ſub corona vendidit. Auctor Strab. li. iiii.

¶ Salamin ſiue Salamis & Salamina: Inſula i Euboico mari contra Athenas ſita in qua vrbs ē eiuſdem nois: vbi Thelamon aiacis & Teucri pater regnauit. Sed cū Teucer a bello Troiano reuerſus: de Aiacis inimicis vltus nō fuiſſet: expulſus a patre in Cyprū nauigauit: ibiq vrbē aliā condidit noīe Salaminā: q̄ nūc cōſtātia dr: vbi amnis nomie Cōſtāſtātia peritur & æſtuoſus. Dicta prima a Salamine Aſopi filia. ſed Suidas noſter multa: & ſaxū in quo ſedit Theſeus & Ceres.

¶ Salmandra: aſal lacerti figura ſtellatū nunq̄ niſi magnis imbribus, pueniens & ęſtate deficiēs cui tantus rigor eſt: vt ignē tactū extingat non aliter q̄ glacies. Et licet venenatiſſimū ſit. Nā ſi arbori irrepſerit: oīa poma inficit veneno: & eos qui ederint interimit. Idē facit ſi in puerū cadat. a ſuibus tñ ſine nocumento mandit. Noſter Suidas ζωον ωσ σαυρα το μεγεθοσ των ρ εισ Δυομενον την φλογα σβεν υειν και αυτο μη πιμπρασθαι.

¶ Salanga: mons altiſſimus mari īminēs inter britanniā & hyberniā: a ſalāga barculani primi habitatoris Hybernię filio dictus. Hodie mons dñi appellat: a templo beati Domini ibi condito.

¶ Saliuū & ſaliua ſputū qđ fere ſalis ſaporē habet: vel a ſaliendo q in ore ſaliat & creſcat. Saliuā virgi nē dixit Aug. q ſtomacho ieiuno manauit.

¶ Saliuo as. ſanū facio. Ply. li. ix. Cōgregātur verno tēpore purpuræ mutuoq attritu lentorē cuiuſdā ęrę ſaliuant. Col. lib. vii. Tunc pannicis & crebrigii radices fœniculi ſeminibus miſcendæ: & cū defruti ac molliti tritici farina cādētiq; aqua cōſpergēda eo q medicamine ſaliuandū ęgrotum pecus.

¶ Saliuarius qui ſaliuat. Ply. ibi. li. ix. Quæ durioris teſtæ ſūt murices purpurę ſaliuario lētore partūt

¶ Salmonēus ęoli filius: qui apud Helidē regnauit ſed in infernum a Ioue detruſus eſt.

¶ Salmaces fons in Caria iuxta Halicarnaſſū dict⁹ venereus ab amœnitate incolarū: vbi paulatim homines allecti: oēm feritatē depoſuerunt.

¶ Salmo: genus piſcis quod in rheno & rhodano inuenit: & p̄fert alus piſcibus marinis.

¶ Salo: fluuius q & bilbilis dr: quo temperat ferrū atq acrius redditur.

¶ Salon regio bithynię paſcendis bobus idonea. Vñ & ſalonenſis caſeus.

¶ Salone vrbs inſignis liburniæ inter dalmatas & illyricos: quā Pollio deuicit.

¶ Salus: incolumitas. Aliqñ etiā remedīū. Virgil. Vna ſalus victis nullā ſperare ſalutē. Et ſal⁹ dea ſalutis credita. Vñ ſalutaris porta Romæ appellata: ab huius dęæde q̄ ei proxima fuit.

¶ Saluber pe. p. maſ. gñis. ſalubris fœminini: ſalubre neutri. Et hic & hęc ſalubris & hoc ſalubre qđ p̄bet ſanitatē. Vñ aer: cibus/locus/ſalubres dīr. Col. li. i. Salubri cœlo. Idem. Fundū ſicuti ne fœcūdiſſimi quidē ſolī cū ſit inſalubris: ita nec effœti ſit parādum. Aliqñ ſalubris accipit pro ſano. Salu. Genus hoīm ſalubri corpore. Liui. Grauiore tēpore ānī circūacto defūcta morbis corpa ſalubriora eſſe cœpere. Hinc ſalubritas ſanitas.

¶ Salutaris: idē qđ ſaluber: hoc eſt ſanitatē p̄bens: vel ad ſanitatē p̄bendā idonecū. Ca. ad Octa. Nulla remedia tā faciunt dolorē q̄ quæ ſunt ſalutaria. Salutaris digitus qui pollici eſt pximꝰ. qui & index dr. Suc. de Aug. Dextręq manus digitū ſalutarē tam imbecillū interdū ſentiebat vt torpentē contractūq frigore vix cornei circuli ſupplemento ſcripturæ admoueret. Martianus de nupt. Verū quidā redimitus puer ad os compreſſo digito ſalutari ſilentium cōmonebat. Dicit autē ſalutaris: vel quia non ſalutamus niſi viſa & indicata. Virg. Italiam læto ſocii clamore ſalutant. vel quia eo cōprimimus os ad ſilentiū: quod ſalutare eſt præceptum.

¶ Salutariter aduerbiū ſignificat quod vulgo dicit ad ſaluamentū. Plancus Ci. Quadraginta milium paſſuū ſpatio relicto conſedi eo cōſilio: vt vel celeriter accedere: vel ſalutariter recipe me poſſem.

¶ Saluto as. ſalutē dico: viſito: colloquor: qđ non accedentib⁹. tñ ſed abeuntibus quoq attribuit: vt Sta. li. iii. theb. Stant tñ & nota puppim de rupe ſalutant. Ter. in adel. Opperiar hoiem hic: vt ſalutē & colloquar. i. viſitem. Et ſalutare eſt venerari. Terē. Hinc deos domū ſalutatū pergam. Vñ mortuos & res inaīatas venerātes ſalutare ſolemus: non ſalutē imp̄cantes. quæ nulla in his eſſe poteſt: ſed veneratione indicentes. Huius cōpoſita ſunt conſaluto ſi mul ſaluto. Liui. li. i. Vtrūq regē ſua multitudo conſalutauerat. Obſaluto ſalutandi gratiā offero. Reſaluto me ſalutātē ſaluto. Inſalutat⁹ nō ſalutatus.

¶ Saluus a. um. qđ eſt ſanum. a quo ſaluo as. quod eſt ſaluū facio. Vñ & ſaluator qui ſaluat græce dicit ſoter. Saluifico idem quod ſaluo.

¶ Salue verbū ſalutantis: hoc eſt ſaluus ſis. Et ha-

bet tm̃ ſalueto ſaluete & ſaluere. vt iube ſcipionẽ ſal uere. i. ſaluta ſcipionẽ. Vide in dictione Valeo.

¶ Salutiger: quo noie vtit Apul. videt eſſe nõ qui dat ſalutẽ: ſed qui nũciat tanq̃ interpres & adminiſtes ſuperior. Plau. in au. Salutigerulos pueros.

¶ Saluia herba dicta q; diuerſos ſanet morbos grece Eleliſpha con dr̃: pdeſt paralyticis: & contra ſerpẽtium morſus remediũ exhibet.

¶ Salpyga pe. p. genus formicarũ venenatarum. Luc. libro. x. Quis calcare tuas metuat ſalpyga latebras? Cicero appellat eas ſolifugas.

¶ Salgama penul. cor. appellabãt a priſcis quecũq; conditanea ad victũ noſtrũ in vaſis ſeruabãtur: vt puta pyra: fici: vuę: rapę. Colu. Tẽpore non alio vili quoq; ſalgama merce. Inde ſalgamarii qui ſalgama vendunt.

¶ Samaria ciuitas regalis in iſrl̃ q̃ nũc ſebaſten dr̃. ab Auguſti noie. Sed & ois regio q̃ fuit circa eam a ciuitate nomen accepit. Ea eſt paleſtinę inter Iudeã & Galileã ſita. Hinc ſamaritani & ſamaritę dicti ſũt qui ſamariã habitãt. Hiero. ad Alga. Hoſtili inter ſe ſamaritani atq; iudæi diſcordant odio. Idẽ ibi. Nõ receperunt eã ſamaritę.

¶ Samara p montoriũ in oceano orientali vbi deficit Caucaſus.

¶ Samarobrinę fuerunt populi in Gallia inter belgas vbi Cæſar Gallorũ conciliũ induxit: hanc Cameracenſem eſſe vrbem nonnulli autumant. quam ſabis fluuius interfluit.

¶ Sambuca dictio barbara quo ſignificat quoddã inſtrumentũ muſici gñis vt eſt apud Danielẽ. Cum audieritis ſonũ ſambucæ. Hierony. ad Dardanum oſtendit quomodo ſambuca conficeretur. Eſt & genus machinæ militaris qua vrbes expugnari cõſueuerunt: in qua ſic funes intẽdebant: ſicut in organo muſico chordæ.

¶ Sambuciſtria: quę ſambuca canit.

¶ Samos altitudo & ſũmitas interp̃tat. Et eſt nomen duarũ inſularũ. Vna eſt in mari Icario modica: & Iunoni dicatiſſima: q; in ea nata fuerit & educata & Iouí nupta. Scribit Varro Samon prius Partheniã nominatã: vbi antiquiſſimũ fuit templũ & ſimulachrũ in habitu nubentis figuratũ & ſacra eius anniuerſaria nuptiarũ ritu celebrabant: a qua & Iuno Samia dicta eſt. In ea Pythagoras quoq; philoſophus ortũ habuit: necnõ & vna de ſybillis quę exide Samia dicta eſt: quã ferunt de Chriſto p̃dixiſſe. Tu enĩ ſtulta Iudęa deũ tuũ non cognouiſti iudẽtẽ mortaliũ mẽtib⁹: ſed & ſpinis coronaſti. Horridũq; fel miſcuiſti. Fiebãt etiã in ea vaſa fictilia egregie excreta fabricata quę ſamia vocabant. Ferũt hãc inſulam Thracię adiacere: quę poſtea ex cõmiſtis Thracię pplis Samothracia appellabat. Virgi. Threiciã q; ſamũ quæ nunc ſamothracia ferũt. Altera vero eſt Samos inſula a Ply. collocata ppe Ithacã apud Duluchiũ. De qua videt Suetonius intelligere cũ non multũ diſtet ab Epiro. vbi in Augu. ait. Ab Actio cũ in ſamũ inſulã in hyberna ſe recepiſſet: Samevero vt inquit Seruius: ciuitas thraciæ eſt in cephalea Apd Strabonẽ tñ legimus ſamũ & ſamen: ſamum vrbẽ eſſe: ſamen vero inſulam. Sunt qui ſcribãt ſamothraciã inſulã eſſe q̃ prius Dardania vocabat a Dardano qui palladiũ Mineruę ſecũ eo ferens confugiſſe traditur: poſt ſamiis inſula bello electis cum eo ſe in thraciã ex aſia recipierẽt inditũ nomen: vt p

¶ Samius a. um. quod e ſamo eſt: vt hõ ſamius. Veteres tm̃ qñq; ſamiũ p acuto ponebant. & Samiare p acuere: & quaſi ſamiæ teſtæ acumen reducere.

¶ Samia ſubſtãtiuũ vaſa a ſama inſula dicta: ſicut Maiorica ab hiſpania. Ci. li. iiii. ad herẽ. Nos ſamiis delectabimur.

¶ Samnites pe. p. populi in ſamnio qđ nũc Apruciũ vocamus regio Italię inter Picenũ Cãpaniã & Apuliã. Vrbes in ea ſunt Adria Aquila: Amiternũ Sulmo: Ortona: Arpinũ: Aquinũ: Athina: Beneuẽtũ: Corfiniũ. Vel ſamnites dicti ſũt a ſamnio colle in quo e ſabinis venientes cõſederunt: & eiuſdem nois oppidũ ędificauerũt. Quidã etiã ſamnites per duplex nn. ſcribunt. Hi quondã apud caudinas furculas romanũ exercitũ pfligauerunt: quos Poſtea L. Papyrius ſub iugum miſit.

¶ Samniones a ſamniis dñr/qui ſunt ĩ dictis fatui: & ĩ motib⁹ obſcœni. Ci. li. de ora. Quid porro tã ridiculũ q̃ ſamnio eſt: q ore: vultu: imitãdis moribꝰ voce: denicq; corpe rideť ipſo. Quidã tñ ſanniones a ſanna deductũ nomẽ arbitrãtur: quę ſit os diſtortum cum vultu.

¶ Sãpſucus herba quã nunc Maioranã appellant: alioq; noie Amaracus dicitur.

¶ Sancio is. iui. itũ. vel ſanxi ſãctũ ſignificat aliq̃d ſanctũ vel conſecratũ facio ſub ſãguine hoſtię. Vñ ſãctũ auctore Seruio dr̃ q̃ſi ſãguine conſecratum. Et ſanctio vocať lex cum terrore pœnę. Aliquãdo ſancire eſt firmare: munire: roborare. Teren. in ecy. Aliud ſi ſcirẽ qui firmare meã apud vos poſſem fidẽ ſãctius q̃ iuſtirãdum id pollicerer tibi. Inde ſãctio & ſãcta res dr̃. i. res decreta & inuiolabilis. Martian⁹ ait ſãctũ pprie dici quod ab iniuria hoĩm defenſum atq; munitũ eſt Tractũ a ſagminibus hẽrbis q̃ legati populi romani ferre ſolebãt ne quis eos violaret. Iuue. Vt ſãctã filius oñi aſpiciat ſine labe domũ vitioq; carẽtem. Vlp. de ver. ſig. ſcribit ſãctũ eẽ: quod nec ſacrũ nec pphanum eſt: ſed ſãctione aliqua firmatũ: vt ſãctę leges hoc eſt ſãctione quadã ſubnixę. Alii dicunt ſãctũ eſſe religioſum & ſacrũ incorruptũ. Virg. Sãcta ad vos aĩa atq; iſtius inſcia culpę deſcendã. i. incorrupta. Idem. Tu q; o ſãctiſſima cõiunx fœlix morte tua. i. caſtiſſima. Vñ ſãctus vir dr̃ integer moribus. Do. Sãctũ dr̃ quod oi obſeruatione inuiolatũ eſt. Et ſcd̃m ſcripturarũ ſacras idioma ſãctum dicit mundũ/purificatũ/atq; expiatum Vñ ſãcti dicunť fideliũ filii: q; quaſi candidati ſint: & nullis idolatriæ ſordibus polluanť. Vaſa quoq; ſãcta in tabernaculo legimus & cætera quæ ad ritũ cerimoniarũ ptinent cum vtiq; ſãcta eſſe, nõ poſſint niſi ea q̃ ſentiũt & veneranť deũ. Sic & Berſabee ſãctificata ſcribit ab immundicia ſua: & ipſũ templũ ſanctuarium nominatur.

¶ Sãctus a. um. ptic ipiũ a ſancio. de quo mox. Cuius diminutiuũ formauit Hiero. cõtra Ruffi. cũ inquit. Tibi q̃ti religioſus & ſanctulus pſonã humilitatis idonis. Ab aduerbio ſãcte ſit perſãcte qđ éval de firmiter. Plau. Idq; pſãcte iurauit ſe facturum.

¶ Sanctitas. ſãctitudo & ſanctimonia eiuſdẽ ſignificati ſunt.

¶ Sanctuariũ ſacer locus/tẽplũ/ſacrariũ Sãctuariũ quoq; ſiue ſãctuaria Plynius Mithridatis appellauit quę alio loco arcana: & Plutarchus ἀπόῤῥητα vocauit.

¶ Sanctimoniales dñt monachæ. Aug. ſup ps. Tu bilate. I nuenies ſctimoniales indiſciplinatas: nun quid ide o ſctimoniũ reꝑhendendum eſt?

¶ Sãctimoniũ vocaꝫ ſctimonialium pfeſſio.

¶ Sandaliũ calceorũ genꝰ: ſiue caligaꝝ. Greci σανδαλιον ſoleam dicunt. Ter. in heau. Vtinã tibi cõmitigari videã ſãdalio caput. Hinc Sãdalariꝰ Apollo dictus eſt a vico cuius meminit. Gel. li. xvii. In ſãdalario forte apud librarios fuimus.

¶ Sãdaliotis: ſardinia inſula denominata eſt abeffigie ſãdalii: hoc eſt ſoleę: quã nonnulli Ichnuſã vocãt a ſiſitudine veſtigii: quod greece ἰχνος dr̃.

¶ Sãdaraca: genus coloris qui inueniꝫ in aurariis & argentariis metallis: adulteraꝫ ex ceruſa in fornace cocta hęc ſi torreaꝫ ęqua parte rubrica admixta ſandicen facit: q̃ q̃ hãc herbã eſſe Virgilius ſcribat. hoc hoſe aiunt quidã ſignificari vernicẽ cuius fumꝰ præ ceteris dolorẽ dentiũ leuare dr̃: vt eſt apud Auicẽnã Græci σανδαραχην dicunt.

¶ Sãdyx ycis. pe. p. ſi Vergilio & eius interp̃ti Seruio: necnõ & quibuſdã credit: maſ. ge. hærba eſt delicatæ olfacturæ: breui caule: & in aliis fœniculo ſimilis. Virg. Spõte ſua ſãdix paſcẽtes veſtiet agnos Prop. Illaq; plebeio vel ſi ſandycis amictu. Huius herbę peculiaris laus inquit Ply. li. xxii. q; fatigato venere corpori ſuccurrit. Naſciꝫ in inſula maris rubri: eſt & ſandix genus coloris ex ſãdaracha & ceruſa factus. A ſãdyx fit ſãdycinus a. um. vt color ſandycinus. qui eſt flammeus: ex rubrica & ſãdaracha factus.

¶ Sanates populi: qui ſupra infraq; Romã habitauerunt. Quod nomen ideo eſt inditum: quia cũ deſeciſſent a romanis: breui poſt in amicitiã quaſi ſanata mente redierunt.

¶ Sanus ꝓprie dr̃ integer & incorruptus. A quo ſanitas incolumitas. Trãſferr̃ quoq; ad aĩm. Vnde dicim' hoiem ſana mente: ſanoq; conſilio. Ex quo inſanus/demens/qui mentẽ non habet integrã. Et inſania ſtultitia: quę & inſanitas dr̃. Cice. Inſipientia quaſi inſanitas eadẽq; dementia. Et inſanio, p deſipio. Interdum tñ ſanũ dr̃ quod ſanitatẽ p̃bet. Siquidem dicimus ſanũ aerẽ: & ſanũ cibum quaſi ſalubrẽ & ſanitatem prębentem.

¶ Sano as. ſanũ facio/redintegro/& icolumitati reſtituo. Hinc fiunt cõpoſita. Cõſano quod eſt ſimul vel oẽs ſano. Col. li. v. Et ſic vitis laniata ſcabrataq; putreſcat humoribus nec plagę conſanent Reſano rurſus ſano. Lactã. lib. v. Quibus poſtea electis oẽs qui reſanati fuerint adhærẽt religioni. Et habẽt penultimã ꝓductã.

¶ Saneſco ſanus fio. Col. li. vii. Sed vulnera facta interdũ ſaneſcunt. Huius cõpoſita ſunt Cõſaneſco & Reſaneſco. Idẽ li. v. Tum etiã vitem minus cicatricoſã reddit qm̃ id ex quo viride & tenerum decerptũ eſt celeriter cõſaneſcit. Lact. li. v. Nõ modo ſuſceptis deorum cultibꝰ reſaneſcãt: ſed etiã vt ꝓtinacı obſtinatiõe depoſita corpis cruciamẽta deuitent

¶ Sane aduerbium: qñq; affirmatiue ponitur ꝓ eo qd̃ eſt certe: vt Ita ſane. Sane vero qñq; permiſſiue qñ aliquid aduerſario tribuimus: vt ſit ſane vt vis ꝓ eſto vt vis. Cic. Quid enĩ habet cõmodi? quid non potius laboris? Sed habeat ſane: hoc ẽ in bona hora: aut in dei noſe. Quin. Tulerit ſane filiꝰ noſter merito pœnas: dederit ſpm̃ ſupplicio. nihil de p̃teritis loq̃mur. q. d. Eſto ita: ſit vt tu vis. Qñq; ponit pro valide: qm̃ qui ſanus eſt validus eſt. Sue. Bellũ ſane difficile geſſit. Iungit nõnunq̃ cũ &: affirmatiuaq; eſt. Quinti. Et ſane quis concipiat vel declamantis habitũ vel orantis vocẽ inceſſũ, pnunciationẽ: illũ deniq; animi & corporis motũ? Item cum q̃. Gell. Sane q̃ vtile eſt.

¶ Sanies: ſãguis corruptus: qđ quidã a tabo ſic diſtinguunt: vt illud de mortuo: hoc de viuo dicaꝫ. Vir Et ſanie taboq; fluentis.

¶ Sanguis: quod & ſãguen neutro gñe ab antiquis dicebaꝫ. Lucr. Vitiſcentibus viſcus gigni: ſanguenq; creari. Dicitꝫ autẽ ſanguis qui eſt intra venas: cruor fuſus ſiue ſanies. Ponit interdũ ꝓ gñe. Virg. Troiano a ſanguine duci audierat. Quo ad primũ ſignificatũ fit cõpoſitũ Exãguis. Quo ad ſecm fit cõſanguineus: licet ſãguineus aliud ſignificet.

¶ Sanguen modo ſãguis dr̃: modo arbor cuiꝰ cortex ad ſãguinis ſimilitudinẽ rubet: a quo ſãguineus a. um. vt virga ſãguinea.

¶ Sãguineus a. um. modo ad corpꝰ referr̃: & ſignificat plenũ ſãguine modo ad animũ: & ſignificat crudelẽ cruentũq;. Apul. Immani ac ſanguinea voce pterruit. Modo ad arborẽ: & ſignificat qđ eſt ex arbore quę ſanguen appellaꝫ. Plyn. Si quis duas virgas ſanguineas manu retulerit.

¶ Sãguinolentus idẽ qđ ſanguineus. Var. Itaq; ꝓpter amorẽ ſperti magiſtratus gradatim ſeditionibꝰ ſanguinolentis vrbem perturbauere.

¶ Sãguinarius: ſęuus & crudelis. Ci. Itaq; grauẽ illã ac ſanguinariã vocẽ auditum. ſic ſanguinariꝰ homo dicitur a ſeneca qui gaudet humano ſanguine & crudeli.

¶ Sãguinaria herba dicta eſt: quia ſuccus eius infuſus naribus ſupprimit ſãguinẽ. Col. lib. vi. Eſt etiã grauis pernicies herbę ſanguinarię: quam ſi paſta ẽ ouis: toto ventre diſtendit contrahiturq; & ſpumã quandam tenuem tetri odoris expuit. Græci eã polygonon appellãt.

¶ Sãguinare eſt ſanguine manare. Quiti. in decla. Tũ repetitis ſãguinauere plãctibus iã conualeſcentes lacerti. Et iterum. Mulier quę ſanguinãtes adiudicem porrigit lacertos.

¶ Sanguiſuga pe. pd. vermis qui & hirudo dicitur & ſanguiſugia.

¶ Sãguiculus ſanguis hędi ſiue ſuis in cibũ formatus. Ply. Vtunt ad vtrũq; vitiũ & coagulo hędi ī vino myrteo magnitudine fabę poto & ſãguine eiuſdẽ in cibũ formato quẽ ſanguiculum vocant.

¶ Sanga Cãtabrorum fluuius.

¶ Sãgaris fluuius Gallogręcię q ꝑ Phrygiã defluens: tãdem in propontidem influit.

¶ Sanna per duplex nn. irriſio q̃ vt Hiero. ſquit ab occipitio diſtorto ore & labris cõtractis fit anteriorũ dentiũ oſtẽtatione. Quo vocabulo vſus eſt Iuu. I nunc & dubita qua ſorbeat aera ſanna Tullia. Hic ſannones & ſannii vt inquit Probus: q̃uis & ſãniones dicanr̃ qui ſic irridẽt. Deſanno as. qđ eſt ꝓ faſtidium derideo. Sanno as. de quo alibi ſimiliter ſãnatores qui eo modo irrident.

¶ Sãtones & ſantoni pe. cor. & ſãtonici populi quidã Gallię non lõge a Toloſatiũ finibus quæ ciuitas eſt in ꝓuincia vt Ceſar com. i. ſcribit. Luca. lib. ꝓmo Gaudetq; amoto ſantonus hoſte. Iuue. Tẽpora ſãtonico velas adoperta cucullo.

¶ Sannaus: lacus de quo Plynius li. ii. Lacus inq;

Sannaus in asia circũnascẽte absynthio inficitur a Ptolemæo sannis appellat. Apud grecos per simplex n. scribitur.

¶ Sansæ officula oliuarũ. Colu. li. xii. Et cũ est oliua in sansã redacta: tunc sal coct⁹ trituscꝫ manu permiscet cũ cẽteris aridis condimentis.

¶ Sapa a sapiditate dicit: & est multũ vsqꝫ ad tertiam partẽ: vel vt quidã volunt ad dimidiã decoctũ. Vide in dictione Defrutũ. Grece hepsema ab εφθειν quod est decoquere dicitur. De hoc Mar. & laletanę nigra lagena sapę.

¶ Sapio is sapiui vel sapii sapitũ pe. p. Vel sapui sapitũ pe. cor. ꝓprie ptinet ad sensum corpis: vt sit sapere quod vulgo dicit saporitũ esse. Iuue. Qui meminit calidę sapiat qd vulua popinę. Hinc sapor & sapidus. Aliqñ sapere saporẽ habere: quod vernaculo sermone dicimus sape de la cosa: vt hoc sapit heresim. Hierony. ad pãma. Simplices epistolę tuę olent ꝓphetas: ap̃os sapiunt. Trãsfert & ad aim ꝓ sapientẽ esse: seu rectã sententiã vel opinionẽ habere. Ter. Si sapis: neqꝫ p̃ter quas ipe amor molestias habet: addas & illas quas habet recte feras. Augu. lib. i. de ci. dei. Tribulationis tpe ꝓbauerunt q̃ recte sapuerint. Mar. Nubere vis prisco? non miror paula sapisti. Q ñqꝫ dtõ iungitur. Plau. in tri. Haben tu amicũ aut familiarẽ cui pectus sapiat? Hut⁹ composita sũt Desipio & resipio. Vide in dictiõe Desipio.

¶ Sapientia est rerũ diuinarũ atqꝫ humanarũ scientia. Grece sophia dicit. Et qui eã ꝓfitetur: soph⁹ hoc est sapiens appellat. Quod nomen inditũ fuit illis septẽ clarissimis viris. s. Thaleti milesio: Solonisalaminio seu athenien'. Chiloni lacedęmonio. Pittaco mithylenęo. Bianti pryeneo. Cleobolo lydio Periãdro corinthio. Sed postea Pythagoras prim⁹ non sophũ se: sed philosophũ appellauit: hocẽ nõ sapientẽ: sed sapientiæ amatorẽ. Et scientiã ipsã nõ sophiã: sed philosophiã nuncupãdã existimauit: qꝫ nullus hoim sed solus deus sapiens esset.

¶ Sapor qui sapit. Saporꝫ vero decẽ sunt gña: vt docet Plynius. s. dulcis/suauis/pinguis/amarus/austerus/acer, acutus/acerb⁹/acidus/& salsus. Idẽ Pliuius existimat oibus aialibus sensũ gustus eẽ. Tria vero naturæ rerum elemẽta: ignẽ/aerẽ/aquã sine sapore/sine odore: sine succo.

¶ Sapidus a. um. quod gratũ saporẽ habet. Cuius contrariũ est insipidus sine sapore. vt caseus sapid⁹ vinum insipidum.

¶ Saperda: dici potest sapiens: elegãs. Var. Oĩes videmur nobis esse belli festiui saperdę: cũ simus canopi. Et sapda gen⁹ est conchę mali saporis. Et nõ nunq̃ ꝓ sterquilinio ponit. Pers⁹. Et qd agã? rogitas? en saperdã aduehe ponto.

¶ Sappho p p. ante ph. nomen mulieris vatis. Ferunt nõnulli fuisse duas hoc noĩe: quarum vna Erexia: quę & antiquior lyrica: qua tẽpestate Alcæ⁹ claruit Terpisor⁹ & Pittacus tpe Tarquinii prisci. Ea plectrum prima inuenit. Scripsit lyricos modulos: epigrãmata. elegidia. iãbos & monades. Altera Mithylenea lõge iunior cuius pulcherrimũ op⁹ ad amicũ phaonẽ extat. Scripsit & alia multa apd grecos: vt merito nona inter lyricos poetas ãnumeret. Antipater autẽ Sidoni⁹ ī epigrãmatis μνημοσυναν ελεθαμβοσοτε εκλυε τασμελιφωνου σαπφους, μη δεκαταν μουσαν εχουσι βροτοι. id est Mnemosynẽ matrẽ musarũ cepit: qñ audiuit dulci-

sonã vocẽ sapphus: nunquid decimam musam habent mortales?

¶ Sapphirus per p. ante ph. & penul. pdu. lapis p̃cios⁹ coloris aerei. Vnde fit Sapphirin⁹ a. um. Hieronymus in exod. Sub pedibus eius quasi opus lapidis saphirini.

¶ Sapphiratus sapphiris maculatus & variagãter intextus. Sidoni⁹. Ac si sub versicoloribus figuris vernãs herbida crusta sapphiratos.

¶ Sarra nomẽ vxoris habraę: & nomen ciuitatis q̃ postea Tirus dicta est. a qua Sarranus. sed id quoqꝫ nomen a pisce quodã accepit qui illic abundat. Et Sar illa lingua vocat: ex cuius sãguine sericũ ī purpurã tingebatur. Est & Sarra insula Epyros: a qua Sarrana etiã dicuntur.

¶ Sarranus a. um. quod ex sarra tyro est. Vnde sarranę vestes tyriæ dictę sunt: quę & Ostrinę & purpureę. Virg. Et sarrano dormiat ostro. Iuu. Aut pictæ sarrana ferentẽ Ex humeris aulęa togę.

¶ Sarnus fluuius cãpanię oriẽs a Sarano mõte iter pompeianũ agrũ & Salernũ: iuxta oppidum Sarni in radicibus montis positum: a quo Sarastes populi sun cognominati. Virg. Sarastes populos & q̃ rigat ęquora sarnus.

¶ Sarraca nomen est duaꝝ vrbiũ: quarũ vna est in Media: alia in fœlici Arabia.

¶ Sarraceni populi post Nabatheos: a Sarraca: vt Stephanus inquit: q̃ est pars arabię.

¶ Sarracũ vehiculi gen⁹: quo ligna & lapides vehi cõsueuerũt. Iuue. Lõga coruscat Sarraco veniente abies. Idẽ. Frigida circũagũt pigri sarraca bootæ.

¶ Sarraballa chaldaicũ nomen neutri generis & numeri pluralis: sunt brachæ: vt aqud Danielẽ ꝓphetã. Quidã dicunt esse fluxas vestes & sinuosas quæ a germanis rhenones dñt vestes pelliceæ quibus in castris vtuntur.

¶ Sarcasmos latine dicitur Iocus cum amaritudine. Vt apud Virg. Referes ergo hęc & nuncius ibis pelidę genitori: illi mea tristia facta Degenerẽqꝫ ne ptolemũ narrare memento.

¶ Sarcarius fluuius est quem in phrygia esse aiunt quidam.

¶ Sarcina pe. cor. ꝓprie vtensiliũ est: & eorũ quę ad cultũ & ad cæterũ vsum ptinẽt: veluti fascis quem quisin itinere faciendo cõportare possit. Hinc milites cũ castra mouere volunt sarcinas colligere dicũtur. Et qui in aliã domũ remigrãt: sarcinas suas cõponere solent. Res etiã nostras domi cistis capsisqꝫ cõpositas etiã sarcinas vocamus. Quintil. Iacẽt relictę sine hærede sarcinę. Per trãslationẽ qñqꝫ sarcina ponit ꝓ inutili onere. Aug. Et hãc corpis sacinã aliqñ deponerẽ. Hui⁹ diminutiuũ est sarcinula.

¶ Sarcino as. sarcinas sumo. Interdũ sarcinare capitur ꝓ suere. Lucil. Sarcinatorẽ esse summũ: suere centonẽ optime. Huius compositum est Consarcino: quod sarcinas colligo: quod vernacula lingua dicimus enfardelare: o famare. Gel. lib. i. Versus hi sunt Cęcilii trunca quędam ex Menãdro dicentis & cõsarcinãtis verba tragici tumoris.

¶ Sarctnatrix mulier quę vestes suit.

¶ Sarcio is. iui. itũ. & sarsi sartũ significat integrũ facio. Vñ sartores dicti sunt qui vestes sarciunt. & Sarta tecta opera publica q̃ locantur: vt integra p̃stent. Et Sarte integre. Itẽ Sarcire cõponere. Tractum a vestibus q̃ dissutę sarciunt. i. componuntur.

Per trãſlationẽ ponit pro dãnũ ſoluere. Pacuu. Tu damni noſtri cauſa fuiſti: tu nobis farcito vt debes. Hinc conpõnitur reſarcio pro inſtauro: & quaſi noua formã induco.

¶ Sarta tecta. Vide in dictione Sarcio. de quo mõ

¶ Sargacę populi Pomponio auctore: iuxta Mæotidẽ. quorũ oppida: Murmetion: Pãticapheũ: Theodoſia: Hermiſium.

¶ Sarrio ris. iui. itum. ſignificat ſarculis fodio: purgo. quod fit cum ſegetes leuiter ſcalpendo: & raſtris a noxiis herbis purgamus. Plau. Semper occãt priuſq; ſarriunt ruſtici. Ply. li. xviii. Qui ſarriet caueat ne frumenti radices ſuffodiat. Hic componitur Reſarrio quod eſt rurſus ſarrio. Idem. Cum hyeme prę gelida captæ ſegetes eſſent: reſeuerunt reſarrientes campos.

¶ Sarculum genus raſtri: hoc eſt crates illa dentata quę ſubtrahit ſatis: a ſarriendo vel ſerendo: vt inqt Varro. Alii putant eſſe ligonem: ſeu quã vulgus vãnam vocat. Horatius lib. car. Gaudẽtem patrio findere ſarculo.

¶ Sarculo as. ſarculo fodio. Col. lib. vi. Primo plãtæ ſarculari debent ita vt ſimplex ſtylus altitudinẽ maximę ſcrobis excedat.

¶ Sartor purgator. Plau. Sator ſartorq; ſcelerũ & meſſor optime.

¶ Sartura: ipſa purgãdi actio. Ply. lib. xviii. Sartura nocere & vineę & ſegeti exiſtimatur.

¶ Sarritor penul. prod. qui ſarrit. Colu. lib. ii. Tritici modii quattuor vel quinq; bubulcorũ operas occupãt quattuor: occatoris vnã: ſarritoris duas. Sarritura purgatura.

¶ Sarcophagus penul. cor. latine carnẽ comedens dicit, Ply. Sarcophagus lapis eſt fiſſili vena corpora defunctorum condita in eo abſumi intra quadrageſimũ diem conſtat exceptis dentibus. Ideo nomen habet a carne edenda. σαρξ. σαρκοσ enim caro eſt: φαγω comedo. Vnde cõuenienter ꝓ ſepulchro poni conſueuit. Augu. lib. xviii. ci. dei. Quia enim arca in qua mortuus ponit quod oẽs iam ſarcophagum vocant σωροσ græce dicitur: a noſtris ꝓ ſepulchro vſurpatur.

¶ Sardanapalus penul. ꝓdu. vltimus aſſyriorum rex: de quo Iuſti. li. i. Fuit hic oĩs generis luxurię ditus: nec erubuit inter ſcortorũ greges nere & muli ebri habitu fœminas oĩs laſciuia anteire. Quãobrẽ indignati aſſyrii tali fœminæ parere duce Arbace deſciſcentes bellũ Sardanapalo intulerunt. Qui victus inter Regiã ſe recepit: & extructa Pyra ſe atq; diuitias in incendiũ miſit. hic fuit a Nino trigeſimus rex: vt inquit Dio. li. iii. bibli. Et moriens condidit hoc epithaphiũ. Ede: bibe: lude. Et cum te mortalẽ noueris pñtibus exple deliciis animum: poſt mortẽ nulla voluptas. Iuue. Et venere & cœnis: & plumis ſardanapali.

¶ Sardanis vir Lydius: qui Crœſo ſuadere conatus eſt vt Perſis bellum inferret.

¶ Sardis tm̃ pluraliter vrbs Lydię magna poſteriori troianis rebus. & Crœſi regia. Hor. Quid cõcinna Samos? q̃d Crœſi regia? ſardis? Terminat autẽ ptm̃ & actũ in is ꝓductã: quomõ Trallis: & ſyrtis. Ex ſardis fuere duo diodori oratores quorũ iunior Strabonis amicus fuit: & hiſtorias ſcripſit & poemata. In ſardis eccleſia fuit vna ex ſeptem aſiæ quatũ Ioãnes meminit.

¶ Sardinia inſula in Tyrrheno ſeu liguſtico mari a Sardo Herculis filio: ſicut Strabo & Solinus ſcribũt qui e libya veniens cũ multitudine colonorũ inſulã occupauit: cũ antea Sãdaliotis appellaret ab effigie ſoleę quã græci ſandalion vocãt: & Ichnuſa a ſimilitudine veſtigii: quod græce dr Ichnos. Huius latitudo ẽ milliũ paſſuũ. lxxxx viii. Longitudo. 220. q̃q̃ alii ſtadia multa adiiciãt. Mirũ in ea inſula neq; lupũ gigni: neq; ſerpentem reperiri: habet ciuitates multas: ſed oĩm ꝑclariſſima Calaris eſt: vbi coraliorum piſcatio eſt. In qua diui Auguſtini patris mei oſſa tãdiu cõquieuere quo ad ab heliprãdo rege papiã trãſlata ſunt: hęc ciuitas Iolea priſcis appellabat a Iole illa quã hercules ꝑditiſſime amauit: inſulã pœni occupauere: ſed a romanis expulſi tandem primo bello punico amiſere. A Sardinia Sardus ſardous & ſardinenſis adiectiua fiunt.

¶ Sardinenſes qui ſardiniã icolũt vt ſibi negocietur

¶ Sardi: indigenę qui in ſardinia nati ſunt.

¶ Sardous a. um. poſſeſſiuũ. Ouid. li. iiii. faſtorũ Sardoaq; regna ſiniſtris Reſpicit a remis.

¶ Sardoa herba apiaſtro ſimilis quę naſcit in ſardinia & infontiũ defluuiis largius ꝓuenit ea ſi quis veſcat neruos contrahit & rictu diducit ora. vt q̃ moriunt veluti ridentiũ facie intereant.

¶ Sardonyx ſardonychis pe. cor. ſicut onyx onychis. a quo componit tã maſ. q̃ fœ. generis. Cõponit eni ex ſarpo: qui laſſis fuit in ſardinia primũ cõpert coloris rubei: & onyx gẽma cui eſt cãdor ſub cãdidus vnguis humani ſilitudĩe quaſi vtriuſq; colorẽ obtineat. Iuue. In manib denſi radiãt teſtudine tota Sardonyches. Perſi fœ. gñe dixit. Et nata litia tãdem cũ ſardonyche alb. Dicit & ſardonich & Sarda. Iuue. Arguit ipſorũ quos littera linguaq; princeps Sardonychus. Plyn. E diuerſo ad hęc ſarda vtiliſſima q̃ nomen cũ ſardonyche cõmunicauit ipſa gẽma vulgaris & primũ a ſardibus repta. Ptolemæus ſardonychem a ſardonyche Indię monte deriuari ſcribit.

¶ Sardonychatus ſardonyche ornat. Mar. Cuius & hinc lucet ſardonychata manus.

¶ Sardo as. antiqui ꝓintelligo vſurpabãt. Neuius Quod bruti nec ſatis ſardare queunt.

¶ Sarepta vrbs ſydoniorũ vbi diuinus vates helyas eſurientẽ viduã miraculo pauiſſe credit. Hinc Sareptanus a. um. Sydonius. Vina mihi non ſunt gazetica chia phalerna. Quæq; Sareptano palmite miſſa bibas.

¶ Sarmenta: virgulę vitiũ ſuperuacuæ abſciſſę. Inde ſarmentitius a. um. quod eſt ex materia ſarmentorum. Colu. lib. vii. Verum vulnera eius ſarmentitio cinere linenda ſunt.

¶ Sarmentus nomen viri proprium qui ſcurrilitate claruit.

¶ Sarmatę: populi ſcythię iuxta Danubiũ in męotica paludẽ vergentes: qui a græcis ſauromatę dicũtur: & regio eorũ ſarmatia dr. Ply. li. iiii. Sauromatas gentes ſcytharũ græci vocãt: quas ſarmatas romani dicunt. Dicti Sauromatæ ab oculis lacertarũ σαυροσ enim lacerta eſt: ομμα oculus. Vtuntur plauſtris ꝓ domibus: paſcunt q̃ lacte equino. Vnde quidã eos ιπποπημολγουσ: hoc eſt equorũ mulſores: alii γαλακτοφαγουσ: id eſt lactifagos vocant A ſarmatia fit Sarmatis idis. Ouid. Terreat haud manes ſarmatis vmbra meos. Sunt autẽ duæ Sar-

matię ſecundū Ptolemęū. quaſū vna eſt in Europa quę vt li. iii. ſcribit ſeptētrione oceano terminat ab occaſu pte germanię a meridie lazigib⁹ metanaſtis. In ea eſt Oliba quā nunc Ruſſiā & Tartariā eſſe crediderunt. Altera ſarmatia eſt in Aſia: vt idē lib. iiii. refert: quę a ſeptentrione terra incognita terminat ab occaſu ſarmatia europę & Tanai fluuio In ea ſūt Cauſii montes.

¶ Sariſſa: haſta p̄lōga. Liui. li. xxvii. Prelōgasha ſtas macedones ſariſſas vocāt. Suidas σαρισσα εἶδος ακοντιου ελληνικου δορυ μακρον παρα μακεδοσι.

¶ Saronicus: ſin⁹ eſt cōtra corinthiacū: ſuū habens nomē a ſaron: quod quercū ſignificat apud greços. quia olim redimitū erat quercubus.

¶ Sarpa: vinea putata. Nā ſapere antiqui pro purgare vſurpabant.

¶ Sarpedon penl'. pd. rex lycię: qui troianis aduerſus greços tulit auxilium.

¶ Sartę populi ſunt europę: ſcythię conterminī: q vt Pōponius ait: ob ſęua hyemis admodū aſſiduæ demerſis in humū ſedib⁹: ſpec⁹ aut ſuffoſſa hītāt totū brachati corpus niſi qua vidēt etiā ora veſtiti.

¶ Sartago patella in qua caro frigit: a σαρξ quę caro eſt nomen aſſūpſit latine frixoriū dicit: ab ipo frixatiōis ſono. quia crepitū confuſū in fructu emittit. Hiero. in lib. Mac. Iuſſit ignem admoueri & adhuc ſpirātem torreri in ſartagine. Apud antiquos etiā ad alios vſus adhibebatur.

¶ Sarſina vetus ciuitas in æmilia: ex qua Plautus poeta comicus ortus eſt.

¶ Saſon onis. pe. pdu. fluui⁹: de quo Syri⁹. Adriaci fugite in fauſtas ſaſonis arenas. Et alibi. Expauit ſonitus tremefacto littore ſaſon.

¶ Sathanas inerp̄tatur aduerſarius. Quo noīe appellatus eſt diabolus: q̄ chriſti aduerſarius ſit. Quicquid enī aię ad deū tendēti reſiſtit & aduerſat: & q̄cquid paci contrariū eſt: hoc ſathanas eſſe noīat. Sicut legit in regnorū libris: quia ſuſcitauit de⁹ Salomon ſathanā aduerſus eū qui erat pacificus.

¶ Satarchę populi in Scythia: qui vt Solin⁹ refert damnato auri & argenti vſu ſea publica auaricia abdicauerunt.

¶ Satis aduerbiū: & per apocopen Sat. ſignificat abunde quātum opus eſt. Cic. li. artis veteris. Lōgū eſt quod pluribus ſententiis vltra q̄ ſatis eſt, pducit. Aliqñ ponit loco noīs: vt ſatis eloquentię habeo. Sic etiā nomia p aduerbiis ponunt. vt Spōte ſua. mane nouū. Et cū ſatis ſignificet quātitatem: Sati⁹ tñ compatiuū qualitatē denotat: quia deriuatiuum non ſemp ſeruat ſenſum primitiui. Virg. Nōne fuit ſatius triſtis amarillydis iras Atq; ſuperba pati faſtidia? id eſt melius.

¶ Satin p ſatiſne? Ter. Satin ſana es?

¶ Satisaccipio dictū eſt eodē modo quo & ſatisfacio. Vñ & ſatisacceptio q̄ eſt vt Pōpo. in q̄t ſtipulatio q̄ ita obligat p̄miſſorē: vt expromiſſores quoq; ab eo accipiātur. i. qui idem p̄mittāt.

¶ Satago is. pe. cor. ex ſat & ago compoſitū videt vñ ſategi p̄teritū: & ſatactum ſupinū facit. Et eſt ſat agere anxiū eſſe: & quod vulgo dicit ſatis habeo qd agā. Ter. in heau. Nā huc clinia & ſi is quoq; rerū ſuarum ſatagit: attñ habet bene & pudice eductā ignarā artis meretricię. Aliqñ ſignificat diligentem eſſe ſeu feſtinare. Plau. in aſi. Nunc ſatagit adducit domū ei vltro. & ſcribit nummos. Aliqñ inniti: vt in hymno Magne pater Auguſtine p̄ces noſtras ſuſcipe: & p eas conditori nos placare ſatage.

¶ Satagytæ populi in aſia ſcythica: vt lib. iiii. teſtatur Herodotus.

¶ Satiſdo is. ſignificat fide iubeo: p̄mitto: p vadē ſiue fidē meā pignori do & reipſa certifico. Ci. Sulpitio primū vt ſiquid ſatiſdādum erit ampli⁹ eo nomine peticutes: vt ſatiſdet fidei mę. Caius. Satiſdatio eodē modo appellata eſt quo ſatiſfactio. Nā vt ſatiſfacere dicimur ei cuius deſyderiū implemus ita ſatiſdare dicimur aduerſario noſtro aliquē dare qui pro eo qđ a nobis petitur: ita caueat: vt eū hoc noīe ſecurum faciamus.

¶ Satiſfacio tñ facio quātum ſatis ſit irato ad vindictā iquit Aſco. Et cōſtruit cū dtō: ſed cū p̄punio ponit actiñ poſtulat. Ci. ad herē. Non cōuenit cenſores iſtū ſatiſfacere: ex eo q̄ ait ſe non potuiſſe ita adeſſe vt iuratus fuerat.

¶ Satis p̄ſto as. idem eſt quod ſatiſdo.

¶ Satio as. a ſat deduci videt: & ſaturo ſeu expleo ſignificat: ptinetq; ad oēs ſenſus: & frequēter ad animū. Ci. in Cato. Satiari delectatione nō poſſum vt mę ſenectutis requiē oblectamentūq; noſcat. Ad corp⁹ vſus eſt Col. li. ix. Satiatq; ſemodi⁹ cibi ī diebus ſingulis centenos turtures. Hinc cōponit Exatio. Satiabilis q̄ ſatiari poteſt facile. cuius contrariū eſt Inſatiabilis. Salu. Auaritia inſatiabilis eſt: neq; copia neq; inopia minuitur.

¶ Satietas plerūq; p faſtidio ſumitur. Cic. in Cato: Olo vt mihi quidē videt ſtudiorum oīm ſatietas facit vitę ſatietatē. Dicit & ſatias p ſatietas. Ter. in eunu. Ex meo p̄pinquo ture hoc capio cōmodi: neq; agri: neq; vrbis odiū me vnq̄ p̄cipit: vbi ſatias cœpit fieri: cōmuto locū. Saluſt. Hi ſaltibus occupatis externorum agros inuaſere: frumentiq; inopia graui ſatias facta.

¶ Satur a. um. quod eſt cibo plenū. Ter. in ecy. ſed tu cū ſatura atq; ebria eris puer vt ſit ſatur. Sumitur interdū p fœcundo & abundāte. Perſius. Nec rus ſaturū laudare. Virg. li. ii. geor. Salt⁹ & ſaturi petito lōginqua tarenti. Vbi Ser. ſaturi aut fœcundi aut qđ iuxta oppidū ſaturū. Tarētum enī & ſaturum vicinæ ſunt calabrię ciuitates.

¶ Saturo as. penul. cor. ſicut ſatio capit: & ſimiliter ad oēs ſenſus p̄tinet. Cic. Iracundiā meā ſatura tuo ſāguine. Nonius. Expleri & ſaturari hāc hñt differētiā. Expleri eſt tātummodo plenū eſſe: ſaturari ſuqra modū. Ci. li. vi. de rep. Graues enim dñæ cogitationū libidines infinita quędā cogunt atq; imperāt quęq; expleri atq; ſaturari nullo modo poſſunt. Exaturo qđ eſt p̄fecte ſaturo. Apul. ſed ille libidine exaturatus ſacebat in grabatulo. Obſaturo. de quo alibi. Hinc ſaturiras p ſatietate. Plau. in cap. Proin tu deū hūc ſaturitate trāquillum facias tibi. Quādoq; p fœcunditate. Cic. in Cato. Neq; ſolū officio p̄ hoim generi vniuerſorū cultura agrorū eſt ſalutaris ſed etiā delectatione quā dixi & ſaturitate: copiaq; rerū oīm quę ad victū hominum & ad cultū etiā deorum p̄tinent.

¶ Satulo as. idem quod ſaturo. Varro. Neq; in puluere mitico coquā carnes quibus ſatulem corpora & famem ventris.

¶ Saturn⁹: a poetis fingit deus. q̄ annis ſaturetur: vel quia ſe in deuorādis filiis ſaturauit. Ex ſe enim

natos comediſſe fingit: quia conſumit ętas tẽporũ ſpacia: ãniſq; p̃teritis inſaturabiliter explet. Ouid. T̃ps edax rerum tuq; iuidioſa vetuſtas Oia deſtruit vitiataq; dentibus ęui Paulatim nigra conſumitis oia morte. Vñ a grę̃cis cronos dr: quod t̃ps deſignat. Alii philoſophi intcrp̃tãtur ſaturnũ cronon velut a ſatietate intellectus: eo q; græce ſatietas cros intellectus vero ſiue mens νους dicit: vt ſit nomen compoſitũ ſaturnus ex prima pte latina & poſterio re greca: ipſa ſatietas mentis. Sunt qui ſaturnum a ſatu deducãt: qm̃ peritiã ruris & ſatorũ oĩm primus edocuiſſe ferũt. Quidã a verbo quod greci dicũt σατην. quo virilia ſignificãt: q; patris pudenda abſcidiſſe atq; in mare pieciſſe dicit. vñ Venerem pcreatã ferunt: quę a ſpuma vnde coaluit aphrodites nomẽ accepit. Hinc ſaturnius a. um. vt Iuno ſaturnia quę fuit filia ſaturni. Verſus quoq; quos oli fauni vates q; canebãt ſaturnios antiqui noſabãt vt ait Varro.

¶ Saturnia ſubſtãtiuũ nomen regionis & nomẽ oppidi. Virg. Ianiculũ hinc illi fuerat ſaturnia nomen Editiora etiã loca: vt Diod. ſcribit: ſaturnia dici cõſueuerunt: Poſſedippus autẽ poeta in epigrãmatis ſcribit lyſippũ ita feciſſe inter alia quæ ſcribit habitũ ſaturni. τι ωστε δε απο ακρα βεβηκασ αειτρο χαω τι δε ταρσουσ ωοσσιμ εχεισ διφυεισ ιωτα μυπηνεμιοσ χειρι δε δεξιτερη τι φερεισ ξυρον & ſubdit. η δε κομητικατα οψιν υπαρτιασαρτι λαβεσθαι μη δια ταξο ωιθεμ προσ τι φαλακρα ωελει.

¶ Saturnalia orũ. feſta ſeptẽ ſeu quinq; dierũ menſe decẽbri ſaturno dicata: erantq; pleni lętitię in quibus romani ſyntheſin veſtem ſumebãt. Dies quoq; quibus munera vltro citroq; mitti remittiq; ſolebãt Saturnalia ſeu ſaturnalicia dicebãtur. Sue. in Aug. ſaturnalibus & ſi quãdo alias libuiſſet modo munera diuidebat modo nũmos oĩs notę.

¶ Saturnalicius a. um. quod ad ſaturnalia pertinet Mar. Saturnalicię ligulã miſiſſe ſelibrę.

¶ Saturea herba fragrãtis odoris q̃ & Cunila dicit & Origanũ heracleoticũ a ſaturo dicta q; nullũ fere condimentũ ſine ea fiebat: ppter quod ſaturitatem inducere videbat. Col. Et ſatura thymi referẽs thymbręq; ſaporẽ. Alii tymbrã vocãt. Venerẽ emortuã ſuſcitat in cibis fũpta. Vñ ex græco vt quidã volũt nomen ſibi vendicauit: quaſi ſatyrea vt ſatyri in venerem pni & ſalaces.

¶ Saturum vrbs calabrię fuit nõ longe a Tarento. Vñ Satureian⁹ a. ũ. poſſeſſiuũ. Hor. Me ſatureiano vectari rure caballo. Quidãetiã Satyrũ ſcribũt. Vñ & nonnulli agrum in quo Tarentum conditum eſt Satyrã vocari affirmant.

¶ Satelles miles mercede conductus: vt ab imperatoris latere non diſcedat. Et Satelles qui ſontib⁹ capiendis p̃eſt: qui & apparitor dicitur.

¶ Satellitium ipſa ſatellitum actio. Augu. lib. quinto con. Procurauit aliã non vtiq; coniugem quo tãq̃ ſuſtentaretur & pduceretur vel integer vel auctior morbus animæ meæ ſatellitio perdurantis conſuetudinis in regnum vxorium.

¶ Satrapa penul. cor. dictio perſica: & apud nos ſignificat pręfectũ. Suidas. σατραωειᾳ επαρχια σατραωης δε σατραωου ειδοσ αξιωματοσ

¶ Satyri dicti ſunt qui in libidinẽ ſemp proni ſint: a virili membro quod veteres greci σατην appellabãt. Hi ſunt vt Ply. lib. v. ait aialia quadrupedia in ſubſolanis indotum montibus pniciſſima humana effigie recte currentia. Veteres huiuſmodi monſtra pro ſilueſtribus diis coluerunt. Vñ Hiero. Vidit homunculũ inquit aduncis naribus & fronte cornibus aſpera: cui extrema corporis in caprarũ pedes deſinebãt. Et p̃miſſo ſigno crucis cum quiſnã eſſet iuterrogaſſet Antonius: reſpõdiſſe fertur. Mortalis ego ſum vn⁹ ex accolis eremi: quos vano errore delusa gẽtilitas faunos ſatyroſq; & icubos appellat.

¶ Satyriaſis: pulſus teſtiũ & velut ſingultus quidã inguinis ſequens inflãmatã quãdã paſſionem ſeminalis receptaculi: cum intẽtione & tentigine. Quod ſi non ceſſauerit pulſus ille: ſolent feminis receptacula intendi: vel ſpaſmus naſci. Qui morbus etiam Priapiſmos dicitur.

¶ Satyrion herba foliis lilii rubri aliquãto minoribus: tribus non ãplius a terra exeuntibus: caule ęui cubitali modo radice gemina: hãc arabice chaſtalce vocãt: orchis græce: q̃ vox teſticulũ denotat: latine vulpis teſticulus vel leporina.

¶ Satyriacum ſignum ſimulachrũ priapi quod in hortis apud antiquos ponebatur. Ply. lib. xix. Eſt & religio quædam hortoſq; & fera tãtum contra inuidentium effaſcinationẽ dicari videmus. In remedio Satyriaca ſigna.

¶ Satyria: auis coruus. L. Florus. Cũ ſingulari certamine Mãlius aureũ torquẽ barbari inter ſpolia detraxit. Inde Torquati. Iterũ Pontino agro cũ in ſimili pugna lati⁹ iſidẽte galeę ſatyria alite aditu⁹. In de Coruini. Satyria etiã apud latinos cibarũ cõfuſaneũ dr. veluti cinus ex variis rebus cõpoſitus.

¶ Satyra pe. cor. quaſi ſatura dici videt ob carmĩs varietatẽ: ſeu ppter copiã rerum quę ibi tractãt. Eſt enim ſatyra carmen maledicũ & ad carpenda vitia compoſitũ: quale ſcripſerunt Lucil. Horatius. Iuuenalis. Perſius. Accepit eni id carminis hunc titulũ q; perſonis factiſq; ſatiatũ abundare videt. Quidã a ſatyra lãce quę referta multis variiſq; primitiis in ſacrificiis diis offerebat. Alii a lege ſatyra dictã exiſtimãt: quę vno rogatu multa ſimul cõprobat. De qua lege Saluſti. in Iug. Deinde quaſi per ſatyram ſententiis exquiſitis in editionẽ accipit. Var. a quo dã farciminis gñe quod multis rebus reficiebat: dictã ſatyrã eſſe ſcribit. Vnde in ſcdo li. Plautinarum q̃ſtionũ habet: Satyra eſt vua paſſa & polẽta & nuclei pinei ex muſto conſpſi. Sunt qui a ſatyris deriuent: q; in hoc gñe carminis res ridiculę pudendęq; ſcribunt: quẽadmodũ pferri a ſatyris ſolent. Do. in Ter. Deinde aliud genus fabulę: id eſt ſatyra ſũpſit exordiũ: quę a ſatyris quos illotos ſemp ac petulãtos eſſe legimus vocitata eſt. Poteſt etiã dici ſatyrã ideo vocatã: q; in antiqua ſatyra introducebãtur ſatyrarũ pſonę: aut ſi quę erãt ridiculę ſimiles ſatyris. Duo quippe ſatyrarũ genera fuiſſe conſtat. Alterũ antiquius quod ſola carminum varietate cõſtabat. Alterũ recentius apertã hoĩm rep̃henſionẽ cõtinẽs Hic ſatyrus & ſatyric⁹ peo q ſatyrã ſcripſit. Satyrice aduerbiũ ſignificat acriter cũ conuicio.

¶ Satus a. um. a ſero is. fit pro ſemino. Vnde etiã a Virgilio ponit pro genitus.

¶ Satus us. & Satio onis. ipſum ſerendi actum denotãt. Plyn. li. xvii. Quapropter de talearum ſatu: nunc dicendum: id eſt plantatione. Quandoq; etiã ſatus ſemen dicitur.

¶ Satyrorũ inſulę ſunt tres contra Indiã extra gã-

gẽ ſite: ſicuti Ptol. li. vii. ſcribit. Quas q̃ hitant cauᵹdas habere dicunt: quales ſatyris pinguntur.

¶ Satũ: ager in quo ſemẽ eſt: vt Hiero. in li. Iudith Et ſatũ eodẽ auctore genus menſurę iuxta morem puincię Paleſtinę vnum & dimidium modiũ capiẽs In Geneſi tamen nonꝫ tantã capit ſummam vbi ſcriptum eſt. Accelera tria ſata ſimilę commiſce: & fac ſubcinerĭtios panes.

¶ Satiuus a. um. quod ſeminaſ: vel qđ idoneũ ẽ vt ſeminetur. Gel. Sed hi pleraſq; naues loris ſuebãt greci magis canabo & ſtuppa cęteriſq; ſatiuis reb⁹.

¶ Saucius a. um. nomẽ quod naſcit a ptĭcipio fauciatus: quomodo laſſus a laſſatus. & lacerus vel lacera a lacerat⁹. Et eſt ſaucius vulneratus. Virg. Qualis mugitus fugit cum ſaucius aram Taurus.

¶ Saucio as. vulnero. a quo fit compoſitũ Conſaucio. Ambr. li. i. off. Verberamur vocis noſtrę verbere cũ loquimur ea quorum ſono cędit anim⁹ noſter & mens conſauciatur.

¶ Sauromatę populi. Vide in dictione Sarmatæ.

¶ Sauior aris. Vide in dictione Diſſauior.

¶ Sera per ſimplex r inſtrumentũ eſt quo claudũt oſtia: ab Aſſerere quod ſignificat admouere q; poſtibus admotę ſerę opponũtur defixę poſtibus: habetq; primã cor. Iuue. Pone ſeram cohibe: ſed quis cuſtodiet ipſos? Hanc etiã patibulũ vocãt: q; cã remota valuæ pateſcunt. Var. a ſarrire deriuat qđ eſt aperire. Eſt & Sera nomen vrbis in Aſia ſcythica.

¶ Sero as. claud. Col. li. vii. de mulæ feminibus loquens. Femina inquit ſerari & interdũ inuri ſolent. Huius cõpoſita ſunt Obſero p occludo. Ter. in eu. Tu abi atq; obſera oſtiũ intus. Reſero apio.

¶ Serra p duplex rr inſtrumẽtũ dentatũ quo ligna & lapides ſecãtur. Col. li. vi. Vno ictu arborẽ pcidi ſi minus ſerra deſecari. Mar. Et pingues tunicas ſerra ſecare potes. Item Serra inſtrumentũ ligneũ dentatũ quo trahentibus bobus hoſtes torquebãtur. Itẽ eſt genus piſcis maritimi: vt apud Ambro. li. hexa. Serra p̃hiari dr̃ cũ aſſidue accedit̃ recedit̃q; nec vllo tpe conſiſtit̃: vt ſerra facit dum aliquid ſecatur.

¶ Serrula diminutiuũ pua ſerra. Col. li. iii. Et ſi fieri põt iuxta aliquẽ nodũ ſerrula deſecato.

¶ Serro as. ſerra p mediũ ſeco. Hie. li. ii. ℣. Populũ eius adducens ſerrauit. Syrius li. vi. Auro ſerrauit ramos iunonius anguis.

¶ Serratus a.um. qđ eſt ſerra factũ. Et qđ ad modũ ſerre factũ eſt. Vnde ſerrati dentes: qui inter ſe diſtincti ſunt ad ſimilitudinẽ dentiũ ſerre pectinatim ſeſe ſtipantes. Ply. Dentiũ tria gña. Serrati aut cõtinui: aut exerti. Serrati pectinatim coeũtes ne contrario occurſu atterant̃: ſerpentibus: piſcib⁹: canibus. Cõtinui: vt boui: equo. Exerti vt apro: elepbanto.

¶ Sero is. ſeui ſatũ. ſignificat ſemino. Hiero. in leui Si triginta modiis hordei ſerit̃ terra. Quinquaginta ſiclis vendet̃ argẽti. Aliqñ ſignificat planto. Lact. li. ii. Terrã ſtudioſe coluit. ac vineã ſua manu ſeuit. Vnde arguunt̃ qui auctorem vini liberum putant. Per trãſlationẽ Serere qñq; capitur p gñare. Vnde Satus. i. gñatus. Huius compoſita ſũt Aſſero: Circunſero. Ply. lib. xxi. Et geniſtas circũſeri alueariis gratiſſimũ. Cõſero: Deſero: Diſſero: Exero: Inſero Interſero: Obſero reſero: & Subſero: q̃ hñt pe.cor. de quibus locis ſuis.

¶ Sero is. ſerui diuiſas ſyllabas ſertũ ſignificat admoueo. Vnde Aſſerere manũ veteres dicebant cõprehendere: cum eam prælhendebant in libertatem Item texere & ordinare: qñ ea quæ ordinantur annectuntur inuicem atq; cohærẽt. Iñ Serta coronæ dicuntur & Series.

¶ Seranus cognomẽ ſumptũ a Sero p ſemino ſeu planto. Cornutus. Q. Cincinat⁹ cũ ſuũ agrũ & araret & ſereret: Dictatura ei a populo romano delata eſt. Qui cõtra Samnites pfectus victor extitit: qui a ſerendo Seranus appellatus eſt.

¶ Series ordo & quaſi quædã rerũ cõtinuata pgreſſio: a ſerendo. i. ordinãdo dicta: vt in ſerie orõis. i. in cõtextu. Val. max. Quis cõpos mẽtis domeſticę pegrinęq; hiſtorię ſerẽ fœlici ſupiorum ſtilo cõditã vel attentiore cura vel pręſtantiore facundia tradiſturum ſe ſperauerit?

¶ Seres populi aſiæ ſcythicæ a Sera vrbe: ſic dicti apud quos arbores ſunt quæ nõ ſolum folia: ſed lanã quoq; pferunt tenuiſſimã. Nam ex earũ frondibus canicie depectunt aqua perfuſam: ex quo velleri veſtimẽta cõficiunt quæ Serica nũcupant̃. Virg. Velleraq; vt foliis depectant tenuia ſeres. Hui⁹ nominis nominatiuus ſingularis eſt. Ser. Sidoni⁹ Aſſyrius gemmas ſer vellera: tura ſabęus. Auſo. Iam pelago volitat mercator veſtifluus ſer. Nã & vermiculus ipſe: vt auctor eſt pauſanias: Ser appellatur.

¶ Sericus a.um. pe.cor. quod eſt confectum ex ea lana. Vnde veſtem ſericam dicim⁹. Hinc fit holoſericus: vt veſtis holoſerica: ex ſerico contexta ſine alia materia. Subſericus a.um. quod non eſt plene ex ſerico.

¶ Sericum ſubſtantiuũ: veſtis ſerica. Hiero. ad Paulã. Habeant ſibi cæteri ſi velint ſuas opes: vaſe gẽmato bibãt: ſerico niteãt: plauſu populi delectent̃ & p varias voluptates ſuas diuitias vincere nequeãt.

¶ Sericatus qui eſt indutus ſerico. Suet. de Calig. Armillatus in publicum pceſſit: aliquãdo ſericat⁹ & Cycladatus.

¶ Sericarius textor ſericorũ. Iul. Firmicus lib. viii. Matheſeos refert ſericariũ textorẽ naſci qui habuerit horoſcopum in. xxviii. parte arietis.

¶ Serius fluuius ciſalpinę Galliæ per bergomatem agrũ in Aduã fluens: a quo Vallis ſeriana in eodem agro populoſa artificioſaq; noĩata eſt.
¶ Serius. a. um. ſignificat graue. Te. in eu. Ait rem diuinã feciſſe & rem ſeriam velle agere mecum.
¶ Serio aduerbium ſignificat vere & cũ grauitate. Plau. in am. Nũc q dẽ pręter nos nemo eſſe dic mihi verũ ſerio. i. ſine riſu. Ter. in eu. Miſit porro orare vt venirem ſerio. i. cum effectu.
¶ Seria ſunt q̃ iocis opponunt. Nã ſunt vera & grauia. Actius. Vos nugas affertis: nos seria loquimur Mar. Parce p̃cor ſocero ſeria forſan amat.
¶ Serus a. um. mõ tardũ ſignificat. Plau. Quid tã ſera aduenis? Hinc Col. lib. i. cõparatiuũ formauit. Sationes eius duas ſeruamus: alterã maturã p mediã ſementẽ: ſeriorẽ alterã mẽſe februario. Actius. Ne ſi forte paulo q̃ tu veniã ſeri⁹. mõ ſignificat graue magnũ. Sal. Serũ bellũ in anguſtiis futur. Vir. Seraq; terrifici cecinerunt omina vates.
¶ Sero aduerbiũ ſignificat tarde. Sene. in trag. Sero nos illo referat ſenectus nemo ad id ſero venit. Aliq̃ ſignificat veſpe qđ ẽ poſt occaſũ. aliq̃ poſt tp̃s. Q đ. n. poſt ſolis lucem eſt: id vere poſt tp̃s dici pót. Ci. Cũ accuſator Milonis idẽtidẽ interrogatus pſtaret: quo tpe clodius eſſet occiſus: vrbane rñdit. Sero: quaſi poſt id tp̃s quo debuiſſet occidi.
¶ Serũ ſubſtantiuũ ſignificat extremã ptẽ diei. Liui. Erat iã diei ſerũ. Sue. in Aug. Nec multo poſt nauali prælio apud actiũ vicit in ſerũ dimicatione protracta: vt in naui victor pnoctauerit. i. in horã veſpertinã. Et Serũ dr̃ aqua lactis ad multos morbos vtilis. Virg. Acremq; moloſſum paſce ſero pingui.
¶ Serotinus a. um. pe. cor. a ſero, p veſpere fit hora ſerotina: & tp̃s ſerotinũ. Et ſerotinus a ſero, p tarde vt poma ſerotina quæ poſt legitimũ tẽpus: vel tardius cæteris matureſcunt. Col. li. iii. Locis frigidis & auctumni tpibus aquoſis præcoces ſerito: locis hybernis ſerotinas ſerito.
¶ Seria æ vas fictile oblongũ. Liui. li. iiii. de ſecũ. bel. pu. Et ĩ vico hiſtrio fontẽ ſub terra tãta vi aquã fluxiſſe: vt ſerias doliaq; q̃ in eo loco erant, puoluta velut impetus torrentis tulerit. Eſt & Seria nomen vrbis Tuditanoꝝ in hiſpania.
¶ Seriola dimi. a ſeria. Perſ. Seriolæ veterẽ metuens deradere limũ. Et ſerita eſt orcaꝝ ordo directus
¶ Serapis is. & idis. Et Seraphis cũ ph ad aliquib⁹ ſcribitur cuius pe. indifferens eſt. Mar. Vincebant nec quę turba ſerapin amãt. Idem. Iſeum ſeraphin nilus veneratur oſirin. Fuit cognomẽ oſiridis. De quo in dictiõe Apis dictũ eſt. Serapiũ vero dr̃ ędes ſerapidis: ſicut templum Iſidis iſium. Lampridius in Alexandro Iſium & ſerapium decenter ornauit additis ſignis.
¶ Seraphim cũ m tam neu. q̃ maſ. gñis eſt. Hiero. ad Furiã. Hæc ſũt duo ſeraphim ter glorificãtia trinitatẽ. Seraphin cũ n p̃is nũeri neu. gñis eſt, p choro angelorꝝ. Vñ quotidie in miſſa dicimus. Beata ſeraphin ſocia exultatatione cõcelebrant.
¶ Serta coronæ dñra ſertis: hoc eſt a digeſtis inuicẽ floribus frondibuſq; ex quibus ab initio fieri coronæ ſolebant. Et ſubſtantiuũ eſt. Virg. Sertiſq; recẽtibus halant. Et Serta, pcul tm̃ capiti delapſa iacebant. Cum tamen dicamus Sertus a. um. vt ſertos flores certas coronas. Luc. Accipiunt ſertas nardo florente coronas.

¶ Sermo loquela a cõpoſitis & ſimul cõtextis verbis. Eſt aũt Sermo vt Ci. li. iii. ad heren. ſcribit Oforemiſſa & finitima quotidianæ locutioni. Ser. Sermo eſt conſertio orõnis & confabulatio duorꝝ vel plurium. Huius dimi. eſt Sermũculus. Hie. ad Mar. Duas epiſtolas quas ad ſororem tuã paulã huic ſermunculo annexui.
¶ Sermocinor pe. cor. ſermonẽ facio. Ply. li. x. Super oĩa hũanas voces reddũt pſyttaci & q̃dẽ ſermocinãtes. Hiero. Inter has ſermocinantes ſuſpiciunt alitem coruum in ramo arboris conſediſſe.
¶ Serenus a. um. pe. p. ſignificat trãq̃llũ ſine nubibus: ſine ĩbre: q; id maxie tp̃s ſatiõi aptũ ſit. Q ſiq; ponit p ſicco. Virg. Vñ ſerenas Vẽtus agat nubes.
¶ Sereno as. clarifico: tranquillo. Virg. Vultu quo cælum tempeſtateſq; ſerenat.
¶ Sereſco is. ſiccus fio: quaſi ſereneſco: & ſerenus fio: quoniam ſerenitas ſicca eſt. Lucil. Deniq; fluctuago ſuſpenſæ littore veſtes Vueſcunt tandem candenti ſole ſereſcunt. Aliquando Sereſcere eſt in ſerum abire. Ply. li. xi. Omne autem lac igne ſpiſſat: frigore ſereſcit.
¶ Seriphus inſula in ęgeo mari vna ex cycladibus vt Stra. li. x. ſcribit. a qua fit adiectiuum Seriphius a. um. vt ẽ illud Themiſtoclis. Neq; n. vel tu ſi athenienſis eſſes clarus extitiſſes: aut ego ſi ſeriphius eſſem ignobilis.
¶ Serpo is. pſi. ptũ. ſignificat repo. & qñq; quaſi in modũ ſerpentis circuo & paulatim decurro. Hiero. Cũ leui iuxta murmure ſerpet riuus. Hinc cõponũt Inſerpo intro ſerpo. Claud. li. i. Et raucũ bibulis inſerpere murmur arenis. Proſerpo porro ſerpo. Ply. Hæc hærba niſi fata ſit mire pſerpit. Hic pſerpina.
¶ Serpens modo participium modo nomen tam maſ. q̃ fœ. gñis. & generale eſt ad oĩa quæ ſerpũt citra vſum pedum a ſerpẽdo dictum. Hinc Serpentinus a. um. vt vox ſerpentina.
¶ Serpula a veteribus dicebatur quã nos ſerpentẽ dicimus.
¶ Serpillus hęrba paruoꝝ foliorꝝ capillis per terrã ſerpentibus a quib⁹ nomẽ accepit. Et in græco aſpiratione habet ερπυλλον λεγουσιν οτι ερπωσα ſπωιζω. In multis. n. nominibus quæ in græco aſpirationem hñt p aſpiratione ſ ponit εξ ſex hepta ſeptem herpillum ſerpillum.
¶ Serpenta vocãt inſtrumẽta quæ geniculis puerorꝝ alligant: vt cũ his deprauata corrigãt crura: a ſerpendo dicta ſerpunt. n. magis pueri q̃ gradiant.
¶ Seruo as. libero. Virg. Seruatum ex vndis ſtrophadũ me littora primũ Accipiũt. Itẽ cuſtodio tueor vt dii patrii ſeruate domũ: ſeruate nepotẽ. Itẽ ſolicite ac diligẽter obſeruo. Plau. in aſi. Tuus ſeruus ſeruet Veneri ne eas det an viro. Itẽ inhabito poſſideo. Virg. li. iiii. Ge. Centũ quæ ſyluas: centũ quæ flumina ſeruãt. Itẽ Teneo. Idẽ li. vii. Curuã ſeruãs ſub imagine falcẽ. Hui⁹ cõpoſita ſũt Aſſeruo. Plau. i cap. Aſſeruate iſtũ ſultis ſeruĩ: ego ibo vt cõuentã ſenẽ. Conſeruo. Ci. li. ii. offi. Res familiaris q̃ri debet his rebus a qbus abeſt turpitudo: cõſeruari aũt diligẽtia & pſimonia. Obſeruo: p̃ſeruo: & reſeruo.
¶ Seruus dictus eſt a ſeruo as. Aug. lib. xix. ci. dei. Origo vocabuli ſeruorꝝ inde creditur ducta q; ii qui iure belli poſſent occidi a victoribus cõſeruabãtur ſerui fiebant a ſeruando appellati. Et eſt ſeruus qui dño alieno contra naturã iuris inſtitutionis ſubiicit

Huius diminutiuum eſt Seruulus Compoſitum cõ ſeruus: qui in ſeruitute pariter eſt qui eiuſdem, domi ni ſeruus eſt.

¶ Seruio is.iui.itum. ꝓprie ad ſeruos pertinet. Eſt em̃ ſeruire i ſeuitute eẽ. Interdũ ꝓcere: ſeruare. Ter. Rus habitatum abii cõcedens vobis: & rei ſeruiẽs Huius cõpoſita ſũt Aſſeruio. Ci.li.ii.tuſ. Toto cor= pore contentioni vocis aſſeruiunt. Deſeruio: Inſer uio quod ẽ obſequor & quaſi officiũ ſeruiẽtis alicui ꝓſto: ſiue in rebus & negocijs alicui⁹ ſtudioſus ſũ Ci.li.i.offi. A quo plurimũ ſpant etiã ſi ille his non eget: tñ ei potiſſimũ inſeruiũt. Subſeruio parũ v'le uiter ſeruio. Interdũ quadro conuenio reſpondeo. Terẽ. Venire me aſſimulabo: tu vt ſubſeruias orõni vbicũq; opus ſit verbis.

¶ Seruitus pe.cor. ipſa ſeruiendi conditio. Aliqñ dñatus dr. Ter. in an. Vt ſemp tibi apud me, iuſta & clæmens fuerit ſeruitus.

¶ Seruitiũ idem qđ ſeruitus. Ter. Ego pãphile hoc tibi ꝓ ſeruitio debeo conari manib⁹ pedib⁹ nocteſq; & dies capitis periculum adire dum ꝓſim. In p'ri vero ſeruitia qñq; ipſi ſerui dñr. Sal. Interea ſeruiti= tia repudiabat quos; in initio magnę copiæ ad eum concurrebant.

¶ Seruile quod ſeruos eſt: vel qđ ad ſeruos ptinet: vt ſeruilis cõditio & ſeruile officium.

¶ Serapta ciuitas phœnicię apud quã naſcebaſ vi nũ laudatiſſimũ. Vñ Seraptanũ vinum Sidonius. Quęq; ſeraptano palmite miſſa bibas.

¶ Serotum. Vide in dictione Scrotum.

¶ Serbonis palus iuxta mõtem caſium auctor he= rodotus.

¶ Seſſio mõ ip̃m ſedẽdi actũ ſignificat mõ ip̃m ſe dile. Ci. Tot locis ſeſſiões gymnaſios; .i. tot ſedilia

¶ Seſſiles pe.cor. lactucæ dñr quaſi ſedentes.

¶ Seſquialtera ꝓportio eſt quæ tantundem & dimi dium habet.

¶ Seſquiplũ idẽ qđ ſeſqualterũ qđ græci hemolion appellat. Verbum aũt Seſq vt Aug. interp̃taſ ꝓ eo qđ eſt ſe abſq; dictũ videri põt. Erat & vſurę gñs ſeſ cuplũ in iure põtificio dãnatũ. Q đ fit cũ daſ ſũma aliqua & recipiſ ſũma illa: cũ ſua plica .i. medietate: vt diſ.xlvii. Non licet fœnerari miniſtris altaris vel lucra quę ſeſcupla dñr accipe. At Sexcuplũ p x dici tur quælibet res ſexies multiplicata.

¶ Seſquipes: vnũ pedem & ſemis cõtinet. Sic ſeſq; menſis vnus mẽſis cũ dimidia pte alterius. Var.li.i. de re ruſ. Annus eſt diuiſus in quattuor partes tot⁹. Et idẽ ſubtilius ſeſq; mẽſes in octo. Seſq; libra libra vna cũ dimidio alteri⁹. Seſquihora vna hora cũ di midia. Seſq; culeare vas qđ cõtinet culeũ & dimidiũ alterius. Seſq; modi⁹ q cõtinet vnũ modiũ cũ dimi dia ꝓte alterius. Var.li.i. de re ruſ. Vt nuces integras quos vno modio cõpræhẽdere poſſit q; putamina ſuo q̃q; hñt loco natura cõpoſita cum eaſdem ſi fre geris vix ſex q modio cõcipere poſſis. Seſquiopa. Col.li.ii. Fabæ occantur ſeſqui opera.

¶ Seſtertius & ſetertiũ per ſ. añ t quaſi ſemis tertius eo q; cõtineat in ſe aſſes duos & dimidiatũ tertium. Veteris cõſuetudinis fuit: vt ſemis antepoꝰnerẽt: vt ſemiſquartus: ſemiſquintus: ſemiſtertius: a quo Se= ſterti⁹. Et eſt cõpoſito atticio more facta. Illi enim εϖτα ημισυ τα λαντα. hoc eſt ſeptẽ ſemi talenta dixerũt ſeruantes illud: vt exp̃ſſius nũerus ꝓ dimi= dio caperet. Apud romanos ex ęre ſignato cõtinet libras duas ac ſemis depõdiũ ac ſemiſſẽ: & ꝓ duo ll & ſ notabaſ: vt apud Ci. in ver. Valebatq; mille nũ mos: vt ex Plinio intelligi licet: qui ſcribit Aſiniũ ęlerẽ ſeſtertiis octo mulũ emiſſe. Quod p̃ciũ fuiſſe Octo miliũ nũmũ Macrobius tradit. Et nemo i or= dine equeſtri ſedebat ſpectatur⁹ niſi ſeſtertia .xl. mi lia poſſideret. apd eruditos qñq; ſeruaſ vt ſeſtertius maſculino gñe vſurpeſ ſignifcãtes minutulã ſum mã: ſeſtertia vero ꝓ maioribus ſũmis: vt. cccc. ſeſter tia ꝓ quadringẽtis milibus: q̃ ſũma eſt ſenſus eq̃ſtris Eſt etiã ſeſtertiũ genus veli triplici licio texti: vt ter tiũ filũ duobus ipar ſit. Sue. in Aug. Ita vt in extre mis ſpatiis ſubſultim dicurreret ſeſtertio vel lodicu la iuolutus. Huius dimi. eſt Seſtertiolus vel Seſter= tiolum cum accentu in antepe.

¶ Setæ dicuntur pili craſſiores rigidiq; : atq; erecti quales ſues habent. Vñ ſetoſum ſiue ſetigerum aſal vocatur. Et a ſue dictæ ſunt ſetæ: quaſi ſuetæ: a quo & Suo is. deducitur.

¶ Setuoſum a veteribus dicebaſ obſcurũ. Liui. Se tuoſe abſte daſ qđ cõſecuta ſapiens ægre cõtulit.

¶ Setia vrbs cãpaniæ: a qua Setinũ vinũ. Mar. Pẽ dula pontinos quę ſpectat ſetia cãpos Exigua ve= tulos miſit ab vrbe cados.

¶ Seuerus a.um. pe. ꝓ. quaſi ſecus. i. iuxta verũ vel dicitur a ſęuus detracta a & prima ſyllaba correpta. Et mõ ponit ꝓ graui & cenſorio. Vir. Romulidis ta tioq; ſeni curibuſq; ſeueris. Mõ ꝓ crudeli & aſpero. Idẽ. Qui tetricæ horrentis rupes montemq; ſeuę= Modo ꝓ triſti vitabili. Idem. Inuidia infœlix furias amnẽq; ſeuerum. Hinc Aſſeuero & Perſeuero.

¶ Seueritas grauitas quæ ẽ pars iuſtitiæ qua iudex nihil oĩno de ſupplicio remittit: neq; a vero diſcedit adeo vt videatur miſericordiæ contraria. Vñ & pro crudelitate & quadã naturæ toruitatæ ponitur q̃ & Seueritudo dicitur. Plau. Quid illud eſt q; illi cape= raſ frons ſeueritudine?

¶ Seuum pinguedo ex qua fiunt candelæ. Ply. li. iii. Seuũ ex omento pecudis. Serenus. Parua ſabu= cus in eſt hircino collita ſeuo. Et eſt cornigerorum dũtaxat quæ in vna ꝓte dentata ſunt: & quæ in pe= dibus talos habent. Biſſulca vero & q̃ pedes ſciſſos i digitos habent: & carent cornibus nõ ſeuũ: ſed ad ipem hñt qui cõcret⁹ eſt: & cũ refrixit facile frangiſ ſempq; eſt i fine carnis ſine ſenſu: quia nec arterias habet: nec venas. Contra pingue inter carnẽ cutẽq; eſt ſucco liquidũ quod etiã in aliquib⁹ ſine ſenſu eẽ manifeſtũ eſt. Vnde ſues viuẽtes a muribus tradũt roſas. Id pingue in ſue Laridũ dicitur. Hinc Seuo= ſus a.um. qđ inſtar ſeui vngit. Legiſ tñ & Sepum: a quo Seuo as. ſeu Sepo as. quod eſt ſeuũ impono: ſeu cãdelas ex ſeuo facio. Col. lib.ii. Feriis autem ritus maiorũ etiam illa permittit far pincere: faces incidere candelas ſeuare: ſeu vt quidam legunt ſe= bare: aut ſepare.

¶ Seuoco as. pe.cor. ſeorſum ſeu in alteram ꝓtem voco: ducove. Ci.li.ii.phil. Et ob eius cõſilii ſocie= tatem cum interficeretur Cæſar. tum te a Trebonio vidimus ſeuocari.

¶ Sextans ſexta pars aſſis: hoc eſt duæ vnciæ.

¶ Sextarius dr̃ q; ſit ſexta ꝓs Congii quæ mẽſura apud ãtiquos tam liquidis q̃ aridis ſeruiebat. Ci.li. ii.offi. Si temere ſextarium aquæ mina cogereſ.

¶ Sextula ſexta pars vnciæ.

¶ Sexus maſ. generis. & hoc ſexus ſexi. Secũdum

Prif. Plau. in ru. Virile ſexus nunq̃ habui vllũ. Var. lib. i. de anal. Sexus vtrumq; virile an muliebre an neutrum ſit dici poteſt habitus vel natura ab εξω futuro indicatiui: quod eſt habebo: aſpiratione in ſ mutata.

¶ Shilon inſulam indiæ eſſe docet. Aug. li. xxi. ci. dei. Quæ ex eo cæteris terris præfertur q; ois arbor quæ in ea gignitur nunq̃ foliis nudat.

¶ Si coniunctio quandoq; adiunctiua: vt ſi venias faciam. Quandoq; cauſalis: vt eris doctus ſi legas. Quãdoq; approbatiua: vt ſi cõceſſa peto. Et ſi qua eſt cælo pietas. Ser. ibi Si exponit pro ſiquidẽ: Et tunc iungitur indicatiuo. Nam ſubiunctiuo coniũcta abnegatiua eſt: vt facerem ſi poſſem. Ponitur interdum pro vtinam. Virg. li. vi. Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus Oſtendat. Interdũ p poſtq̃ Ter. in phor. Herus ſi redierit molendũ vſq; in priſtino. Quandoq; p non. Hiero. in li. numeri. Quib⁹ iratus dñs iurauit dicens. Si videbunt homines iſti qui aſcenderunt ex ægypto terram &c. Nõnunq̃ p quia ſeu ſiquidem. Eſt em̃ confirmãtis. Plau. iam. Si ſimilẽ rem ipſe in legem iuſſit eſſe iuppiter. Vir. lib. i. Ge. Veſtro ſi munere tellus Chaoniã pingui glãdem mutauit ariſta. Eius compoſita Sin: Siqd Siue: Oſi: etſi ſiquis.

¶ Si eſt vt admiſerit. i. ſi admiſit apud Teren.

¶ Sibaris oppidum antiquiſſimũ ab vrbe. xii. milibus paſ. diſtans. Aliud eſt oppidum calabrię quod tercenta militum milia contra crotoniatas armauit Cuius populi ſibaritæ dicti ſunt de vitiis & luxuria intemperantes qui a crotoniatis turpiter victi fuere Vnde apud idoneos auctores ſibaris p mollicie capitur q; ſcilicet oĩum molliſſimi & delicatiſſimi fuerint ſibaritæ. Ex quo vice puerbii ſibaretice & ſibaricę deliciæ dñr & ſibaritici ludi cũ modũ excedunt ſibaritici libelli laſciui improbi petulantes. A ſibaris etiã fit ſibaritanus a. um. Scribit a nõnullis per y pſilon. Fuit & hoc noĩe fluuius in calabria & Iuuenis apud Hor. Lydia dic p oẽs te deos oro ſibarim cur pperes amando perdere.

¶ Sibilus pe. cor. in ſingulari gñis. maſ. In plĩ ma. & neu. Hiero. in li. Iudi. Quare habitas inter duos terminos: vt audias ſibilos gregũ? Idẽ cõtra Ioui. Hæc ſunt ſibila ſerpentis antiq. Luc. li. ix. Cerber⁹ orpheo lenuit ſibila cãtu. Eſt aũt ſibilus qui fit ore: vt equi bouis & hmõi ſi ad bibandum ducant. Col. li. ii. Sibiloq; allectari quo libentius bibant. Quod tñ & de vento & hmõi dicit. Virg. in buc. Nam neq; me tãtum venientis ſibilus hauſtri Nec percuſſa iuuãt fluctu tam littora: nec quæ Saxoſas inter decurrunt flumina valles.

¶ Sibilo ſibilũ facio Hiero. Per tranſlationem ad chreſi. Qđ p os eoq; intolerabilem diabolus ſibilet blaſphemiã. Hui⁹ cõpoſita ſũt Aſſibilo qđ ẽ iuxta ſeu retro ſibilo. Clau. li. ii. Gorgoneiſq; premẽs aſſibilat hydris. Exibilo extra vel valde ſibilo aut tumultuari ſibilatiõe eiicio. Ci. in pado. Hiſtrio ſi paululũ ſe moueat extra nũerũ: aut ſi verſus pnunciat⁹ vna ſyllaba breuior aut lõgior exibilat & explodit.

¶ Sibylla cũ y añ geminũ ll puella dr: cui⁹ pectus numm̃ decipit: & quæ vaticinatur: vt Lact. & Var. teſtant. Et a cõſiliis deorũ nũciãdis veteres hoc nom̃ ipoſuerunt. Aeoles. n. σιους deos dñt. βουλη ſnia ſeu cõſilium dr. Ergo ſibyllas quaſi ſibullas. i. q̃ dei ſnias dixerũt. Hic. cõtra Ioui. Q; ſi æolici ſermõis gñe ſibylla βεοβουλη appellat recte cõſiliũ dei ſola ſcribit noſſe virginitas Sibyllas decẽ fuiſſe ſcripſit Var. pria fuit pſica. Scda libyca. Tertia delphica. Quarta cumęa in italia. Quita Etyrhrea. Sexta ſamia. Septia cumana: amalthea noie. Octaua helleſpontia. Nona phrygia. Decima tyburtina noie Albunea. Suidas aũt plura ſcribit de ipis & alio mõ ſed qm̃ Suidę noſtri mẽtio facta eſt codices impſſi ſunt emendandi: vbi eſt maximus error: nam dicit σιβυλλα ρομαικη λεξισ εστιν ερμηνευομενη προφητισ ηγουν μαντισ imo debet dicer σιβυλλα ρομαικη λεξισ ουκ εſι σιοσ. n. æolice dicitur deus βουλη cõſiliũ qm̃ ſcit deoq; ſecreta.

¶ Sibur veteres vocabant callidum & cautum.

¶ Sic aduerbium affirmãtis: vt feciſti ne hoc? Sic, quandoq; ſimilitudinis. Virg. Non ſic aggeribus ruptis cũ ſpumeus amnis exit. Q ficq; optãdi. Idem Sic pater ille deum faciat: ſic magnus apollo. Eſt & cõiunctio illatiua. Ci. Sic tot ſimul virtutes cõtinentiæ grauitatis iuſtitiæ fidei defecerũt. i. igitur. Nonnunq̃ capit p valde Apul. Nec ego rebar ſic multorum id opus dierũ eſſe. Frequentius tñ in hoc ſenſu compoſitum ficq; repitur. Diplcat etiã maioris expreſſionis cauſa. Virgi. Sic ſic iuuat ire per vmbras Fit autem ſic a ſi.

¶ Siccine aduerbiũ interrogãtis eſt. Plau. Siccine tu illam? ſiccine nos habes ludibrio oĩs?

¶ Sicut & ſicuti aduerbia ſimilitudinis ſunt. Interdũ tñ nõ res ſimiles: ſed diuerſas & plane cõtrarias denotant. Quintil. Sed hęc eloquendi p̃cepta ſicut cognitioni ſunt neceſſaria: ita non ſatis ad vim dicendi valent niſi illis q̃dam facilitas quæ apud græcos lexis noĩatur acceſſerit. Habet etiam venuſtatẽ atq; vtilitatẽ magnã, quotiens antecedentem ſententiã annectit cũ ſequẽti. Ply. Fetunt craſſum auũ craſſi in parthis intetempti nunq̃ riſiſſe: ob id Agelaſtum vocatum: ſicut nec fleſſe multos.

¶ Sicubi pe. cor. ſi alicubi Hiero. in plogo. Ioſue. Et ſicubi in antiquoq; voluminibus lectiõe dubitauerint hoc illis conferentes inuenient qđ requirant

¶ Sicũde aduerbiũ ſignificat ſi ex aliquo loco.

¶ Sica gñs gladii breuioris quaſi ſeca a ſecando.

¶ Sicarius qui ſica. i. gladio hominem interficit: p abuſionem dicitur qui cædem telo quocunq; commiſerit.

¶ Siccus a. um. per duplex cc quod eſt aridum & ſine humore. Vir. Sũma petit ſcopuli ſiccaq; in rupe reſedit. Per tranſlationẽ ponit p exercito quaſi mimio labore ex hauſto. Plau. Siccum: frugi: continentem amãtem vxoris maxime.

¶ Siccitas & ſiccitudo. Col. li. ii. Si vero torpor cæli ſiccitaſq; regionis ſuadebit februario ſtatim proſcindendi ſunt.

¶ Sicco as. tam in paſſiua q̃ in actiua ſignificatõe reperitur. Lact. li. vii. Flumina & ſtagna ſiccauerint .i. ſicca facta fuerint. Col. li. ii. Si humidis erit abundantia vliginis ante ſiccetur foſſis. Huius compoſita ſũt Aſſicco quod eſt valde ſicco. Idem in eodẽ Ea cum ſpicas ediderint priuſq̃ ſemina hyent æſtibus manu carpuntur & ſuſpenſa in ſole cum aſſiccauerint reconduntur atq; ita repoſita perennãt æuo diutius q̃ cætera. Abſicco. Idem li. i. Plurimum refert nõ abſiccato ſucco fimũ vires continere: & aſſiduo macerari liquore. Deſicco valde ſicco. Exicco extra ſicco euacuo.

¶ Sicceſco is.a ſicceo es.Ply.li.xviii. Aquilonem prenũciat terra ſicceſcens:ſed roreſcens repẽte hau ſtrum imiſcet in rore occulto. Col.li.vlti. Fœnum græcum vetere vino macerato deinde in ſole expo nito:aut in furno vt ſicceſcat.Hinc Aſſicceſco.Idẽ ibi. In muria luere oportet & expõſſos in cratibus pã dere dum aſſicceſcant.

¶ Siccaneus a.um.quod eſt naturaliter ſiccũ. Col. li.ii.Eius prati aſaduertimus duo gña quoꝝ alterũ eſt ſiccaneum alterum riguum.

¶ Sicera pe.cor.nuncupaſ ois potio apud hebrẽos quę inebriare põt:vt ſcribit Hiero.ad nepo.ſiue illa quę fermento conficitur:ſiue pomoꝝ ſucco: aut fa ui decoquũtur:idulcem & barbaram potionem aut palmarũ fructus exprimuntur in liquorem coctiſq; frugibus aqua pinguior coloratur.

¶ Sicãbri:populi germaniæ Menapiis finitimi ad vtrãq; rheni ripam habitantes. Hi crines natura fla uos habent:quos creſcere ſinunt & artificio quodã intorquent.Mar.li.i. Crinibus in nodum tortis ve nere ſicambri.Quidam cum y græco ſcribunt.

¶ Sicani ppli hiſpani a fluuio ſicare dicti. De quo Luc.Heſperios inter ſicaris nõ vltimus amnis. hi duce ſiculo excluſis aboriginibus italiam tenuerũt ipſiq; poſtea ab illis pulſi quos ante pepulerant in ſulam vicinam italiæ occupauerunt: & eam ſicaniã a ſuo noie nuucupauerunt.Huius dictionis ſyllaba ca.indifferenter ponitur.Virg.li.iii. Sicano prętẽta ſinu iacet iſula cõtra. Syrius li.xiiii. Siderea eliſeis aderat gens ſicana votis.

¶ Sicania dicta eſt ſicilia a ſicanis populis qui pri mi eam inſulam incoluiſſe feruntur:qui tamen non ſunt indigenæ ſed hiſpani Sicilia vero aducis noie vt inquit Seruius.

¶ Sicaris pe.cor.nomẽ eſt fluuii in hiſpania: a quo ſicani populi dicti ſunt.

¶ Sicionia iſula eſt i mari ęgęo ex oppoſito ad epi daurum. Alta quidem & eminens vt refert Ply. Eſt & Sycionia ſeu ſycion vrbs i achaia non pcul a co rintho in qua primus regnaſſe fertur Aegialeus: q̃ nunc Clarentia dicitur Sicyonem fuiſſe officinarũ oĩm metalloꝝ patriã:Ply.ſcribit. In ea etiã Cicero ne teſte moles & muliebres calcei confici ſolebant. Vnde Sicyonia calceamenta dicta ſunt.Lucil. Et pedibus lcua ſicyonia demit honeſta.

¶ Sichem filius chanaam qui ciuitatem ſui nomi nis ædificauit in phœnice quæ Sidon a græcis ap pellata eſt.

¶ Sicilia Italiæ inſula a Siculo neptumni filio dicta:Vel ſicilia quaſi ſicelita:hoc eſt execta. Nã olim agro Brutio ãnexa:mox interfuſo mari ſiculo auul ſa.Ob hoc græci rhegyo nomen dedere quaſi auul ſo.Vnde Virg.li.iii.Hæc loca vi quondam & vaſta conuulſa ruina (Tãtum æui longinqua valet muta re vetuſtas) diſſiluiſſe fuerunt cum ptinus vtraq; tel lus Vna foret. Eam græci ſiceliam dixerunt. Olim Trinacria appellata ẽ q; tria acra.hoc ẽ tria cacumi na habeat.Nam tribus pmontoriis in diuerſa pcur rit. Vel Triquetra:q; trianguli figurã habeat huiuſ modi Δ.Triquetram enim figuram triangularem dixerunt.Quorũ vnus angulus qui in meridiẽ ver git pachynus dicitur. Alter Pelorus qui ad ſeptem trionem ſpectat & ab italia mille quingẽtis paſſib⁹ diſtat. Tertius lilybeus qui carthaginem maxime ſpectare videtur & ab aphricæ littoribus.cxx.milie

bus paſ.diſtare pdiderunt. Hæc ab oriente & occi dẽte ſeptentrioneq; tyrrheno mari a meridie aphri co alluit.Patet in longitudine a peloro vſq; pachi uũ milia paſ.clxxxvii. In latitudine.clxxxix. Si cania præterea dicta eſt a ſicanis hiſpaniæ populis qui duce ſicano primũ in Italiam veniſſe feruntur. Hæc a principio:vt Iuſti.ſcribit Cyclopum patria fuit:quib⁹ extinctis æolus regnũ inſulæ occupauit Vñ Vir.li.iii. Ignariq; viæ cyclopũ allabimur oris Et illud.Exulat ętnęos vidit cyclopas vlyſſes. De hac Diod.ſic ſcribit. Sicilia optia inſularũ oĩm an tiquitate rerũ cæteras antecellit. In ea ſunt panhor mus:Cathana: Syracuſæ.xi. olympiade conditæ. Pręterea Meſſana:Eryx:& Leontinũ:Gorgiæ phi loſophi patria.Ibi Arethuſa fons.Eryx & ętna mõ tes.Eſt & Sicilia hęrba a ſiciliendo dicta quam alio noie Fœnograecum vocant q; nullius fere cult⁹ ſit ſed tm̃ ſicilitur.Hoc eſt ſecatur. In ea primum ſemi natum eſt:& Comœdia primũ inuẽta eſt. Hic archi medes natus qui ſiderum diſciplinã machinat⁹ eſt. In ea ſpecus læſtrigonum vbi habitabant & Acha tes lapis inuenitur.

¶ Sicilienſes dicuntur qui alibi orti in ſicilia ver ſantur.

¶ Siculi qui e ſicilia ſunt: vel incolæ:vel indigenę. Siculũ mare anguſtũ atq; anceps alterno curſu mõ in thuſcum:modo in Ioniũ pelagus influit vertico ſum & ſcyllę ac charybdis ſęuitia inclytum.

¶ Sicilis idis forma greca a Sicilia fit.Virg.Sicili des muſę paulo maiora canamus.

¶ Siciliſſo as.ſicula lingua loquor.Plau. Non atti ciſſat:ſed ſiciliſſat.

¶ Sicileo es.ſicilui:vel ſicilio is.iui.itum. Sicilire ẽ quę male facta ſunt ſecare:vt fit cum fœniſeces prę tereunt in pratis.Ply.li.xviii.Prata quotiens ſecta ſunt ſicilire oportet.Hoc eſt qđ fœniſeces pterierũt ſecare.Var.li.i.de re ruſ.Quo facto ſicilienda prata .i.falcibus conſectanda quę fœniſecę prętierunt: ac quaſi hęrba tuberoſum reliquerũt campũ:a qua ſectione arbitror dictum ſicilire pratum.

¶ Sicilicus ſcrupulos ſex cõtinet:dictus q; ſemiun ciam ſecet.

¶ Siclices haſtarum ſpicula lata.

¶ Siclus apud hebrẽos dicit vncia. Apud græcos latinoſq; quarta pars vncię:& ſtateris medietas dra chmas duas appendens.

¶ Sicimina quidam ita ediſſerunt inquit Hiero. vt ea genus arborum appellare velint quę paleſtinę na ſcũtur in cãpeſtribus quę ſi nõ vellicentur amariſſi mas caryculas faciunt & a culicibus corrumpuntur nobis autem quia ſolitudo in qua morabaſ Amos nullã huiuſmodi gignit arborem magis videſ ru bos dicere qui afferunt moras & paſtorum famẽ ac pœnuriam conſolãtur.

¶ Sicimnĩ genus veteris ſaltatiõis quaſi ſiticiniũ hoc eſt cantũ apud ſitos. Vnde Siticen qui apud ſi tos canere ſolit⁹ eſt.hoc eſt vita functos & ſepultos

¶ Sidon vrbs phœnicis inſignis cananęoꝝ ad aq; lonẽ reſpiciens:& poſtea regionis iudęę:hãc phœ nices:vt quidam aiunt condidere qui terrę motu re licto patrio ſolo aſſyrium ſtagnum primo mox ma ri pximum littus incoluere:condita ibi vrbe quam a piſcium vbertate ſidona vocauere: eo q; talinoie piſcẽ vocent. Sed deinde poſt multos annos expu gnati ciues ſunt qui nauibus appulſi Tyron vrbẽ

anno troianę cladis condiderunt. Hanc Eusta. a Sida Beli filia dictam putat Iosephus a Sichem filio chanaan q̃ apud hebręos etiam sichē vocat. Hinc Sidonius a.um. vt vestis sidonia. i. purpurea: qm̃ Sidon in tyro est. Et licet do. syllabā correptā hēat Vir. Sidoniaq; ostentat opes. Et Sidonio est inuectus equo. Inuenit tm̃ qm̃q; producta: vt apud eũdem Obstupuit primo aspectu sidonia dido. Sicut ī primitiuo. Teucrũ memini sidona venire.

¶ Sidonii populi sidonis vbris. Sidones vero populi thracũ ppe hebrũ quos ply. Sidonos appellat Sunt & alii sidones in scythia.

¶ Sido is. sedi sessum. Mutuatur em̃ præteritũ a sedeo. Est autem sidere deorsum descendere seu ad sedendum firmandũ manendũve ponere. Virg. Sedibus optatis gemina super arbore sidunt. Huius composita sunt. Assido: Consido: Circunsido: Desido: Insido: Obsido: Persido: quod est valde seu perfecte sido persisto. Virg. li. iii. Ge. Turpis oues tentat scabies vbi frigidus imber Altius in viuũ persedit & horrida cano Bruma genu. Subsido subt⁹ cado descendo decurro. Virg. lib. v. Subsidunt vndę tumidũq; sub axe tonãti Sternitur æquor aquis. i. sublabunt. Ouid. li. i. me. Iam mare litus habet plenos capit alue⁹ amnes Flumina subsidũt colles exire videntur. Iussit & extẽdi campos subsidere valles. i. descendere.

¶ Sideritis lapis quem alio nomine heracleon alio Magnetem vocamus ἀπο του σιδηρου: hoc est a ferro. Nã a magnete trahit ferrum.

¶ Sidus licet quidam græcũ esse velint & ἀπο του συν: quod est simul & εἰδειν videre q; plures stellæ simul conspiciãtur. Alii ab συνοδευω: quod est cõmeo & cõuenio: vt sit plurium stellarum conuentus latinum tamen esse putatur: & a sido deduci quod ẽ fixus maneo: q; sidera insidant. id est fixa stent. Est enim Sidus qđ ad aliquod signum cõplurium stellarum compositum est: vt Aries: Taurus: Andromeda perseus corona & quęcũq; variarũ genera formarum composita feruntur in cœlũ recepta. Stella vero singularis est quæ non admista aliis sola fertur. Sic apud græcos Aster: & Astron diuersa sunt. Et aster stella vna: Astron signum stellis coactum: quod nos sidus vocamus. Quandoq; tamẽ Sidus pro stella ponitur. Cice. Itaq; nesciunt hos siderum errores. Quintilianus. Quid hęc fulgentiũ siderum veneranda facies: quæ quadam velut infixa ac cohærentia perpetua semel capta sede collucent. Alia toto sparsa cęlo vagos cursus certis emetiuntur erroribus.

¶ Sidereus siderea sidereum: quod ex sidere est: vt splendor sidereus. Aliquando ponitur pro alto. Mar. Hic vbi sidereus propius videt astra colossus. Aliquando pro fulgenti. Virgilius. Et splendidus æthra siderea polus.

¶ Siderari est siderea fflari. Hic sideratio morbi genus ptẽ aliquã corporis sæpe pene totũ corpus pcutientis subito atq; exiccãtis & plærũq; hoiem enecãtis q; cũ repentino quodã eueniat ipetu & e cælo vi quadã sideris puenire putat. Vñ Ply. Sideratio tota e cælo est. Idcirco a sidere nomẽ assumpsit. Sideratio etiã dr̃ q; corpus stupore quodã attonitũ subito conficiat. Nec in humanis tantũ corporibus: sed in arboribus ac plãtis sideratio est quando vapore siccitate arbores moriũtur: vt inquit Ply. li. x. Hũc morbũ græci ἀπο τροπὴ σελήνης noiant a sideris pcussione maximo saturni & martis coitu in sede virgis aut geminor⁹ lunæ solisq; defectũ. Sic siderati dr̃ qui sidere vexant & lædunt. i. qui vim & malignitatem alicuius sideris statutis tẽporibus sentiũt. Ply. Fluuiatilũ silurus canicule exortu sideral: & alias fulgore sopit. Plau. Sideratus est moueri non pot hinc p̃siderari dicitur cũ maturius hybernã tempestas mouetur quasi sideris tempus.

¶ Siderites. pe. pro. herba quę & Asteriscũ folio similis ocymo nigrior tm̃ nascens in tegulis parietis

¶ Sifilatores a veterib⁹ dicebãt simulatores (nisq; & Sifilat quod nos sibilare dicimus.

¶ Signũ ꝓprie ẽ parua quædã significatio idicans totius rei qualitatem inquit. Do. Ter. Nũ eius color pudoris signũ vsq̃ indicat. Hinc litterarum notę signa dr̃. Item notæ genitiuæ & q̃ pecudibus inurũtur. Hinc. xii. signa cælestia signa dr̃ quæ in zodiaco sũt quia notæ quorũdam aialiũ sũt quæ ad naturam solis iure referuntur. scilicet. Aries Taurus. gemini cãcer. leo. virgo libra scorpius sagittari⁹ capricornus aquarius pisces. Itẽ signum vexillum dicit ab effigie aialium q̃ i vexillis fieri cõsueuerũt. Luc. Signa pares aquilas ac pila minãtia pilis. Hic ante signanus signor⁹ ꝓpugnator qui ante signũ cõstituitur in acie. Signa quoq; dicũtur sculptilia siue fusilia ad effigiem aialiũ fabricata quẽadmodũ tabulæ opa pictor⁹. Vñ signa & tabulas dicimus ꝓ cælatis operibus atq; depictis. Siq̃dem in tabulis antiq̃ pingebãt non in parietibus. Tabulæ igitur picturę sunt signa vero statuę. Vñ apud Sal. Signa & tabulas pictas vasa cælata mirari ea priuatim & publice rapere delubra spoliare. Hinc fit insignis. In figuris aũt: vt Aug. li. de q̃titate aiæ scribit signũ dicit si principiũ lineæ est: aut etiã finis: vel cũ oio aliq̃d notat qđ sine ptibus intelligẽdũ sit nec tm̃ obtineat figurę mediũ Punctũ mediũ tenet figurę. Est igitur signum nota sine ptibus: punctũ nota mediũ figurę tenens. Ita fit vt omne punctum etiam signum sit non autem omne signum punctum videatur.

¶ Sigillum diminutiuum. i. paruum signũ ꝓ vt signum statua significat.

¶ Sigillatim aduerbium significat per singulos.

¶ Sigillo as. signũ imprimo. hinc sigillatę dicunt lrę. i. clausę & a nullo impressę ppter qđ veteres sigillare ꝓ claudere vsurpabant. Var. Contra lex nimis impia est ne filii patribus luci sigillent oculos.

¶ Sigillaria opa sũt paruę imagines fictilib⁹ descriptę dicta a sigillis. i. paruis signis.

¶ Sigillaria vicus erat vbi sigilla vendebant. Gel. li. v. Sigillaria forte in libraria ego &. L. Paul⁹ apd̃ poetã cõsederamus.

¶ Signifer q̃ signa fert: hoc est vexillifer. Et signifer dicitur circulus in quo. xii. signa sunt qui grece zodiacus appellatur ab effigie animalium quę in eo sunt.

¶ Signo as. signum imprimo. Virgili⁹. Et summo vestigia puluere signent. Vnde signare epistolam dicimus anulo signum imprimere. Cuius contrarium est: Resigno quod est deleto signo aperio. Sic signatam pecuniam dicimus. Hiero. Habitacula in quibus scabrę etiam incudes & mallei q̃nibus pecunia signatur vtebantur. Sic signata pecora quę signis notata sunt: & quę notam inustam habent. Interdum signare significat ostendere: indicare a si

gno. Plau. in Cif. Cui hęc excidit ciſtella? recte eccũ locus ſignat vbi ea excidit. Idem hic meretricẽ deperit: ſignat tamen ſe an non amare. Interdum ſcribere. Col. lib. i. huc pertinet præclara noſtri poetæ ſententia. Laudato ingentia rura: exiguum colito. Quod vir eruditiſſimus: vt mea fert opinio traditũ vetus præceptum numeris ſignauit. Vnde & ſubſignare ſubſcribere dicimus. Et ſignare deſignare. Virg. lib. ii. Ge. Quinetiam cæli regionem in certe ſignant. Huius compoſita ſunt Aſſigno quod ẽ attribuo. Do. Ci. lib. i. ad heren. Sed ſi quo tardius hæc q̃ ſtudes abſoluetur: tum rerum magnitudini: tum occupationibus aſſignare debebis. Lact. li. iii. Exiſtimauit oportere etiam mulieres militare: & cõſiliis publicis intereſſe: & magiſtratus gerere: & imperia ſuſcipere: ita his arma & equos aſſignauit. id ẽ dedit ſigillo. Plau. in cur. Eamus intro nunc vt tabellas conſignemus. Lact. libro de ira dei pro mando vſurpauit. Cum hæc etiam ſcriptis ad æternam memoriam conſignaret Circũſigno. Col. lib. iii. in his deinde obſeruato gẽmam, quæ bene apparebit: certamq; ſpeciem germinis habebit eam vndecim digitis quadratis circunſignato. Deſigno: Exigno perfecte ſigno noto ve. Liui. lib. i. Eiq; ſacra omnia exſcripta exignataq; attribuit quibus hoſtiis: quibus diebus: ad quæ templa ſacra fierent. Obſigno: Reſigno: & Subſigno.

¶ Significo as. ſignũ facio ſiue p ſigna notũ facio demonſtro. Ci Heu quæ ſignificatio doloris. Hinc conſignifico. Apul. Ea furoris conſignificatione perterriti oẽs.

¶ Signatores dicebantur: qui aut teſtamentis aut cauſis ſe ſubſignabant. Sal. Multis modis mala facinora docebat ex illis teſtes ſignatoreſq; falſos cõmodare, fidem fortunas pericula vilia habere.

¶ Signatorius a. um. qđ ſignat: ſeu quo ad ſignandum vtimur: vt ſignatorius annulus. Val. max. Vt annulo quo ſignatorio vtebatur. Paul. Iuriſconſultus. Annulus ſignatorius ornamenti appellatione non continetur.

¶ Signaculum ꝓprie eſt ſignum alicui rei impreſſũ vt lateat quouſq; reſeretur.

¶ Signio is. ui. tum. ſigno aliquo noto: a quo fit cõpoſitum Inſignio. Vnde inſignitus.

¶ Signinum opus: quod fractis teſtis addita calce conficiebat. Col. li. i. Cuius ſolum terrænũ Priuſq; conſternatur perfoſſum & amurca recenti madefactum velut ſigninũ opus pilis condenſatur.

¶ Signia vrbs campaniæ in Lepino mõte poſita. Col. Quæ marrucini: quæ ſignia monte lepino.

¶ Sigæũ Troiæ promontoriũ appellatũ eſt ꝓpter herculis taciturnitatem. Hic. n. q̃a phibitus hoſpitio fuerat: ſimulauit abſceſſum: moxq; per ſilentiũ aduerſus troiã veniens eã cepit. σιγη em̃ ſilentiũ facere græci dicũt tñ cõtra. Suidas aliter dicit inquit em̃ σιγειον πολις της τροαδος ο απο ταυτης σιγιανος και σιγειον ακροτηριον.

¶ Sigma atis. mẽſula exculta q̃ ſex capet cõuiuas ſimilitudinẽ elementi græcanici. Vnde forte & nomen accepit quẽadmodũ zeta ſiue zetecula a z lr̃æ figura Lãpridius de helioga. Primus iuenit ſigma in terras ſternere. Idẽ. Vt de croco ſtigma ſtrauerit cũ ſummos viros vocaret ad prandiũ.

¶ Sileo es. lui. ſignificat taceo q̃uis inter ſe differãt q̃ ſilere dicaſ qui nõdũ cœpit loqui. Tacere q̃ iam cœpit. Si hæc differentia vera eſt quã ponit. Ser. Falſi ſũt q̃ dñt Silere factitiũ verbũ eẽ. ab. ſ. lr̃a quę ſilẽtii nota eſt: qm̃ in ludis lr̃oriis publiciſq; cõuentibus dũ volunt ſilentiũ indicere ſ lr̃am quaſi ſibilando ꝓnunciant. Hinc fit compoſitũ Cõſileo.

¶ Sileſco tacitus fio. Ter. in adel. Quid ego nunc agam niſi dum hæ fileſcunt turbæ. Interea in angulum aliquo abeam.

¶ Silẽtiũ taciturnitas. Vñ ſilẽtiũ noctis ꝓ ĩtẽpeſta nocte ponit quã alii cõcubiũ: alii cõticiniũ vocãt.

¶ Silenta dñr loca in quibus ſiletur.

¶ Silenus bacchi nutricius fuit.

¶ Silanius mons hiberniæ inſulę altiſſimus: a Silanio rege in vertice eius ſepulto dictus.

¶ Siler generis neu. arbor quã vulgo ſalicẽ vocãt. Virg. li. ii. Ge. Nãq; aliæ nullis hoĩum cogentibus ipſę Spõte ſua veniunt cãpoſq; & flumina late Curua tenent vt molle ſiler lentæq; geneſtæ. Siler gñis maſ. fluuius picẽtinoꝝ iuxta Salernũ decurrens: q & Silerus dr̃ Luc. lib. ii. Radenſq; ſalerni tecta ſiler. Hic Lucaniam diuidit a picentinis cãpanoꝝ cuius aqua virgulta indureſcunt: vt inquit Syrius.

¶ Silerus pe. cor. fluui⁹ de quo modo ſyrius li. viii. Nunc ſilerus quo nutrit aquis.

¶ Sile herba quã alio noĩe Siſelin vocãt cui⁹ vel radice vel ſemine vinũ cõdiebant qđ añ meridẽ ſumere mos erat: ꝓpterea Silatum antiqui dixere.

¶ Sil ſilis: idẽ qđ cæruleũ: vt eſt apud Ply. li. xxxv Auſo. Sit ne pegrini vox noſis an latii ſil.

¶ Silus naſus ſurſum verſum adũcus. Vñ Galeæ quoq; a ſimilitudine ſilæ appellatæ ſunt: quẽadmodum Simus vocatur qui preſſis eſt naribus.

¶ Sílis amnis Venetie primus in ſtagnũ cadẽs vbi nunc habentur ſuburbanæ Venetiarum inſulæ. Murianum Torcellumq;.

¶ Silli per duplex ll Nã apud grẽcos σιλλοι ſcribiť ꝓ dicacitatib⁹ & ſalib⁹. Vñ Gel. refert. Timonẽ quẽdã ſcripſiſſe librũ maledicẽtiſſimũ q̃ ſillos iſcribit. Sillo q̃ ꝓminẽtia hẽt ſupcilia a Sileno quẽ (bibit hirſutis ſupcilus fuiſſe tradunt.

¶ Silicia ſiue Silicula hærba q̃ alio noĩe dr̃ fœnum græcum & Telis a Dioſcordie vocatur.

¶ Silex maſ. gñis lapis durus ex quo ignis excuti ſolet: dictus q; de eo ignis ſaliat: vel q; ſilentẽ intra ſe ignẽ hẽat: q̃ attritu aut ꝑcuſſu exciteť. Vir. li. vii. tñ fœ. gñe vſus eſt Stabat acuta ſilex ꝑciſis vndiq; ſaxis. Ouid. lib. vii. me. Aut vbi terrena ſilices fornace ſoluti. Hũc lapidẽ iuraturi p iouẽ tenebãt dicẽtes. Si ſciens fallo q̃ me deſpicit ſalua vrbe arceq; tis me eiiciat vti hũc ego lapidẽ.

¶ Sileceus a. um. quod eſt ex ſilice.

¶ Silicatus. a. um. quod eſt ex ſilice factũ vnde ſtratæ viæ dicuntur ſilicatæ.

¶ Silicernium variæ exponi ſolet: ſcribit Nonius eſſe funebre conuiuium quod ſenib⁹ exhibetur. Feſtus docet eſſe farciminis genus quo familia in luctu a fletu purgatur: quia cuius nomine inſtituebaſ ea res is iam ſilentium cerneret. Cæcil. Credidi me ſilicernium cius eſſe eſurum. Do. inquit eſſe cœnam quæ infertur diis manibus: vel q; eã ſilentes cernãt vmbræ: vel q; qui hæc inferunt cernant neq; deguſtent. Nã de iis q̃ libãtur inferis quiſq; ederit aut biberit funeſtaſ. Hinc Terẽ. in adel. appellat ſenẽ ſilicernium qui iãiam ſilentibus cernendus ſit. Alii Silicernium nomen fictum a Terentio exiſtimarũt ꝑ

ſene. q; incuruitate ſilices ſpectet. Qui recte ſentiũt affirmant ſilicerniũ funebre conuiuiũ eſſe qđ apud veteres ſenibus exhiberi ſolebat: dictũ q; cũ ſilẽtio edentes cernerent̃: vel q; cogitarent ſe mox illum ſecuturos. Quapropter abeuntes a cõuiuio veluti ſe amplius non viſuri mutuo ſe ſalutabãt. Var. Funus executi laude ad ſepulchrum antiquo more ſilicernium confecimus. i. conuiuiũ in quo prãſi diſcedentes dicimus aliis alii Vale. ſilicerniũ ergo. Ter. Senem vocat atq; decrepitũ. i. dignũ vel cui ſilicernium fiat: vel qui ad ſilicerniũ vocetur.

¶ Siligo pe. cor. a Priſciano ſumit̃ p maguderi: q̃ li. vii. inducit. Plautum in ru. Seu tibi confidis fore multam maguderim. i. frugis genus, hoc eſt caulis qui naſcitur ex ea parte cuius radix ſirpis auellitur vel potius vt alii dicũt ſiliginẽ. Ply. vero ſiligo nũ q̃ matureſcit pariter: nec vlla ſegetũ minus dilationem patitur ꝓpter teneritatẽ iis q̃ maturuere granũ demittentibus: ſed minus q̃ cætera frumenta in ſtipula piclitat̃: qm̃ ſemp habet rectã ſpicam: nec rorẽ continet qui rubiginem faciat. Idem li. xvi. Siligine lautiſſimus panis piſtrinarumq; opera laudatiſſima pręcellit in italia. Col. li. ii. Omne triticum ſolo vliginoſo poſt tertiam rationem conuertitur in ſiliginem. Ex quo hic patet ſiliginem eſſe tritici gen⁹. Hinc Siligineus a. um. quod eſt materiatũ ex ſiligine: vt panis ſiligineus quem Seneca cõmendat his verbis. Malũ panem inquis: expecta bon⁹ fiet: etiã illum tenerũ tibi & ſiligineũ fames reddet.

¶ Siliqua penultima correpta foliculum ſeu integumentum vbi grana leguminũ includuntur: & ſi qđ leguminibus eſt ſimile. Virg. li. i. Ge. Grandior vt fœtus ſiliquis fallacibus eſſet. Ply. li. xviii. de fabis loquens ait. Nam ſiliquæ caulesq; gratiſſimi ſunt pabulo pecori. Neſcio an. Ambr. de hac intelligat cum ſuper Lucam inquit. Qui autem aptior hmõi cibus q̃ is qui ſiliquæ mõ intus inanis foris mollis eſt quo corpus non reficitur: ſed impletur: vt ſit magis oneri q̃ vſui. Siliqua item grani genus eſt: vt ẽ apud Col. Siliquæ modii ſex vel ſeptẽ totidẽ opis obruunt̃ metunt̃ vna. Item ſiliqua fructus arboris. Hor. Viuit ſiliquis & pane ſecũdo. Arbor ipſa ſimiliter Siliqua appellat̃: prędulcis eſt & cortex ipe: vt Ply. ſcribit mandũtur: digitoq; hois longitudinem habet: latitudinẽ vero policarẽ: & nonnũ q̃ falcata ẽ Quidã ex recentioribus nõ indoctus ſcribit ſiliquã eſſe granũ thecæ incluſũ quo abundat apulia vario q; vocabulo apud italicos thecaq; oblonga & plana ſaporis dulcedinẽ habet. Genuẽſes carubam vocant: & alii fabã græcã. Vnde & primũ olim & minimũ pondus erat apud romanos. Poſt ſiliquã erat ſcrupus græce latine obolus qui ſex ſiliquis cõficiebat̃ quem nos penſum denarium iam dicimus. Eſt vero vigeſimaquarta pars vnciæ. Supra ſcrupulũ drachma erat: quæ ex ſcrupulis tribus conſtabat. xviii. ſiliquas cõprehendens. Sextula aũt ex quattuor ſcrupulis. hoc eſt drachmã & tertiã cõtinebat. dicta q; ſexta ſit pars vncię. Hanc quodã tẽpore vetuſtiores denariũ appellarũt denarius tũc argente⁹ minimus erat põderis ſiliquarũ. xxiiii. q̃ q̃ denari⁹ proprie de decẽ aſſiũ pondo conſtet atq; erat apud antiquos minima eris ſignati ps. Supra ſextulam ſemunciã legimus dimidiũ vncię cõtinẽtem. Vncia ab vno denoſatur: q; ex. xii. ea vnica eſt pars aſſis. & ea ex octo drachmis cõficiebat̃: ſiue ſex denariis.

Vnciæ duæ ſextãs quaſi ſexta pars aſſis nuncupat̃. Quadrans quarta pars. Triens tertia pars. Videſ dictione As. Inde as ex. xii. vnciis conſtans: quę & libra dicit̃ ex. xcvi. drachmis: ſiue denariis. lxxii. cõfecta. Supra aſſem erat dupondius duę libræ a duobus ponderibus. Pondus enim & pondo aſſis ponderе dicebatur. Vnde & vnũ pondus eſt aſſipondiũ appellatum. Vltra dupõdiũ eſt Seſtertius libræ duæ & ſemis: quaſi ſemiſtertius. hoc eſt poſt ſequens tertio loco ſemis. Qđ em̃ fiebat ex duobus aſſibus & tertio ſemiſſe ſeſtertium veteres vocauerunt. Supra ſeſtertium Treſſis a tribus aſſibus. Octuſſis quoq; ac nonuſſis decuſſiſq; reperit̃ octo nouem ac decem aſſes. Decuſſem vero denariũ: & a decẽ aſſibus noiarunt. A duobus deinde decuſſibus viceſſis. id eſt viginti aſſes. A tribus triceſſis: triginta aſſes a cẽtũ centuſſis centum aſſes qui erant breues ex ære nummi. ſupra centuſſem maius ęris vocabulum non habemus.

¶ Siliquor aris. ſiliquas facio. hoc eſt integumenta Ply. li. xvii. Inter omnes autem cõſtat nihil eſſe vtilius lupini ſegete priuſ q̃ ſiliquetur aratro vel bidentibus verſa.

¶ Siliquaſtrũ. Vide in dictione Seliquaſtra.

¶ Silurus pe. p. peculiaris nili piſcis tradit̃. q̃ q̃ & in danubio reperiat̃ quẽ non abſimilem ei putant qui dã doctiſſimi quẽ ſturionẽ appellamus. Ambr. lib. hexa. Captus eſt ſilurus & inutilis præda detecta eſt Et rurſus. Et ſilurũ qui minoꝝ piſciũ viſceribus aluum replet. A Scylurus per c & y nomẽ viri ꝓpriũ qui vt Plutar. auctor eſt cum relictis maribus filiis octoginta diem eſſe obitur⁹ haſtilium faſcem cuiq; obtendens vt illũ confringerent iubebat. Id autem ſingulis ſe poſſe negãtibus ipſe ſingillatim educta haſtilia oia facile cõfregit. Ita docens illos vbi vna eſſe perſeuerarent firmos ac potentis fore: imbecillos aũt ſi ſeparent̃ ac diſſiderent. Sillura inſula in oceano brytannico: vt Solinus inquit: cui⁹ hoies numos refutãt. Dant res & accipiũt mutationibus.

¶ Sylua generale nomẽ eſt nõ ſolũ arboꝝ: ſed etiã hærbaꝝ. Virg. lib. i. Ge. Subit aſpera ſylua lapę tribuliq;. ꝓprie tamen arborum & quæ cædua eſt. hoc eſt quæ habetur in vſum: vt ex ea materia cędatur. Q; ſi ſucciſa ſit nihilominus dicitur ſylua qm̃ rurſus ex ſtirpibus aut radicibus renaſcit̃. Dicta ſylua quaſi ſoliua: vel ab eo quod grece υλη. i. materia dicitur. Et vt illi hylen. pro materia: ſic noſtri ſyluã poſuerunt. Et eſt aut glandifera: cuius arbores non cędunt̃: ſed ad eſcam quadrupedibus prębendã ſeruant̃: aut cædua q; in ea arbores cum ad iuſtam procritatem creuerunt cædunt̃: vt vel ędificationibus vel aliis vſibus materiam prębeant. Lucus non eſt cędu⁹: ſed manu conſitus religioſuſq; deo: vel hois alicuius cineri dedicatus circa delubrum dei vel ſepulcri. Saltus eſt ſylua inuia vbi paſci atq; æſtiuare vel hyemare pecudes ſolent. Nemora voluptatis cauſa comparata & plena amœnitatis. Quandoq; ſylua dicitur quod ex tempore ſcribit̃ velociſſime: eſtq; velut prima materia quales ſunt papirii ſyluę de quibus ipſe ſic ſcribit. Ad hos libellos qui mihi ſubito calore & quadam feſtinandi voluptate fluxerũt cũ ſinguli de ſinu meo ꝓdiſſent cõgregatos ipe dimitterem. Quintil. Diuerſũ eſt huic coꝝ vitiũ qui prio decurrere p materiã ſtilo q̃ velociſſimo volũt. & ſequentes calorẽ atq; impetum ex tẽpore ſcribũt.

Hanc ſyluã vocant. Syluam & pœtæ nominãt elementoꝝ cõgeriẽ: vnde cũcta ꝓcreant. Hĩc Syluula & ſyluecula diminutiua: & cõpoſitũ ſyluicola.

¶ Syluaticus a.um. qđ eſt ſyluæ ſeu qđ ad ſyluã ptinet. Aug. in ps. interp̃tatiõe Pone paganos ligna eſſe ſyluatica extra eccleſiã adhuc põt inde fieri aliquid quomodo de lignis fabrilibus eſt lignũ fabro aptũ. Var. li. i. de ruſ. Vt falces dĩrꝫ ab eodẽ ſcriptore vineaticæ ŏpus eẽ ſex ſirpiculæ qnq; ſyluaticæ. qn q; arboratiæ tres: ruſticariæ decem. Per trãſlationẽ Syluaticũ dici põt incultũ moribus.

¶ Sylueſter ſtris. ſtre. vel hic & hæc ſylueſtris & hoc ſylueſtre: quod eſt ſyluæ. Virg. Sylueſtrẽ tenui mũſam meditaris auena. Aliqñ dicitur quod eſt in ſylua. Cice. in Læl. Cum locis ipſis delectemur mõtuoſis ſylueſtribus in quibus diutius cõmorati ſumus. hoc eſt locis qui in mõtibus ſunt & ſyluis.

¶ Sylueſcere eſt in ſyluam redigi: ſeu ſylueſtrẽ aut in fructuoſas arbores ſarmenta ve fieri. Ci. in Cato. Quam ſerpentem multiplici lapſu & erratico ferro amputans coercet ars agricolarum ne ſylueſcat ſarmentis & in omnes partes nimia fundatur. Col. li. quinto. Nec pati vitem ſuperuacuis frõdibus luxuriantem ſylueſcere.

¶ Syluanus ſyluarũ deus: quẽ græci pana vocant.

¶ Syluius nomẽ eſt eius qui in ſylua natus ſit.

¶ Simois fluuius qui ex ida monte troiano defluẽs iuxta troiam labit: & mari appropinquãs cõmiſcet xantho: ac in paludem cogitur deinde exit in mare iuxta ſigæum promontorium.

¶ Simbella libellæ dimidiũ. hoc eſt ſemis aſſis. Itẽ inſtrumẽtũ paruũ quo ſinguli nũmi ponderantur.

¶ Similis quaſi ſimulis: cum ad morũ vel doctrinæ vel hmõi imitationẽ refertur iungit gtõ: vt verſus lucani nõ ſunt ſimiles verſuũ virgilii. Hora. in Ser. Simileſq; meoꝝ Mille die verſus deſcribi poſſe tre bati. Ci. Vt aliquoꝝ ſimiles ſin dicẽdo valeamus eẽ. Quando vero vel in forma vel in ætate vel in fortunis aut aliis hmõi rebus ſimilitudo eſt datiuo iũgit. Virg. Os hũcroſq; deo ſimilis. Ply. Effigie ac lineamentis corporis patri ſimilis. Sed cõfunditur qñq; apud auctores hæc differẽtia. Compoſita ſunt Absimilis: Diſſimilis: Aſſimilis qui eſt alicui ſimilis. Plau. in merca. Quaſi tu nunq̃ qcq̃ aſſimile eius facti feceris. Cõſimilis & veriſimilis.

¶ Similo as. ſimilis ſum: conſtruit q; cũ actõ. Mar. Cum ſint crura tibi ſimilent q̃ cornua lunæ. Hinc cõponit aſſimilo quod eſt comparo.

¶ Similitudo quæ & ſimilitas dicit apud veteres. Cæcil. Vide quid ferat morũ ſimilitas Eius cõtrariũ eſt diſſimilitudo. Ci. in Læl. Diſpares mores diſparia ſtudia ſequũtur: quorum diſſimilitudo diſſociat amicicias.

¶ Simulo as. a ſimilis & ſignificat imitor & refero: q̃dam a ſimul deriuant. Nihil eñ aliud eſt ſimulare q̃ ea quæ abſunt ſimul eſſe oſtendere. Hora. in epiſtolis. Duceret æra fortis alexandri vultum ſimulãtia. Hinc qñ ꝓxima eſt ſignificatio ſimulare ponit pro fingere. Ci. Simulabat ſe romã rediturum cum in africam nauigaturus eſſet. Huius compoſita ſunt Aſſimulo: valde ſimulo: ſeu oſtẽdo vnã rem ꝓ alia Plau. in am. Sed ita aſſimulauit ſe, quaſi amphitrio ſiet. Diſſimulo & Inſimulo. De quib⁹ alibi. Hinc Simulario quæ græce ironia dicit

¶ Simulter aduerbiũ dixerũt antiqui pro ſimiliter. Plau. Exoſſabo ego eũ ſimuter vt murenã coquus.

¶ Simitu ꝓ ſimul. Plau. in mer. Ita tres ſimitu res agendæ ſunt. Idem in am. Non ego cum vino ſimitu ebibi imperium tuũ.

¶ Simultas dicta eſt a contrario ſenſu quia nõ ſunt ſimul. Poteſt etiam dici a ſimulatione ꝙ q̃ ſimultates exercent: inter ſe ſimulata loquuntur. Eſt autem ſimultas odiũ quæ plærũq; intelligi contenta eſt cũ inimicicia opere ſe oſtẽdat. Ci. ꝓ Mam. Vt multas ſimultates partim occultas: partim apertas intelligam mihi eſſe ſubcundas: neq; polirici eſt neq; tyrannus tam fœlici qui hanc euadere potuerit: vnde merito demoſthenes i philippicis μη παρωσθεωνομιζετε εκειγω τα ωαρογτα ωεωηγεναι πραγματα αθανατα αλλα και μισει τισ εκειγον και δεδοιεγω αγδρεσ αθηναιοι.

¶ Simulto as. ſimultates exerceo.

¶ Simulachrũ pe. ꝓ. a Simulo as. Et ꝓprie dicitur alicuius ficta imago. Simulachra enim pricipio ex deſyderio mortuorũ orta ſũt: vt quæ iam defecerãt viuere viderentur.

¶ Simones q̃ ſine narib⁹ nati ſũt: vt inqt Ply. li. xi

¶ Simonides nomen viri ꝓprium e Cea inſula qui Melicus dictus eſt. Hic lõgas & duplices litteras. inuenit longas. i. ꝓ. ω. Euſta inquit duplices cuiuſmodi ſunt. ζ. ξ. ψ. palamedes vero. θ. ξ. φ. χ. & υ. Præter ea memoriæ artem & lyræ tertium ſonũ cõperit. At Ply. octauã iqt chordã addidit Symonides. Fuit et ali⁹ Simonides poeta Iãbicus ex Amorgo inſula.

¶ Similaæ. pe. cor. farina alba & flos ſeu deliciæ farinæ triticeæ. Mar. Nec poteris ſimilæ dotes nũerare nec vlus. Hiero. in Gñ. Accelera tria ſata ſimilæ cõmiſce & fac ſubcinericios panes.

¶ Similago. pe. ꝓ. Idem quod ſimila. Ply. Similago ex tritico fit laudatiſſima.

¶ Similax. Vide infra in dictione Smilax.

¶ Simul aduerbiũ cõgregandi vt oẽs ſimul currũt Aliqñ ponit ꝓ deinde vel etiam Vatinius Ciceroni Ciues romanos occidit abripuit: diſperdidit: regiones vaſtauit ſimul vero ſemiſſis hõ cõtra me arma tulit. Sal. His amicis ſociiſq; cõfiſus catilina ſiꝫ q̃ æs alienũ ꝓ oẽs terras ingens erat. i. etiam. Inuenit qñq; geminata & habet quaſi eandẽ vim quã cum & tum ſiue ptim. Quinti. Simul vt pleniori obſequio demererer amãtiſſimos mei: ſiꝫ ne vulgarem viã ingreſſus alienis veſtigiis inſiſterẽ. Hinc fiũt inſimul qđ eſt vna. Simulac: & ſimulatq; ſignificat q̃ primũ vel ſtatim cũ: ſiue poſt q̃. Sal. Iam primũ iuuentus ſimul ac belli patiens erat. Col. li. vi. Semper conueniet ſimul atq; folia agere cœperint ficus rubricã amurca diluere. Ci. Appio. Gratiſſimũ mihi feceris ſi ad me ſimul atq; adeptus eris miſeris.

¶ Simus. a. um. qđ eſt preſſum. Hiero. de Socrate. Quæ cum crebro inter ſe iurgarentur & ille eas irridere eſſet ſolitus q; ꝓpter ſe fœdiſſimũ hoiem ſimis naribus recalua fronte piloſis humeris: & repandis cruribus diſceptarent. Virg. Dum tenera attõdent ſimæ virgultaꝫ capellæ. Hui⁹ dimi. eſt Simulus. Cõpoſita Deſimus qui eſt contrarius fimo: vt Depes Denares: Depiles: Deplumes: vt mille alia. Subſimus parũ ſimus. Var. li. ii. de re ruſ. Vt ſint bene cõpoſitę: vt integris mẽbris piloſis oblongæ amplæ ſubſimi nec gibberi Reſimus: de quo alibi.

¶ Simiæ & Simii hoĩum figuris ꝓxima aialia quæ

cauda carent:& i libya naſcunt:dictæ q; ſimæ ſint: id eſt naribus depreſſis vel quaſi mimę:hoc eſt imitatrices.Mar. Callid⁹emiſſas eludere ſimius haſtas.
¶ Simplex nomen numerale:vt ſimplex: duplex: triplex. Aliquãdo ponitur pro vero & ſincero ſicut e contrario duplex pro fallaci. Ci. Tuũ érga me animũ ſimplicẽ atq; amicũ aperuit. Hora. Aut curſus duplicis per mare vlyſſei.
¶ Simplus nomen numerale:& ſignificat ſemel tãtũ:ſic duplus bis tñ.triplus ter tñ:& huiuſmodi.
¶ Simpulum calix fictilis quo vinũ in ſacrificiis libabatur:a ſumendo q; eo vinũ ſumebant minutatim.Ply.li.xxxv. Sed fictilibus ꝓlibabatur ſimpulis innocentius. Apul. Catinũ & ſimpulũ ſacrificiis adhiberi ſolita oſtendit his verbis. Paupertas populo romano imperium a primordio fundauit.pro q; eo in hodiernum diis immortalib⁹ ſimpulo & catino fictili ſacrificat.
¶ Sin:ex ſi & ne componit abiecta e.ſignificatq; ſi vero:quod nunq̃ in prima parte collocat:& niſi p̃ceſſerit ſi:ſed in ſecunda vbi fere duorũ eſt oppoſitio. Teren. Si illũ relinquo:eius vitę timeo:ſin opitulor hui⁹ minas. Habet enĩ quandã vi negationis perinde ac ſi diceretur. Si autẽ non relinquo ſed opitulor. Aliquando ſin ſolũ reperit: ſed quod ſecũdi loci vim obtinet. Salu. Imperat vt p̃tio ſicuti multa confecerat inſidiatores maxime paret: ac maxime occulte. Sin id parum procedat: quouis modo Numidã interficiat. id eſt ſi poteſt occulte:ſi nõ poteſt vtcunq;.
¶ Sina vrbs Meſopotamię:quo noie etiam dictus eſt mons petreę & arabię. Aplus. Sina mons eſt in arabia q cõiunctus eſt ei q̃ nunc eſt hieruſalem.
¶ Sinapodes populi fuerunt in deſertis africę q vt Põpo.refert inflexi lentis cruribus ſerpere magis q̃ ingredi traduntur.
¶ Sinarum regio auctore Ptol.li.vii.terminat a ſeptẽtrione parte ſerũ:ab ortu ſolis terra icognita:ab occaſu india extra gangen.
¶ Sinapis is.pe.pdu.fœ.generis:& hoc ſinapi ideclinabile:herba ſeu ſemen quod ꝓſilit cum tãta acrimonia:vt lachrymas ciat comedenti. Id autẽ tritũ admiſto muſto ac melle ac vua paſſa:necnon defruti paululũ confectionẽ guſtu ſuauẽ efficit:nec decreſcit ſi adicias cynnama & chariophales. Colu. Hoc ſinape declinat. Ait enĩ. Sinape atq; coriandrũ vti ſata ſunt ſua ſede imota pmanent. Plau.in pſeu. genere fœ. vſus eſt. Teritur ſcelerata ſinapis cum illis Macer. Inter eas quas Pythagoras laudauerat herbas:aſſerit primã laudẽ tribuiſſe ſinapi.
¶ Sinapiũ a ſinapi:ſicut ab allio alliatũ. Quidã tñ per y ſcribunt:ſed male.
¶ Sindon:velũ ſubtiliſſimũ:vt in euangelio. Et in uoluit eum in ſindone munda.
¶ Sine prepoſitio ſemper ſeparatiua:& ſignificat abſq; vt Sine cerere & baccho friget venus. Eſt & impatiuũ verbi ſino is. vt Sine:videamus an veniat helias ad deponendum eum.
¶ Sino is.ſiui.ſitum pmitto. Var. Sine is ad pubertatis annos puenit. Huius compoſitum eſt deſino quod eſt ceſſo: termino.
¶ Sinope es.penul.pdu. vrbs ponti. Val. Flac. li. v. Aſſyrios cõplexa ſinus ſtat optima ſinope. Hanc Mileſii condiderunt:cuius potentia magna fuit: q̃ claſſe cõparata mari quod intra Cyaneas eſt impe-

rauit.ædificia in vrbe magnifice extructa gymnaſium & forum:& porticus:& templa ſplendida. Hic Diogenes cynic⁹:& Timotheus patrion.& Diphilus Comicus orti ſunt. Eſt & ſinope nomen regis numidarum.
¶ Sinopis idis.color quidã natiuus ſeu rubrica dr̃. quę primo apud Sinopẽ inuenta eſt. Victr.li.vii.eã rubricã ſinopicã appellauit:de qua Strabo lib. xii. ſic ſcribit. In capadocia naſcitur ea quę ſinopica rubrica dicit olim optima quæ cum Iberica decertat. Idcirco ſinopica appellat q; eã mercatores eo deferebãt priuſq̃ epheſiorũ emporiũ tam celebre eſſet.
¶ Sinus us.penl'.cor.dicit illa pars quę eſt intra pectoris brachiorũq; complexũ.hinc ſinus veſtiũ appellati ſunt:quales erant tunicę romanorũ & laxitas illa ſupracincturam. Virg.ſinus collecta fluentes. Pe tranſlationẽ Sinus vocant littora curua ad ſimilitudinẽ ſinus:& quaſi brachiis mare amplectẽtia. Greci κολπον vocãt:a quo curuitas ipſa ſinuatio dr̃.& Sinuatim per ſinus. Aliquãdo ſinus dicit cũcauitas oculorũ.ſ.palpebrę vbi lachrymarũ conceptacula ſunt ꝓpter quandã ſimilitudinẽ. Virgil. lib.iiii. Sic effata ſinũ lachrymis impleuit obortis. Aliqñ ponitur ꝓ quacunq; re fluente ob laxitatẽ at q; capacitatẽ. Iuue. Fata regunt hoies fatũ eſt i paruis illis Quas ſinus abſcõdit. Vñ & retia ſinus vocant. Idem. Impleuitq; ſinus. Aliquãdo ponit pro velo quod ventis flantib⁹ curuat & ſinũ facit. Idẽ. Totos pande ſinus. Et ſinus in ſacra ſcriptura loc⁹ eſt in quo habraã cũ ſanctis patribus vſq; ad chriſti aduentum ꝑſtitit.
¶ Sinuoſus a.um.quod habet multos ſinus vt mare ſinuoſum:vela ſinuoſa quæ ſinus.i. curuationes faciunt. Claud.lib.i.de raptu. Sinuoſa draconũ mẽbra regens.i.nodoſa.
¶ Sinuo as.curuo:in ſinus flecto. Virgil.lib.ii. Sinuatq; immenſa volumine terga.i.in ſinus flectit. Ouid.li.ii.meta. Tremulę ſinuant flumine veſtes.i. formant:rugant:vel in ſinus colligunt. Claudi.li. .i. Cœperat & uitreis fũmo iam margine texi Oceanũ ſinuare vadis.i.nodoſum facere. Hinc cõponit Inſinuo q̃d ꝓprie ſignificat cõiungo:& quaſi in ſinum pono.immitto:influo. Iuſt. Cui ſe celeriter officii comitate & obſequẽdi gratia inſinuauit. Lact. li.iiii. Deſcẽdens itaq; de cęlo ſanct⁹ ille ſpiritus dei ſanctã virginẽ cuius vtero ſe inſinuaret elegit.i. immitteret. Idem in eodẽ. Itẽ ſurdorũ patefactis auribus ĩſinuabat auditũ. Plaut. in ciſ. Obſecro quo is homo inſinuauit pacto ſe ad te ſ.i.introduxit. Et inſinuare eſt oſtendere. Hierony.ad Ruſticũ. Totum quod inſinuare tibi cupio. Et in ꝓlogo Heſter. Volentes.lxx.interpretũ ordinẽ per hoc inſinuare ſtudioſo lectori. Similiter inſinuare dicim⁹ non aperte & ſimpliciter rem exponere ſed latenter vel caute i animũ audientis veluti in ſinum quod volum⁹ mittere & ingredi facere. Cice. Pu. Figulo. Nã & cõplectior eius familiariſſimos qui me admodũ diligunt multũq; mecũ ſunt:& in ipſius conſuetudinẽ quam adhuc meus pudor mihi clauſit inſinuabo. Hic Inſinuatio occulta ingreſſio:quę eſt exordii pars qua artificioſe diſſimulanter q; irrepimus animis iudicum in cauſa non ſatis fauorabili. Idem ad heren. Ergo ſi fidẽ factã putabimus:inſinuabim⁹ ad cauſam.i.per ſinum locũ dicendi quẽ ſumpſim⁹ occulte ingrediemur. Sic inſinuatus ſumit pro conciliaS.v

to in amicitiã non recta ſed per quoſdã ſin⁹ & quaſi diuerticula intrat: in amicitiã latenter.

¶ Sinus us. & ſinum pe. pdu. genus vaſis: ſicut galeola. Plau. in cur. Hic cum vino ſinus fertur. Var. Tbi erat vinum poſitũ in menſa: aut galeola aut ſinu. Virgi. Sinũ lactis &c. Quidã accipiũt pflaſco.

¶ Sinueſſa: ciuitas mediterranea Cãpanię vino ſatis abundans quod ſinueſſanũ dicit. De hac Liu⁹ libro. x. In ſaltu veſtino Falernũ contingẽte agrũ Synope dĩ greca vrbs fuiſſe. Sinueſſa deinde a romanis colonis appellata. Strabo lib. v. Sinueſſa in ſetino ſita eſt ſinu: a quo nomen vẽdicat: ei proximę calidę ſunt balneę ad ęgritudines quaſdam accommodatiſſimę.

¶ Singulus a. um. quaſi ſine angulo: q̃ ea quę vnica ſunt nequeant conſtituere angulum. Dicunt autem ſinguli vnuſquiſq; per ſe: hoc eſt ſeparatim ab aliis. Plau. & ad ſingulũ video veſtigiũ. Aug. libro xiii. ci. dei dixit. Singul⁹ quiſq; homo: vt in ſermone vna littera: ita quaſi elemẽtũ eſt ciuitatis & regni quãtalibet terrarũ occupatione latiſſimi.

¶ Singulare: quod eſt vnicũ excellens: & tã in malum q̃ in bonũ ſumit. Ci. p Silla. Me ſingulari ĩmanitate & crudelitate prędituꝫ.

¶ Singulatim: multi ſeparatim & vnũquodq; per ſe. Cęcil. primũ malo publicos ſigulati gras egere.

¶ Singillatim a ſingulo: idẽ quod ſingulatim. Lucil. Singillatim vnuſquiſq; noſtrũ mouet. Sueto. ĩ Aug. Atq; etiã ſingillatim e certo genere hominũ libentes ac p facultate quiſq; pecunias contulerũt. Hora. li. Ser. per ſincopen dixit. Vt veni coram ſin glatim pauca locutus. ¶ Veri⁹ legit ſingultim.

¶ Singulariter vnice excellenter.

¶ Siniſtra manus leua: a ſino is. q̃ gerere nos dextra manu quę aptior eſt: ſinat. Siniſtrũ autẽ quantũ ad auguria ptinet ſignificat pſperum: q̃ nos agere aliquid ſinat. Aliqñ dr aduerſũ: noxiũ. Virgi. lib. i. geor. Arboribuſq; ſatiſq; notus pecoriq; ſiniſter.

¶ Siniſtrorſum aduerbium ſignificat verſus ſiniſtram partem.

¶ Siphones penul. pdu. canales tubi fiſtulę p quas vrgẽte ſpũ aqua vel alius liquor emittit a ſono vocis dicti ſi ſi ſi. Vnde illud Iuu. Effigiẽq; deę longis ſiphonibus implent. Ply. lib. ii. De aqua in ſũma iuga erũpente quo ſpũ acta & põdere terrę p̃ſſa ſiphonũ mõ emicat. Tales ſunt in fontibus manu fabre factis. in quibus ſunt huiuſmodi linguly plures prominentes & aquas plurifariam euomentes. Ply. ad Apollinarẽ. In hoc fonte crater circa ſiphõculi plures miſcẽt iucundiſſimum murmur. Eſt autẽ ſiphũculus diminutiuum a ſiphone: & accipitur pro exigua fiſtula ex ære: vel marmore alia ve materia ex qua aqua exilit e fonte.

¶ Siphnos: in mari ęgæo in qua auri & argenti ſo dinę erant: vt Herod. ait.

¶ Sipo as. ſpargo. hinc fiunt cõpoſitã Diſſipo qd eſt deſtruo. Ci. Marcel. Habemus etiã rationẽ rei familiaris tuę quã diſſipari volumus. Aliqñ diſſipare eſt diſpgere: diuulgare. Colu. li. ii. Grumoſq; quos adverſurã plerũq; tractę faciunt crates diſſipabim⁹ Inſipo: inicio intus iacio. Cato de re ruſt. Pultẽ panicã ſic coquito. librã aligę in aquã indito: vti bene madeat id infundito in alueũ parũ eo caſei recentis p. iiii. mellis. p. v. ouũ vnũ oia vna permiſceto: bñ ita inſipito in aulã nouã. Obſipo: de quo alibi.

¶ Sipontũ vrbs Apulię iuxta Garganũ montẽ a Diomede ædificata: q̃ & Sipus: & a grecis ob multitudinem ſepiarum quę ibi capiuntur Sepius ſepiuntis dicitur. Hinc Sipontinus a ſiponto: & ſepiuntinus a ſepiunte.

¶ Siquidẽ habet accentũ in antepeñ. Cõponiturq; ex ſi & quidẽ: q̃uis ſi p ſe pducatur ibiq; pducta ſit: nec ſignificationẽ ptium habeat ex quibus cõponitur. Significat enim. nam. ſeu. qñ. Cic. Dolobellę. Gratulor baiis noſtris: ſiq dẽvt ſcribis ſalubres repente factę ſũt. Ponitur & pro ſi certe dubitatiua cõiunctione. Aſinius Ci. Nam & robur & ſoboles militum interiit: ſi quidẽ quę nunciant vera ſunt. Col. in p̃fatione. Accedit huc q̃ ille quẽ nos p fectũ eſſe volumus: agricolã ſi quidẽ artis conſũmatæ ſit. i. ſi vero. Quidã duplã eſſe putant ſed vnã dictionem oſtendit Oui. Qui in hoc eodẽ ſignificato vtit prima breui: quod non accideret niſi eſſet compoſita. Quę mihi ventura eſt ſiquidẽ ventura ſenectus Cũ deſit numeris ipſa iuuenta ſuis. ¶ Valla quoq; ſic legit: ſed duas particulas cenſet: vera autẽ lectio eſt ſi qua eſt.

¶ Siquis alius elocutio ornata: vt cum dicim⁹ Varro doctus eſt ſiquis ali⁹: hoc eſt prout quiſpiam alius doctus reperiri poteſt. Sue. in Claudio. Siquem aliũ & ſe liberum eſſe.

¶ Siren: & ſirena mõſtrũ maris ab ειρειν quod cõnectere vel retincre ſignificat: vel a σειρα catena: eo q̃ libidinis vinculũ ſirenes fuerint. Sũt & q hoc nomen ab συρω traho deducant. Vnde fit vt q̃dã p i. latinũ. quidã per ypſilon ſcribant. Hiero. in prologo Ioſue: Et nos ad patriã feſtinãtes mortiferos ſirenarũ cantus ſurda debemus aure trãſire. Fuerunt autẽ Sirenes Acheloi & Calliopes filię ore & pube tenus virgines: reliqua pte corpis piſces ſiculum littus incolentes: quarum nomia fuerunt parthenope lygia & leucoſia.

¶ Sirius: ſtella in ore leonis pniciosa. Continet enĩ canis. xviii. ſtellas. Luc. li. x. Rapid⁹ qua ſiri⁹ ignes exerit. Sta. lib. i. ſyl. Nec calido latrauit ſirius aſtro. ductũ nomẽ απο του σειρειμ hio p eſtũ qđ p̃cipue canes faciunt: quo tẽpore plęrũq; in rabiẽ cõuertuntur. Vel απο του σεριαειν quod eſt arefacio: quia tunc maxima ſiccitas eſt amnib⁹ ac fontibus deficientibus. Vel dr ſirius a longo tractu qñ magnitudine ſua trium ſignorũ ſpatiũ occupare videt. Hæc annis oĩbus vt inquit Ser. oritur circa. viii. Cal. Iulii. Noſter Suidas σειριον εκαλουμλετω του ιματιον αεπαθτον. Et ſubdit ſolem ſiriũ dici: & oĩa aſtra noſari ſiria σειριον του κυρα οτε δε και τον ηλιον ιβυκοσ δε τω αρτατα αδρα σειρια λεγει etiam ex auctoritate eliani dicit q̃ ſol dici poteſt ſirios & ſirius rii. και σειρ σειροσ ο ηλιοσ οι δε και σειροσ.

¶ Siri defoſſiones terrę in modũ puteorũ vbi trãſmarinę puincię loco horreorũ frumenta defoſſa ſeruant: vt Col. li. i. & Varro de re ruſt. ſcribunt.

¶ Sirpi iunci fragiles paluſtreſq; ſunt: nec in fruticũ vepriũ ve aut cauliũ ſiue herbarũ genere numerant. Ex his tegunt dom⁹ & tegetes fiunt his velificant in pado nautici: & dicunt ſtoreę. Di. Sirpus ſine nodo & lenis iunci ſpecies paluſtris res. Hinc factum eſt puerbiũ. Nodũ in ſirpo: quæris. de his q in rebus claris atq; apertis difficultatẽ faciunt. Hiero. ad Pãma. Qui inimicus eſt etiã in ſirpo nodũ quæ

rit. Serpi etiam dicunt nodosa poemata & implicata instar viminū capreolatim sirpata vt enodari nō possint. Gel. lib. xi. Quæ græci ænigmata: latini sirpos appellauerunt. Tales etiam a græcis itidē Gryphi vocitantur.

¶ Sirpo as. vincio: ligo: necto: plico a sirpis dictū

¶ Sirpea quæ virgis sirpat: hoc est colligando implicat: in qua stercus aliud ve simile vehit iumentis Oui. In plaustro sirpea lata fuit. Cato. Crates sesternarias vimine contextas appellat sirpeas. Sirpea simulachra uocat Oui. lib. v. fast. p vimineis argæis sirpea dolia quassa.

¶ Sirpiculæ falces quibus in sirpandis hoc est ligādis vineis vtimur ad amputanda superflua ligamēta rum. Var. Falces dicunt vineaticę opus esse sex: sirpiculę quinq. hę etiā dñt sirparię falces.

¶ Sirpiculū canistrū: vel quod de spinis confectū est: vel quod verius videt a sirpando.

¶ Sisamus teste Homero: fuit vrbs Paphlagonię.

¶ Siser herba cui⁹ radicē olim nobilitauit Tiberius flagitans eā oibus annis a germania.

¶ Sisapo pe. cor. locus in hispania vbi miniū celeberimū nascebat. Vnde & sisaponensis regio. Ply. li. xxxiii. Celeberrimū miniū ex sisaponensi regione bethuca miniario metallo.

¶ Sisyphus penul. cor. fuit æoli filius qui ob latrocinia a Theseo fertur occisus: & hac pœna apud inferos affici: vt grande saxū supra montem portare coactus: cum ad apicē deduxerit: continuo ad ima relaxetur. Vnde Oui. li. xiii. meta. Aut petis aut vrges rediturum sisyphe saxum.

¶ Sisto is. sisti. supinū non habet. & significat stare facio seu retineo: vt siste gradum: siste lachrymas. Ply. Sanguis pfluuium sistit herbę pęonię semē rubrum. Q ñq; sistere significat p̄sentare: & quasi præstētiā corporis exhibere cōparere. Dictū ab eo q; eo nō tñ cōpere quis debet sed etiā manere. Ci. ad atti cū. Des operā id quod mihi affirmasti: vt te añ Cal' Ianuarias vbicunq; erimus sistas. Idem. Vas fact⁹ est alter sistendi: vt si ille non reuertisset moriēdum esset sibi. Quādoq; est confirmare: corroborare: vt hic rē romanā magno turbāte tumultu sistet eques. Sto tñ steti statum facit. Vnde stator non autē a sisto vt quidā putarunt: cū teste Prisc. nullū habeat supinū: nec vllū vocabulū a sisto pfectum legamus. Nam si supinū haberet non statū sed stitū esset: q̄m eius p̄teritū non steti est vt Prisc. quosdā velle dicit: neq; statui vt ipse sentit: q̄m tunc statutū supinū faceret: sed stiti est: si Gellio credimus ita dicenti. In libro vetere M. Catonis q inscribit contra Tiberiū exulē scriptū quidē sic erat. Quid si vadimoniū capite obuoluto stitisses? Recte ille stitisset scripsit si falsi & audaces emendatores excriptos p libros stetisses fecerunt tanq̄ stitisses vanū & nihili verbū eēt quin potius ipsi neq̄ & nihili sunt qui ignorant stitisses dictū a Catone: q̄m sisteret vadimonium: nō staretur. Igit cum supinū huius verbi si habet cōueniat esse stitū non statū iam constat stator a statum nō a stitum esse formatū. præterea cum nullum vocabulum a sisti descendat: multa vero a sto nemini dubium esse debet: quin Sisto supino careat. Hinc enim stabilis: stabilio: stellæ: staturus: & multa alia. Nec quia Romulus orauerit Iouē vt suorum fugam sisteret: & stratori ioui templū vouerit iccirco a sisto stator est. Non enī dicit Liuius ꝓpterea q; Romul⁹ precatus est Iouē vt suos sisteret unde Iouē sistorem appellatū: nec Romulus Iouē statorē appellaturum si suos sisteret: sed ait. hic ego tibi templū statori Iouī. i. qui es stator ꝓpria virtute stans: & rerum stabilitor tanq̄ stabilitori nostro futuro templū quod monumentū sit posteris tua p̄sentia p̄seruatā esse vrbē voueo. Nam q; Romulus dixit fugā fœdā siste: nō sic accipiendū est q; precatus sit Iouē vt suos solum sisteret (hoc enī ridiculū foret) sed vt sic sisteret vt ī sabinos impugnātes ac insectātes starent: illisq; resisterent. Quod Liuius eodē loco tāgit cū ait. Hæc precatus velut si sensisset auditas p̄ces hic inquit romanis Iuppiter optimus maximus resistere atq; ire rare pugnā iubet. Resistere Romani tanq̄ celestiv o ce iussi. Hoc etiā Ci. li. i. inuec. ꝓprie posuit. Tu iuppiter qui iisdē rebus quibus hęc vrbs condita auspiciis a Romulo es constitutus: quē statorē hui⁹ vrbis atq; imperii vere noīamus: hunc & hui⁹ socios a tuis aris ceteriscq; tēplis ac tectis vrbis a mœnib⁹ avita fortunisq; ciuiū oīm arcebis. Et li. iii. de fini. Ad seruandū genus humanū natura incitant atq; etiaꝫ iouem cum optimū maximū dicimus: cunq; eū salutarē hospitalem statorē hoc intelligi volumus salutem hoīm in eius esse tutela. Ex his constat Iouē cognominatū statorē fuisse non a sistēdo vt Valla dixit: sed a stando: quia cum stare solus putaret aduersus tēplo sibi dicato tanq̄ vrbis Romæ romani q; populi stabilitor vt ibi ꝓtutela romanorū veneratus staret hospitalis: eo q; romanos aduersus sabinos stare fecisse crederet. Quod & pater me⁹ Augu. li. iii. ci. deī paucis verbis cōplexus est dicēs. Hic tñ Romulus de suorū virtute desperans: iouem orauit vt starent: atq; ille hac occasione nomen statoris inuenit. Nec mirum si a sto stator sit: q̄m stare est virorum fortiter pugnantiū vt apud Plaut. in am. Si in fugam se tñ nemo conuertit: nec recedit loco qui statum rem gerat animam omittūt prius q̄ loco demigrent: quisq; vt steterat iacet obtinetq; ordinem A sisto fiunt composita Absisto: Assisto quod est p̄sentem me exhibeo siue corā me firmo. Teren. in adel. Accede huc parmeno nimiū isthoc abisti. hic propter hunc assiste. Virg. ac libyę citus astitit oris. .i. p̄sentauit. Consisto: Circunsisto: Desisto: Existo Insisto: Obsisto: Persisto duro pseuero. Apul. Cū me rogassem an in proposito persisterem. Præsisto, ante sisto Resisto.

¶ Sistrum musicū instrumentū hoc est cornu recuruum peculiare ęgyptiorum quo vtuntur in isidis sacris argutū & sonorum dum pcuteretur. Ouid. Per tua sistra precor per anubidis ora Verendi. Apul. æreis & argenteis & aureis sistris argutū tinnitū cōstrepentes. Mar. Si quis plorator collo tibi vernula pendet: hæc quatiat tenera garrula sistra manu. Hoc tñ instrumentū apud ęgyptios vicē tubę exhibebat. Virg. Patrio vocat agmia sistro. Inde a martiale dicitur Sistrata tuba.

¶ Sitaces: auis quę alio nomīe psittacus & papagallus dicit. Plyn. India auē hanc mittit sitacen vocāt viridem toto corpore: torque tantū miniato in ceruice distinctam.

¶ Sitarchia vas repositoriū siue saccus vel pera in qua poni cōsueuit cibus. σιτοφενί cibus. Hieron. li. i. Regū. Panis defecit in sitarchiis nostris & sportulam non habemus.

¶ Sitometra: mensura frumenti ad largiendum.

¶ Sithonia: regio littoralis macedonię versꝰ Ther mopõtũ: in qua mons est sithon niuosus. Virgi. Si thoniasq; niues hyemis subeamꝰ aquosę. Hoc etiaꝫ noīe dicta fuit Thracia vt inquit Gel. lib. x. Vñ spi rat aquilo: qm̃ ad septentrionem exposita. Oui. Et sithinio aquiloni.

¶ Sitis: ppriebibendi appetitus. Per translationē ponit p auiditate cuiusq; rei. Plancus. Cupio te amplecti: neq; aliter sitim iādiu conceptā sedare possũ. Hinc sitio is. Iustin. Satiare inquit sanguine quē sitisti. Huius di minutiuũ est Siticula.

¶ Siticulosus qui semp sitit. Inde Horatiꝰ siticulo sam vocat Apuliam.

¶ Sitibundus abunde sitiens.

¶ Situla cista qua populi suffragia in creandis ma gistratibus legibusq; ferendis colligebant. Plau. in cas. Sortitia illa in situla. Situla etiā vas ad hauriē dāaquā accōmodũ q aquā sitiat. Idē. Si hāc situlā accepero. oēm illi puteo aīam intertraxero. Huiꝰ di minutiuũ est Sitella. Ci. p Corne. Neq; matus est le gere codicem cũ intercedat q̃ sitellā ipsam cũ ipso intercessore deferre.

¶ Situs a. um. positus. Et sitũ est quicq dd loco suo positum non euertit. Terẽ. in adel. In quo nostræ spes opesq; oēs sitę erant.

¶ Situs us. lanugo ex humore creata qui fit i locis sole carentibus. Do. exponens illud Virgi. lib. vii. Sed te victa situ: sic scribit. Sitꝰ est corruptio ex hu more & diuturnitate contracta qua deteriores fiunt species vno loco & plixo tẽpore cõstitutę. Victa si tu quasi quę senio esset & nihil agēdo corrupta. So let autē in locis situlētis odor quidā tęter & asperna bilis olfactantiũ nares offendere qui & ipse situs dī Ply. li. xxi. Pessimũ eē crocũ quod situ redolet. Se det etiā situs in vultu capite totoq; corpore & habi tu pręsertim inopũ qualē Luc. describit. Fœda situs macies. Hunc etiā pędorē dicimus. Colu. li. v. Viti bus situm dedit. Iam vero muscus qui more cōpe dis crura vitiũ & vineta comprimit situq; & veter no macerat: ferro distrigendus & eradendus ē. Præ terea situs dicit loci qualitas vt de situ syracusarum Virgilius libro primo geor. Et segnem patiere situ durescere campum. i. sicut stat.

¶ Smaragdus: gemma qua oculoꝝ acies recreatur quo nihil viridius. Hinc Smaragdinus a. um. penī cor. Suidas. σμαραγδος θηλυκως λεγεται ἐστι δε εἰδος λιθου τω τολυτι μου ελεγχος δε βεβα ιοτητος της θεοσεβειας και λοιπα.

¶ Smigma tis. dicit oē illud quod purgat: ab σμη χω. purgo abstergo. Et est generale nomē quo .ne dicamentũ oē significat quod valet ad emaculādā faciē & abstergendā corporũ dehonestamenta. Hie ro. in Dañ. Afferte mihi oleũ & smigmata.

¶ Smigticꝰ a. um. Vt ius. Smigtica: efficacia smig matis.

¶ Smilax: arbor quā latini Taxũ vocāt. Est & ge nus herbę hederę filis densis geniculate caulibꝰ spi nosæ fruticosę ramis folio hærbaceo flore candido olente lilio. Oui. li. iiii. me. Et crocon in paruos ver sum cũ smilace flores. Sunt qui smilacē autophoꝝ vocant quasi seipsũ ferentē. Hinc Smilaceus a. um quod est factũex smilace.

¶ Smyrna: vrbs in minori asia: quā fluuius Meles circunfluit. Hanc Theseus Thessalus in memoriā vxoris suæ quæ smyrna vocabat extruxit. Ex hac Homerũ ortũ habuisse quidā existimant.

¶ Soanes populi Asiæ caucasi extrema obtinen tes. sicut Strabo refert lib. xi. qui ducenta hoīm mi lia cogunt exercitum.

¶ Soboles successio: ab olescēdo. i. crescēdo dicta.

¶ Sobrius dī homo sanę mentis quasi separatꝰ ab ebrio. Ter. in an. Tu pol homo non es sobrius.

¶ Sobrini: duarũ plurium ve sororꝫ filii quasi soro rini. Patrueles patruorum filii: id est duorũ aut plu rium fratrum filii.

¶ Socer: vxoris meæ pater. Socrꝰ vxoris meę ma ter. Socer magnus: vxoris meæ auus: qui & p socer dicit: & ego sũ illius pgener. Et auus meus socer ma gnus est vxoris meę. illa illi pnurus. Socer autem & socrus dicunt quia sibi generum associent. A socer fiunt cosocer: prosocer: & adsocer. Consoceros vo cant quorum filii inter se matrimonio copulati sũt. Verbi gratia. Ego illi consocer sum & ille mihi con socer est: cuius filio filia mea nupsit. Prosocer & ab socer eodē modo dicunt quo pauus & abauus.

¶ Socus per simplex c. fuit vir Troianus aio & cor poris dignitate generosus.

¶ Soccus per duplex cc. genus calciamēti a sacco deductũ nomen: ad cuius similitudinē erat factum ita q ligatũ supra pedē plicas multas per totũ effũ debat. quod nõ tantũ comœdorũ erat: vt apud Ho ratiũ. Hunc socci cępe pedē. Sed etiā mulierũ. Hier. ad Saluinā. Quę pullā tunicā nigrosq; calceolos cā didę vestis & aurati socci depositione sũpsisti. Sue. de Cal. Sępe gēmatas depictasq; penulas manulea tus & armillatꝰ in publicũ pcessit: aliquādo sericatꝰ & cycladatus ac modo in crepidis & cothurnis: mo do in spiculatoria caliga: nonnũq; socco muliebri.

¶ Socculus paruus soccus. Suet. in Vitel. Pro ma ximo munere a Messalina petiit vt sibi pedes prębe ret excalciãdos detractũq; socculũ dextrũ inter to gã tunicasq; gestauit.

¶ Socius dicit q sit eiusdē sortis: vel q sequit. i. di uidat laborē alterius: vel q eũ in re laboriosa sequa tur. Vel a socco qui calceus est vtriq; pedi aptꝰ: qm̃ socius se amico commodũ in vtraq; fortuna præ beat. Sunt autē socii qui pari consilio & auctoritate rē simul aggrediuntur. Et qui in re seria & laborio sa aliquorum pares sunt. Vnde socii populi roma ni dicebant: ita cum his fœdere coniuncti: vt pacis ac belli participes essent: q̃uis plus sit socius q̃ par ticeps. Comites qui consulendo operam ve præ stando subsequunt: & ppie in itinere qui non sua causa iter capiunt: sed vt aliũ psequant. Cæsar cũ se victoriæ pompei comitē esse mallet q̃ sociũ cęsaris Et generaliter quicunq; aliquē sequit: comes appel latur. Ci. Est gloria comes virtutis. Gloria enim se quit honestatē: sicut vmbra corpus. Sodales in re bus leuioribꝰ & fere in conuiuiis dicunt: quasi simul edales: vel q vna sederent: & essent simul in mensa vel q ex suo datis vesci solerent: vel q inter se sua derent quod vtile esset. Quintil. Et tempestiua cōui uia & peruigiles locos aduocata sodaliũ turba solu tus atq; affluēs agerem. Caius. Sodales sunt q eius dē collegii sũt. Cũ eo sentire videt apud Ci. Anto nius: qui Norbanũ quęstorē suũ appellat sodalem.

¶ Socialis & hoc sociale: quod est sociorũ. Vñ So ciale bellũ quod cum sociis gestum est: hoc dictũ est Marsicũ: quoniā a Marsis rebellandi suscitatũ fue rat initiũ. Sociale autē: quia oē latiũ picenũ & etru-

ria omnis atq; Campania: poſtremo italia cõtra ro-
mam conſurrexerunt.

¶ Societas quaſi participatio. Liui⁹. Infida regni ſocietas.

¶ Socien⁹ dicebaſ ſocius. Plau. Ibo intro atq; illi
ſocieno tuo iam interſtringã gulam.

¶ Socio as. iungo quaſi ſociũ ſocio appono. Col.
li. iiii. At ſi quis cũ ſcientia ſociauerit diligentiã. Ei⁹
cõpoſita ſunt aſſocio. conſocio eiuſdẽ ſignificatio-
nis cũ primitiuo. Lact. li. vii. Licet aĩa & corpus cõ-
ſociata ſint. Diſſocio deiungo: ſicut deſuadeor de-
hortor. Nam dis interdũ non diuerſitatẽ ſed diuiſi-
onẽ facit: ſicut diſſimilitudo: diſpar: & huiuſmõi. Cic.
Quorũ diſſimilitudo diſſociat amicitiã.

¶ Socordia. Vide in dictione ſocors.

¶ Socrates penul. cor. philoſophus atheniẽſis vn⁹
oĩm ſapientiſſimus iudicatus: qui philoſophiã na-
turalẽ in moralẽ tranſtulit. Suidas. σοκρατησ σω
φρονισκου λιθοξοου και μητροσ φαιναρετησ
μαιασ πρωτερον γενομενοσ λιθοξοοσ ωσ τε
και φασιν αυτον ερρον εἰναι τασ αθηνησιν ἐμΔε
Δυμενασ Χαριτασ ειτα φιλοσοφησασ Δια
το ακουσαι αναξαγορου του κλαζομενιου. Hic
ęquabilitatẽ in oĩ vita ſeruauit: vt idẽ ſemp vult⁹ ea
dem q; frons: ſiue pſperis: ſiue aduerſis rebus extite
rit vſq; ad extremũ. Ply. li. vii. Ferunt Socratẽ cla-
rum ſapientia eodẽ ſemp viſũ vultu nec aut hilari
magis aut turbato. Habuit duas vxores Xãtippẽ &
Mironẽ vno tẽpore. Quæ cũ crebro inter ſe iurga-
rent: & ille eas eſſet ſolitus deridere: q; ppter fœdiſſi
mum hoĩem ſimis naribus: recalua frõte: piloſis hu
meris: repandis cruribus diſceptarẽt nouiſſime ver
terunt in eũ impetũ: & male multatũ fugientẽq; diu
pſecutę ſunt. Quondã cũ infinita cõuicia ex ſuperi
ori loco ingerẽti xantippe reſtitiſſet aqua perfuſus
immũda nihil ampli⁹ reſpondit q̃ capite terſo. Sci
ebã iquit futurũ vt poſt iſta tonitrua ymber ſubſeq̃
retur: interrogauit Alcibiades cur tã acerbã domo
non exigeret? Quoniã inquit Socrates cum illam
domi talẽ ppetior: iſueſco & exerceor quo foris pe-
tulantiũ iniuriã facilius feram. Itaq; dicenti Alcibia
di intolerãdã eſſe Xantippes maledicẽtiã. Tu inq;
nonne toleras anſeres clamore perſtrepentes? Illo
annuẽte q̃m mihi oua & pullos pariunt. Et mihi ait
xantippe filios gignit. Pater Socratis fuit Sophro
niſcus lapidarius: mater phęnareta obſtetrix. Qui
in paupertate beatiſſimus amicis olim audientibus
Emiſſem palliũ ſi nummos haberẽ neminẽ popo-
ſcit: oẽs admonuit: a quo acciperet ambiguus fuit.
Hic auditor fuit Anaxagoræ & Damonis. poſtea
ad Archelaũ phyſicũ ſe cõtulit. Qui animaduertẽs
naturalis ſpeculatiõis fructũ nullũ eſſe: inuenit pri-
mus ęthicen. i. moralem philoſophiã: ad quã trãſi-
ens ferẽ dixiſſe. quę ſupra nos nihil ad nos. Auctor
eſt Xenophon Socratẽ nunq̃ de natura rerum neq;
de ſublimioribus rebus diſputaſſe: cũ ea ſint ſupra
captũ hoĩm. Ex ſocratis variis in oẽm partẽ diffu-
ſis diſputationibus plures fluxere diſcipuli. Et cũ
alius aliud appręhenderet: pſeminatę ſunt quaſi fa
miliæ diſſentientes inter ſe: cum tamen omnes ſe
philoſophi ſocraticos & dici vellent: & eſſe arbitra-
renẽ. Primũ ab ipſo Socrate Plato: a Platone Ari-
ſtoteles & xenocrates. Deinde ab antiſthene qui pa
tientiã & duritiã in ſocratico ſermone maximẽ: ada
marat Cynica. Cũ ab ariſtippo quẽ maxime volu-
ptarię diſputatiões delectarunt Cyrenaica philoſo
phia manauerunt: fuerunt etiã alia genera philoſo-
phorũ: vt Eretricoꝝ. Megaricoꝝ: Pyrrhoniorũ: q
ſe ſocratiços eſſe dicerent. Vñ merito philoſopho-
rum fons ſocrates appellatus eſt.

¶ Sodalis. Vide in dictiõe Socius. Hinc ſodalitas
& ſodalitũ. quę ſignificant collegiũ multoꝝ ſeu cõ
uiuiũ. Ci. Sodalitates me q̃ſtore ſunt inſtitutæ. Idẽ
in arte veteri. Venit in ędes quaſdã in quibus ſoda-
litiũ erat futurũ eodem die.

¶ Sodes quidã aduerbiũ p̃cationẽ vel exhortatio-
nẽ denotãs arbitranẽ. Priſc. putat verbũ. Ait enĩ q̃-
dã verba q̃ in vſu deficiunt pſonis: vt cedo. ſodes:
ſalue: aue: furis: infit: inquã: foret. fio. Dictũ ſodes.
pro ſi audes. vt ſis pro ſi vis: ilico p̃ in loco

¶ Sodoma æ. Sodomũ & Sodoma orũ. pĩ tantũ
oppidũ fuit iudææ: de quo legiẽ in Geñ. Anteq̃ ſub
uerteret dñs Sodomã & Gomorrã. Et iterũ. habita
uit in ſodomis. Solinus de ſitu Iudææ. Ibi duo op-
pida: vnũ ſodomũ: alterũ gomorrũ. Hinc ſodomi
tę dicti ſunt ſodomorũ incolę.

¶ Sodomito as. pe. p. verbũ obſcœnũ. Ci. li. i. off.
Latrocinari/fraudare/adulterare/ſodomitare turpe
eſt: ſed dicitur non obſcœne. ¶ Adiectitiũ eſt.

¶ Sogdiana ꝓuincia aſię quæ vt lib. vi. ſcribit Pto
lemęus. a ſeptẽtriõe parte Scythię terminaſ ab oriẽ
te ſacis: a meridie & occaſu bactriana. In ea ſunt vr-
bes Oxiana: Maruca: & Alexandria: quam vt So-
linus ait: alexander tertiã condidit, ad conteſtãdos
itineris ſui terminos.

¶ Solus a ſolon quod oſcorũ lingua totum ſignifi
cat. Nã qui vn⁹ eſt: totus eſt. Hic ſolitudo: quæ & ſo
litas a veteribꝰ dicebaſ. Sciendũ q; ſolus & vnus ꝓ
ſolus more ſuplatiuorũ gtĩm regunt: vt ſol⁹ vel vn⁹
oĩm accipẽſer ſquãmis ad os verſis cõtra aquas na
tãdo meat: inquit Ply. Itẽ dicimus ſolus vel vn⁹ ex
oĩbus vel inter oẽs. Et cum ſingularitatẽ ſignificet:
inueniẽ tñ pluraliter Terẽ. in adel. Solę ſumus. Q ñ
q; ſolus dĩ deſertus. Virg. li. iii. geor. Heu male tum
libyę ſolis erraſ in aruis. Ter. Venit meditat⁹ alicun
de ex ſolo loco. Idẽ. Nõne hũc abiici oportet in ſo-
las terras? Facit q; gtĩm ſolius: & ſoli ſolæ ſoli. Ter.
in eu. Mihi ſolę ridiculo fuit.

¶ Solitarius a. um. vt ſolitarius qui ſolus viuit. Hic
ſolitarius piſcis: & ſolitaria vita.

¶ Soliloquus pe. cor. qui ſol⁹ loquiẽ. Et ſoliloquiũ
quod per nos contẽplando loqui ſolemus.

¶ Soliuagus pe. cor. qui ſol⁹ vagaſ. Aug. li. xii. ci.
dei. Nã cũ animãtes alias ſolitarias & quodãmodo
ſoliuagas. i. quę ſolitudinẽ magis appetant: ſicut
ſunt aquilę: milui: leones: lupi.

¶ Solennis & hoc ſolenne per duplex nn. quod oĩ
bus annis p̃ſtari debet: compoſitũ nomen ex ſolo
& anno. Val. max. Maiores ſtatas ſolenneſq; cæri-
monias pontificũ ſcientia bene gerendarũ rerũ au-
ctoritate. &c. Hinc ſolennitas.

¶ Solennium ii. & ſolennia orũ. feſta q̃ ſingulis an
nis certo tempore fiunt.

¶ Soliferreum: genus teli appellatũ: quaſi totũ ferr
reum. Nam ſolũ ſignificat totũ & ſolidum.

¶ Solitaurilia: ĩmolatio triũ hoſtiarum erat diuerſi
gñis. tauri/arietis/& verris: quia oẽs ſolidi integriq;
corporis ſint. Ply. li. viii. Si potiaſ marti ſolitaurili
bus piaculũ fieri. Hoc ſacrificium cẽſores vt ſcribit
Aſco. vrbẽ cõpleto quinquennio luſtrantes: de ſue

oue/tauro faciebant.

¶ Solum dr̃ oẽ quod ſuſtinet:& vnicuiq; rei ſubiacet:vbi aliq̃d fundari poteſt. Vñ aquæ ſupficies dr̃ ſolũ:quia nauiũ fundamentũ eſt. Virg.li.v. Subtrahiturq; ſolũ. Cælũ ſtellarũ ſolũ eſt. Oui. Aſtra tenẽt celeſte ſolũ. Ennius vero ſola terrarũ pr̃ali numero dixit: Aer etiã ſolũ dr̃:quia auiũ ſuſtentaculũ. Hinc ſolũ p loco ſeu ſedili ponit. Item p terra:q; hoim & aialiũ fundamentũ ſit. Col.li.i. Nã qđ ſicco ſolo igeſtũ & iam inoccatũ pinde ac ſi repoſitũ in horreo non corrũpit. Vñ natale ſolũ dicim⁹ patriã:hoc eſt terrã in qua nati ſumus. Vñ exul qui extra ſolũ hoc eſt patriã electus eſt. Virg.li.vii. etiã menſã appellauit ſolũ. Et cereale ſolũ pomis agreſtib⁹ augẽt. Rurſus ſolũ inferior pedis pars.quã vulgo ſoleã vocãt quę calloſa fit & dura etiã diſcalciatis. Ci.lib.v.tuſ. Mihi amictui eſt ſcythicũ tegmen,calciamentũ ſolorũ callũ:cubile terra. Amb. Nota facta ſolo attrita eſt plurimorũ. Et ſolũ dictum eſt pro ſolea calciamenti & corio. Mar. Sordidus antiquas ſolit⁹ pducere pelles. Et mordere luto putre vetuſq; ſolũ. Proprie tamen ſolum terra dicitur.

¶ Sol.a ſolus fit:q; ſolus cum eſt exortus,obſcuratis oĩb⁹ aliis apparet. Vel vt ſcribit Diod.ab hypionis filio q liber a romanis appellat⁹ eſt:q; liber & vagus ſit. Soles pr̃i numero p die legim⁹. Virgi.li.iii. Tris adeo incertos cęca caligine ſoles Erram⁹ pelago. Et ſoles ſolis ſplendores: vel radii dicunt. Mar. Hibernis obiecta locis ſpecularia puros Admittũt ſoles:& ſine fęce dies. Itẽ ſoles æſtus vel ardores ſolis. Hora. Corporis exigui pręcanũ ſolibus aptum Hinc Inſolo as.de quo ſupra. Sol autem græce dicitur ηλιος.

¶ Solis:inſula eſt in mari indico ſemp rubens,& vt Solin⁹ refert:oi aiantiũ generi inacceſſa:qm̃ eo ingreſſos vis circunfuſi aeris confeſtim exanimat.

¶ Solaris & hoc ſolare:qđ eſt ſolis:vt radii ſolares ann⁹ ſolaris:cũ ſol expleto per oĩa ſigna circuitu ad id vnde digreſſus fuerat rediit:qđ fit fere.cccl x v diebus. Et ſolaris herba quę græce heliotropiũ dr̃: q; ſe cũ ſole circũagat etiã nubilo die. Tantus eſt ei⁹ ſyderis amor.

¶ Solanus a.um.pe.p. Idẽ qđ ſolaris. Hic ſubſolanus:vent⁹ qui ſub ſole oriente naſci videt.

¶ Solariũ:loc⁹ in quo horę ad ſolẽ cõſpiciunt. Primus romanis hoc ſtatuiſſe dr̃. L. Papyri⁹ curſor ad ędẽ Quirini ante.xii. annis q̃ cũ Pyrrho bellatum eſt. Nã pri⁹ ort⁹ tm̃ & occaſus ſolis noiabant: poſt aliquot annos adiecto meridie. Dr̃ & Solariũ locus in domo ſupior ſtrat⁹. Hier.li.ii. Reg. Vidit mulierẽ ſe lauantẽ ex aduerſo ſup ſolariũ ſuũ. Nam latini ſolaria vocãt plana tecta q̃ græci domata:vt idẽ Hiero.eſt auctor. Præterea ſolariũ appellãt iuriſcõſulti vectigal quod pro ſolo penditur.titulo.ne q;id in publico fiat.

¶ Solario as.pe.pdu.in altũ ędifico.

¶ Solſtitiũ:ſolis ſtatio:cũ ſol vltra nõ pgredit:ſed retrocedere incipit. Singulis quippe ãnis duo ſolſtitia fũt. Vnũ ęſtiuũ:alter⁹ hyemale. Sũt enĩ duo tropici:hybern⁹ & ęſtiu⁹. Hibern⁹ quidẽ eſt p quem ſol tranſmittẽs octauã capricorni partẽ ſolſtitiũ hibernũ facit. viii. Cal.ianuar̃ die.quo tpe ſol altiores incipit circulos petere. Aeſtiu⁹ vero p quẽ ſol octauã ptẽ cancri trãſmittẽs ſolſtitiũ ęſtiuũ facit. viii. Cal'. Iulii:quo tpe remeare ſol ad inferiores incipit circu

los. Sane veteres ſolſtitiũ fere vocãt ęſtiuũ:licet nihil adiiciat. Virg.li.i. Ge. Humida ſolſtitia atq; hyemes optate ſerenas Agricolę. Nã iuenias vbi adiicit brumale vbi de hiberno fit mentio. Col.li.xvi. Cal. Ianuari. ſol in capricornũ tranſitũ facit bruma le ſolſtitium.

¶ Solati dr̃ qui ſole correpti ſunt:quẽadmodũ ſyderati q ſydere. Ply. Sic & ſolatis pſunt.

¶ Solipugna ſeu ſolifuga:gen⁹ beſtiolę maleficæ q̃ acri⁹ cõcitatiuſq; ferit calore ſolis:vñ nomẽ traxit.

¶ Solea:q̃ ſolo pedis ſubiicit:qñq; etiã id gen⁹ calceorũ eſt:quo plãtarũ calces tm̃ obteguntur cęteris pene relictis nudis pedis ptib⁹ teretib⁹ ſupne pedẽ vinciẽs anſis quas ligulas vocãt:alio noie ſuberes dr̃. Et a gręcis crepidę:licet hęc differre putent aliq. Di & ę Soleę q; ſola pedib⁹ ſubiiciant. Plau.in tru. Date iã ſoleas atq; intro me acturũ ducite. Fiũt autem qñq; ſoleę dũ ſolea capit pro ea q̃ ſolo pedis ſubiicit ex ferro vel argẽto corio vel alia materia. Nam equis & bob⁹ ſoleę ferreæ applicãt. Catul. Et ſupinã amniũ grauí delinquere cœno ferreã vt ſoleã tenaci in voragine mula. Ponit interdũ p calceo. Prop. Proſilit in laxa nixa pedẽ ſolea. Itẽ Solea gen⁹ piſcis plani a ſimilitudinẽ Soleę.de quo Col. Ply.li. ix. Rũbi ſoleæ paſſeres hñt formã planã. Et ſolea dr̃ materia roborea ſup qua paries cratitius extruit. Iuue. Et ſolea pulſare nates.

¶ Solearii:ſoleatum ſutores. Plau.in aul. Solearii aſtant:aſtant molochinarii.

¶ Soleatus dr̃ qui ſoleis indut⁹ eſt. Gel. Cur ſoleatos dixiſſet q gallicas non haberent ſoleas.

¶ Soliũ armariũ ex vno ligno factũ:in quo reges ob corpis ſui tutelã ſedebãt:dictũ quaſi ſolidũ:qm̃ ex p dura materia roboris fiebat:vel dr̃ q̃ ſi ſolũ:q; i his ſolt federẽt. Syr. Cõſedit ſolio rerũq; inuaſit habenas. Vel ſcđm aſprũ p antiſtichon q̃ ſi ſediũ a ſedẽdo. Nã & ſella q̃ ſi ſeda dicta eſt. Abuſiue tm̃ qñq; ponit p ſella regali. Virg. Prętat⁹ diuos ſolio reſiſit ab alto. Q ñq; p vaſe ſaligno vel abiete ad vnũ plurimoſq; liquores trãſferẽdos & ad pãnos lineos cũ lixiuio calido & cinere emaculãdos accõmodato & quo ĩ balneis ſedentes lauamur. Celſ⁹. Interpoſitis duab⁹ horis ĩ ſolũ:is aq̃ calidę reſupin⁹ dimittẽd⁹ ẽ ſicut a genib⁹ ad vmbilicũ aqua teneat. Mar. nõ vis in ſolio pri⁹ lauari. Sue. de Aug. At quotiẽs neruorũ cauſa marinis albuliſq; calidis vtẽdũ eẽt cõtent⁹ hoc erat vt inſidens ligneo ſolio quod ipſe hiſpani co verbo duretam vocabat man⁹ ac pedes alternis iactaret. Nõnũ q̃ huic ſimile vas dr̃ ſeu loculamẽtũ ſepulchrale in quo condunt defuncti. Ply.li.xxxv Q m̃ & defunctos ſeſe multi fictilibus ſoliis condi maluere. Curtius. Septimus dies erat ex quo corp⁹ regis iacebat in ſolio.

¶ Solidus a.um.pe.cor.mõ iuge ac cõtinuũ ſignificat. Plaut. Decẽ annos ſolidos errauit puer. Modo plenũ integrũ nihil cõcaui aut vacui habẽs. Vnde Solidũ corp⁹ dicim⁹:quod conſtat longitudine latitudine & altitudine. Virg. Solidoq; adamãte colũnę. Hinc fit in ſolidũ aduerbialiter:qđ ſignificat ĩ integrũ:vt oẽs pmiſerunt in ſolidũ ſe ſatiſfacturos id eſt integre vnuſq; ſq; p ſe & nõ oẽs ſimul. Solidũ quidã a ſolo terra deducunt:alii a ſolon oſcorũ vocabulo:qđ totũ ſignificat. Eſt & ſolid⁹ ſubſtantiuũ gen⁹ nummi:quo in p ſentia vtimur:cũ dicim⁹ vigiti ſolidos librã conſtituere.

¶ Solido as.pe.cor. roboro: firmo: qđ vernacula lingua dicim⁹ saldare. Virg. li. i. Geor. Area tum primũ ingenti est ęquanda cylindro Et vertenda manu: & creta solidanda tenaci.

¶ Solidesco: solid⁹ fio. Plyn. Vesica mẽbrana constat vulnerata cicatrice non solidescit.

¶ Soliſtimũ pe.cor. qđ est soli: ita enĩa solo soliſtimũ fit: sicut a medio mediaſtimũ. De Soliſtimo tripudio: vide in dictione tripudium.

¶ Solidurius lingua gallica dĩ deuotus. Cæsar cũ sexcentis deuotis quos galli solidurios appellant: quorũ est conditio: vt oĩnibus vitę commodis vna cũ his fruant quorũ se amicitię dediderunt si quic q̃ per vim accidat: aut eundẽ casũ vna ferant: aut sibi mortem cõscisscant.

¶ Soli: ciuitas insignis Cilicię ab Achiuis & rhodiis ędificata: postea Põpeiopolis appellata a põpeio q̃ piratas in eã trãstulit: quos dignos existimauit vt seruarent. Hic fuit Chrysipp⁹ philosoph⁹ stoicus: & philemõ comic⁹ poeta: & Arat⁹ q̃ de astris versu cõscripsit: cui⁹ prima carmĩa Cicero i latinũ vertit.

¶ Solœcismus: est ipar & incõueniens cõpositura partiũ oratonis: a nr̃s imparilitas: a vetustiorib⁹ latinis Scribligo dicebat iuersura & prauitate tortuosa oratonis tã q̃ strebligo q̃dã: siquidẽ Ϛροβεω torqueo ac deprauo significat: per trãslationẽ dr̃a poetis et ror. Iuue. Solœcismũ liceat feciſſe marito. Mar. Sępe solœcismũ mentula nr̃a facit. Dr̃ etiã solœcon: sicut barbarismus & barbaron. Solœci autẽ nomen a Solone deductũ Laerti⁹ testat: q̃ cũ in Cilicia vrbẽ a suo noie Soloe cõdidiſſet: pauci ex athenienſibus quos in ea reliq̃t: nõ multo iteriecto tpe corrupto patrio sermõe incõueniẽti ptiũ structura loqui cœperũt. Quaproter q̃ eo vitio aliq̃n vterent: dicti sũt σολοι κιζειν. hoc ẽ solœciſſare. Suidas. σολοι σικελιας ὡς λιος και κυπρου ἀφωρ ο η σολικισμος βαρβαρίζον των και τηι διαν γλωσσαν σολωρας ταυτην κτιζει.

¶ Soleo es solit⁹: quasi sol⁹. i. tot⁹ eo. Sal. li. ii. hiſt. solui p̃teritũ vsurpauit. Neq̃ inq̃t subsidiis vti soluerat cõpositis. Et⁹ significatio nota ẽ. Accipitur enĩ per solere esse vsato. Virgi. Vñ oĩnis troia videri. Et danaũ solitę naues & achaica castra. Hui⁹ cõ posita sunt Assoleo. Absoleo. Obsoleo. Insolens. Insolitus pro insueto.

¶ Solet: impsonale passiuę significatiõis. Ci. i Lęl. Cũ in hortos D. Bruti cõmentãdi causa (vt assolet) venimus: tu non affuiſti.

¶ Solito as. frequẽter soleo. Gel. Scipionẽ affricanũ solitauiſſe noctis extremo prius q̃ dilucularet in capitoliũ ventitare. Hier. in Esaia. Et habitabũt ibi ſtrutiones: & pilosi solitabunt ibi.

¶ Solers: cõtrari⁹ maxime est inerti: hoc est tot⁹ igeniosus & artificiosus: quasi totus ex arte: vel quasi sol⁹ in arte sit: q̃q̃ in oĩb⁹ rebus prudẽs est. Hiero. in ꝓlo. Danielis. Quę magis prudẽtia solertis viri: q̃ ꝓphetali spũ esset ꝓpheta. Hinc solertia q̃ est ingeniũ totũ acutũ & artificiosũ: qua q̃dã bene vtunt: q̃dã male. Bene. Cic. in Cato. Tũ eũ dixiſſe mirari se nõmõ diligentiã: sed etiã solertiã ei⁹ a quo essent illa dimensa atq̃ descripta. Male. I dẽ lib. i. offi. Itaq̃ eorũ fines sicut ipsi dixerãt terminauit: & in medio relictũ quod erat populo romano adiudicauit. Vñ hoc improbãs Ci. sequit & ait. Decipere hoc quidẽ est: nõ iudicare. Quocirca in oĩre: fugienda est talis solertia. Ex quo apparet etiã q̃ solers quis bon⁹ vt⁹ malus erit ꝓ qualitate solertię qua vtit. De cuius ꝓprietate Clau. lib. iii. de raptu sic inq̃t. Rerũq̃ remotas Ingeniosa vias paulatim exploret egestas Vtq̃ artes pariat solertia nutriat vsus.

¶ Solicitudo: cura & mẽtis inquietudo q̃ mentibus inhęret. Terẽ. in an. Quãtas hic conficit solicitudines! Solicit⁹ inquiet⁹ & curis affectus: non autẽ diligens. Ci. Cęlio. Desunt autẽ ꝓpter hanc causã q̃ mirifice sũ solicit⁹ quidnã de quinctis decernatur.

¶ Solicito as. pe.cor. spem metũq̃ ostẽdo: vt solicito plebẽ. Aliquãdo inquieto & curã inicio seu cõtristor. Ter. in an. Cur meã senectutẽ solicito huius amentia! Hinc solicitatio quę fit ab alio. Aliquando insto: vt solicito te ꝓmissis. Curt. lib. ii. Verũ enĩ uero: cũ modo milites meos litteris ad ꝓditionem: modo amicos ad pernicię pecunia solicitet ad internecionẽ mihi ꝓsequendus ẽ: non vt iniustus hostis sed vt ꝓcursor veneficus. Dictũ solicitare quasi solo citare. i. suo loco mouere.

¶ Solox: lana crassa quasi solida. Itẽ pecus lana tectũ. Titi. Lana soloci ad purpurã data. Lucil. Montano hirco atq̃ soloce.

¶ Solor aris. a solum pro terra solida fieri q̃dã existimant: quasi solidũ redintegro. Virgi. Interea longum cantu solata laborẽ Arguto cõiunx percurrit pectine telas. Hinc fiunt cõpositа. Cõsolor. Ci. Ser. sul. Quid me ista res cõsolar̃ in tãtis tenebris & quasi perpetuis reip. Est enĩ vix consolabilis dolor: tãta est oĩm rerũ amissio & desperatio recuperãdi. De solor contrariũ est. Hiero. ad Tira. Sola desperatione dormientis ęstuans desolatus solatio pii pignoris iactor. Et habent pe.cor.

¶ Solo as. in eadẽ significatione. Vñ & desolo. de quo loco suo.

¶ Solatiũ ipsa cõsolatio: & ꝓprie rebus fit. Hieron. Mittitis solatia sumptuũ. Quintil. Cæcitatis miserę solatiũ: est habere rem videntium.

¶ Solamẽ: idẽ qđ solatiũ. Cic. i Lęl. Et si illis plane orbat⁹ essem magnũ tũ ferret mihi ætas ipa solamẽ Virg. Solamẽq̃ mali de collo fistula pendet.

¶ Soluo is. ui. utum. quod ligatũ erat non ligatũ facio: enodo. Virg. li. vii. Soluite crinales vittas capite orgya mecũ. Plau. in am. Nã noctu hac soluta est nauis nostra e portu psico. Sed qm̃ qui debent quodãmodo obligati sunt creditori: soluere etiã ꝓ debitũ reddere ponit. Ci. i Ver. Pro quo frumento pecunia soluta nõ est. Hic ꝓ trãslationẽ solutionis vocabulũ ad oẽm liberationẽ quoquomõ factã trãsferr̃: magisq̃ ad subiectũ obligationis q̃ ad nummorum solutionẽ. Vñ soluere ꝓ satisfacere. Ter. in adel. Neq̃ tu verbis vnq̃ solues: quod mihi re malefeceris. Qñq̃ ꝓ dimittere. Virg. li. ii. geor. Solue mares mitte i venerẽ pecuaria primus. Qñq̃ ꝓ liberare. Idem Soluite corda metu teucri. Vñ solutus risus dr̃ magnus a curis liber. Idem. Risuq̃ soluto. Quãdoq̃ ꝓ mollẽ facere. Hora. li. car. Soluit acris hyems grata vice veris. Soluere fidẽ est rumpere vel non seruare fidẽ. Ter. in an. Soluisti fidẽ. Et soluere ẽ apire. Col lib. vii. Ea porro vena q̃ in aure videt esse amplissima sarmento prius verberat: deinde cũ adictũ intumuit: cultello soluit. Cõpositа huius verbi sunt. Absoluo. Dissoluo. Exoluo. Persoluo. & Resoluo.

¶ Soluendo non sũ significat non satisfacio: ꝓ eo quod obligatus sum siue pecunia: siue remunerati:

one. Cl. in philip. Tu nec ſoluendo eras. Id eſt ſoluere debita non poteras.

¶ Solutus a. um. pręter ſignificationes quas cõmunes habet cum ſoluo: ponit p raro quod eſt contrarium ſpiſſo. Col. li. i. Soli pinguis vel macri: ſoluti vel ſpiſſi: humidi vel ſicci.

¶ Solutilis pe. cor. quaſi ſolubilis: q facile ſolui poteſt: vel q ſolut⁹ & nõ fideliter cõſut⁹ eſt: vt nauis q̃ Nero p̃fidias matri Agrippinæ fecit naufragium.

¶ Solymi fuerũt populi iuxta Lyciã. quos Homerus pugnaciſſimos fuiſſe ſcribit: & a Belerophonte deuictos. Cor. tacit⁹ de iudęoꝝ origĩe. Alii clara Iudęorũ initia ſolymos carminib⁹ celebratã Homeri gẽtẽ conditã vrbẽ hieroſolymã noĩe ſuo feciſſe. Vñ Iuue. Interpres legũ ſolymarum. Et declinat vrbs ſolymæ arũ. & Hieroſolymę arũ. & hieroſolymæ. Vnde hieroſolymitanus.

¶ Stabulū: a ſtando locus dī in quem longo itinere feſſi ſuccedere ſolent: q; & diuerſoriū & hoſpitiuꝫ dici ſolet. Vnde & p̄ſtibulę meretrices dictæ q; q̄ſtus copioſioris gratia concurrentibꝰ illuc aduenis mā ſiones āte ſtabula habuere. Petro. in ſatyr. Sed nec viam diligenter tenebā: quia nec quo ſtabuluꝫ eſſet ſciebā. Hinc ſtabula dicuntur loca generaliter in q̄bus armenta gregeſq; conſiſtunt in agris & ſub dio veluti quędā ſtationes aialiū. Nam vbi equi tenentur ſpecialiter Equile. vbi oues Ouile. Vbi ſues haram dixere. Bobile quoq; a bobus. Caprile a capris nomen traxerūt. Virgi. Quattuor a ſtabulis p̄ſtāti corpore tauros Auertit. Idē. Interea cū iam ſtabulis ſaturata moueret Amphitrioniades armēta abi tūq; paret. Poteſt etiā p̄ſepe in hoſpitis ſtabulū dici. Apul. Duriſſimo caſui meo ſeruiēs ad equū illuꝫ victorē meū, pbiſſimū in ſtabulū cōcedo. Vbi aliuꝫ etiā Milonis quōdā hoſpitis mei aſinū ſtabulantē inueni. i. quaſi hoſpitātē. Stabulū etiā ſumit̄ p̄ quacūq; ſtatiōe ſeu habitatiōe & loco vbi q̄s ſtare conſueuit. Virgi. Ardua tecta petit ſtabuli & de culmine ſūmo Paſtorale canit ſignū. A ſtabulū fit p̄ſtibulū

¶ Stabulo as. neu. & ſtabulor deponens ſignificat ſto diuerto: & quaſi ſtationē hēo: ſiue etiā in ſtabulo guberno. Var. li. i. de re ruſ. Si pratā ſint & in fundo neq; pecꝰ dñs hēt: dāda opa vt pabulo vēdito alienū pecꝰ in ſuo fundo paſcat & ſtabulet. Col. lib. vii. Si idoneis tp̄ibꝰ ad p̄ſepia: ad aquā: ad exercitationē pecꝰ duxerimus: curæq; fuerit vt ſtabulent̄: ſic in eo loco ne humore madeſcāt vngulę: qd̄ facile vitabimꝰ: ſi ſtabula roboreis aſſeribꝰ cōſtrata: aut diligēter ſubinde emūdata fuerint humꝰ & palea ſupiecta Sta. li. i. th. Geticeq; pecꝰ ſtabulare ſub hęmo. Oui. li. xiii. met. Hoc pecꝰ oē meū: multę ſtabulant̄ in antris. Gel. Tubero in hiſtoriis ſcriptū reliq̄t Attiliū conſulē in Africa apud Bragadā flumē grāde feciſſe aduerſus ſerpentē in illis locis ſtabulantē prælio. Hinc ſtabulatio māſio in ſtabulo. Col. li. vii. Calore boues ſub dio: frigoribus intra tectū manere opoꝫtet. Itaq; hiberna ſtabulatio eoꝝ p̄paranda eſt. i. locus ſtabuli: vel vbi ſtabulentur.

¶ Stabulariꝰ. hoſpes viatores p̄tio recipiēs. Apul. Sumo ſarcinulā & p̄cio manſionis ſtabulario p̄ſoluto capeſſimus viā. Vlp. Caupones & ſtabularios eos q̄que accipiemꝰ q̄ cauponā & ſtabulū exercēt. & ſtabularius dī q̄ ſtabuli: hoc eſt loci vbi aialia ſtant curā gerit. Col. li. vii. Hic enī recognoſci grex poterit: numeruſq; cōſtare ſi velut ex militari diſciplina intra ſtabularii caſtra manſerint.

¶ Statio: locus in quo naues aut milites tuto ad tēpus ſtant: vel in quo frequēter cōſiſtit̄. Curt. Cognitū id p̄ exploratores q̄ ſtatiōes hoſtiū fuerāt ingreſſi. Itē ſtatio dī locꝰ ad cuſtodiā aſſignatꝰ: qñ milites ſtantes vigilant. Virg. Sternūtq; vices ſtatione relicta. Ipſe comes nyſo gradit̄. Hinc ſtationarii milites. Itē officina in quā multi cōueniunt vt de aliqua re decernat̄: & ius dicat̄: ſtatio appellat̄. Gel. Queſitum eſſe memini in plęriſq; vrbis ſtationibꝰ ius publice docentium. Iuue. Stationes oīne theatrū. Similiter errantium ſtellarū matutinę quas primas vocant: & veſpertinę quas ſecundas cū ſtare ſpectantibus videant̄ in oriente & occidente ſtationes vocātur. Et ſtatio ipſe ſtandi actus: vñ & nomen accepit ſtatio. Hier. Ieſus filius naue ſtationē impetrauit ſoli & lunę. i. vt ſtarent.

¶ Statiuncula: diminutiuum. i. parua ſtatio: ſicut a ratio ratiuncula.

¶ Stationarii milites dñr quibꝰ cuſtodiæ aut p̄ſidii gratia ſtatio aſſignata eſt. Itē qui in vrbibꝰ ant̄ quiciis tenentur ad populorum quietem tuendam ſtationarii vocantur.

¶ Stationalis: firmiter ſtans. Ply. de ſyderibus. Eadē ſtationalis ſenis menſibꝰ cōmorat̄ in ſignis: alioquin bimeſtris cum cęterę vtraq; ſtatiōe quaternos menſes non impleant.

¶ Statiua. & ſtatiuę: quaſi ſtationes dicunt̄ ſiue munitiones in quibus vt ꝓpius pugnent milites conſident. Liui. li. i. Tentata res ſi primo impetu capi arduea poſſet. Vbi id parū ꝓceſſit obſidione & munitionibꝰ ſepti primi hoſtes. In his ſtatio vt fit longo magis q̄ acri bello ſatis liberi cōmeatus erāt. Et lib. ix. Statiua noſtra munimento ſatis tuta ſunt.

¶ Stata: ſacrificia q̄ certis ac ſtatutis diebꝰ fiebant: q̄ nō mutabant̄: ſed firma & ſtabilita erāt. Cato. Sacra ſtata ſolēnia ſancta ſeruaſti. Enniꝰ. Modicam & modeſtā formā mulieris ſtatā vocauit.

¶ Statarius a. um. a participio ſtatus quaſi ſtabilis ſiue idoneus ad ſtādum. Ter. in heau. Adeſte æquo oīo: date mihi poteſtatem ſtatariam agere: vt mihi liceat per ſilentium. Liui. li. ix. Statarius vterq; miles ordines ſeruans.

¶ Stator: qui apud magiſtratū aſſīdue eſt: a crebra ſtatione: quales ſunt nuncii. vel tabellarii: vel apparitores qui reos in ius vel in carcerem ducūt: qm̄ apud magiſtratum dicati ſunt vt ſtēt paratu ire quo ab illo miſſi fuerint. Vñ Planc⁹ de ſtatore Lētuli cōſulis ad Ciceronē ſcribit. Præſto mihi fuit ſtator eiꝰ cū litteris quibꝰ ne venirē denunciabat. Et ſtator dictus eſt Iuppiter: qm̄ ſtare fecerit Romanos in fugā a ſamnitibꝰ verſos. De quo in ſiſto dictū eſt. Nō enī a ſiſto: ſed a ſto deſcendit. quod patet ex eius cōpoſito Antiſtitor: quod compoſitionē & ſignificationem habet a ſto. ſicut & ātiſtes. Et dicit̄ Stator iuppiter: qui ſtare animo facit.

¶ Status us. conditio habitꝰ q̄d lingua vernacula

dicimus lo eſſere. Hiero. Nã corporis noſtri certus eſt ſtatus: vt oĩm animantiũ. Sed qm̃ apud deũ nõ de ſtatu corporis nr̃i: ſed de vitæ meritis iudicamur apparet omnẽ hoſem mente ſua ſibiipſi ſtatum nõ mẽꝫ formare. Col. li. viii.. Quare ſtat⁹ eius lõgior ꝓductiorꝫ ad hos caſus magis habilis eſt. Ci. Quí ſtatus rerum? quæ conditio tẽporũ. Do. Status ad habitum refertur. Statura corpori adſcribitur. Status eſt ſenici ſtatura longitudo corpis. Q ſiꝫ apud rhetores Status dr̃ in quo cauſa maxime vertitur. Ci. Status eſt ĩ quo primo inſiſtis quaſi ad repugnãdum congreſſa defenſio. Quiutil. Status eſt quod ex prima conflictione naſcitur. Exempli cã. Intentio eſt. Feciſti homicidium. Depulſio eſt. Non feci. Quæſtio an fecerit. Hinc cõſtitutio coniecturalis q̃ & ſtatus dicitur. Tres aũt eſſe ſtatus quidã dixerunt Coniecturalen: Iuridicialem: & finitiuum: ſiue legalem. De quibus in rhetoricis.

¶ Status a.um. idem qđ firmus. Ply. li. xviii. Iam primũ hanc iniuriam oĩbus annis accidere nõ poſſe ꝓpter ſtatos ſyderum curſus. Stati dies dicebantur qui iudicii cã cũ peregrino inſtituunt. Plau. in cur. Status cõditus cũ hoſte interceſſit dies.

¶ Staturus a.um. participium eſt a Sto as.

¶ Statim aduerbium ſignificat cõſtanter: ꝓſeuerãter: continue quaſi inſiſtendo & vno ſtatu a ſtando. Plau. in am. Nec recedit loco quin ſtatim rem gerat Neꝫ veſpugo neꝫ vergiliæ occidũt iſta ſtatim ſtãt Ter. in phor. Bina talenta capiebam ſtatim. Aliqñ mox illico: ꝙ ea q̃ mox fiunt cõtinenter fieri videãtur. Ci. in ver. Statim meſſanam lr̃as dedit.

¶ Stagnum a ſtando dr̃ aqua ſtans. Virg. Stagnũ ꝓ parte maris ꝓfundiſſima poſuit ꝙ ea minime moueatur: ſemꝑ ſtet. i. quieſcat. Emiſſamꝫ hyemem ſenſit neptun⁹ & imis Stagna refuſa vadis. Stagnũ etiam metallũ eſt: a quo Stagneus a.um. Ply. libro xxx. Pyxide ſtagnea dixit. hoc et ſtannũ dicitur.

¶ Stagno as. ſtagnum facio: aquã cõtineo. Virg. li. iiii. ge. Nã qua pelle gens fortunata canopi Accolit effuſo ſtagnantem flumine nilũ. Et dicimus ſtagnare aquam cum non effluit: neꝫ forbetur. Plyn. Vbi marini fluctus effuſi ſtagnare ſolent. Et ſtagnare terram quæ non abſorbet: ſed cõtinet aquã. I dẽ. Agris humidis atꝫ ſtagnantibus. Huius cõpoſitũ eſt Reſtagno: qđ eſt exundo: vt apud eundẽ lib. ix. Idem tradit i phalagonia effodi piſcis gratiſſimos cibis terrenos altis ſcrobibus in his locis vbi nullꝫ reſtagnent aquæ.

¶ Stannũ plumbum a ſtãdo dici videt ꝙ in formacibus primũ fluat ac ꝓ ſe ſtet: quod & Stagnũ & græce caſſiterũ: ſiue Catiteron: ſiue Caſſiriton imutatis ab homero lr̃is. Nã plũbi ſunt duo gña nigrũ. ſ. & album. Hinc Stãneus a.um. Vñ vaſa ſtannea.

¶ Stamen a ſtando: ꝙ eo ſtat in tela oẽ velamẽtũ eo ꝙ firme ſtat dum texit: nõ id qđ hinc in inde trahitur. Subtegmen quod ſubit ſtamini. Dicit etiam ſtamen quicquid in colo ad nendum ponit. Hiero. ad Fabio. Ex quibus facta fila retorquentur cũ ſubtegmine triũ colorũ hyacinthi cocci purpurę & cum ſtamine byſſino.

¶ Statilinus & Statanus: dii præſides quaſi nobis adſtantes.

¶ Stater eris. pe. cor. gñis maſ. teſte Hie. in Matth. dicitur qui duo habet digragmata. Idem li. ꝛ. Ecce inuenta eſt in manu mea quarta pars ſtateris argẽti Et Hiere. Et appẽdi ei argentũ ſeptẽ ſtateres & decẽ argẽteos. Fit aũt a græco ιστημι: qđ eſt põdero ꝛ in a cõuerſo: ſicut & ab ιστημι: qđ ẽ ſto fit στασις ſtatio. Pari mõ ꝛ in α mutato. A cuius actõ græco στατηρα formauerũt. Quidã hoc nomen aſpirãt: atꝫ ab σταθμιζω: qđ eſt trutino vel põdero deducunt. Suidas tñ στατηρ το εκ χρυσου νομισμα τῶν βαλαντιων ꝛ συνωρις το μεν ελκειν εβολουσ εκ χαλκου του δε στατηρασ χρυσιου τῶν ευμηλου ιππων ολυ μαλλον αλληλοισ εοικοτασ.

¶ Statera æ. pe. ꝓ. a ſtando dicta eſt: quia ſtante libra penſatur aurũ vel argentũ. Eſt. n. inſtrumẽtum quo res ponderantur ſine bilancibus.

¶ Statuo is. tui. ſtatutũ. delibero: ordino: dedico: firmiter pono. Lact. li. ii. Abſtinere põlio ſtatuiſſet. Et li. vi. Sed his oĩbus deus certos limites ſtatuit. i. ordinauit. Vir. Crateraſꝫ duos ſtatuã tibi pinguis oliui. i. dedicabo. Ter. ꝓ Concutere poſuit cum ait. Sublimẽ illum arriperem & caput primũ in terram ſtatuerem: vt cerebro diſpergat viam. Huius cõpoſita ſunt Conſtituo: Deſtituo: Inſtituo: Præſtituo: Proſtituo: Reſtituo: & Subſtituo.

¶ Statua a ſtatuo deduci videt: & eſt imago alicuiꝰ q̃is inter ſe differant: ꝙ ſtatuæ ſint æneæ eborcæ. lapideæ. Imagines cæreæ & pictæ. Suæ. in Tibe. Ettam ſtatuas atꝫ imagines niſi permittente ſe poni prohibuit.

¶ Statuncula diminutiuũ parua ſtatua.

¶ Staticulũ dimi. a ſtatua. Hiero. in trãſlatione homiliæ origenis. Sed vxor eius immemor cepti retrorſum reſpicit: impoſitam legẽ rupit: fit ſtaticulũ ſalis. Staticulũ etiã dr̃ in vehiculis, ſicut Eſſedũ in equo: & petoritũ in mula. Ply. li. vlti. Reddũt ſpẽs fluminum nemorũ & iumentorũ & eſſeda & ſtaticula & equorũ ornamenta. Apud Plau. in perſa. Staticulum gñs ſaltationis eſt.

¶ Statuarius qui ſtatuas fingit: ſeu q̃ imagines fũdit. In qua nimirũ arte excelluere Liſippus. Apelles Praxiteles Myron Polycletus.

¶ Statuarius a.um. qđ ad ſtatuam pertinet vt opus ſtatuarium.

¶ Satuaria æ. ars. ipſa faciendi ſtatuas.

¶ Staturoſus q ſtatura. i. magno corpore ẽ. Aug. Forte habens ſeruum formoſum ſtaturoſum bene compoſitum: habens alium forte ſtatura puum.

¶ Satumen pe. ꝓ. dicit id quo fulcit vitis: vt pali & pedamenta & quicqd ꝓ monumento accedit. Statumẽ dici põt: q̃ſi armamentũ quo res ſtare poſſit. Ipſa quoꝫ pedamẽta vitiũ ob hoc armamenta qñ ꝙ noiantur. Apud Victr. Statumẽ dicit quicqd ꝓ ſtrato adiicitur. Et ſtatumina a ſtatu arborũ dicunt ꝓ vt creſcendo ſtatum accipiunt rami. Quo ad primum ſignificatum. Col. li. v. Poſita vinea. i. tertio auctumno vehementioribus ſtatuminibus ſtatim ĩ pedienda eſt.

¶ Statumino as. ſtatuminibus firmo. Ply. li. xviii. In ſolutiore terra ſepibus formari ora vtrinꝫ lapidibus ſtatuminari: & alio ſemper integi.

¶ Stapedes pe. cor. machinulę ferreæ in, quibus pedes habere ſolemus dum equitamus.

¶ Stachys latine ſpica. Vñ nardi ſtachys. i. nardi ſpica ex qua vnguentũ generoſum concinatur. Nã vt ſcribit Ply. Vnguẽtarii, non ſolũ folia: ſed etiam ſpicas nardi in vnguento celebrant. A folio vero

T.

nardi foliata nuncupantur vnguenta nardina.
¶ Stactis myrrhæ flos appellatur. Hie. Narrent & hi qui aromatū nouere virtutes ſtactē floreē eſſe myrrhæ. Hæc & Gutta alio noīe dicīt ſiue ſtilla & aloe. Vñ in euā. legimus q̄ nicodemus cētū libras myrrhę & aloes ad ſepeliendum dñm pręparauerit.
¶ Staphylinus paſtinaca agreſtis. Col. li. x. Tum agreſtis paſtinaca & eiuſdē noīs edomita quā græci σταφυλῖνην vocant. hęcetiā ſtaphys dī. Palladius Staphys agria perimit pediculos gallinarum.
¶ Staphys. Videī dictōe Staphilinus. de quo mō.
¶ Statius nomen poetæ comici fuit qui Cæcilī⁹ dictus eſt. Statius autem appellatus fuit qm̄ ſeruus fuit. Statius. n. nomē ſeruile eſt. Fuit & alius poeta hoc noīe qui heroico carmine multa conſcripſit.
¶ Stechades pe. cor. ſunt tres inſulæ in rhodani oſtio vicinę maſſiliēſibus ſic dictę ꝓpter ordinē quo ſitæ ſunt. Græci em̄ ſticon dicunt ordinē & verſum Luc. ſingulariter ꝓtulit. Venerat in fluctus rhodani cum gurgite claſſis ſtechados ora tenens.
¶ Stella a ſtando: q̄ ſtare ſtellę videātur. Sunt aūt ſingulares ſtellæ nō admixtæ aliis: ſydera vero ſiue aſtra ſunt quæ ad aliquod ſignū cōplurium ſtellarū compoſita ſunt: vt aries taurus. Eſt & ſtella nomen poetę patauini lepidiſſimi.
¶ Stello as. luceo: & quaſi ſtellas facio. Mar. Et numeroſa linūt ſtellantē ſplenia frōtē. Ply. li. xxxvii Q̄m ſtellarū hyadū & numero & diſpoſitiōe ſtellant Hinc ſtellatum ſtellis plenū: qđ eſt cæli epithetum cū, ſerenum eſt. Interdū, ſtellare eſt ad modū ſtellarū factum eſſe: qđ dicimus facto de ſtellę. Claud. lib. ii. Ducīt in thalamū virgo ſtat ꝓnuba iuxta Stellātes nox picta ſinus. Idem li. iii. Vt patuit ſtellata dom⁹ confidere iuſſi. Interdū inuidere a ſtellione aīali cui ius natura eſt inuidiā habere. de quo Ply. li. xxx.
¶ Stele p ſimplex l colūnę quas latini pilas vocāt.
¶ Stellio aīal ſimile lacertę tergo depictum lucentibus guttis ad modū ſtellarū: vulgo Tarantula dicīt a græcis Aſcalabotes q̄ apud eos ασκαλοσ circulus eſt Stellio aūt circulis quibuſdam depictus eſt Et veluti lucētibus guttis in modum ſtellarū. Morſus eius perraro interimit hoīem tñ ſemiſtupidum facit & varie afficit. Eſt & alius ſtellio ex araneorū genere lentiginoſus in cauerniculis dehiſcētis pauimentum terræ habitans. In apulia frequens viſitur: & ſimiliter Tarantula dicīt ſcorpionibus ita cōtrar⁹ vt viſus ab eis pauorem ipſis afferat: & torporem. Aug. li. x. cō. Quid cū me domi ſedentē ſtellio muſcas captans: vel aranea retibus ſuis irruētes implicans ſæpe intētū facit. Hinc ſtellare ꝓ inuidere. Sed & maledicta hinc: & ſtellionatus crimen: & Stellatura accipere apud Spartianū qui ait. Tribunos q̄ ſtellaturas militibus tuliſſent capitali pœna afficit.
¶ Stellionatus crimē apud iuriſcō. aſtelliōe nomē ſumpſit. Quod fit cū aliquid dolo factū eſt: vt ſi q̄s rem alii obligatā diſſimulata obligatione ꝓ callidi-tatē alii diſtraxerit: aut ſi quis merces corruperit aut impoſturā fecerit: cui⁹ nulla ordinaria pœna eſt: ſed extraordinarie plectitur. Et ad pręſidem ſpectat.
¶ Stemma atis. coronamētum quod ex multis floribus compoſitum eſt: dictum a græco quaſi: στεφανομαι: στεφω corono: και στεφανοσ corona Firmi. lib. iii. Magnos viros faciet Mercurius qui ſacris & glorioſis ſtemmatibus coronentur. Q̄ñq̄ ſignificat claram familiam in qua inſignes viri vt i ſertis flores eluceſcunt: & quæ plærūq̄ ex victoriis & coronis maiorē contrahīt. Iuue. Stemmata quid faciunt? quid ꝓdeſt pontice lōgo Sanguine cēſeri. Sue. Q̄ in vetere gentiliū ſtemmate. C. Caſſii percuſſoris cæſaris imagines retinuiſſet. Quoniā vero mos erat apud antiquos vt viri ob res bene geſtas coronis donarentur: & eædem ſtatuarū capitibus imponerentur: inualuit conſuetudo: vt ſtemma aliqñ ꝓ facinore accipiatur. Aliqñ pro ipſis imaginibus maiorum quæ poni ſolebant in atriis. Mar. Atria piſonum ſtabant cum ſtemmatæ toto. Seu pro gradibus generis & ordinibus deſcendentium qui ramis quibuſdam & velut intercurrentibus lineis diſtinguebantur. Ply. lib. xxxv. Stemmata vero lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Auguſt. Lucas euangeliſta ſanctus cōmemorat generationes eius quo ordine: qua ſerie: quo ſtemmate ad illam generationē ventum fuerit qua natus eſt xp̄s. Quin & ꝓ inſcriptionibus ſaxorum. Mar. Triſtitia ſaxo ſtēmata delet herus.
¶ Stēntor ab homero inducitur vocaliſſimus cuius tantus erat vocis ſonus q̄tus aliorū quinquaginta.
¶ Stercus ab extergēdo deduci videtur: q̄ vndiq̄ abſtergi ſoleat.
¶ Stercoro as. fimum agris fœcunditatis gratia adhibeo. Ply. lib. xviii. Ager ſi non ſtercoratur: algeſi nimium ſtercoratus eſt aduritur. Colu. Lupinum vbi in florem verterit: nihil agrū ſtercoraueris. Et Stercorare, eſt pingue facere. Idem libro. xii. Vicia et faba ſtercorare agrum dicūtur. Stercoratum ſtercore infectum etiam dicitur. Idem libro primo. Pomaria quoq̄ & hortos oportet ſepto circundari: & eē in ꝓpinquo atq̄ in ea parte qua poſſit omnis ſtercorata colluuies cohortis balneariorūq̄ & oleis exꝑſſa amurcæ ſanies influere.
¶ Stercutius dictus eſt Saturnus: q̄ primus ſtercorandi agri rationem inuenerit.
¶ Stercorarius a. um. qđ ad ſtercora pertinet. Var. li. i. de re ruſ. Sic eligno & ferro vt plauſtra maiora tria: aratra cum vomeribus ſex: crates ſtercorarias quattuor.
¶ Sterquilinium: locus ſtercoribus plenus: ſeu ſtercoris receptaculum. Col. li. i. Serquilinia duo ſint. Vnū qđ noua purgamenta recipiat & in annū conſeruet. Alterum ex quo vetera vehantur.
¶ Sterno is. ſtraui. atū. de ſtatu deiicio: & quaſi in terram extēdo. Virg. li. x. Sternitur infœlix alieno vulnere. Hinc Cæſum exercitum: ſtratum dicimus. Inde Strages. Per tranſlationē ſternere ꝓ extendere q̄ñq̄ ponitur. Vnde ſternere humi tapetas frōdes & huiuſmodi dicimus. Et quoniam ſternendo fit vt id ſupra quod ſternimus: hoc eſt extendimus aliq̄d tegamus ſternere etiam ꝓ tegere: atq̄ implere ſumitur. Vnde Sternere equos dicimus: hoc eſt inſtratis tegere. Hiero. in Gñ. Habraā de nocte conſurgens ſtrauit aſinū. Sic ſternere equos coopire. Sternere humū floribus implere. Virgi. Sternitur omne ſolū faculis. Item q̄ñ ſternendo. i. extendendo. & id qđ extendimus cōplanamus atq̄ cōponim⁹ fit vt ſternere quoq̄ ꝓ componere: ac cōplanare vſurpemus Et Stratum dicamus complanatum atq̄ compoſitum. Vnde Stratum mare dicimus q̄ñ nullo vrgente in fluctus vento æquatū manet. Virg. Et omne tibi ſtratum ſilet æquor. Et ſtratas vias: ſiue ꝓ cōplanatæ ſint; ſiue ꝓ lapidibus tectæ. Idem. Miraſ por

tas ſtuepitumq; & ſtrata viarum. Item quia iacendo quodāmodo extendimur: fit vt eos etiam ſe ſterne re dicamus qui ſe ad iacendum collocāt vt quieſcāt Idē.li.iiii. Ge. Sternunt ſe ſomno diuerſo in littore phocæ. Huius verbi cōpoſita ſunt Conſterno: Externo: a quo Superexterno: Deſterno: Inſterno: Proſterno: & Subſterno: a quo ſubſtratus.

¶ Sternax equus dicitur qui ſeſſorē excutit acī terram deiicit: hoc eſt ferox. Virg. Et ſternacis equi.

¶ Sternuo is. ſternui ſternutū. a quo fit freq̄ntatiuū Sternuto as. pe. pro. Inde Sternutatio inflatio quę a pectore exurgens totū caput cōcutit. Prop. Nū tibi naſcenti primis mea vita diebus Aridus argentū ſternuit omē amor? Col. li. viii. At ſi moleſta pituita ē ciuile bubulæ vel ſurculi nepetæ ſylueſtris lana inuoluti naribus inſeruntur verſanturq; donec ſternuat ouis.

¶ Sterto is. tui. dormio. Ter. in eu. Fatuus iſulſus tardus ſtertit noctes dieſq;. Hinc fit cōpoſitum Diſterto. Perſi. Cor iubet hoc ennii poſtq̄ diſtertuit eē Mæonides: quintus pauone a pythagoreo.

¶ Sterilis infœcundus & fructū nō ferens ſine ple. στερεω. n. priuo dī ſeu careo. Et στερηστικος Iterile græci στερησιν orbitatē dicunt. Hinc Sterileſco is. Iterileſcere ſignificat ſterilē fieri. Palladius de gallinis loquēs. Vinacię cibo ſterileſcūt. Hordeo ſemicocto & parere ſępe coguntur & reddūt oua maiora Ply. li. viii. Capręq; pinguedine ſterileſcunt.

¶ Steſichorus pe. cor. nomen poetę ex himera ſiciliæ vrbe ex qua himereus ē dictus. Alii ex Methauria vrbe natū dicūt. Alii ex palātio arcadiæ oppido ferunt inde ꝓfugū Catanā veniſſe: eoq; in loco: defunctū & extra portā vrbis ſepultū fuiſſe: portāq; ab eo Steſichoriā nūcupatā. Floruit. xxxvii. olympiade ſextaq; & quinquageſima obiit. Ferī luſciniā aliqñ in ore ſteſichori infantis cecinisse mirabili auſpicio ſummū eū poetā futurū & cātus ſuauitate oēs q̄ añ eū fuerunt ſupaturū. Hor. Steſichoriq; graues camœnæ. Fuit. n. excellētiſſimus lyricus: a quo Steſichoriū carmē dictū. Iō aūt dictus ē ſteſichorus: q; primus ſaltare ad citharam inſtituit: hoc ē choream ducere: antea Tiſias vocabatur.

¶ Stibadiū accipiť ꝓ ſella & abaco quo fulti diſcūbūt cōuiuæ: qđ prio herbidū fuit. Poſtea inualeſcente luxuria marmoreū. Hic Torus rectius appellatur qñ a tortis herbis inflectať. Nā apud græcos ſtibades herbę ſūt aptę ad diſcūbendū. Hinc Stibadion cubile ex ſtibade herba cōſtructū. Ply. li. v. epiſ. Ex ſtibadio aqua velut expreſſa cubantiū pōdere ſiphūculis effluit. Sunt qui dicāt ſtibadia eſſe puas cœnationes in q̄bus ſcriptū eſſe ſolebat quot cōuinas cœnatio capet. Ser. in pri. cō. en. Stibadia antiq; nō hēbant: ſed ſtratis tribus lectis epulabanť vñ & Triclinīū ſterni dicitur. Mar. Stibadiū accipe, luna ta ſcriptum teſtudine ſigna: Octo capit veniat quiſquis amicus erit.

¶ Stibiū dicit quo advenuſtandos oculos peculiariter vtebanť. In argēti. n. metallis iueniť lapis ſpumæ candidæ atq; nitentis: quē alii ſtibiū: alii alabaſtrū: alii turbaſin appellant cuius vis principalis eſt circa oculos quos dilatat: quorūq; fluitiones exulcerationeſq; inhibet. Iō id græci platyophthalmō dixere ab oculoꝝ dilatiōe. Vñ in Hiere. pphe. Cum pinxeris ſtibio oculos tuos fruſtra cōponeris. Hie. ad Furiā. Nō hūit criſpātes mitras nec ſtridētes calciolos: nec orbes ſtibio fuliginatos. & de paul. Turbanda eſt facies quā cōtra dei p̄ceptum purpuriſſo ceruſa & ſtibio ſępe depinxit. Hinc Stibinus a. um. pe. p. qđ ſtibii colorem hēt: vt apud lib. i. Paralip. Hiero. Onychinos ſtibinos dixit.

¶ Stichos latine verſus ſiue ordo dī. Vñ diſtichus

¶ Stigma is. nota ſiue ſignū q̄ inuruntur ab στιζω pungo. Mar. Frons hæc ſtigmate nō meo notāda ē p tranſlationē qñq; ponit ꝓ ſuggillatione & infamia Sue. Val. Catullū a quo ſibi verſiculis deman murra ppetua ſtigmata ipoſita non diſſimulauerat ſatiſfaciētē eadē die adhibuit cœnæ hoſpitioq; patris eius Stigmata: vt inqt Ply. Delenť colūbino fimo.

¶ Stigmatici dīnt famoſi & nocētes q nota aliqua aduſti ſūt vt ſemp appareāt. Stigmatias dici volue runt notis & ſtigmate punctos.

¶ Stigo as. ſtimulo irrito: a quo inſtigo: caſtigo: fuſtigo: q̄uis q̄dā ab ago cōpoſita eſſe velint.

¶ Stilbo phūs fuit q capta patria: amiſſis liberis & vxore cū ex incēdio ſolus & tñ beatus exiret. Interrogāti Demertio cui cognomē ab exitio vrbiū polyorcetes fuit: nūq̄d pdidiſſet? Oīa inqt mea bona mecū ſunt. Quo dicto dubitare demeritū coegit an vicīſſet. Nihil inqt pdidi: oīa mea mecū ſunt: videlicet virtutes quas nulla vis hoſtilis eripe quit: quib⁹ ſapiens ſeptus nullū pōt ſubire diſpendium.

¶ Stilpōes dīnr ab aliq̄ b⁹ hoīes pui q̄ nani vocitāť

¶ Stimul⁹ απο του στιζω ꝓprie dicit fuſtis acute cuſpidis quo ruſtici boues ſuppūgunt. Plau. in aſi. Vtinā nūc ſtimul⁹ in manu mihi ſit. Per trāſlationē dicit oē illud a quo vexamur. Hinc ſtimulū carnis & vitioꝝ dicimus.

¶ Stimulo as. pūgo. Ter. in heau. Magis nūc mea micæ dicta ſtimulant. Hinc extimulo: qđ eſt valde ſtimulo. Col. li. vii. Libidinis extimulatur furiis.

¶ Stingo & ſtinguo is. xi. ctū. eiuſdē ſignificatōis ē cū extinguo. Ci. in pgno. Vt cū luna means hipponis officit orbi Stingūtur radii cæca caligine tecti. Huius compoſita ſunt Diſtingo: Extingo: Interſtingo: Inſtingo: & reſtingo.

¶ Stiria ꝓprie eſt aq̄ frigore cōcreta pendens guttatimq; ſtillās. Vir. Striaq; impexis induruit horrida barbis. Ply. Diſtillantes hiberno gelu ſtirias. Iñ Stiricidiū qđ eſt quaſi ſtiriæ cadium.

¶ Stilla dimi. a ſtiria vt inqt Feſtus: & accipiť ꝓ gutta: vt ſtilla olei: ſtilla aquę. Apul. Et ſanguinis eruptionem vtriculo admoto excipit diligenter vt nulla ſtilla cōpeat vſq̄. Victr. li. ii. Faſtigia faciētes luto inducto ꝓclinatis tectis ſtillicidia deducebant, ꝓ id ſtillę decidūt in ꝑluuiū. Mar. Atq; olei ſtillam donaret opellicus vnctor.

¶ Stillicidiū quaſi ſtillarū cadiū: q; ſtillatim cadat vbi e tectis guttæ fluūt. Hier. in p̄s. Sicut ſtillicidia ſtillātia ſuper terram.

¶ Stillo as. guttatim fluo: ſiue emitto. Ply. Frutex eſt reſina ſtillās. Huius cōpoſita ſunt Diſtillo deorſum ſtillo. Vir. li. iii. Ge. Lentū diſtillat ab inguine virus. Et diſtillare eſt paulatim fluere. Vnde fluxus humoris a capite dī diſtillatio. Item ſignificat guttatim humorem extrahere. Vnde diſtillare hærbas eſt humorē ex his paulatim extrahere. Hinc diſtillatio liquamen quo vtimur cū pulmentariis. Et diſtillarius dictus eſt cōcinnator diſtillationū & vēditor Seneca. Iam libarii varias exclamationes & botularium & diſtillarium et oēs popinarum inſtitores

mercē ſuā quadam inſignita modulatione venden tes. Extillo pfecte ſeu totū ſtillo. Ter. i phor. Hiſce ego illam dictis ita tibi incenſam dabo vt ne reſtin guas lachrymas ſi extullaueris. Inſtillo intro ſtillo. Ply. li. xx. & auriū grauitati ſuccū raphani inſtillant

¶ Stylus ſiue ſtylum cū y dici pōt colūna. Vñ Epi ſtylū capitellū qđ ſup colūnā locaſ. Stylus etiā dī modus dicendi. Ter. in plogo An. Diſſimili orōe ſunt facta q̄ ſtylo. Do. Orō. in ſenſu ſtylus in ver bis: oratio ad res: ſtylus ad verbum.

¶ Stylobatæ στυλοσ τοκαμαξ λεγεται και βαι νω βαλιζω συντιθε ται ωσ σχοινοβατησ. i. funā bulus σχοινοσ funis & βαινω conſcendo ſic στυ λοσ palus lignū trabs p quā vadat aqua quaſi ca nalis ligneus: & inſtrumētū ligneū quo aqua trahi atur: vt ſub tegulis fieri ſolet. Var. li. i. de re ruſ. Co hortes in fundo magno duæ aptiores: vna vt inter diu cōpluuiū habeat lacū vbi aqua ſaltat q̄ intra ſty lobatas cū venit ſit piſcina. Boues. n. ex aratro eſta te reducti hic bibūt: hic perfunduntur. Et li. iii. Sub tus colūnas ſtylobaten.

¶ Stipes fuſtis terræ defix⁹: qui qñ pullulare aliqñ conſueuit putant aliqui ſtirpē ab eo dictā. Ite ſtipes dicitur torris lignū & qđlibet aliud qđ facile incēdit

¶ Stips is. & ſtipis is. merces q̄ ſtipatoribus & mili tibus dabaſ. Et cū ſpondeſ pecunia ſtipulari: dī. i. ſtipē obligare. Pecunia quoq; quā vel in ærariū re ponebant: vel diis offerebāt: vel mendicis porrige bāt ad ſuſtētationē vitę ſtips dicebaſ a ſtipando p pterea q̄ in cella ſtipabant. i. componebant.

¶ Stipendiū æs militare ſeu p̄miū qđ militibus da tur. Cōpoſitū nomē ex ſtipe & pēdo: quaſi ſtips pō derata ſit: Stips aūt dicebaſ ab antiqs ęs eo q̄ ante q̄ ſignatū eſſet nō numerabaſ: ſed penſabaſ. Q đ q ſupra as: vt Var. inquit acceperāt ſua neceſſitate ma iorē numerū nō in arca ponebant: aut in loculis ſed in theſauris ſtipabant. i. in anguſtum ponebāt: quo minus loci occuparēt. Vlp. Stipendiū a ſtipe appel latū eſt: q̄ per ſtipes. i. modica ęra colligaſ. Sed qñ ſtipendiū qđ militi dabaſ perpetuū erat quouſq; ex autoraret diminueret ve ſolidaq; dabaſ tractū vide mus vt dici cœperit eū militē ad ſoldū conduci cui p̄mitteret ſtipendiū licet annuū Caſſiodorus. Vege tius & frontinus ſolidatū in militia fuiſſe ſcribūt eū cui ſtipendia ab imperatore p̄miſſa erant. Stipēdiū etiā dī qđ q̄s teneā ſoluere principi: aut reipu. Liui. li. ii. Vt diuites conferrent qui oneri ferendo eſſent paupes: ſatis ſtipendii pēdere ſi liberos educent.

¶ Stipendiale qđ pertinet ad ſtipendiū. Sidonius. Poſſit fœdere ſub ſtipendiali.

¶ Stipendiarius tributarius qui ſoluendo ſtipēdio obnoxius eſt: qui alio noīe vectigalis dicit. Vñ mi ti populi ſtipendiarii erant reip. romanæ. Hoc eſt q̄ ſoluebāt ſtipēdiū. Cæſar. cō. i. Reliquaſq; ciuitates ſtipendiarias haberent. i. tributarias. Vulgus pperā appellat ſtipendiarios milites qui ſtipendia faciunt cum tales mercenarii ſiue ęrarii milites ſint: nūcupā di: quos Vege. ſtipendioſos vocat: q̄uis & ſtipēdio ſi dicantur ſtipendiis pleni: hoc eſt qui ſtipēdia plu rima fecerunt.

¶ Stipēdioſus: de quo mox in dictiōe Stipēdiarī⁹.

¶ Stipendiariū: certum vectigal. Ci. in ver. acti. v. Inter ſiciliam cæteraſq; puincias in agros vectiga liū ratione hoc intereſt: q̄ cæteris aut impoſitū ve ctigal certum qđ ſtipendiariū dicitur.

¶ Stipendiatus a ſtipendior aris. qui ſtipendiū reci pit: & alio noīe mercenarius dicit: vt ſūt ii qui ad mi litiā adſcribuntur. Ply. li. vi. Regi eoq; peditū ſexē ta milia equitū. xxx. millia elephantoq; nouē p oēs dies ſtipendiantur.

¶ Stipo as. rimas obthuro: condenſo quia in hoc ſtupa vti ſolem⁹. Eſt enī deterius linū qđ rimis ma xime nauium claudendis adhibetur. Vnde ſtipato res dicti ſunt qui in nauibus ſtipam hoc eſt ſtupā cō ponūt. Hinc ſtipare p claudendo coarctare denſa req; accipitur ſicut in nauibus fieri videmus. Virg. Stipatq; carinis ingens argentū. Et ſtipare ſignifi cat circundare aliquē defendēdi cauſa. Liui. libro. i. Stipatus agmine armatorum in forum irrumpit. Hinc Conſtipo.

¶ Stipatores qui in nauibus onera componunt & qui regum vel aliorum corpora cuſtodiunt: a ſtipe quam accipiebant: vel q̄ reges ſtipent & vndiq; cir cundent ac claudant pene conſtringētes inſtar apū circa ipſarū regē: aut q̄ ipſi ferro ſtipati ſint. Ci. li. ii offi. Præmittebatq; de ſtipatoribus ſuis qui ſcruta rentur arculas muliebres: & ne quod in veſtimentis telum occultaretur exquirerent. Hos antiqui a late re latrones vocabant.

¶ Stiparius a. um. qđ ad ſtipendiū ptinet. Ply. lib. xix. Mox ſiccate in ſaxo tundūtur ſtipario malleo.

¶ Stipulor. pe. cor. a ſtipādo ſignificat p̄mitto ſeu pecuniā ſpōdeo: ſtipem obligo: obligationem: vel p obligationem habeo. Nam p̄prie de pecunia dici tur: q̄uis ad omnes rogationes quæ ſolenniter fiūt tranſlatum ſit. Hinc ſtipulatores dicuntur qui p in terrogationem obligant promiſſorem. Hæc enim duo ſtipulato opponuntur. Quod docet Iuriſcon ſulti. de verborum obligationibus. Eſt autem ſtipu pulatio: vt inquit Pomponius verbo⁹ conceptio quibus is qui interrogatur daturum facturū ve ſe id quod interrogatus reſpondet. Eſt autem ſtipulor ſe cundum Priſci. verbum cōmune: q̄ tam in actiua q̄ paſſiua ſignificatiōe: ablatiuo iungiſ. Dicimus enī Stipulor abs te rogo te: peto abs te. & ſtipulor abs te: pro rogor abs te. Iuue. Quātū vis ſtipulare & p tinus accipe quod do: vt totiens illum pater audiat ſubauditur a me ſtipulare. Eſt enī actiuę ſignifican tiæ. Sue. vero paſſiue ptulit: prętorum lectoria quæ vetat minorem annis. xxv. ſtipulari. id eſt interro gari. Plau. quoq; paſſiue dixit. Niſi dolo malo inſti pulatus ſis. Stipulator qui rogat & qui rogatur. Hu ius verbi compoſita ſunt Adſtipulor quod eſt con ſentio. Ci. li. accad. Falſum eſſe ſtoici dicunt & eorū adſtipulator ātiochus. Inſtipulor. Plau. in pſeu. Mē ſurę viginti ſaluæ & ſanæ ſūt tibi hodie quas abs te eſt inſtipulatus etiā pſeudolus. Reſtipulor qđ eſt cō tra ſponſionem pecuniam obligo.

¶ Stipulatus us. idem quod ſtipulatio. Ply. Iouis deoq; ſummi ſtipulatu.

¶ Stipula a ſtipa. hoc eſt ſtupa deducitur ſiue q̄ ſti pæ inſtar vratur: ſiue q̄ ea quoq; ſtipari tectorum ri mę conſueuerunt. Eſt autem ſtipula calamus frumē ti puta tritici hordei: & ſimilium: quod. ſ. cōtinet ſpi cā cuius internodia genicula dicuntur: & aliquando genua: a ſimilitudine genuum aālis. Ply. Frumen ta quædam in genu tertio ſpicam incipiunt cōcipe. Idem. Genicula ſūt tritico quaterna: farri ſena: hor deo octona. Stipula etiā dicitur quæ remanet in cā po demeſſo frumento. Item ea pars quæ e frumēto

demeſſo cõtuſa ſpica ſuperſtat: ſimiliter ſtipula generali vocabulo appellatur.

¶ Stirps cum de hoibus dicitur generis fœ. eſt & ſignificat originem. Virgi. Heu ſtirpem inuiſam. Cũ vero de arboribus ꝑ trunco gñis maſ. Idem li. xii. Cum ſemel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum. Inuenit etiam fœmininũ. Hor. Cum ſtirpeſq; raptas & pecus: & domos.

¶ Stirpo as. radices aufero: a qua extirpo. Per trãſlationẽ Extirpari vitia dicim⁹ quaſi funditus tolli.

¶ Stirpitus pe. cor. aduerbium ſignificat radicitus Ci. li. iiii. tuſ. Hũc errorẽ quaſi radicem oĩm malorũ ſtirpitus philoſophia ſe extracturam pollicetur.

¶ Stirpices qui ſtirpes euellunt. Quę tamen omnia a ſtipes incipiendo a quibuſdũ cũ y pſilon ſcribunt

¶ Stiua aratri manica quæ tenet manibus cum aratur. Virg. Stiuaq; quę currus a tergo torqueat imos Dicta ſtiua a ſtando: quia ſup eam regula ſtat: & eſt quaſi temo inter boues.

¶ Stlata genus nauigii latum magis q̃ altũ a latitudine ſic appellatũ: ſed ea conſuetudine qua ſtlotũ ꝑ lotum ſtlitẽ ꝑ litem dicebant antiqui qui dictionib⁹ ab l incipientibus ſt lras ꝓponere ſolebãt. A ſtlata Stlatarius dicitur: ſicut a ſcapha ſcapharius. Stlatarium qñq; dicit quod mari portatum eſt quaſi ſtlata aduectum.

¶ Stlembus grauis & tardus. Lucil. Atq; equũ pedibus ſtlembum.

¶ Stlopus ſonus qui ex inflatiõe buccarũ erumpit. Perſius. Nec ſtlopo tumidas intendis rumpere bucas. Poſtea ſclopus & ſclopetus.

¶ Stoici philoſophi appellati ſunt ab στοα: quod ſignificat porticũ quo cõuenire ac diſſerere ſolebãt Erat em̃ porticus athenis dicta pœcile ex varietate picturę græci em̃ ποικιλον varium dicunt. Suidas noſter στοα ην εν αθηναις διατριβη του ομικρου στωικοι δε οι απο αυτης διὰ του ωμεγα λου ητισ ωνομαζετο ποικιλη δε ζωγραφηθεισα ποικιλη εκληθη στοαν την εκτοσ εφεσου απο τειχομενην εισ το ιερον. In hac porticu zeno philoſophus diſcipulos docebat Vnde & ſecta ſtoica: & philoſophi ſtoici nuncupati ſunt qui antea Zenonii dicebantur a zenone docto re. Hæc eſt illa porticus ſtoicorum memoratiſſima quam Chryſippus dictus eſt fulcire: quã pinxit polygnotus gratuito.

¶ Stola apud veteres dicebat quicquid tegebat & apud græcos στολη indumentum ſignificat vnde ſtola deducitur. Poſtea ad honeſtæ tantũ matronę veſtem hoc nomen tranſlatũ eſt quæ vſq; ad imos pedes demiſſa erat. Tibul. Impediat crines nec ſtola lõga pedes. Hinc ſtola ꝓ matrona & honeſta muliere ponitur Papi. Ois plebeio terit ꝑtexta tumultu: hinc eques: hic iuuenũ cœtu ſtola miſta laborat. Et ſtolatũ matronale atq; honeſtum dicimus. Mar. Quis floralia veſtit & ſtolatũ pmittit mercricibus pudorẽ. Val. max. li. ii. Sed quo matronale dec⁹ verecundiæ munimento tutius in ius vocando matronam corpus eius attingere nõ permiſerũt: vt in violata manus alienæ tactus ſtolæ relinqueretur.

¶ Stolidus ponitur ꝓ excordi tetro moleſto atq; illepido.

¶ Stolones inutilis & quaſi ſtolida fruticatio ex arboꝝ radicibus. Ply. Fuerunt ab arboribus cognomina antiquis: vt Frontino militi illi qui præclara facinora vulturnũ tranſnatans fronde capiti impoſita aduerſus Annibalẽ edidit: ſtolonũ laciniæ genti. Ita. n. appellat in his arboribus fruticatio iutilis. Var. lib. i. de re ruſ. Nam ſtolonis illa lex quæ vetat plus quingenta iugera habere ciuem romanũ. Et q ꝓpter diligentiã culturæ ſtolonũ cõfirmauit cognomen q̃ nullus in eius fundo reperiri poterat q̃ effodiebat circũ arbores radices quæ naſcerentur e ſolo quos ſtolones appellabant.

¶ Stomachus fiſtula ꝑ quã cibus deſcendit: ſed ponit ꝓ ventriculo. i. receptaculo ciboꝝ. Eſt em̃ principiũ inteſtinoꝝ a ſeptimæ ſpinæ vertebra incipiẽs circa p̃cordia cũ ventriculo cõnexus ab στομα του στοματοσ ore & εχο hẽo η χεω: quia os ſic habẽs vt effũdat alio. Iuue. Si ſtomachus domini feruet vinoq; ciboq;. Interdum ſtomachus ponit ꝓ indignatione & ira odio & faſtidio. Ci. li. iiii. tuſ. Tracta ta diffinitiõe fortitudinis intelliges eam ſtomacho non egere. Sic dicim⁹. Non poſſum ſine ſtomacho dicere: hoc eſt cum faſtidio & indignatiõe. Interdũ in bonã ptem capit ꝓ facilitate. Ply. in ꝓlogo. Argumentum huius ſtomachi mei habebis. i. hui⁹ meę facilitatis & manſuetudinis & benignitatis.

¶ Stomachor indignor ac turbor. Ci. Caſ. Si enim ſtomachabere & moleſte feres plura dicemus. Hinc ſubſtomachor paulum faſtidio. Aug. li. iii. cõ. Ille iam ſub ſtomachans tędio. Vade inquit a me ita vt uas fieri non põt vt filius iſtarũ lachrymaꝝ pareat.

¶ Stomachicus qui ex ſtomacho laborat. Plyn. li. xxv. ſcribit helleborum mederi ſtomachicis.

¶ Stomachoſus qui facile indignat ac cuncta faſtidit. Ci. Appio pul. accipit ꝓ eo qui iniuriam cõtumeliamq; facit ſtomachoſiores inquit meas lras quas dicas non intelligo.

¶ Storax gen⁹ aromatis: & arbor vnde fluit. Dicit & Styrax. Ply. li. xii. Arabes ex ſyria reuehunt ſtyracem. Ex hac fiebat omne vnguentum.

¶ Storea quã extendimus ſuper terram. Ply. li. xv. Colligi mala poſt æquinoctium auctũnale neq; ãte ſextam decimam lunam: neq; ante primã horã cadua ſeparari ſtramẽtis ſtoreis paleiſve ſubſterni. Dicta ſtorea απο του στορεννυμι: qđ ſignificat ſternere. Hæc alio noie & Teges & matta vocatur.

¶ Stratum ptĩcipium ſiue ſupinũ verbi Sterno: & ſignificat id qđ ſterni ſolet. Virg. Strata iacent paſſim ſua quæq; ſub arbore poma. Stratum vero nomen ponitur ꝓ lecto: vt in p̃s. Stratum lachrymis meis rigabo. Strata etiam dñr oĩa veſtimenta quæ ſternuntur vt veſtes ſtragulæ & periſtromata. Ouid. Strataq; quę membris intepuere tuis. Rurſus ſtrata ſeu inſtrata generaliter dñr omnia quæ equis mulisve inſternũtur. & dicim⁹ equos ſtratos inſtratoſq; eis ornatos. Liui. li. vii. Strata detrahi iubet. Et lib. de ſecundo bel. pu. Armatos deinde inſtratiſq; equis ſignũ expectare. Seneca ad Lucil. Stult⁹ eſt q̃ equũ empturus non ipſum inſpicit ſed ſtratũ eius et frenos. Strataq; ſine appoſitione viæ: dicitur via lapidibus tecta: vt ſunt viæ romanæ in omẽs italiæ vrbes ſilicibus ſtratę. Ideoq; plus ſceleris latro prędo percuſſorq; committit ſi in via ſtrata in viatorem graſſatur.

¶ Stratus us. lectus. Hiero. lib. ii. ꝓ. Accidit vt ſurgeret dauid de ſtratu ſuo.

¶ Stratorium quod ſterni ſolet. Idem in eodẽ. Obtulerunt ei ſtratoria & tapetia.

¶ Stramen quod ſolo quieſcendi gratia ſternitur. Dicitur & ſtramẽtũ: & ꝓprie eſt ſtipula. Var. Tertio modo metitur: vt ſtramentũ medium ſubſecent qđ manu ſiniſtra ſummũ ꝓhendunt: a quo medio meſſem dictã puto. Infra manũ ſtramentũ quod hæret poſtea ſubſequatur. Dictum ſtramentum a ſtando vel a ſtratu quod id ſubſternatur pecori.

¶ Stramineꝰ a.um. qđ eſt ex ſtramine. Prop. Stramínea pollet dux habitare caſa. Doxius ædificii lu teſtimentor fuit exemplo hirundinum.

¶ Stramentitius a.um. qđ ex ſtramento fit.

¶ Strages ſignificat cladem depulſionẽ ꝓſligationem iacturam. Nam antiqui ſterno & ſligo in eadẽ ſignificatione accipiebant.

¶ Stragulum genus veſtis inquit Aſco. Vlp. Stragulam veſtem accipit pro veſtimento quod initicꝭ quale eſt græcorum pallium. Sed Hiero. pro veſte muliebri poſuit cum inquit. Stagulatam veſtem fecit ſibi: byſſus & purpura indumentum eius. Alii accipiunt ꝓlectorum opertorio: vbi & dormiebant antiqui & diſcũbebant vario delinimento figuraꝝ aut acu picto. Var. Quicquid inſternebant: a ſternẽdo ſtragulũ appellabant quicquid culcitæ ſternitur Tibul. Nam neq; tunc plumæ nec ſtragula picta ſoporẽ. Et ſtrangulas veſtes aulæa & tapetes intelligimus.

¶ Stranguria difficultas vrinæ qñ guttatim mictu riunt ab στραγγαλεω cõſtringo. & το ουροσ vrina: vel ab στραξ ροσ: quod apud nos guttã ſignificat ουρεω mingo latine. Subſtillium dicitur.

¶ Strangulo as. ſtringendo gulã neco. Ply. li. vii. Fabius ſenator pictor in lactis hauſtu vno pilo ſtrãgulatus eſt.

¶ Stratagemata aſtutiæ rei militaris: geſta militaria: exempla: ſiue cõſilia militaria: quibus hoſtes ad ſimilia facienda ducuntur στρατοσ enim exercitꝰ αγω duco Stratia militia exercitus.

¶ Strato nomẽ ꝓprium ſidonis reguli: qui vt Hie. Scribit manu ꝓpria ſe volens confodere ne iminẽtibus Perſis ludibrio foret: quoꝝ fœdus ægyptii regis ſocietate neglexerat retrahebatur formidine: & gladium quẽ arripuerat circũſpectãs hoſtium pauidus expectabat aduentũ. Quem iãiamq; capiendum vxor intelligẽs extorſit acinacem de manu & latus eius tranſuerberauit. Compoſitoq; ex morte cadaueri ſe moriens ſupiecit ne poſt virginalia fœdera alterius coitum ſuſtineret.

¶ Strena munꝰ qđ datur die feſto ominis boni gꝛa qualia ſunt quæ paſſim dantur die dñicæ natiuitatis & principio anni noui. a numero quo ſignificat alterum tertiumq; vẽturum ſimilis cõmodi veluti trena. quæ prepoſita ſ littera dicit ſtrena vt ſilite ſolebant antiqui dicentes ſlitem. Quidam a ſtrenuitate ſtrenam dici putãt. Pompo. Aſſide ſi qua ventura eſt alia ſtrena ſtrenæ. Sue. De Cali. Et ne ſordidꝰ fœtiduſq; imperator eam cõſuetudinis priſcorum liberalitatis gloriam conſeruaret ineunte anno dixit ſi per kalẽdas ianuarii ſtrenas recepturum ſtetitq; in veſtibulo ædium Calendarum die ad captandas ſtipes quas plenis ante eũ manibus ac ſinu omnis turba ferebat: tñ græce vulgo ita dr etiã verſus ſubaudiam.

¶ Strenuus fortis celer vigilans & ad res gerendas promptus. Sal. Nam vt quiſq; ſtrenuus ceciderat in bello. Col. li. viii. Magiſter pecoris acer durꝰ ſtrenuus: laboris patiẽtiſſimꝰ alacer atq; audax eſſe debet. Hic Strenuitas. Oui. Priſcaq; ſtrenuitas mãſit.

¶ Strepo ſtrepis ſtrepui ſtrepitũ. Vñ Strepitus us. qui ꝓprie pedum ambulantium manuumq; aliquid pertractantium ſonus eſt. Appellatur & faſtus & põpa diuitiarum quaſi a ſtrepitu comitantium: vt apd Quintili. Hic cum me euocaſſet ſubito trepidum: totoq; fortunę ſuæ ſtrepitu circũſtetiſſet. Hinc componuntur Conſtrepo. Gel. li. ii. At omnium bonorum & teſtimoniis & exemplis conſtrepebat. Circũ ſtrepo. Aug. li. iii. cõ. Veni carthaginem & circũſtrepebat me vndiq; ſartago flagitiorum amorum. Inſtrepo contra vel valde ſtrepo: aut cum ſtrepitu nomino. Virg. li. iii. Ge. Poſt valido nitens ſub pondere faginus axis Inſtrepat. Aug. li. viii. cõ. Omẽs ſibimet inuicẽ quiſq; vt eum nouerat inſtrepuerũt nomen in ſtrepitu congratulationis. Interſtrepo. Vir. Digna ſed argutos interſtrepere anſer olores. Obſtrepo contra aliquem ſtrepitum facio. Sal. Ad hæc maledicta alia cum adderet obſtrepere omnes hoſtẽ atq; parricidam vocare. Perſtrepo: valde ſtrepo. Teren. in eu. Foras ſimul ꝓruunt ſe: abeuntque lauatum: perſtrepunt: ita vt ſit domini vbi abſunt. Et omnia habent pe.cor.

¶ Strepito as. pe.cor. ſępe ſtrepitũ facio. Virg. li. i. Ge. Neſcio qua põter ſolitum dulcedine lęti Inter ſe foliis ſtrepitant.

¶ Strepitus us. Vide paulo aſi in dictione Strepo.

¶ Strideo es. dui. & Strido is. di. Virg. Striduntq; caminis ſtricturæ chalybum. Et ꝓprio Stridere dicitur cum funes ſonum faciunt. Idem Stridorq; dentium. q̃uis etiam ad alia tranſferatur. Horat. in Ser. Stridere ſecreta diuerſos aure ſuſurros. Et ieu. legitur ſtridor dentium.

¶ Stridon oppidũ in agro Iuſtinopolitano: a quo diuus hieronymus ortum habuit. Quod a Gothis euerſum dalmatiæ quondam pannoniæq; confinium fuit.

¶ Stringo is. xi. ctũ. Arcto. Ply. Appnſamq; manu ſtringit. Per tranſlationem ſtringere quãdoq; ꝓ ꝓcutere ponitur. Virg. lib. x. Atq; animum patriæ ſtrinxit pietatis imago. Quandoq; ꝓ rarefacere excidere. Idem in buc. Hic vbi denſas Agricolę ſtringunt frondes. Quandoq; pro decerpere: colligere. Idem libro ſcdo Ge. Sed tamen & quernas glãdes tunc ſtringere tempus & lauri baccas. Hinc Strictiuæ oliuæ quæ manu leguntur ad differentiam caduarum. Quandoq; ꝓ radere. Idem li. viii. Ego ſum pleno quem flumine cernis ſtringentẽ ripas. Quandoq; ꝓ vulnerare. Idem in eodem. Hũc primum leuis haſta themillæ ſtrinxerat. Quandoq; ꝓ attenuare: componere quod ſtringẽdo fieri ſolet: vt & ſtringite remos. Stringere enſem eſt nudare. Idem li. xi. Strictum rotat acer lucagus enſem. Huius compoſita ſunt Aſtringo: quod eſt iuxta ſtringo. Conſtrĩgo ſimul totũ ſtringo. Col. li. vi. Si eodem ſcrobe duas aut tres arbuſculas voles cõſtituere: curato ne pariter ſe conſtringant. Diſtringo valde ſiue diuerſis modis ſtringo. Deſtringo deorſum: aut valde ſtringo excido. Col. li. v. Iam vero muſcus qui more compedis crura vitium & vineta comprimit ſituq; veterno macerat ferro diſtringendus & eradendus eſt: atq; hoc in ima parte vitis. Extringo extra ſtringo. Hiero. ad Chteſi. Tamen in preſenti epiſtola hoc breuiter extrinxiſſe ſufficiat ꝙ iuſti appellẽt

non quo omni vitio careāt: ſed ex maiore parte vi
tutū. Obſtringo: Perſtringo: Præſtringo: Rreſtrin
go: & Subſtrigo. Col. li. ii. Boues cum ab opere diſ
iunxerit ſubſtrictos confricet: manibuſq; compri
mat dorſum.

¶ Strictim aduerbium ſignificat ſingula ſtringen
do. Vñ ſtrictim referri dicimus ea q̄ cū ſpſa ac diffu
ſa eſſent: breuiter & quaſi ſummatim colliguntur.

¶ Stricte ſignificat arcte: a quo formantur ſtrictius
& ſtrictiſſime.

¶ Strictiuæ oliuæ: quæ manu colliguntur ad diffe
rentiam caducarum.

¶ Stricture ꝓprie dñr ſcintillæ quæ de ferro cāden
ti micant euntq; cum maſſa malleis tunditur: aut q̄
ſtricte emittuntur. i. celeriter: aut q̄ oculos ſuo ful
gore perſtringūt. Virg. li. viii. Strictureæ chalybum
& fornacibus ignis anhelat. Ser. vero ait. Strictura
eſt terra ferri in maſſam coacta. ibiq; ponitur ſtrictu
ra pro ferri maſſis.

¶ Strigones denſæ virium hoies q̄ in ſe cōſtricti
atq; arctati ſint.

¶ Strigæ ordines rerum inter ſe continuatæ collo
catæq; q̄ vna ſint ſtrictæ. Col. li. ii. Vtrumq; ſicca
tum coarctabimur in ſtrigā: atq; ita manipulos vin
ciemus. Itē longitudo maior, latitudine dicitur Stri
ga: a quo Strigatus ager vocat qui ꝑ ſtrigas creſcit
a ſeptētrione in meridiem.

¶ Strigoſus a. um. q̄d eſt exhauſtum & macilentū:
quaſi ſtringoſum. Vnde Iumēta, ſtrigoſa dicta ſunt
q̄ corpora eoq; reſtricta ſint fame aut alia vitii cau
ſa. Col. li. vii. Q̄z q̄ poſſit huic aliquatenus cōparari
q̄ ꝑ generat onager: niſi & indomitū & feruire con
tumax ſyluestri more ſtrigoſum patris p̄ ferret habi
tum. Et li. viii. Placide ac lente pabuletur vt & largi
ſit vberis & non ſtrigoſiſſimi corporis.

¶ Strigmenta: ſordes quę ex corporibus raduntur
Vnde ſtrigmenta olei dicimus cæromata. i. ſordes
olei quæ ex vnctoq; athletarum corporibus raduñ
Ply. Notū eſt magiſtratus honoris eius octogenis
ſeſtertiis ſtrigmenta olei vendidiſſe.

¶ Strigil. Inſtrumentum ꝓprie e ferro dentatum: a
ſtringendo. i. radendo quo equos & id genus tumē
ta expolire ſolent equiſones e corpore ſordes abra
dendo. Eo vtebant veteres ad radēdas ſordes cor
poris ſudorēq; tergendum præcipue in balneis ante
q̄ comederent ex auro argento ferro: interdū etiā
lapidibus quibuſdā vt nunc linteis. Perſius. I puer
& ſtrigiles criſpini ab balnea defer. Quidam ſtrigi
les accipiunt ꝑ pectinibus fricatoriis quos indi ex
hebeno faciebant. Legim⁹ apud Stra. li. xv. de mo
ribus indoq; : Illos exercitium p̄cipue frictionem
ꝓbare & maxime ſtrigilibus hebeni læuibus corpo
ra expolire: reges quoq; corpora ſtrigilū perfrictio
ne curare. Strigiles etiam ſunt velaria vnde athle
tæ poſt laborē ſtringuntur. Ply. de ſpongia. Cinis
eius plurimū ꝓficit contra ſcabricies genaq; & quic
quid opus diſtringere p̄ſtat & ſtrigilum vicem: lin
teorumq; affectis corporib⁹. Alii ſtrigilem accipiūt
pro quodam vaſis genere. Stra. Inde ſtrigilum &
ampullarum artifices mature euaſerūt. Plau. in pſa.
Ampullam ſtrigilem ſcaphium ſoccos palliū mar
ſupium habeat. Ct. li. iiii. de fi. Si ad illam vitā quæ
cum virtute degat ampulla aut ſtrigilis accedat. Et
in hiſpania ſtrigiles etiam vocabant auri paruulas
maſſas. Item ſtrigil aluminis genus pumicoſum &
foraminum fiſtulis ſpongiæ ſimile rotundumq; na
tura. Col. Celſus. Medicamentum in aurem ꝑ ſtrigi
lem inſtillari iubet. Strigiles etiamnum ſermōe ver
naculo piſculi quidam dicuntur: quoq; frequens fit
captura per hyemes. Hanc dictionem Priſ. a ſtrigo
vel a græco στλεγγις deduci exiſtimat.

¶ Strigilecula dimi. a ſtrigil, ꝑ vaſe. Apul. Strigi
lis & gutti ſpeciē graphice deſcribēs ſic inquit. Qui
magno incœptu p̄dicauit fabricatum ſemet ſibi
ampullam quoq; oleariam quam geſtabat lēticula
ri forma tereti ambitu preſſula rotunditate fixtaq;
honeſtam ſtrigileculam recta faſtigiatione clauſulę
flexa tribulatio ligulæ: vt & ipſa i manu capulo mo
raretur: & ſudor ex ea riuulo laberetur.

¶ Strigiū veſtis hiſpanica. Plau. Nudus eſt iurat ſe
tribolo ſtrigium oppigneraſſe.

¶ Strix ſtrigis auis quædam nocturna & importu
na a ſtridendo dicta. Luc. libro. vi. Q̄z trepidus bu
bo q̄ ſtrix nocturna querunt. Aggredit pueros nu
tricis egentes: & ex illorum corpuſculis vitalem ſā
guinem abſorbet. A cuius auis nocumento ſtriges
appellamus mulieres puellulos faſcinātes ſuo cōta
ctu & lactis munerūq; oblatione. Serc. Præterea ſi
forte premit ſtrix atra puellos Viroſa īmulgens ex
ertis vbera labris. Striges etiam ſunt olera vilia: vt
apud Plau. in pſeu. Hei hoies cœnas ſibi coquūt cū
condiunt: non cōdimentis condiunt: ſed ſtrigibus
Iuue. Et ſonat vnctis ſtrigib⁹. ¶ Legit ſtrigilibus.

¶ Striæ & ſtriaturæ: ſunt quaſi canaliculæ & ſulci q̄
bus quoddam colūnarum genus excauatur. Victr.
lib. iii. Colūnaq; ſtriæ faciendæ ſunt. xxiiii. Ita exca
uatæ vt norma in cauo ſtriæ cum fuerit conſecta cir
cumacta anconibus ſtriarum dextra ac ſiniſtra tan
gat acumen. Hinc ſtriatas columnas dicimus quæ
ſtriis diſtinctæ ſunt. Ply. li. xxi. Candor eius eximi⁹
foliis foris ſtriatis. Apul. Frontem ſtriatam vocat
contractam caperatamq; & quaſi fulcos facientem
p̄ triſtitudine. Striare etiam videntur boues cū pa
cto aut non peracto priore verſu alius init. Hoc aūt
fieri dum boues adhuc in priore verſu anhelant nō
conuenit.

¶ Strimon fluuius thraciæ. Vnde fit Strimoni⁹ a.
um. Virg. li. i. Ge. Strimoniæq; grues: & amaris in
tyba fibris. Deprimitiuo idem. Rupe ſub aduerſa
deſerti ad ſtrimonis vndam.

¶ Strobilus nucleus pineus ſimiliter & arbores nu
cleos pineos ferentes ſtrobili dicunt apud Dioſco.
& Galenum.

¶ Strophas adis. latine conuerſio vertigo.

¶ Stropha acumē ſubtilitas ab στροφη cōuerſio
Hiero. cōtra Ruf. Vis ſcire totas argutiaq; tuarum
ſtrophas vel ſpecularū inſidias?

¶ Strophos dolor inteſtinorum quos tormines la
tini vocant.

¶ Strophius ꝓprium nomen phocenſis regis.

¶ Strophiū faſcia pectoralis quæ virginalē tumo
rem cohibet papillarum. Turp. Me miſeram q̄ in
ter vias epiſtola excidit mihi infœlix inter tuniculā
ac ſtrophium collocaram. Strophia etiam corona
ab inſigni quod imponebatur capitibus ſacerdotū
quod απο του στροφαειν: hoc eſt vertendo. Ply.
libro. xxi. Tenuioribus vtebantur antiqui coronis
ſtrophia appellantes. Huius diminutiuum eſt ſtro
phiolum.

¶ Strophades ſunt duæ inſulæ in mari Ionio quæ

antea plotæ vocabantur. Virg. Accipiunt ſtrophades graio ſunt nomine dictæ inſulę ionio ī magno. Dictæ ſtrophades ab στροφη conuerſio. Suidas autem στροφιον τοσ τροττυλον ζωναριον & ſubdit ωσ στροφιον Διαδηματι ωσ και οι ιερεισ φορουσι.

¶ Strongylos & Strõgyle es. pe. cor. Inſula in mari ægęo: vna ex æoliis ſic dicta qa ſit rotunda & globoſa quod ſtrongylon gręce deſignat. Hec vt Ply. lib. iiii. ſcribit vinearum fertilis eſt cuius ambitus patet ſtadia. xv. milibus paſſuũ Ea nũc Naxos: ſed antea dia vocata. Syr. li. xiiii. Mille agathina dedi perflataq; ſtrongylos hauſtris.

¶ Stroma atis. omne quod ſternitur: a quo fit peri-ſtroma.

¶ Struo is. xi. ctũ. ordino ſeu ordinate apto. Liui. lib. i. Poſtq̃ ſtructi vtrinq; ſtabant cum paucis pcerum in mediũ duces pdeunt. Compoſita huius verbi ſunt Adſtruo: Conſtruo: Deſtruo: Extruo: Inſtruo: Obſtruo: Pręſtruo: Subſtruo: & Supſtruo: q̃ ſcdm vim p̃poſitionum ſignificant. Hiero. ad Terentiam. Hinc valles ſubſtructionibus opplendo. Cypri. Ad certamen animus ante pręſtruitur qñ ſe aduerſarius confitetur.

¶ Structilis & hoc ſtructile. pe. cor. vt Structiles colũnæ quæ non ſunt ex vno lapide: ſed ex multis.

¶ Structor qui aliquid ordinat. Ponit & p cellario qui inſtruendæ menſæ & cibo curam habet a ſtruendo. i. ordinãdo & componendo qui cultello ſcindit in fruſtula. Mar. Et quæ non egeant ferro ſtructoris ofellę. Qui vero conuiuii princeps eſt Architriclinus vocatur.

¶ Structura ædificium ſiue cõpoſitio & ordinatio. Col. li. i. Igitur ad ſtructuræ cum primũ ſtatim fũdamenta iaciuntur: euitandum eſt.

¶ Strues a ſtruo pprie lignorum congeries eſt. Et ſtrues dicitur genus libi quod addebatur in ſacris. Ouid. libro primo faſ. Hæc adolet flammis cũ ſtrue farra ſuis.

¶ Struma tumor vel morbus qui a ſcrophis quæ id morbi patiunt Scropula dicitur. Inquo ſub tus cõcretæ quædam & puræ & ſanguineæ quaſi glandulę oriuntur. Inde ſtrumoſi dicuntur qui id vitium patiuntur. At Cor. Cæl. ſcribit. Strumam extantia q̃dam in tergo. Gibbus vero in pectore. Alii ſtrumã vitium gutturis eſſe putant. Catul. in opprobrium dixit. Stella in curuli ſtruma nonius ſedet. Inde ſtrumoſus. Iuue. Nec prætextatum rapuit nero loripedem vel Strumoſum atq; vtero pariter gibboq; tumentem. Ply. lib. xi. Guttur homini tantum & ſuibus in tumeſcit aquarum quæ potantur plærumq; vitio propter quod quædam tubera ſpongioſa per corpus aliquãdo inſperſa ſcrophulæ dicũtur quæ etiam ſub ſtrumę appellatione continentur: vt rectius ſtrumulæ quaſi paruæ ſtrumæ q̃ ſcrophulæ nominentur.

¶ Struthius & p fœ. Struthio auis eſt corpore grãdis grauiſq;. Hiero. in Iob. Pẽna ſtruthionis ſimilis eſt pẽnæ herodii & accipitris.

¶ Struthiocamelus: maxima auiũ eſt ſi tñ auis eſt dicenda cum pennas duntaxat habeat vt adiuuent ad currẽdum cætero volucris non ſit nec a terra tollatur. Vngulas habet ceruis ſimiles biſulcas comp̃hendendis lapidibus vtiles quos in fuga contra inſequẽtes pedibus ingerit. Concoquit quęcũq; deuorat ſine aliquo delectu. Mira in eo ſtoliditas. Etenim in tanta corporis altitudine ſi colla frutice occultauerit latere ſe putat. Oua eius in pretio ſunt propter amplitudinem & pẽnæ quia galeas variis coloribꝰ infectæ adornant.

¶ Studium eſt vehemens applicatio animi ad aliquid peragendum. Accipitur quandoq; pro exercitatiõe: vt cum dicimus ſtudia litterarum. Col. & ne ſingula perſequar ei ſtudio: quod quiſq; agere velit conſultiſſimum rectorem adhibeat. i. exercitio vel operi vel arti. Quandoq; p diligentia. Quandoq; pro fauore ſeu amore. Sal. D. Syllanum certe ſcio quæ, dixerit ſtudio teipu. dixiſſe. Quandoq; pro voluntate: vt Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

¶ Studioſus modo aſſiduum ac perſeuerantem ſignificat. Ci. ad herẽ. Ideoq; bonis viris & ſtudioſis amicus erat. Modo cupidum & alicui rei deditũ atq; additum: vt ſtudioſus laudis. i. cupidus & ſtudioſus cæſaris. id eſt amator vel beniuolus. Ci. Cecinæ. Vi ri ſunt optimi & tui ſtudioſi & mei neceſſarii. Hinc fit Perſtudioſus. Idem in Cato. Attribuito litteris græcis quarum conſtat eum perſtudioſum fuiſſe in ſenectute.

¶ Studeo ſtudes ſtudui itũ. ſtudium adhibeo. Do. opã alicui rei. Cęſar cõ. i. Cupiditate regni adductꝰ nouis rebus ſtudebat. i. vacabat: conſtruitur etiam cum ablatiuo mediante in vel etiam accuſatiuo prę ſertim ſi aliquid ſtudioſius legimꝰ. Titi. in pſal. Ferentinatis populus greca ſtudet. Et ſtudere eſt amare: ſiue fauere. Sal. Neq; ſtudere neq; odiſſe: ſed minime iraſci decet. Oui. libro nono me. Cui ſtudeat deus omnis habet. Item Eniti. Ci. lib. i. offi. Quorum vero patres aut maiores aliqua gloria pręſtiterunt: ii ſtudent plerunq; in eodem genere laudis excellere. Lact. lib. iii. duo ſignificata eius comprehendit. Qui ſapientię ſtudet vtiq; modum ſapit: ſed vt ſapere poſſit ſtudet.

¶ Stupa linum vile quod lini cortici proximum ẽ: vt inquit Ply. ab greco στυππειον quod ſtupam ſignificat vel a ſtipando q; ea ſtipentur naues. Hinc Stupeus a. um. Virg. Subiiciunt lapſus & ſtupea vincula collo.

¶ Stuprum eſt coitus lege vetitus qui duplex eſt. Vnus cum nupta quod adulterium dicitur: aut cum puero aut cum ſanguine coniunctis: ſiue ſacris caminibus aut cum vis affertur: cuilibet perſonę etiã ſi ancilla ſit. Aliquando ſtuprum ponitur pro turpitudine. Neuius perire malunt ibidem q̃ cum ſtupro redire ad ſuos populares. Enn. Fœde ſtupreq; caſtigor quotidie turpiter.

¶ Stupro as. vitio ſtupro. Plau. in aul. Is adoleſcẽtis illius eſt auunculus qui illam ſtuprauit noctu cereris vigiliis. Cice. li. iiii. ad heren. Qui violaſſet ingenuam: matrem conſtrupaſſet.

¶ Supeo es. pui. ſignificat quodam modo ſenſum rerum non habere. Perſius. Sed ſtupet hic vitio. i. inſanus eſt factus vitiis. Iungitur & cum accuſatiuo. Ci. de fi. bo. Hęc cum loqueris varrones ſtupemus. Huius cõpoſita ſunt Obſtupeo & Subſtupeo a quibꝰ Stupeſco: Obſtupeſco: Stupefacio: Obſtupefacio: Stupefio: & Obſtupefio.

¶ Stupor eſt alienatio quędam ſenſuum q; ſcilicet ſenſus conſtipentur.

¶ Stupidus quandoq; pro ſtupefacto: q̃q; p inſẽ

ſato accipitur. Vnde ſtupentia ſiue ſtupida dr quã do vel paruũ vel nullũ habent ſenſum.

¶ Stultus imprudens improuidus. Nam et multi nõ inſipientes aliquando ſtulte aliquid vel agũt vel loquũtur. Fatuus plene inſipiens. A fra. Ego ſtultũ me exiſtimo fatuum eſſe non opinor. Inſanus qui abiecta ratione cũ furore & impetu oĩa facit. Rudis qui nunq̃ didicit. Stultitia quattuor modis dignoſcitur. Aut cum non venerit in mentem qđ oportet Aut ſi venerit: non tenere: aut bonum conſilũ nõ admittere: aut malum admittere. Hinc Heſiod⁹ ecõuerſo. Optimus ille quidem qui per ſeſe omnia noſcens Pręceptor ſuus ipſe ſibi meliora peregit. Ruſus & ille bonus monitus qui recta ſequet. Qui non ipſe ſapit neq; credit recta monẽti: Hic nullam in ptem vtilis eſt.

¶ Stypticus idem quod ſtrictius ab στυφω obturo ſtringo.

¶ Stymna eſt ſpiſſamentum & domitura vnguenti: vt inquit Dioſcorides.

¶ Stymphalus lacus in arcadia in cuius ripis erat Stymphalum oppidum. Ouid. lib. ii. faſ. Teſtis erit pholoe teſtes ſtymphalides vndę. A ſtymphalo lacu ſtymphalides aues appellatæ ſunt tantæ magnitudinis: vt ſolis radios obumbrare dicerentur oẽm arcadiam deuaſtantes. Hiero. Cerberũ & ſtimphalidas narrant fabulæ poetarũ. A ſtymphalo oppido fit Stymphalius a.um. & Stymphalis idis. Hiero. cõtra Ioui. Ariſtoteles Orcomeni tyrãnus adamauit virginem Stymphalidem quę cum patre occiſo ad templũ dianæ conceſſiſſet: & ſimulachrum eiꝰ teneret nec vi poſſet auelli: in eodem loco cõfoſſa eſt Ob cuius necem tanto omnis arcadia dolore commota eſt: vt bellum publice ſumeret: & necem virginis vlciſceretur.

¶ Styx gis. generis fœ. ppie mœſtitiam deſignat στυγνος enim triſtis dicitur στυγναζω mœreo: vel dicitur ab στυγω timeo odi q̃ terrori omnibus ſit. Virg. Stygiamq; paludem dii cuius iurare timẽt & fallere numen. Fingitur a poetis q̃ ſit infernalis palus cum ſit fons in arcadia exitioſus animalibus cuius aqua ilico necat ex nimio frigore: vtpote cũ perfluens ipſa ſtatim lapideſcat. Tradunt hac aqua æs ferrum erodi & omnia vaſa in ea miſſa frangi pter cornea. Eſt & alia palus in ægypto iuxta memphim quam veteres ſtyga vocauere. Hinc Stygius a.um. Seneca. Hic ſæuus vmbras territat ſtygius canis. Ariſtophanes autẽ in ea comœdia: quæ βατραχοσ επιγραφεται ενταυθεν αυλων τισ οιτωσι περι εισιτωνη οψει τεφωσ καλλιστον ωσ τωτερ ενθαδε και μυρρινωνασ και θιασουσ αυδαιμονασ αγδρων γυναικων και κροτον χειρων τοσλυν. Nam ſtyx p̃xima eſt elyſio.

¶ Suauis dulcis: a quo ſuauitas & ſuauitudo p̃ dulcedine. Plau. Suauitudo mea. Quoꝝ contraria ſũt Inſuauis auſterus aſp. Inſuauitas inſuauitudo. Ad uerbia ſuauiter inſuauiter: ſuaue & inſuaue. Virg. Et ſuaue rubẽs hyacinthus.

¶ Suadeo es. ſi. ſum. ſcđm naturam biſyllabum eſt licet multi triſyllabum putent. Quod & ſi inueniaſ ſolutio dicẽda ẽ a ſuaue & do p̃ dico cõpoſitũ eſſe q̃dam arbitranſ. hoc eſt ſuaue dico. Eſt enim ſuadere accõmodatis & ſuauibꝰ verbis aliquem i opinionẽ noſtram inducere conari: hoc eſt hortari aliquẽ ad id qđ intendimus. Cuius cõtrariũ eſt diſſuadere: Deperſuadeo ſupra habitum eſt.

¶ Suadela pe. p̃. ſuaſio dicit.

¶ Suaſorius a.um. qđ ad ſuadendũ ptinet: vt Suaſorii munꝰ. i. officiũ ſuadẽdi. Et pars deliberatiua a rhetoricis ſuaſoria dr.

¶ Suaſũ color ex ſtillicidio fumoſo in veſtimento albo. Sunt & q oẽm colorẽ ſuaſum velint appellari: q̃ quaſi pſuadeaſ in alium colorem tranſire.

¶ Suauiũ qđ & fauiũ dr p diminutionẽ. i. voluptas dr. Ter. O thais meum ſuauium.

¶ Suauior aris. & Sauior ſignificat cum voluptate aut p̃ gaudio oſculor. Catul. ad Veraniũ. Lucidũ os oculoſq; ſuauiabor. De hoc etiã in Diſſauior.

¶ Suapte ſua ipſius natura: & Suopte ſuo ipſius: ſicut Meopte meo ipſius. Ci. li. i. tuſ. Terrena & humida ſuopte nutu & ſuo pondere ad pares angulos in terram & in mare ferantur.

¶ Sub præpoſitio & ſeparatur: & componitur. Separata aliquando denotat tempus & accuſatiuo iũgitur: ſignificatq; circa vel per. Virg. Sub lucem exportant calathis. id eſt per lucem: ſeu aduenente luce. Aliquãdo ponitur pro in: vt Sub idem tempus ſub eandem horam. id eſt in eodẽ tempoae in eadẽ hora. Oſ q̃ & per idem tempus & per eãdem horam vel circa idem tempus: & circa eandem horam exponi poſſit. Liui. Vtrin̄ legati fere ſub idem tempus ad res repetendas miſſi. Sue. de Augu. Sub horam pugnæ tam arcto repente ſomno deuictus vt ad dandum ſignum ab amicis excitaretur. Aliquãdo pro ſtatim poſt: vt Sub hæc verba. Ci. planco. Sub eas autem redditę ſunt. Aliquando ſignificat adlocum & pro ante ſumitur. Virg. Poſteſq; ſub ipſos nituntur gradibus. Aliquando in loco & p̃ ſub ter capitur cõſtruiturq; cum ablatiuo. Idem li. viii. Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu. Item cũ ablatiuo accipitur pro in: vt apud eundem. Namq; ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo. Item p̃pe: vt Quo deinde ſub ipſo ecce volat. Item ſignificat cum: vt Sub ſarcinis. id eſt cum ſarcinis. Compoſita & plærũq; localẽ ſignificationem retinet quæ illi ppria eſt: vt ſubeo ſuppono. id eſt ſubter. Interdũ ſignificat infra: vt caudãq; remulcens ſubiecit pauitatẽ vtero ſyluaſq; petiuit. Interdũ diminutionẽ: vt ſubdubito ſubiraſcor. id eſt aliquãtulum. Eſt enim vt Do. inquit Temperamentum plene p̃nunciationis. Interdũ ſignificat ſupra: vt Corpora ſaltu ſubiiciunt in equos. id eſt ſupra iaciunt. Interdum proſpere: vt Succedit. Interdum poſt: vel q̃ primũ: vt ſubſequor. Interdũ contra vel p̃pe: vt Subſiſto Cęſar. Audacius ſubſiſtere: nõ nũq̃ & nouiſſimo agmine prælio noſtros laceſſere. Interdum prudẽter ſeu diligenter: vt Subſeruio. Interdum in promptu: vt Quomodo ratio non ſubeſt. Interdum latenter: vt Suppilo. Interdum ſenſim: vt Surrepo. Interdum adhuc. Liui. Tanq̃ ſpes ſubeſſet. Componitur autem fere cum omnibus litteris: A: vt ſubaro B: vt ſubbibo C: vt ſuccido D: vt ſubdo E: vt ſubeo F: vt ſuffero G: vt ſuggero H: vt ſubhaſto I: vt ſubiungo L: vt ſubleuo M: vt ſubmoueo N: vt ſubnecto O: vt ſuborior P: vt ſuppono R: vt ſurripio S: vt ſubſanno T: vt ſubtraho V: vt ſubuenio. Sed quotiens ſubiungitur vocalibus vel b.d.h.l.n.ſ.t. remanet b integra in aliis mutatur b in litteram

frequentem:niſi in ſubrideo:ſubrogo:ſubruo. Suſtineo vero ſuſpiro:ſuſpicor:ſuſpicio:ſuſtuli:ſuſtollo & hmõi ſine b ſcribenda ſunt: quia non a ſub: ſed a ſuſũ ſiue ſurſum compoſita ſunt.

¶ Sub corona venundari captiui dicebant quia coronati vendebant.

¶ Sub iugum dicebantur hoſtes miſſi eẽ; quia duabus haſtis in terra defixis: tertiaq; ſupligata iermes ſub ea tranſire cogebantur.

¶ Sub manu vulgaris locutio: & ſignificat ſtatim: ꝓpoſitq; momentũ quaſi de manu in manũ. Seneca. libro decimo epiſtolarũ ad Lucil. Conſiliũ naſci ſub die debet & hoc quoq; tardũ eſt nimis ſub manu quoq; quod aiunt cõſilium naſcatur. Sue. de Aug. Et quo celerius ac ſub manu annũciari cognoſciq; poſſet quod in ꝓuincia quaq; gereretur: iuuenes primo mbdicis interuallis per militaris vias dehinc vehicula diſpoſuit.

¶ Sub vitem haſtas iacere dicebatur veles cum ſub manũ ſurſum haſtam mittebat. Sub vitem prẽliari milites dicebantur cũ ſub vinea militari pugnabãt Sub vineam iacere cum adſtantibus centurionibus ſudes iacere cogebantur.

¶ Subactus a.um. Vide in dictione ſubigo.

¶ Subagito as. ſignificat Ineo. Plau. Dũ ille meretricem ſubagitat: ego quieſco.

¶ Subaquaneus a.um. qđ ſub aqua manet vt ſcopulus ſubaquaneus.

¶ Subalaris & hoc ſubalare: qđ ſub alis eſt. Vñ ſcribit. Lãpri. Heliogabalũ ſolitũ fuiſſe in accubitis habere plumas ſubalares.

¶ Subcerniculũ farinariũ cribrũ: qđ; fit ſetis equorum quẽadmodũ excuſſorium & pollinarium fit ſupra dicto. Excuſſoria cribra ſunt quibus furfur ſecernitur. Pollinaria quibus pollen. hoc eſt groſſior puluiſculus farinę diuiditur.

¶ Subcinericius a.um. quod ſub cinere coq̃tur. Vnde ſubcinericium panem legimus.

¶ Subdo ſubdis ſuppono ſubicio. Cato de re ruſ. Ignem ſubdito: vbi bullabit vinum ignem ſubducito: & ſubdere ſubiũgere. Quintil. His dictis & alia ſubdidit.

¶ Subditus qui alicuius imperio ſubiect⁹ eſt ſubditum etiã ptũ dicimus ſuppoſitũ. hoc eſt ſublatũ ab ea muliere q̃ peperit: & alteri appoſitũ. Item apud iuriſcõſultos ſubditũ teſtamentũ dicitur: cum vero teſtamento occultato aliud clam fuit appoſitũ. Subditus iudex qui loco mortui datur.

¶ Subditiuus qui ſubditus eſt. Plau in am. Subditiuus eccum exit foras.

¶ Subditicius ſuppoſititius. Vnde a plauto Iupiter dictus eſt ſubdititi⁹ Amphitrio. Sue. Nõ modo veſtus cẽſoria quadam virgula notare & libros qui falſo viderentur inſcripti tanq̃ ſubditicios ſummouere familia permiſerint ſibi.

¶ Subdolus pe.cor. occulte decipiens.

¶ Sub dio aliquid eſſe dicim⁹ quod nõ eſt ſub tecto ſed in nudo & ſub cælo. Aliter dicitur ſub Ioue ab eo q̃ græci iouẽ τον Δια dicunt. Hor. li. car. Vitãq; ſub dio & trepidus agat: hinc ſubdialia pauimẽta & ſubdiales de ambulationes quas Victr. græco vocabulo vocat hypetras.

¶ Subdiale quod ſub dio ꝓmanet. i. ſub aere. Ply. Illa ſup terram ex ſubdialibus petris cæditur. Hæc ex obtutis Subdualia a græcis primo habita quibus contegerent domus ex tũſa teſta & pedali craſſitudine fiſtucata. Terratium nunc appellatur.

¶ Subduco ís. pe. ꝓ. ſubter duco. Interdũ ſubtraho Cato. Ignẽ ſubdito: vbi bullabit vinũ ignẽ ſubducito. Sunt em̃ contraria ſubdo & ſubduco. Iuue. Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus. Interdũ ſurripio. Virgi. Et ſuccus pecori & lac ſubducit agnis. Interdum ſurſum duco leuo extollo. Idẽ. Qua ſe ſubducere colles Incipiũt. Hic ſubducere naues dicimus in terram trahere q̃ terra mari altior ſit ſicut e contrario deducere in mare e terra ducere. Idem. Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem. ꝑ lau. ĩ cal. Ibo intro vt ſubducam nauim rurſum in puluinarium. Interdum ſubducere cũ hoc noſe rõ ſignificat cõputare calculare. Ci. lentulo. Rõnibuſq; ſubductis ſũmam feci cogitationũ meaꝝ. Plau. in cap. Subducã ratiũculam quantillũ argentũ mihi apud trapezitã ſiet. Et ſubducere eſt furtim ſubtrahere. Idẽ ĩ cur. Propino magnũ poculũ: ille bibit: caput ponit: cũ dormiſcit ego ei ſubduco in anulum. Sal. Præterea ex gregariis militibus quẽq; armatum in prima acie ſubducit. i. extrahit & alibi locat.

¶ Subeo is. iui. vel ſubii itũ. ingredior. Cæſar. cõ. l. Qui intra annos quattuordecim tectũ nõ ſubiiſſent Lac. Siue virtutes inſeras vitia ſua ſpõte decedent ſiue vitia eximas virtutes vltro ſubibunt Paſſiuũ ꝑ tulit. Iuue. Q; ſi ſubeuntur proſpera caſtra. Et ſubire eſt ſuſcipere aut pati: vt ſubeo periculũ ſubeo crucem: mortẽ. Ci. li. iii. offi. Qui retinendi officii cauſa cruciat⁹ ſubierit vltro. Itẽ ſuccreſcere. Virg. Ne ſubeant hærbę: neu puluere victa fatiſcat. Itẽ ĩ memoriã venire. Et mõ cũ datiuo: mõ cũ actõ conſtruitur: vt ſubiit mihi. Curtius Sera pœnitentia ſubiit regẽ. i. in mentem vel in memoriã venit. Itẽ ſubdere ſupponere. Virg. li. x. Aeneas ſubiit mucronem ipſum q̃ morando Suſtinuit. Item extolli. Ply. Sed hi rationẽ afferũt q̃ leuiſſima ſit imbriũ ciſternarũ aqua vt quæ ſubire potuerit & pendere in aere. Idem. Nec leuitatis in pluuia aqua argumentũ eſt ſubiiſſe eã in cælũ cũ etiã lapides ſubiiſſe appareat. Item ſuccedere. Var. In quarũ locũ ſubierũt in q̃linæ impietas ꝑ fidia impudicicia. Itẽ rñdere ſeu reſiſtere. Ci. in ver. Diuinatione poteris ne orõneẽ eius ſubire? Itẽ aggredi. Hiero. Nũc deprecor deſideri chariſſime: q̃ me tantũ opus ſubire feciſti.

¶ Sub fibulũ. Vide in dictione Fibula.

¶ Subhaſtare eſt ſub haſta mittere: hoc eſt ꝑ auctionẽ vendere. Haſta em̃ erat virga quæ dabat cũ ptãs alicui daret de aliqua merce.

¶ Subigo is. pe. cor. ſignificat cogo. Sal. Ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit. Q ñq; Subigere eſt ſubiicere domare. Idem. Poſtea vero q̃ in aſia Cyrus in græcia lacedæmonii & athenienſes cœpere vrbes atq; nationes ſubigere. Q ñq; ſummittere: vt ſubige ſub arbore pecus. Q ñq; acuere. Virg. li. vii. Pars lęues clypeos & ſpicula lucida tergũt Aruina pingui: ſubigũtq; in cote ſecures. Q ñq; attrectare: agitare. Cato. Farinam in mortariũ indito: aquam paulatim addito ſubigitoq; pulchre. Q ñq; bene arare bene colere. Virg. Ante iouem nulli ſubigebãt arua coloni. Col. li. ii. Sequitur vt tempora quoq; ſubigendi arui præcipiamus. Cice. per tranſlationem libro ſecũdo de ora. ꝑ exercere poſuit. Subacto mihi ingenio opus eſt: vt agro nõ ſemel arato: ſed nouato & iterato. Quandoq; ſuffodere. Virg. lib. ii. Ge.

Tamen hęc quoq; ſi quis Inſerat aut ſcrobibus mã
det mutata ſubactis. Quãdoq; ſubagitare. Ci. Gal
lam ſubigo. Q ficq; ſurſum agere. Et tũc a ſus: quod
ſignificat ſurſum componitur. Vir. li. i. Ge. Non ali
ter q̃ qui aduerſo vix flumine lembũ Remigiis ſubi
git. A ſubigo fit aliud compoſitum Proſubigo: de
quo ſupra.

¶ Subiicio is. pe. cor. ſuppono. Virg. Et ramea co-
ſtis ſubiciunt fragmenta. Et illud ſubliciẽtibus pru
nas inſultat leuitat chriſti. Aliquando ſubiugo. Ci-
cero. Tot ſibi populis repente ſubiectis. Aliquan-
do ſurſum iacio. Virg. Et corpora ſaltu ſubiiciũt in
equos.

¶ Subices p. cor. dſir ſubiecti. Ennius. Ergo deum
ſublimis ſubices humidus vnde oritur imber ſoni-
tu ſæuo & ſtrepitu.

¶ Subiecto as. ſępe ſubiicio. Vir. Nigrãq; alte ſub
iectat arenam.

¶ Subiacto as. ſępe in altũ iacto: quod fit cum in a
reis frumẽta a paleis ſecernũt. Var. His tritis opor-
tet e terra ſubiactari vallis aut ventilabris cum vẽ-
tus ſpirat lenis. Ita fit vt quod leuiſſimũ eſt i ea atq;
appellat acus euãnetur foras: ac frumentum qđ eſt
ponderoſum purum veniat.

¶ Subitus a. um. Subeo is. idem quod repentinus.
Virgi. Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus ori-
on. Hinc Subito aduerbium. Mar. Nam ſubito col-
lapſa ruit.

¶ Subitarius a. um. repentinus licet quandoq; pro
extemporali ſumatur. Gel. Quid ſibi vellet ſubi-
taria dictio.

¶ Subitaneus a. um. eo modo dicit quo ſubitarius
vt Subitanea mors.

¶ Subitatus a. um. quod eſt ſubito mutatũ. Cypria
nus ad cornelium. Steterunt fortes & ipſo dolore
pœnitentiæ facti ad prælium fortiores vt appareat
nuper ſubitatos eſſe & nouæ atq; inſuetæ rei pauore
trepidaſſe.

¶ Subinde cũ accẽtu in antepe ſignificat deinde vl
ſtatim poſt. Hor. Si recte dicet primũ gaudere ſubi-
de Pręceptum auriculis hoc iſtillare memẽto. Liui.
Vno alteroq; ſubinde ictu ventrẽ atq; inguina hau-
ſit. Interdum ſignificat frequenter ſiue vt ꝓprie di-
cam identidem: hoc eſt crebro cum quodam inter-
uallo. Suc. Tibe Leua natura ne in puero quidem la
tuit quã Theodorus Gadareus & proſpexiſſe prim⁹
ſagacitter & aſſimilaſſe viſus eſt ſubinde in obiurgã
do appellans eũ lutũ a ſanguine maceratum.

¶ Subiugo as. pe. cor. debello & ĩpio meo ſubiicio
quaſi ſub iugo pono. Lact. li. iii. Totũ hoiem alienę
ditioni ſubiugauerunt.

¶ Subiugalis ſub iugo aſſuetus: & domitus. Vnde
pullus ſubiugalis in euãgelio legitur.

¶ Subiungo is. addo. Vnde ſubiunctiuus modus
dictus eſt: quia ſubiungitur alteri verbo. Nam eget
aliqua re vt impleat ſententiam: vt ſi dico. Cum cla
mẽ quare me tacere dicis? Ideo ergo ſubiunctiuus
modus dictus eſt: quia ei coniungitur aliquid: vt ſẽ-
tentia locutionis plena ſit.

¶ Sublabor pe. ꝑ. ſignificat prætereo ſiue latenter
decurro aut fugio.

¶ Sublabro as. pe. cor. intra labra mitto. Neuius iã
ego illis ſubiens ſublabrabo eſui illud ſynciput.

¶ Sublego is. pe. cor. furto aliquid ſurripio. Virgi.
Vel quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper.

¶ Sublego as. pe. ꝑ. ſubſtituo. Iuſti. lib. iii. Senatu
cuſtodiã legũ populo ſublegandi ſenatum vel creã
di quos vellet magiſtratus ptãtem pmiſit.

¶ Subleſta infirma leuia friuola debilia. Plau. in p
ſa. Grauior paup fides ſubleſtior. Idem dixit vnũ
ſubleſtiſſimũ: qa ĩfirmos facit vel corpore vel aĩo.

¶ Subleuo as. pe. cor. alleuio auxiliũ pręſto defen-
do. Ci. Zophyrus q ſe naturã cuiuſq; ex forma pro
ſpicere ꝓfitebatur deriſus a cæteris eſt qui illa in ſo-
crate victa non agnoſcebãt: q̃ ipſe ex illius aſpectu
multa collegerat. Ab ĩſo aũt ſocrate ſublęuatus cũ
illa ſibi ingenita: ſed rõne a ſe deuicta diceret. Et ſub
leuare ſurſum leuare: ſuſtentare. Sue. de Veſpa. Al-
uo repente vſq; ad defectionẽ ſoluta impatorem ait
ſtãtẽ mori oportere: dũq; ſurgit ac nitit inter man⁹
ſubleuantiũ extinctus eſt.

¶ Subligo as. pen. cor. ſubtus ligo. Vnde & Subli-
gaculum.

¶ Subligar pe. cor. ſiue ſubligaculum dicit quo pu
dendę partes obtegũtur. Mar. Tecta tĩ nõ hac qua
debes ꝓte lauaris. Si pudor eſt tranſfer ſubligar ĩ fa
ciem. Ci. li. de offi. Scænicoꝝ mos tantã habet ve-
tere diſciplina verecundiã vt in ſcenã ſine ſubliga-
culo ꝓdeat nemo. Dicit & ſuccinctoriũ Femorale.
Feminale: Cãpeſtre: Bracha: perizoma & Lũbare.

¶ Sublimis pe. ꝑ. in altũ eleuatus a limine ſupiore
dictus qđ ſupra nos eſt. Vir. Ipſa paphos ſublimis
abit. Col. li. ii. Igit in ope boues arcte iũctos habere
cõuenit quo ſpecioſius ingrediant ſublimes & ela-
tis capitibus. Hinc ſublimitas exaltatio.

¶ Sublimo as. exalto ĩ altũ mittto vado ve. Enni⁹.
Sol qui cãdẽtẽ in cælo ſublimat facem. Aug. li. vii.
cõ. Augebat diuitiis: ſublimabat honoribus.

¶ Sublino is. ꝑ. cor. aliquantulum tingo ſeu noto.
Cor. Celſus. Idem quoq; vmbilico ſublitũ facit. In
de ſublicio quę eſt quaſi primũ tectoriũ & fundamẽ
tum coloris eius quem reddi volumus inductione
manus vltima. Aliquando illudo & p ridiculo ha-
beo. Tractum a genere ludi quo dormientibus ora
pinguntur: vt apud Plautum in Aul. Ah ſubleuit
mihi os peſſime.

¶ Subluco as. pe. ꝑ. a luco ſignificat ramos arbo-
ſupputo & veluti ſubtus lucẽ mitto. Conlucare aũt
eſt ſucciſis arboribus lucum luce implere.

¶ Subluo is. expurgo.

¶ Sublicius pons rome: hoc eſt ligne⁹: qm̃ ſine fer-
reo clauo cõſtruct⁹ fuerat: vt meminit Ply. li. xxxvi

¶ Subnecto is. ſubligo appẽdo ſubſcribo ve ſigni.

¶ Subnetuo as. Vide in dictione Neruus.

¶ Subnitor pe. ꝑ. ſuffulcio. Vide in dictione Nitor

¶ Subo as. ſubare dſir ſues cũ libidinẽ exercẽt: aut
appetunt: q̃is & ad alia aĩalia etiam ad hoies tranſ
ferat. Hor. Iamq; ſubando te cubila tectaq; rumpit
Ariſtoteles libro de aĩalibus. vi. Ita ſubare dicitur ĩ
ſuibus quẽadmodũ æqua libidine ſtimulatę dicunt
equire. Tertul. in Apologetico ſcribit. Iouem fœde
ſubantem in ſororẽ fuiſſe. i. libidinantẽ & rei vene
reę inhiantem.

¶ Suburno as. aliquantulũ orno. hoc eſt honoro ſi
ue laudo. Plancus Ciceroni. Tu cicero quod adhuc
feciſti idem p̃ſta vt vigilanter neruoſeq; nos q ſta-
mus in acie ſubornes. Et ſubornare eſt latẽter ſedu-
cere. Gel. In caput meũ ſubornauit.

¶ Subrideo latenter vel aliquãtũ rideo: vel riſus ſi
gna oñdo. Vir. Olli ſubridẽs hoĩm ſator atq; deo-

¶ Subrogo pe.cor. ſubſtituo. Aug. lib. iii. ciui. dei. Lucretius quoq; qui in locũ bruti fuerat ſubrogat⁹ morbo abſumptus eſt.

¶ Subruo is. cum impetu ſubingredior. Aliquãdo parum vel aliquantulũ vel latẽter ruo. Et hoc ex vi prępõnis ſub. Aliquãdo Effodio Seneca Subruũt terram theſauros quæritant.

¶ Subrumi dicti ſũt agni qui adhuc ſunt in māma: quæ rumis a veterib⁹ dicebaꝫ. Inde Subrumari qđ eſt ſub ruma. i. māma ſũmittere. Col. li. viii. Diligenti cura ſeruandũ eſt vt in ſuis quotidie matribus: & alienis nõ amātibus agni ſubrumentur.

¶ Subſãno as. non a ſano: ſed a ſãna fit q̃ eſt irriſio Eſt aũt ſubſannare irridere: & cõſtruiꝫ cũ actõ. Hier. contra Vigil. Rideas forſitan & mulierculārũ deliramenta ſubſannes. Et ad Marcel. Quadrante indignam eloquentiã nare ſubſanno: quid ad te qui deſertus es? Hinc ſubſānatio quę ꝓprie rugata fronte & contracto naſo exprimitur.

¶ Subſcudes pe. p. tabellæ: quibus tabulæ inter ſe cõfiguntꝫ: qa quo īmittunt ſuccidiꝫ. Pacu. Nec vlla ſubſcus cohibet compagem.

¶ Subſcribo ſubnoto: ſubſigno: ſicut ſolent principes q ſubſcribunt ea q̃ rata hñt. Alexãder romanus impator ſubſcriptioni & lectioni eꝑlārũ operã dabat: poſt horas meridianas. Alias ſubſcribere ſignificat fauere. Col. Quod ſi fortuna ſubſcripſerit. Verbũ eſt iudiciis & foro accommodatũ. Vnde ſubſcriptores fautores approbatoreſq; dicti ſũt. Ci. Venit parat⁹ cũ ſubſcriptoribus exercitatis & diſertis. Vbi Aſco. Scriptores dñr q adiuuare accuſatorẽ di
¶ Subſequor pe. cor. ſtatim ſequor. (ci ſolẽt.

¶ Subſellia ſedes & pulpita: vel vt ita dicã ſcamna in quibus audientes poetas recitantes ſedere cõſueuerant: vel in q bus ab eq tibus ſpectabaꝫ ludi a ſubſedẽdo quaſi ſubſedia ꝓ mutationẽ d in l: vt ſella ꝓ ſeda. Nam ſenatores in ſellis altioribus conſidebãt Perſius. Troſilus exultat tibi per ſubſellia læuis. Scribit Aſco. Subſellia eſſe tribunoꝝ triũuirorum quæſtorũ & hmõi minora iudicia exercentiũ q non in ſellis curulib⁹ nec tribunalib⁹: ſed in ſubſelliis cõſidebãt. Vnde a Varrone ſubſelliũ dictum eſt q nõ ſit plane ſella.

¶ Subſideo es. pe. cor. ſubtus ſedeo. Col. Villica debet curã adhibere: vt ſi quæ fęces aut amurcæ in fũdis vaſorum ſubſederint ſemel ſtatim emũdentur. Inde ſubſellia. Eſt & ſubſidere inſidiari. Iñ ſubſeſſores & ſubſeſſæ.

¶ Subſeſſæ dñr a vegetio inſidiæ quibus in itinere exercitus impatus ac nihil tale ſuſpicans opprimi ſolet. Subſidere. n. ſignificat deliteſcere. Vnde ſubſeſſores dicti qui deliteſcẽtes inſidiantꝫ & inſidiis circũuentos interimũt. Cõtra Subſeſſos vocamus hoſtiũ circũuentos. A Valerio ſubſeſſor alieni mīmonii dict⁹ eſt q pudicicię alienę coniugis inſidiaꝫ.

¶ Subſeſſores & ſubſeſſi. Vide in dictione Subſeſſę de quo modo.

¶ Subſidiũ q̃re in dictione Præſidium.

¶ Subſiſto is. contra ſiſto. Cæſar audacius ſubſiſtere nõ nũq & nouiſſimo agmine p̃lio nros laceſſere. Q̃nq; ſignificat gradũ ſiſto. Hiero. in li. x. Tu autẽ ſubſiſte pauliſp vt indicẽ tibi verbũ dñi. Proprie tñ ſubſiſtere eſt p ſe exiſtere: vt eſt ſubſtantia q̃ p ſe exiſtit: qđ de accidentibus intelligi non põt: & vt inqt Aug. li. vii. de tri. hoc eſt deo eſſe quod ſubſiſtere.

¶ Subſto as. ſuſtineo & cõſtans ſum. Ter. Perii me tuo vt ſubſtet hoſpes. Et ſubſtare eſt rẽ aliquã cõſtanter ſuſtinere. Nã ſubſtare dr̃ aliq d vt aliis ſubeſt.

¶ Subſtãtia eſt q̃ ꝓ ſe ſubſtat & fundamẽtũ eſt: ſubſtat em̃ accidẽtibus. Differt aũt ſubſtãtia ab accidẽte in tribus. Primo qa ei ſubiiciꝫ & ipm ſubſtentat nõ aũt ecõtrario. Scdo quia p ſe nõ indiget ſubſtantia accidẽte: ſed accidẽs ſubſtãtia. Tertio qa ſubſtãtia ꝓprie eſt Accidẽs vero iõ eſt qa ꝓprie eſt. Greci modo υπoστασιμ: modo ουσιαν vocant latini vtrũq; interp̃tantur ſubſtantiam q̃uis ſint qui υποστασιν ſubſtantiam ουσιαν eſſentiam dicant. Scindũ eſt q; vna & eadẽ natura põt dici ſubſtantia eſſentia & ſubſiſtentia: vt natura ſortis in q̃tum dat ſorti q; ſit diciꝫ ſubſiſtentia. Prout aũt ſortes habet q; per illam naturam accidentibus ſubſit diciꝫ ſubſtantia. Q̃nq; etiã ſubſtãtia ponit ꝓ materia & quaſi eſſentia & ſoliditate ac neruis cuiuſq; rei. Ply. Subſtantia oĩs orõnis fuit cohortatio eius ad pacẽ. Quĩtil. Prima apud rhetorẽ elemẽta & q̃ de ipſa rhetoricę ſubſtantia quærunt tractabimus. Q̃nq; ſubſtantia ponit ꝓ facultatibus. Idẽ. Vt plus ſubſtantiæ filio relinquerem. Et in euangelio. Qui conſumpſit oẽm ſubſtantiam viuendo luxurioſe.

¶ Subſtãtiuus a. um. quod per ſe ſtare põt cuius cõtrariũ eſt inſubſtãtiuus. Rufinus in expoſitiõe ſymboli. Sed fortaſſe dicas iſta quam memoras inſubſtãtiua eſt generatio. Neq; em̃ lux ſubſtantiuum facit ſplendorẽ: aut cor ſubſtantiuũ generat verbum. Ambro. li. hexa. Qui ſic minuta & inſubſtãtiua prĩcipia cælo ac terris darent.

¶ Subſtituo is. ſubordino: vt cũ quis defuncto vel abrogato ſubſtituiꝫ in eius locũ. Amb. ꝓ ſuppono poſuit cũ inqt. Et bñ ſctũs lucas virũ a ſpũ neqtiæ liberatũ añ p̃miſit & ſubſtituit fœminę ſanitatem.

¶ Subſum infra ſum. Ply. Suberant tecto abiegnę trabes. Aliqñ ſubeſſe ſignificat latẽter ineſſe. Virg. li. ii. Ge. Quippe ſolo natura ſubeſt. qa naturaliꝫ rerũ oĩm mater eſt terra & vniuerſa intra ſe cõtinet ſemina licet nõ appereãt. Vnde Epicurei dñt nihil eẽ qđ non habeat originẽ ſui.

¶ Subſtillũ tp̃s diciꝫ qđ añ pluuiã vel poſt pluuiã ẽ nõ ſiccũ: ſed humnidũ: q; aũt iã ſtillet aut nõdũ ſtillare deſiſtat. Apud Catonẽ li. de re. ruſ. Ponit pro ægritudine qñ ſtillatim vrina emittit.

¶ Subſtruo: ſubtus ſtruo. Col. li. i. Cũ ex depreſſiore loco fuerint orſa fundamẽta nõ ſolũ ſuperficiẽ ſuã ſuſtinebũt facile: ſed & ꝓfultura & ſubſtructione fũgent aduerſus ea q̃ mox ſi forte villã ꝓlatare libuerit ad ſuperiorem ptem applicabuntur.

¶ Subſolanus vẽtus dicitur q ſole oriẽte ſubnaſci videtur.

¶ Subſortit⁹ dr̃ q alicui⁹ occupati fungiꝫ offõ. Vñ ſubſortitos iudices dicim⁹ q ẽt ſubſtituti appellantꝫ

¶ Subſero is. pe. cor. ſubt⁹ ſemĩo vel plãto. Col. li. v. Nã plurimũ itereſt adhuc noua cõſitiõe pedamẽ oẽ veſtiri nec mox vineatũ ſubſeri cũ fructus capiẽdus eſt.

¶ Subſtalex ſub & talo cõponiꝫ: ſignificatq; cauũ pedis q̃uis & ꝓ vola qñq; accipiaꝫ.

¶ Subtegmen dicitur filum quod ſub ſtamine texitur. Hiero. in exo. Inciditq; bracteas aureas & extenuauit in fila vt poſſent torqueri cum priorum colorum ſubtegmine.

¶ Subter præpõ cui⁹ relatiuũ eſt ſup vt hic mirifice

natat duratq; ſubter aqua. Et tam ablto q̄ actō iunigit licet q dā nō niſi figurate hoc fieri putēt ſicut p⁹ circū & añ. Vir. Ferre iuuat dēſa ſubter teſtudie cal⁹.

¶ Subterraneus a.um. qđ eſt ſub terra Col. Vinctis q̄ ſaluberrimū ſubterraneū ergaſtulū plurimis ſitq; id anguſtis illuſtratū feneſtris. Idē. Nā fere cum his ptibus ædificia rimas egerunt caua præbent & late bras ſubterrancis aialibus.

¶ Subturpe: latenter turpe: qñ id qđ natura turpe ē verbis tñ honeſtis dicitur.

¶ Subuenio ꝓprie ſubtus venio. Hiero. in expōne ſymbo. Diſcute ſi potes q̄ hñtur ī manib⁹: & tūc ad hoc ſublimiora ſubuenies. p trāſlationē ſubuēire ē auxiliū p̄bere. Plau. Qui toriēs tibi miſero ſubueni

¶ Subueteribus: eſt loci nomē in vrbe roma: ſicut & ſubnouis. Plau in cur. Subueteribus vbi ſunt qui dant quiq; accipiūt fœnore. Sue. in Aug. Bifariā laudatus eſt p ędē diui iulii a Tiberio & ꝓſtris ſub ueteribus. Var. Subnouis dicta pars in foro ædificioꝝ qđ vocabulum eius peruetuſtum.

¶ Subula pe. cor. inſtrm Cerdonū quo perforādis calceis ac ſuendis vtūtur ſutores. Mar. Quodq; tibi tribuit ſubula ſica rapit. Hiero. in exo. Perforabitq; aurem eius ſubula.

¶ Subulo pe. cor. lingua etruſca dr̄ tibicen. Apud Enniū: ſubulo vicinas ꝓpter aſtabat aquas: in alio ſignificatu ſubulones dñr cerui q b⁹ ſūt cornua ſim plicia minimeq; ramoſa ad ſubularū ſimilitudinem vt docet Ariſtoteles lib. ix. de aſalibus. Ply. li. xi. Aliis ſimplicia tribuit vt in eodē gñe ſubulonibus ex argumento dictis.

¶ Subucula gen⁹ veſtis q̄ fere ex lino fit dicta q; ea ſubter induamur. Var. de vita pa. Poſtq̄ binas tunicas hīe cœperūt inſtituerunt vocare ſubuculā. Hie. in Leui. Cūq; lauiſſet eos veſtiuit pōtificē ſubucula linea. Eſt & ſubucula libum qđ dis dabatur ex alica oleo & melle compoſitum.

¶ Subulcus qui ſuū dux eſt: vel cui porcoꝝ nutrien doꝝ cura cōmiſſa eſt. Var. Altitudinis harę modus ſit: vt ſubulc⁹ facile circūſpicere poſſit ne q̄s porcellus a matre opprimat.

¶ Suburbia plurali tm̄ numero quaſi via ſub vrbe. hoc eſt vrbi cōtigua: ſunt frequentes extra vrbē domus inſtar vici vrbani. Vicus em̄ ꝓprie ps vrbis ē.

¶ Suburbanū p̄diū ſeu villa ſub vrbe. Col. li. vii. Nā ſuburbanis lactens porcus acere nutricādus ē. Sue. de Aug. Nutrimētoꝝ ei⁹ oſtendit adhuc loc⁹ in auito ſuburbano iuxta velitras p̄modic⁹. Ply. ele gāter ſuburbanam appellat italiam eam partē quæ erat ꝓxima vrbi romæ.

¶ Suburra vicus romæ: a quo regio ſuburrana eſt dicta: vt ſcribit Iunius ab eo q; fuerit ſub vrbe anti qua. Var. vero a pago ſucculano putat dictā ſuccuſā. Inde mutatis lr̄is ſuburrā. Cuius rei indiciū eſtq; antiq⁹ tus p c. lr̄am nō p b ſcribebat. Hinc Suburranus a.um. vt regio ſuburrana ī qua meretricū diuerſoria erant: q̄ ob id ſuburrana dñr a poetis.

¶ Succedo is. pe. p. ſignificat eo ſub. Vir. li. iii. Ge. Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere & vmbrę Peſtis acerba boū pecoriq; aſpgere virus. Et ſuccedere eſt ingredi. Idē li. vii. Et nr̄is ſuccede penatibus hoſpes. Itē in alter⁹ locū venire. Ci. li. iii. of. Quid ergo hic nōne nocet q; quōdā quaſi veneno p̄ficiat: vt veros hęredes moueat in eoꝝ locū ipſe ſuccedat Aug. li. iiii. cō. Ipſe eſt deus noſter & nō diſcedit: qa non ſuccedit ei. Iñ ſucceſſor & ſucceſſio. Ytē ꝓſpere cedere euenire. Ter. in an. Hac non ſucceſſit: alia aggrediamur via.

¶ Succeſſus us. p euētu tam malo q̄ bono. De malo: vt Succeſſus īdignos noli tu ferre moleſte. Vir. li. ii. Atq; hoc ſucceſſu exultās aiſq; chorebus.

¶ Succedaneus q ſuccedit. Cyprian⁹ ad Euagriū: non pōt videri ceſſaſſe q vicarios ſubſtituit & q; ꝓſe vno plures ſuucedaneos ſuggerit.

¶ Succido is. pe. p. ex ſub & cędo ſignificat ſubincido. Hie. in p̄fa. pſal. Cogitis vt velut⁹ q̄dā nouale ſciſſū iā aruū exerceā: & obliqs ſulcis reſāl centes ſpinas eradicē: equū eſſe dicētes: vt qđ crebro male pullulat: crebri⁹ ſuccidat. Aliqñ ſuccidēre ſignificat metere. Vir. At rubicūda ceres medio ſuccidit ęſtu. Aliqñ poſt cædere ſicut p̄cidere ante cædere.

¶ Succidaneæ hoſtiæ dicebāt q̄ ſcđo loco cędebāt Apud veteres. n. ſi primis hoſtiis litatū non fuerat aliæ poſt eaſdē ductæ hoſtiæ cædebant: duæ q̄ prio rib⁹ tā cæſis luendi piaculi gr̄a ſubdebant.

¶ Succidia tergus: ſiue maſſa carnis porcinæ ſalita & in neceſſariū vſū ſeruata q; quotiēs opus eſt ſuccidit. Noni⁹ ſuccidiā p̄lardo exponit. Succidia continet pnā petaſonē & lardū. Ci. in cato. Iam hortū ipſi agricolæ ſuccidiā alterā appellāt. Var. nō a ſuccidēdo: ſed a ſuibus cædendis: ſiue edendis. Nā id pecus primū occidere cœperūt: & vt id ſeruarēt ſalire. Idē. Et qui nō audierit p̄ſes nr̄os dicere ignauū & ſumptuoſū eſſe qui ſuccidiā ſuſpenderit in carnario potius e lanario q̄ e domeſtico fūdo.

¶ Succida pe. cor. lana a ſuccidēdo q; talis ſit lana lis ſuccīſa eſt. hoc eſt plena ſordib⁹. Var. a ſudore deriuat. Dicit em̄ tōſurę tēpus inter ęquinoctiū vernū & ſolſtitū cū ſudare īcœperūt oues, a quo ſudore recens lana tonſa ſuccida eſt appellata. Iuue. Qualis cœna tñ ſ vinū qđ ſuccida nollet Lana pati.

¶ Succiſiuū tps dr̄ qđ ſubtrahit a reb⁹ neceſſariis: vt ad aliquē vſū accōmodem⁹: vulgo dr̄ tps furto ſubtractū. Gel. Quātū aūt vitæ mihi deinceps deū voluntate erit: quātūq; a cura & a re familiari ꝓcurā doq; cultu liberoꝝ meoꝝ dabit ocii: oīa ſucciſiua & ſubſecūdaria tpa adcolligendas hmōi memorarū delectitiūculas cōferā. Meſores aūt terræ nōnū q̄ dicūt ſucciſiuum eſſe vnciā agri aūt ſextantē. Dictū eſt aūt ſucciſiuū a ſucciden do.

¶ Succido is. pe. cor. ex ſub & cado: quaſi ſubtus cado. Gel. Iam cōtinuo labore grauia genua ſuccidebant. Plau. in Cur. Genua mea ſuccidūt laſſitudine.

¶ Succiduus qui eſt ꝓnus ad cadendū ſiue ferme cadens. Clau. li. iii. Succidui titubant greſſus.

¶ Succenſeo es. ſignificat in re graui & iuſta ex cā iraſci & quaſi cēſurā exercere. Ter. in phor. Sed parū q; oībus nūc ſuccenſet ſenex.

¶ Succerda ſterc⁹ ſuillū. Titi. Quid habes niſi vnā arcam ſine claui: eo condis ſuccerdas.

¶ Succenturio as. Vide in dictione Centurio.

¶ Succino is. pen. cor. ex ſub & cano quaſi ſūmiſſa voce cano. Hinc Succēto as. frequētatiuū & ſuccētor. Inter Cātores: Occētores: & Succentores q dā ita diſtingūt vt cātores ſint q maxīe leuāt & acuūt vocem. Succentores qui minimum. Occentores q inter vtrūq; mediū tenent quæ varietates mirabilē ſeruata muſica ratione cōcentū reddunt.

¶ Succollo as. collum ſuppono ſuſtollo ſubleuoq; ceruicibus ſubiectis: quod ꝓprie eoꝝ eſt qui aliquē

in lectica geſtant. Suet. de Nerone. Matris ſæpe lectica per publicum ſimul vectus eſt ei ſuccolabant bini duo deniq; ſerui quibus longo in itinere vicarium in laborem alii ſuccollant. De hoc etiam apud Var. li. iii. de re ruſ.

¶ Succumbo is. bui. itum. ſignificat ſubiicior & aliq̃ ſubiungor.

¶ Succubo as. p. cor. Et ẽ ſuccubaſ̃ inirí. Vñ & Succubi dęmones dĩr q ſub hũana ſpẽ corporibus aſſũptis ſeęgíris ſubiiciũt ſicut incubi q mlieres ieũt.

¶ Succurro is. auxiliũ p̃ſto. Virg. Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. Itẽ ſuccurrere eſt in mentẽ venire. Ci. Neq; n. mihí ſuccurrebant verba q̃ ante diſceſſum a dolobella audieramus.

¶ Succutio is. pe. cor. ex ſub & quatio. De quo ĩ dictione Quatio.

¶ Succuſſo as. p. p. ſignificat frequẽter excutio qđ ꝓprie de equo dicit̃ q gradario cõtrarius eſt. Nã is ẽ qui cõcutiẽdo ſeſſorẽ gradit̃: & equus ipſe ſuccuſſor ſiue ſuccuſſari⁹ & ſuccuſſator vocat̃. Actius. Agite ac vulnus ne ſuccuſſet greſſus caute igredimini. Lucil. Succuſſatoris tardi rariq; caballi. Talis greſſus ſuccuſſatura appellatur.

¶ Succus a ſugo quaſi ſugus humor quem ex alimẽtis mẽbra ſugũt: vt ſe repleãt. Ter. in heau. Corpus ſolidũ & ſucci plenũ. Itẽ ſuccus dĩ qđ ab aliqua re ꝓducit̃ puta ab arbore liquor. Ply. Arboꝝ ex q̃bus manat ſucc⁹ aliæ picẽ: alię reſinã mittũt. hĩc ſuculentus ſucco plenus: & Inſucco. de quo ſupra.

¶ Succuſſo as. frequenter ſuccum excutio.

¶ Suctus us. a Sugo is. ipa humoris ſorbitio. Ply. li. x. Caprarũq; vberibus aduolant ſuctum ꝓpter lactis qua iniuria vber emoritur.

¶ Succinũ pe. cor. Electrũ deſudãs ab arboribus. Mar. Cũ phaethõtea phormica vagat̃ ĩ vmbra Implicuit tenuẽ ſuccina gutta feram. Eſt & gẽma nigri coloris vulgo Ambrũ dicit̃. Suidas tñ ait σουκινοι και ελεφαντινοι δακτυλοι δακτυλοι ταις γυναιξιν εισι συμφοροι.

¶ Sucula pe. cor. diminutiuũ a ſue. Et ſucculę dicte ſũt ſtellę quæ alio noĩe hyades vocant̃ a pluuia. Nã & orientes & occidẽtes tempeſtates & pluuias cient Exoriunt̃. xii. Cal. Iunii. Eſt & ſucula genus intimę veſtis. Plau. Eſt ſucula argẽteola & duę cõnexę nauiculæ.

¶ Sudes ptica ſeu genus teli militaris: hoc eſt paxillus igni torridus. Virg. Subdibuſve pręuſtis. Idem li. i. Ge. Quadrifidaſve ſudes & acuto robor̃ vallos Ser. Vallus & ſudes idem eſt.

¶ Sudum quaſi ſemiudum. Et. n. ꝓprie pars ſerena inter nubes. Ponit̃ tñ qñq; ꝓ ſereno poſt pluuiam. Virg. Ergo vbi vernactę iudũ. Sunt qui dicant Sudũ ſine vdo: hoc eſt ſiccum non humidum.

¶ Sudo as. απο του υδωρ qđ aquã vndãq; ſignificat deriuatum exiſtimãt. Et mõ abſolute ponitur. Hor. Sudauit: & alſit. Mõ cũ ablatiuo iũgit̃. Liui. Et ſcuta duo ſanguine ſudaſſe. Mõ cum actõ & ſignificat ꝓduco. Virg. Et durę quercus ſudabunt roſcida mella. Huius compoſita ſunt Conſudo quod eſt ſimul vel totus ſudo. Cato de re ruſ. Poſtea cũ detonderis vnguito totas: ſinito biduũ aut triduũ conſudent deinde lauato in mari. Exudo: emitto quaſi p ſudorẽ. Ply. Frutex eſt liquorẽ exudãs. Deſudo valde ſudo: a quo Deſudaſco & ip ſonale Deſudaſcitur Plau. Hõ adoleſcẽs penetrare hmõi paleſtrã vbi dã nis deſudaſcitur. Inſudo ꝓ defatigor. Preſudo priꝰ ſudo. Claud. li. ii. Dũ matutinis præſudat ſolibꝰ aer Et hæc hñt pe. p. Inuenit̃ & ſudeſco is. quod eſt a ſudeo es. niſi textus falſus ſit. Col. li. vlt. Superpoſito copioſo ſale: ita vt oliuã cõtegat. xxx. dies pati cõſudeſcere atq; oẽm amurcam extillare.

¶ Sudariũ linteũ quo ſudor facie detergit̃ & nares purgant̃. Sue. de Nero. A doperto capite & ante faciẽ obtenſo ſudario equũ aſcendit quattuor ſolis comitantibus: & mox ligato circa collũ ſudario ꝓdierit in publicũ. huius dimi. eſt Sudariolum.

¶ Sueui populi germanię Bauaris finitimi q pluſq̃ centũ pagos habuerunt. Gens valida & bellicoſiſſima: de qua Luc. Fundit ab extremo flauos aquilõe ſueuos.

¶ Sueſco is. ſueui etũ. ſuetudinẽ capio. Ci. Metello A te id quod ſueſti peto me abſẽte diligas atq; defẽdas. Clau. li. iii. Poſt hæc cunabula dulci Ferre ſinu ſũmoq; ioui deducere puam Sueuerat. & genibus ludentem aptare paternis. Huius compoſita ſunt Aſſueſco quod eſt alicui rei cõſuetudinẽ habeo. Lact. li. vi. Aſſueti dulcibus & politis: ſiue orõnibus: ſiue carminibus. Conſueſco: Deſueſco quæ ſunt cõtraria. Inſueſco: valde vel intus ſueſco. Teren. in adel. Qui mentiri aut fallere inſueuerit pr̃em: tanto magis audebit cæteros. Inſuetus tñ nõ aſſuet⁹ dicitur Ci. li. iiii. ad heren. Sin aũr iſtud artificioſũ egregiũ ducitis videte ne inſueti rerũ maiorũ videamini.

¶ Suefacio a quo Aſſuefacio & conſuefacio. vnde ſuefio: aſſuefio: cõſuefio. Liui. li. i. Sed mitiũ turbã diuoia a fœminis ortũ eſt ea ſecretis viri alieni aſſuefacta. Ter. in adel. Ea ne me celet cõſuefeci filium.

¶ Suffarraneus a farre quẽadmodũ confarratio deduci videt̃: & ſignificat eum qui far in caſtra conuehit: ſed modicũ alienũ ve non iuſto cõmeatu aliquo ſed crebris & vilibus inſtitoꝝ vecturis.

¶ Suffes etis. lingua punica cõſul dĩ. Liui. Senatũ itaq; ſuffetes qđ velut cõſulare imperiũ apud carthaginenſes erat vocauerunt.

¶ Suffero pe. cor. ſuſtineo patior. Vir. Nec clauſtra nec ipſi Cuſtodes ſufferre valent. Aliqñ ſuppono. Plau. Intro ad vxorem meã ſufferamq; & meũ tergum ob iniuriam.

¶ Sufficio ex ſub & facio ſignificat ſufficere ſatis eẽ conſtruit̃q; cũ dtõ. Sta. li. v. fyl. Vade puer. tantiſq; enixus ſuffice donis. i. ſatis ſis. Virg. li. v. Nec nos obniti cõtra nec tendere tantũ Sufficim⁹. Interdũ iungit̃ infinitiuo & fit impſonale ſicut conuenit vacat. Hiero. ad Euſto. Nec ſufficit ſcire quod bonum eſt niſi cuſtodiat̃ attẽtius qđ electũ eſt. Aliqñ ſignificat durare. Virg. li. xi. Nec ſufficit vmbo Ictibus. Aliqñ ſubminiſtrare. Idẽ li. ii. Ge. Ipſa ſatis tellus cũ dẽte recludit̃ vnco Sufficit hũorẽ. Aliqñ ſubſtituere. Idẽ in eodẽ li. iii. Atq; aliã ex alia generando ſuffice ꝓlẽ. Vñ ſuffectos conſules dicimus qui in demortuoꝝ locũ ſubſtituti ſunt. Aliqñ inficere macula. Ci. in hortẽ. Vt ii qui cõuiuiis purpurã tñ ſufficiũt poſt ſanant medicamentis quibuſdam.

¶ Suffio is. ſuffiui vel ſuffii ſuffitũ: ex ſub & fio ſignificat ſuffumigo. Ply. Hippocrates ruta vuluaꝝ cã naturã ſuffire iubet. Virg. lib. iiii. Ge. At ſuffire thymo cæraſq; recidere inanes q̃s dubitet? Et licet a fio cõponat̃ eſt tñ ſuffio actiuum.

¶ Suffitus a. um. pe. p. ſuffumigatus. Ply. Aniſum dolores capitis lęuigat ſuffitũ naribus. Suffitus us.

ſuffimigatio. Idem. Et vuluarum conuerſionē ſuffi tu excitant.

¶ Suffitio onis. idem quod ſuffitus. Ply. Orpheus & Heſiodus ſuffitiones cōmendare.

¶ Suffimētum idem quod ſuffitus: & ſuffitio. Ply. Quod & ſuffimentis quibuſdam facere cōſueuerūt Suffimēta quoq; a veteribus dicta ſunt quæ fieri ſolebant ex faba milioq; molito mulſo ſparſo: vt inquit Feſtus. Ea diis eo tpe dabant quo vuæ calcatæ prælo p̄mebantur.

¶ Suffitores qui ignem inſufflant inflatis buccis.

¶ Suffibulum. Vide in dictione Fibula.

¶ Sufflo as. ſubtus flo. quod fieri ſolet cum ignem accendi volumus. Ply. Lycius Myronis diſcipulus fuit qui fecit dignum p̄ceptore puerum ſufflantem languidos ignes.

¶ Sufflamē retinaculū quo decurrēs rota inhibet. Eſt em̄ machinæ genus quo in deſcenſu vel p̄curſu nimio rota ſolet retineri.

¶ Suffoſſi equi dicuntur quos vulgo ceſpitatores vocāt. Virg. li. xi. Suffoſſo reuolutus equo.

¶ Suffoco as. pe. p. ex ſub & faux. au. in o. p̄ducta conuerſa ſignificat ſp̄m p̄cludo & veluti obſtrictis faucibus. Ouid. Suffocent animā dira venena tuā.

¶ Suffragor pe. p. ſignificat adiuuo fauorem fero. Cuius contrariū eſt refragor p̄ repugno aduerſor. Virg. Copia me perdit tu ſuffragare rogatus.

¶ Suffragiū mō auxiliū ſignificat, mō illas voces quæ dabātur in comitiis & in tabellis deſcribebant quibus vnuſquiſq; ſuā declarabat voluntatē de aliquo in magiſtratū eligendo. Iuue. Libera ſi dēt populo ſuffragia qui iam. Inuenit etiā ſuffragiū a frango is. fra ſyllaba correpta. Ouid. de nuce. Quid niſi ſuffragiū nymbis ruitantibus eſſem?

¶ Suffrago pe. p. dicit in poſteriorib⁹ pedibus aialiū in quibus priora genua: vel eſt nod⁹ ſub crure quo pedis verſura conſtat tibiæq; ita annectitur pes vt verti poſſit: id quod ſpectamus i bobus eqs & cæteris armentis. Dictę ſuffragines: q̄ ſuffringātur: hoc eſt in altū frangant. Cōſtat ſane genua aialiū q̄ aial generant añ ſe flectere: ſuffragiū vero art⁹ in aduerſum quēadmodū igit̄ poplites dicti ſunt q̄ poſt plicentur: ita ſuffragines: q̄ ſupra frangantur Ply. Victimarum p̄batio in vitulo: vt cauda articulum ſuffraginis cōtingat. Idem. Aues & quadrupedes aues in priora curuāt: ſuffragines in poſteriora. Hinc ſuffraginoſi equi quoꝝ ſuffragines morbo vitiatæ ſunt. Col. li. vii. Suffraginoſæ hordeacea farina imponitur. Suffragines etiā dīt vitis ſoboles. Col. li. v. Et ſi ſoboles quā ruſtici ſuffraginē vocāt radicibus adhæret diligenter explantāda ferroq; alleuāda eſt: vt hibernas aquas reſpuat.

¶ Suffulcio ſuſtento. Var. Vt maiorib⁹ particis ſuffultæ vites auras non pertimeſcant.

¶ Suffundo is. Vide in dictione Fundo.

¶ Suggero is. pe. cor. ſuggeſſi ſtum. Vide in dictiōe Gero.

¶ Suggeſtus vel ſuggeſtum a ſuggero q̄ ibi ligna ſuggerantur in quibus ſtari poſſit. Significat enim locū editiorē puta pulpitū: vt apud Var. lib. iii. de re ruſ.. Ex ſuggeſto faleris vbi ſolent eſſe pipetaſmata p̄deunt aues in ſtagnum.

¶ Sugo is. xi. ctū. & ſugitū. hīc ſuctus us. & ſugitus & ſugiturus. Aug. Multi p̄cones p̄ceſſerūt adhuc naſcitur⁹ de virgine maria futur⁹ infantē & ſugiturum lac. Dicitur & ſugeo es. Vnde Exugeo: ſicut a ſugo exugo: q̄d eſt ſuccū traho. Plau. in Epi. Ego meretā in rudinē atq; eo⁹ exugebo ſanguinem. Suet. in Aug. Pſyllos admouit q̄ venenū ac vir⁹ exugerent

¶ Sugillo as. ex p̄cuſſu carnem maculo. a ſugendo q̄ ſuccus hoc eſt liuor deducat. Hinc Sugillati dīr q̄ ex p̄cuſſiōe tumorē maculāq; contraxerūt. Ply. li. xxvii. Caſeus recens cum melle ſugillata emēdat & li. xx. Cinis allii ex oleo & garo illit⁹ ſugillata aut liuētia ad colorē reducit. Interdum Sugillare eſt deridere: detrahere accuſare: damnare: reprehendere. Liui. Legati grauiter fereutes ſe ſugillat⁹ ēſ enē. Hiero. in p̄fa. pentatheuci. Qui me aſſerunt in. lxx. iterpretū ſugillatione noua p̄ veteribus cudere: non dāno: non reprehendo ſeptuaginta: ſed cōfidenter cū dictis illis apoſtolos p̄fero.

¶ Suggrundia ptes tecti p̄minētes. Var. li. iii. de re ruſ. Suggrundas appellat. Aues inquit ſubtus ſub grūdas ab initio villatico vſæ tecto.

¶ Suggrūdaria veteres dicebant ſepulchra infantiū: q̄ nec dū. xl. dies impleſſent: vt inq̄t Fulgētius placiades cū nec buſta dici potuerūt: q̄a oſſa quę cōburer⁹ nō erant nec tanta magnitudo cadaueris q̄ loco tumeſceret.

¶ Suinus a. um. quod ex ſue ē: a quo fit diminutiuū Suillus a. um. vt caro ſuilla.

¶ Sui & eius deriuatiuū Suus a. um. ſunt p̄nomina reciproca dicta: q̄ ſicut reciprocat⁹ ſpūs cū recipit: ita hæc p̄noīa ad id vnde p̄dierāt reuertunt. Vnde non recte dicimus. Ego dixi ſibi. Non eſt ſibi curæ reſp. Tu fuiſti ſecum quia nulla in his eſt reciprocatio. Sed dicendū. Ego dixi ei. Nō eſt ei curæ reſpu. Tu fuiſti cū eo. Sil⁹ nō dicimus. Vidi Ciceronem & fratrē ſuū: ſed fratrē eius. Econtrario non recte dī. Oīa ad te expectāt vt des illis cibū in tpe: cū ſibi dicendū ſit. Sicut. n. recte dicimus. Oēs expectamus: vt det nobis eſcam. Oēs expectatis: vt det vobis eſcā. Ita dicendū eſt. Oēs expectant vt det ſibi eſcā Eſt tñ q̄ñ indifferenter ponit̄ p̄ vt ad illi⁹ de quo loquimur: vel ad noſtrā perſonā ſermonē referimus in quoꝝ primo reciprocatio eſt: aliter nullā habet reciprocationem: vt oēs optant q̄d ſibi vtile eſt: & oēs optant quod ipſis vtile eſt. Illud ad perſonam eius de quo loquimur refert̄: & manifeſtā habet reciprocationem: hoc ad perſonam noſtrā. Ideoq; nulla ē in eo reciprocatio. Cice. Multi dubitabāt quod optimum eſſet: multi quod ſibi expediret. Idē. Legat⁹ in pacem p̄fectus in p̄uincia pacatiſſima: ita ſe geſſit vt ei pacem eſſe expediret. Notandum q̄ aliquādo pro ſui ſiue ſuus ponitur is: aut ipſe: aut ille dūtaxat ad euitādam amphiboliam. Cice. in Bruto. Is ſocerī inſtituto quem quia cooptatus in augurum collegium non erat: non admodum diligebat. p̄ſertim cum ille. Q. Scæuolam ſibi minorem natu generū p̄tuliſſet. Item ſciendum q̄ ſuus quandoq; p̄ p̄prius accipitur: vt velle ſuum cuiq; eſt. Interdū etiā additur ſibi nulla neceſſitate: ſed tantum veluti cuiuſdam feſtiuitatis gratia. Cice. Suo ſibi victitant ſucco. Col. Suo ſibi iure abluuntur. Dicimus etiam ſuus eſt illius mos.. Sua eſt iſtius natura. Suus Ariſtotelis modus. Suum platonis gen⁹. Habetq; hoc p̄nomē ſuus vocatiuum vt ſi dicam. Defendite Cæſarem o amici ſui.

¶ Sulcus p̄ciſſio terræ. Vnde tertio: quarto: quīto ſulco ſerere dicimus. i. ter: quater: quinquies arando

Plyn. Quarto ſeri ſulco. Virgi. exiſtimatur voluiſſe cũ ait Ipſa ſeges demũ votis reſpondet auari agricolæ bis quæ ſolem: bis frigora ſentit: hoc eſt quæ bis per æſtatem: bis per hyemem aratur. Item ſpiſſi⁹ ſolum ſicut plærunq; in italia quinto ſulco ſeri melius eſt. Aliquando Sulcus ponitur p foſſa. Q ñq; & ipſa quædam terræ proſciſſio eſt. Virg. Auſim vel tenui vitem committere ſulco. Proprie vero ſignificat quicquid aculeatum in longitudine eſt. Idem. Et linguis micat ore triſulcis. Hinc Biſulcus a.um. Vnde Biſulcum animal quod nõ ſolidas: ſed fiſſas vngulas habet. Triſulcus a.um. vt Triſulcum telũ: quod eſt trifidum. id eſt tres acies habens: a tribus p tibus findens.

¶ Sulcatim aduerbium ſignificat per ſulcos.

¶ Sulco as. ſulcos facio. pſcido. Col. li. xii. In ſub acta iam terra latiores porcæ ſulcantur.

¶ Sulfur naſcitur in iſulis æoliis inter ſiciliam & italiã: ſed nobiliſſimũ in melo: vt ſcribit Ply. li. xxxv. Hinc Sulphureus a.um. quod eſt ex ſulphure.

¶ Sulfuratus a.um. quod ſulfur habet. Vnde ſulfurata dicunt ligna exilia ſulfure ab vtraq; parte intincta ad accendendas lucernas. Mar. Qui pallẽtia ſulfurata fractis permutat vitreis.

¶ Sulfuraria æ. locus vbi ſulfur coquitur.

¶Symbolum penultima correpta:& indicium di- ci poteſt:& collatio:ab συμβαλλω confero. hoc eſt q̃ plures conferunt in vnum.ita vt cœna illa di- catur collatio in quam comperandã plures aliquid contulerunt. Terentius in and. Symbolum. dedit. Et in parabolis. Noli eſſe in conuiuiis potatorum: nec in comeſſationibus eorũ qui carnes ad veſcen- dum conferũt:quia vacantes potib⁹ & dantes ſym- bola conſumẽtur. Id enim fecerunt apoſtoli in vnũ conferendo quod vnuſquiſq; de deo ſenſit. Indici- um autem vel ſignũ iccirco dicitur:quia in illo tem pore ex circũeuntibus iudęis ſimulabant ſe eſſe apo ſtolos Chriſti:& lucri alicuius vel ventris gratia ad prędicandum proficiſcebantur:nominantes quidẽ Chriſtum:ſed non integris traditionum lineis nun ciantes. Idcirco iſtud indicium poſuerũt per quod agnoſceretur is qui Chriſtum vere ſecundũ apoſto- licas regulas prædicaret. Denicq; & in bellis ciuilib⁹ hoc obſeruari ferunt:quoniam & armorum habit⁹ par:& ſonus vocis idem.& mos vnus eſt:at q; eadẽ inſtituta bellandi:ne qua doli ſurreptio fiat:ſymbo la diſtricta vnuſquiſq; dux ſuis militib⁹ tradit:quæ latine ſigna vel indicia nuncupantur:vt ſi forte oc- currerit quis de quo dubitetur:ſymbolum prodat: ſi ſit hoſtis vel ſocius. Auguſtinus libro. v. contra hereſes ſymbolon interpretatur conſilium:vel con ſiliarius. Iul. Pollux dicit ſymbolum paruũ numiſ ma eſſe. Ariſtoteles originem:id eſt Etymologiaꝫ vocabulorũ ſymbolum appellat:per quã vis verbi vel nominis per interpretationẽ cognoſcitur. Alii ſimilitudinem interpretantur.

¶Syma:vrbs fuit in aſia:quin & pro monte iuxta pontũ poſuit Orpheus in argonautica.

¶Syme:inſula q̃ prius Aegle vocabaꝫ atq; meta- põtus.a Syma Iabyſi filia hic appellata.

¶Symeon:nomen viri proprium fuit.

¶Symmetria dici poteſt cõmenſuratio. Symme- tros cõmenſuratiuus:moderatus.

¶Sympho:ſonitus quidã cũ conſonantia.

¶Symphonia apud latinos penultima correpta συρκαι φωρεω και φωρη φθ ερτομαι και φθορ- τοσ παρατεται.latine cõſonantia & muſic⁹ cõcẽ- tus.Muſici ſymphonias multas habent:quæ & har monię dicuntur:ſed illam clariſſimam quæ appella tur Diateſſeron:& alteram quę dicitur Diapẽte.Har moniam vero diapaſon vocant:hoc eſt vniuerſita tem concentus:quę ex ſeptem tonis cõficitur. Hie- ronym⁹ vero ad Dama. ſic habet. Symphonia nõ eſt genus organi:vt male quidam de latinis putãt. cum ſit chorus in laude dei concinens.& hoc voca- bulo ſignificetur Symphonia quippe in latinũ cõ-

ſonantia exprimitur. Symphonon conſonans pa ctum. Symphoneo conuenio:pactum facio:cõſen tio.cõcino. Inde ſymphoniaci pueri a Cicerone di- cti ſunt qui ad modulationes muſicas concentuſq; conficiendos cõparantur.

¶Symphoneſis:paſſio quæ metris accidit:cũ duę ſcilicet ſyllabę ſcandendo in vnam coeunt: hoc au tem fit cum in diuerſis dictionibus vna parte oratio nis vocali vel m.littera terminata ſequens itẽ a vo- cali incipit. vt Atq; iterum ad troiam magnus mit- tetur achilles. Fit etiam ſymphoneſis in eadem di- ctione q̃ttuor modis. Vel cũ duę ſyllabę lõgę pvna longa ponuntur:vt Vnius ob noxam & furias aia- cis oilei. Vel cum duę breues pro vna breui. vt Cor- nua velatarum obuertimus antennarum. Vel cum longa & breuis pro vna longa:vt Fixerat aeripedẽ ceruam. Vel cum breuis & longa pro vna longa:vt Depẽdent lychni laquearibus aureis. Hæc etiã Sy- naloephe dicitur.

¶Sympathia:latine cõpaſſio dici poteſt. Hippo- crates ſcribit oculos cum vulua ſympathian quan- dam habere.

¶Symplator:amicus ſponſi:qui cum eo per con- uiuia ambulat.

¶Symplega:videtur eſſe opus in quo luctantes & oĩno concertatores ſpectantur.

¶Symplegades:penultia producta:inſulæ duę ſic ue duo ſcopuli in boſporo:dictę q; inter ſe aliquan- do concurriſſe fabulis traduntur. Id autem fictum idcirco eſt:quoniam paruo diſcretæ interuallo:ex aduerſo intrantibus geminæ cernebantur: paulo q; deflexa acie coeuntium ſpeciem præbebant. Mille quingentis paſſibus ab Europa diſtantes. Cyaneæ ab aliis dictæ. Ouidi. Compreſſos vtinam ſymple- gades eliſiſſent.

¶Symplegma:ſymplegmatis.latine complexus concurſus dicitur.

¶Sympſalma dicitur vocum in cantando copu- latio. Diapſalma diſiunctio earum:vbi quędam re- quies diſtinctæ continuationis oſtenditur. Pſalma quod pſallitur.

¶Symplones:dicebantur conuiuę.

¶Sympoſium compotatio:conuiuiũ. Vnde Sym poſiarchen & Archipoſian cõuiuii præpoſitum ſeu pfectum dicimus. Sympoſiaſtes conuiuator. Sym potin compotorem.

¶Symmathites latine condiſcipulus dicitur.

¶Symphirium:hærba quæ latine Coagulum ſiue Conſerua vocatur.

¶Sympinium:vas vinarium nõ diſſimile cyatho quo in ſacrificiis vtebantur:ex συν quod eſt con:& πινο bibo. Iuuenalis. Et quis tunc hominum con temptor numinis:aut quis Sympinium ridere nu- mę:nigrumq; catinum. Varro latinũ facit. Ait enĩ. Vt vinum minutatim funderetur a guttis:guttũ ap pellarũt.qđ ſumebant minutatim a ſumendo ſum- pinium appellarunt. Aliquando etiam Sympuniũ mutata i in u dicitur. ¶Alii ſympiuiũ legunt.

¶Syn:prępoſitio greca:q̃ in cõpoſitione ſignifi- cat ſimul:queadmodũ apud nos con.

¶Synagoga:coadunatio: congregatio: vel con- tractio. Ex συν ſimul. αγωγη.ductio. Et pro re:& pro loco capitur:& habet penultimam longã:quo- niam eſt ω.

¶Synnada:ciuitas aſiatica ad Carię fines. De hac

Stra.lib.xij.ſic ſcribit. Synnada vrbs nõ magna ante quã planicies iacet oleis conſita.lx.ferc ſtadiorum. Vlterius eſt Dorci vicus & ſynnadici lapidis fodina.(Sic eñ eum romani appellant) Indigenæ vero docimitem & docimeã. Vena in initio paruas glebas emittebat. nunc propter maximos romanorũ ſumptus columnę integræ & ingentes extrahuntur & varietate. Alabaſtritæ lapidi proximæ. Dicitur & Synnas ſynnadis vt apud Sidoniũ.

¶ Synæreſis:contractio figura qua plura per vnũ coniungunt.ex συν.& αιρεσιϛ diuiſio.quaſi diuiſorum coniunctio:vt bigæ pró biiugæ.

¶ Synaloephe.dici poteſt compreſſio. Cæſura eſt cum de fine dictionis vocalis abiicitur ſequente dictione incipiente a vocali:vt Semper ego auditor tantũ. Ex συν.& αλοιφη.preſſio.

¶ Synanche:angina morbus qui ſpiritũ ſuffocat. Ex συν.& αγχω affligo ango.

¶ Synathroeſmus. figura quę & ſingulis verbis.& plurib̃ verborũ coniunctione fieri poteſt. Singulis hoc modo. Sed cum ad ſupplicũ ſumendũ ſe confirmaret multa ſimul eũ reuocabant officia conſuetudo tempus exiſtimatio periculũ religio. Plurium verborũ coniunctione ſic. Nemo enim nocens ſine ſummo mœrore eſt iudices.ſed multa ſimul eũ perturbant quod adeſt ſolicitudinis plenum.quod formidoloſum: lex paratũ ſuppliciũ oſtentans: vitia ex vitijs coacta occaſionem arguendi maleficij captans inimicus quæ quotidie eius animum vehementer excruciant.

¶ Syncaceoſis:figura quæ docet diuerſas res coniungere & communi opinioni cum ratione aduerſari:vt Nec hoĩs auari atq; aſoti vnũ atq; idem vitiũ eſt. Vterq; eñ neſcit vti.atq; vtriq; pecunia dedecori eſt. quare merito vtriq; pari pœna afficiunt quos pariter nõ decet habere.

¶ Syncatatheſis latine aſſenſio.approbatio. Vide in dictione Aſſenſio.

¶ Syncathegorema:conſignificãs. Syncathegorematica:conſignificatiua.

¶ Syncerus.ra.rum.proprie dicitur quod eſt integrum. Tractũ ab eo.q̃ qui diuidere fructum communem alueorũ cum ſocio volunt: ſimul cum cæra mel partiuntur. Q̃z ſi mel tantum ſine cæra conſignent:fraudant ſocium nec agunt integre. Syncærum itaq; quaſi ſimul cum cæra. Alij putant ſyncerum a carie deduci. quaſi ſine carie id eſt corruptiõe. Vnde & pro puro incorrupto & immaculato ponitur. Hora. Syncerũ eſt niſi vas quodcunq; infundis aceſcit. Huic contrariũ eſt inſyncerus pro viciato & corrupto. Virg. Inſyncerus apes tulit cruor

¶ Synceraſtus: antiquum vocabulum græcum. quo ſignificatur medulla.

¶ Synchyſis:Confuſio. Eſt eñ vt ſcribit Don.hyperbaton vndiq; cõfuſum vt illud Virgilianũ Tris notus abreptas in ſaxa latentia torquet: Saxa vocant itali mediis q̃ in fluctibus aras. Χυσιϛ. eñ fuſio dicitur. συγχυω confundo.

¶ Synciput.quaſi ſemicaput.inquit phocas grammaticus:ſignificatq; partem porcini capitis conditam:& ad edendũ paratã. Nam inter edulia annumeratur. Plyn.lib.viij. Interdicta quoq; cœnis ob domina glandia teſticuli vuluæ ſyncipita vertina. Hierony.contra Ioui. Comę in occipitiũ frontemq; tornantur. Eſt & ſynciput anterior pars capitis antes temporaq; complectens. Cornutus in Perſium. Synciput anterior. occipitium dicitur poſterior pars capitis. Apollinaris ad Valeriũ maiora num. Partęq; cerebri Hic galeę cũ parte rapit fortiq; lacerto Diſiicit ancipiti miſerabile ſynciputenſe Plau.in Menæ.partem pro toto poſuit.ac de homine.quod eſt contra Georgiũ merulã.qui negat inueniri ſynciput.pro anteriore capitis parte. Aut enim Nõ eſt tibi ſanũ ſynciput adoleſcens.

¶ Syncopa.conciſio.κοπτω incido. Figura cum littera vel ſyllaba de medio dictionis abſcinditur: vt Compoſtus.pro compoſitus.

¶ Synchronos:contẽporaneus. Vnde ſcribit Hie. Oſeen prophetã fuiſſe ſynchronon Eſaiæ. Et Var. ait.nõ eſſe dubium quin aliquo tempore eodem vixerint. Homerus & Heſiodus: eoſq; ſynchronos fuiſſe teſtatur.

¶ Syndicus:latinis Communis vel defenſor.

¶ Syndimnũ.dicitur latine Conccenatio.

¶ Synechon.dici poteſt Continens.Nã componitur ex συν.quod eſt ſimul & εχω habeo.

¶ Synecdoche:conceptio dicitur.cum a parte totum:vel a toto pars intelligitur:vt puppis pro naui. & annus pro hyeme:vt apud Virgiliũ Q̃z multę glomerantur aues vbi frigidus annus Tranſpontũ fugat.id eſt frigida hyems.

¶ Synephebi penultima producta.dicuntur adoleſcentes ſimul pubeſcentes. Quod nomen inditum eſt Comœdię Statij Cæcilij vt eſt apud Ciceronem libro tuſcul. quæſtionum.

¶ Syneſius.nomen viri prõ ſapiẽtiã deductũ a συνεσιϛ.quæ eſt conſcientia ſiue ſcientia.

¶ Syngrapha. ſyngraphus & ſyngraphum. ſcriptura:ſiue ſchedula quæ fit propria manu eorũ qui paciſcuntur in alicuius rei fidem. Plautus in Aſi. Age iſtum oſtende quem conſcripſi ſyngraphum inter me & amicum & lenam. Cic. Treba. Tanq̃ eñ ſyngraphan.ad imperatorem attuliſſes nõ epiſtolam.ſic pecunia ablata domum redire properabas Suetonius. Cuius parti nõ dubitauit a quibuſdam iuſiurandũ atq; etiam ſyngraphan exigere. Dicta ſyngrapha.απο τουσυν. ſimul και γραφω ſcribo.q̃ ſimul ſcriptũ ſit a pluribus.q̃ propria manu eoq; qui conuenirent ſcripta ſit.

¶ Synodus pen.cor.ex συν& οδοϛ via.quaſi cõuentus ſit vel cœtus generis fœminini eſt. At ſynodus ſynoduntis piſcis genus putatur.

¶ Synodicus ſynodica ſynodicum quod ad ſynodum pertinet.Hieronymus. Ante annos plurimos cum iuuarem damaſum romanę vrbis epiſcopum: et orientis atq; occidentis ſynodicis conſultationibus reſponderem.

¶ Synœceſis dici poteſt cohabitatio.& ſcribit cũ œ.diph. Synœcus cohabitator.contubernalis.

¶ Synonyma dicuntur quæ ſub diuerſis vocibus idem ſignificãt:vt enſis mucro gladius. Eadem dicuntur Polyonyma. Verũ aliter traditũ eſt in dictione. Homonyma. Eſt & ſynonyma figura quæ communio noĩs interpretaĩ. Vtimur aũt eo genere elocutionis quotiens vno verbo nõ ſatis videmur dignitatem aut magnitudinẽ rei demonſtrate. Ideoq; in eandem ſignificationem plura conferunt: vt ſi dicamus Proſtrauit afflixit perculit.

¶ Syntagma ſyntagmatis:tractatus. ordinatio rerum.conſtitutio.documentũ.ab συν.& ταγμα.ος

do.vel ordinatio.Hieronymus in præfati. pentat. Et multa alia quæ propriũ ſyntagma deſyderant. id eſt tractatũ.vt ipſemet contra ruf.exponit.Et li. de viris Illuſt. Scripſit de ogdoade egregiũ.συνταγμα.i.documentũ ſeu tractatũ.

¶ Syntaxis.dici poteſt Cõſtructio & ſeries.ταξις enim ſeries & ordo dicitur.

¶ Syntecxis.latine defectio dicitur.Ply. Tali forbitionis genere emendant ſyntecxes.i.defectiones ex longis morbis ſumptæ.Hęc aũt emendatio proprie recreatio & reſtauratio dicit.Idem.Aqua mulſa præclara utilitatem habet viribus recreandis. Inde Syntectici dicti ſunt.Idem.Pręcordiorũ vitij ſyntecticis : comitialibus laſer cum vino in aqua mulſa datur.

¶ Syntheſis penultima correpta latine Cõpoſitio dicitur. Figura cum ſingulare nomen multitudinẽ ſignificans verbo plurali iungitur: vt pars in fruſta ſecant.Eſt etiã ſyntheſis genus veſtis breuis & negocijs aptæ.Hac romani peculiariter in ſaturnalibus vtebantur.Illis enim diebus omnes exuebant togam & ſyntheſin induebant. Dicta ſyntheſis ab eo q̃ conſeta contextaq̃ eſſet compoſitione quadam verſicolori.Hinc ſyntheſiatus qui ſyntheſi indutus eſt. De hac veſte Mar. De noſtra praſina ſyntheſis empta toga.Item ſyntheſis eſt genus vaſis fictilis ex diuerſis vaſis compoſiti.Papi.lib.iiij.ſyluarum.Vnam mittere ſyntheſin quid horres albos calicum atq̃ cacaborũ? Præterea ſyntheſis genera li vocabulo græco cõpoſitio dicitur.Serenus. Vilem deprẽdit in illis ſyntheſin & vulgata ſatis medicamina riſit.Syntheſis hęc prodeſt vnda molita calent. Inde Aſyntheta cristalla Plyni vocat quæ ſunt pura & ſine vitio.

¶ Synthema ſynthematis compoſitũ conſtitutũ. et ſignũ quod dat militibus.Hiero.ad Iulianũ.Iam dimiſſo ſynthemate equus publicus ſternebatur.

¶ Syntereſis penu.longa dici poteſt Attentio ſeu conſeruatio.Nã ab συντηρεω.quod eſt conſeruo deriuatur. Et ea pars animę eſt q̃ vicijs aduerſatur et ſeſe ſemper immaculatã cupit a peccato ſeruare& perpetrata mala continuo arguit. quam corrupte theologi noſtri temporis ſyndereſin dicunt.

¶ Syphax fuit Numidarum rex. Cuius Liuius ſæpe meminit.

¶ Syphariũ:velum fuit:vt inquit probus ſub quo latebant paradoxi cum in ſcænam prodibant: aut hoſtiũ mimi. Alij dicunt eſſe omne quod ante cantantem mimum præmium ſuſpenditur. Iuuenalis. Conſumptis vocem damaſippe locaſti ſyphario.

¶ Syracuſæ.ciuitas Siciliæ ſub pachyno monte ſita:vbi fons Arethuſæ.Ci.lib.vi.ver.ſcribit ſyracuſas vrbem eſſe maximã græcarũ vrbium pulcherrimamq̃.quę ex quattuor quaſi vrbibus maximis cõſtare videbatur.quarũ vna Inſula noiatur. Altera Achradina.Tertia Tyche.quarta Neapolis.Syracuſani multos claros principes habuerunt:ſed præcipue clariſſimũ Dionyſiũ ſeniorem qui cum apud filium Dionyſium vidiſſet ingentem vaſorum aureorum argenteorumq̃ copiam exclamans inquit. In te affectus regius nõ eſt qui ex tanta poculorum vi amicum Neminem tibi conciliaſti.Ambo tamẽ Dionyſij philoſophi fuere: amboq̃ platonem audiuerunt.Ex ſyracuſis fuit Archimedes mathematicus & Theocritus poeta bucolici carminis ſcriptor.quem Virgilius imitatus eſt. Solinus in polyhiſtore ſcribit in Sicilia primam comœdiam inuentam fuiſſe.

¶ Syria:regio Aſiæ quæ ab oriente fluuio Euphrate.Ab occidente noſtro mari.& ægypto terminatur.A ſeptentrione habet Ciliciã & partem Cappadociæ.A meridie Arabiam.Cuius inſignes ciuitates vt lib.v.refert Ptol.ſunt. Laodicia hierapolis. Antiochia.Apamia.Palmira.Heliopolis.ptolomaida.Sidon.Tyrus.Beritus.Botris.Tripolis. Biblus.Seleucia.Cæſarea.& Damaſcus.Montes clari.Carmelus.Caſius.Libanus.Fluuij.Euphrates.Criſoras.Singas.Regiones.Phœnicia.Palæſtina.Iudæa.Idumea.Comagena & Samaria.Hęc regio in medio orbis conſtituta eſt quo fit vt nec frigore nimio rigeat:nec calore torreatur. Sunt qui quadripertitam faciunt diuiſionem in Syrios Aſſyrios.Leucoſyrios.& Cœloſyrios.Ply.duplicem facit vnam paleſtinã. Alteram Antiochiã. Huius nominis Syria.prima corripitur.

¶ Syrus ſyra ſyrum.& Syrius ſyria ſyrium quod ex ſyria eſt.Vnde Syri & ſyrij qui ex ſyria ſunt, Suidas συροι προσ φοινικασ εκατερα τα εθνη διαβεβληταισ πανουργα.

¶ Syriſſus.a.um.idem qđ Syrius. Virg. Coppa ſyriſſa caput graia redimita mitella.

¶ Syrus.Inſula Ionica & Aſię appoſita cuius prima producitur. Aqua Phærecides ſyrius ortum habuit.non a Syria regione. Scyros vero thraciæ adſcripta eſt:vt Strabo & Ply.teſtant longe a rhodo

¶ Syriſca.a ſyrus fit:ſicut Ciliſca a cilix.

¶ Syrophœnix:ora maritima ſyrię circa euphratem:cuius pars Idumæa& Iudæa.

¶ Syricũ.color fictitius ex ſinopide & ſandyce miſtis: quo Miniũ adulteratur. Ply.lib.xxxiij. Sublimi aũt ſyrico miniũ compendii ratio demonſtrat. Scyricũ vero ſilaceus ſiue cæruleus color eſt.

¶ Syrinx.gis.& ſyringa.gę.a noſtris fiſtula tranſfertur. Inſtrumentũ muſicũ.quo ore modulamur. Fuit em̃ nympha quædã in cannam conuerſa. De qua Ouidius libro primo me.Naias vna fuit:nympha quæ ſyringa vocabant.

¶ Syrictæ dictæ ſunt ſiue a foraminibus & fiſtulis quas naſi loco pręferũt:ſiue a fiſtulis & calamis aue

¶ Symęa : gñs raphani:vt Ply.interptaf. (narũ.

¶ Syrma ſyrmatis.& ſyrma mę.genus veſtis tragicorum. vel cauda ſiue tractus veſtis fœminarum. Mar. Aptaſti longũ tu quoq̃ ſyrma tibi. Seneca de baccho qui habitu muliebri nonnunq̃ ſe ornabat. Auro decorũ ſyrma barbaricũ. Sumitur interdum pro louga tragicæ orationis ſerie tenorem ſuũ vſq̃ in vltimũ protrahente ab συρω traho.

¶ Syrupus : ſuccus qui trahit ab συρω. traho & Syrtes.ſunt loca circa fines aphricæ ægyptũ verſus periculoſiſſima ab συρειν.trahere. Eſt enim inæqualitas maris & terræ magna & in vno loco profundiſſima in alio vero fatis vadoſa Spirãteq̃ vẽto cumulus arenę qui ſupra mare fuerat in profundiſſimas reſidet valles. Et qui deprimebatur : mox ſuper aquas egeritur. Et ſunt duæ pares natura:impares magnitudine quæ dicuntur maiores & minores & ſpatio paſſuum ducentorum quinquaginta milium ſeparentur. Minor a carthagine trecentis milibus paſſuũ diſtat & totidem ambitus. Maior quadringentis vigintiquinq̃ milibus paſſuum

Ser. vero vbicunq; ſunt arenoſa loca in mari ſyrtes aſſerit vocari. hoc nomẽ etiam declinat hę ſyrtis & has ſyrtis vt inquit Priſc. Virgil. lib. x. In ſyrtis. in ſaxa volans vos turnus adoro.

¶ Siſtole dici poteſt correptio. Figura eſt cum longa ſyllaba contra eius naturam corripitur. vt apud Virgiliũ. Connubio iungam ſtabili propriamq; dicabo. vbi. nu. breuem poſuit quæ naturaliter longa eſt. Nam alio loco longam poſuit. Hectoris andromache pyrrhin connubia ſeruas?

¶ Sytropes. pidis. & Citropes genus vaſis fictilis cum tribus pedibus

¶ Sygyę. nerui ſunt a cerebro ad oculos. ſed is qui a dextra incipit tendit ad ſiniſtrũ. is vero qui a ſiniſtra tendit ad dextrũ oculũ. adeo vt ſe iungũt ad ſimilitudinẽ crucis Vnde ſygyas dictos putant. σ υ ζυγια. enim coniugium dicitur.

Littera muta eſt. & apũd vetuſtiſſimos in aliquibus dictionibus ſcribebatur in quibus nũc ſ ſcribimus. Nam Mertare & pultare. antiqui dicebant: nos merſare & pulſare dicimus. Mutatur. nonnunq; t in ſ & in x. vt Verto. verſus mitto. miſſus. Flecto flexui. Pecto pexui.

¶ Tabor: mons in medio Galileę totũdus ac ſublimis.

¶ Tabanus. animal paruũ volatile. Alio (mis. noie Aſilus. & Oeſtrus græce dicitur.

¶ Tabula. a quo per diminutionẽ fit Tabella. Sũt aũt Tabulę ſiue Tabellæ teſtamẽta vel publicę ſcripturæ ex quacunq; materia. q; initio cæratis tabulis ſcribi conſueuerant. Vnde Ci. Terrentiæ tabulã pro lege poſuiſſe videtur cum ait. Quemadmodũ a veſta ad tabulã valeriã ducta eſſes. Et tabula dicebatur in quã mittebant teſſeras. q̃ Luſoria & quandoq; latruncularia. & Pyrgus ſiue Alueus alueoluſ ue dicebatur. Tabulę nouæ appellantur quando debitores creditas pecunias cũ vſuris perſoluere non coguntur ipſis creditorib⁹ & abolitis prioribus debitis nouæ tabulæ conficiunt. Ci. lib. ij. offic. Tabulæ nouæ quid habent argumenti niſi vt emas mea pecunia fundũ & eum tu habeas ego nõ habeã pecuniam. Sal. Tũc Catilina polliceri cœpit tabulas nouas: proſcriptionem locupletium.

¶ Tabularius ratiocinator ſupputator. phillaciſta qui in tabula noĩa & rationes obſeruat. Sidonius ad petreiũ. Sed & ille ſuſcipiebat hunc granditer habens in eo conſiliariũ in iudicijs: vicarium in ecclejijs: procuratorẽ in negociis: vicillũ in prędijs tabulariũ in tributis: in lectionib⁹ comitẽ: in expoſitionibus interpretẽ: in itineribus cõtubernalem.

¶ Tabelliones: qui & libelliones appellati ſunt qui tabulas. hoc eſt teſtamẽta & publicas ſcripturas cõficiunt. Nã nũc notarii dĩt barbare qui tamẽ aliud ſunt vt qui notarent in ſenatu.

¶ Tabellarius: qui tabellas. i. litteras defert. Hiero. ad Niciã. Rudes illi Italiæ hoſtes quos Caſcos Ennius appellat: qui ſibi vt in rhetoricis Cicero ait. victu ferino: victum requirebant ante carthæ & membranarũ vſum aut in dedolatis ex tigno codicillis: aut in corticibus arborũ mutua epiſtolarũ alloquia miſſitabant. Vnde & portitores earũ tabellarios. & ſcriptores a libris arborũ librarios vocauere.

¶ Tabularia Seruio auctore loca ſunt in quibus tabulæ. hoc eſt inſtrumenta & litteræ & actus publici reponuntur. Virgilius libro tertio. Georgi. Inſanũq; forum & populi tabularia vidit.

¶ Tabulo tabulas tabulis aliquid conſtruo. Hinc Tabulatio: tabularum coaſſatio & textura ſicut aſſerum coaſſatio. Hinc & contabulo. Suetonius in Cali. Qui nõ ſine admiratione helleſpontum contabulauerit.

¶ Tabulata: quę ſunt ex tabulis facta. Hieron. Diſpoſitoq; per tabulata milite. Accipiuntur etiã pro parietibus ſiue ædificijs lapidibus in tabularũ modum quadratis conſtructis. Idem. Vbi in eius honore fabricata eſt eccleſia muro lapideo tabulato. Rurſus Tabulata dicuntur rami extenti in arboribus in plana tendentes nõ in altiora creſcentes. virgilius libro ſecundo Georg. Summaſq; ſequi tabulata per vlmos. Columella libro ſexto. Cũ deinde adoleſcere incipient vlmi: falce formandæ ſunt & tabulata inſtituenda. Hoc enim nomine vſurpant agricolæ ramos truncoſq; promittentes: eoſq; vel propius ferro compeſcunt: vel longius promittũt vt vites laxius diffundantur.

¶ Taberna. quaſi trabea dicitur a validioribus trabibus inquit Dona. quibus ſuperiora ſunt ſuſpenſa. Et accipitur pro omni ędificio quod eſt vtile ad habitandum. ex eo q; taberna tabulis claudebatur ſiue cooperiebatur. Hinc Contubernium & Contubernalis. Et Taberna dicitur vbi opera ipſa Cæteræq; merces venditantur. Officina vbi fiunt opera Et tabernarum quædam lanaria: quædam vinaria quædam olearia & huiuſmodi. Nonius ſcribit: tabernas non tantum vinarias eſſe: ſed & omnes quę ſunt popularis vſus.

¶ Tabernarius: qui in taberna vẽditat. Ci. L. Flacco. Opifices & tabernarios atq; illam omnẽ fæcem ciuitatum quid eſt negocij concitare? Eſt & tabernarius qui vinum venditat: ſicut aquarius qui vendit aquam. Idem. Sed dici non poteſt quomodo hic omnia iaceant niſi ego cum tabernarijs & aquarijs pugnarem.

¶ Tabernarię fabulę. Vide in dictione Togatæ.

¶ Tabernaculũ nõ eſt diminutiuũ ſicut nec Cœnaculum. Eſt aũt Tabernaculũ tectũ caſtrenſe. q; veluti taberna quædam ſit: & vt Hiero. inquit ſemper mutatur tabernaculũ: & huc illucq; tranſfertur. Auguſt. Tabernaculum belli res eſt. Vnde & contubernales milites dicti ſunt tanq̃ ſimul habentes tabernacula. Eſt eñ proprie pugnatiũ & quodammodo militantiũ & aduerſus hoſtem pugnantiũ. Domus eſt vbi ſemper manemus.

¶ Tablinum: locus hibernæ ſtationis atrio proximus. q; fere ex tabulis conſtaret. Ple. lib. xxxv. Tablina codicibus implebantur & monumentis rerũ in magiſtratu geſtarũ. Apul. lib. vlt. floridorũ. Medici cum intrauerint ad ægrũ vti viſant: nemo coq; per pulchra tablina in ædibus viſant & lacunaria auro oblita. Dicitur aũt Tablinũ nõ tabulinum quemadmodũ & figlinũ. nõ figulinũ. Et videt eſſe quod græci pinacothecã dicunt. q̃uis in pinacothecis tabulę pictæ: in tablino rerũ in magiſtratu geſtarum monumenta continebant.

¶ Tabes. is. corruptio p morbo. a quo Tabidus & tabidũ corpus dicitur. Huius tres ſunt ſpecies. Vna cum corpus nõ alitur & ita ſumma oritur macies.

et niſi occurratur occidit.q̃ & Atrophia dicit̃ a græcis. Inde Atrophi qui atrophia laborāt. Altera vbi malus corporis habitus eſt.ideoq; oīa alimēta corrumpunt̃.Hanc græci Caceſiam.nominānt. Tertia quā græci pthiſin vocant cum in pulmonē deſcendit.a capite pituita & frequens tuſſis orit̃. Interdū aliquid cruentū ſignificat.quod proprie Tabū nominant.Eſtq; ſanies & ſanguis corruptus. quod & aliquando dicitur Tabes.Dicit tamen Seru. Tabo nomen eſſe caſus ſeptimi tātū vt ſponte. Quod ſi velis declinare.Hęc Tabes huius tabis dices. Virgilius.Et terrain tabo maculant.

¶Tabidus.corruptus.qui tabem patitur.& Tabidus languidus fragilis. Augu.in expoſitione pſalmorum.Quid tabidius aranea?

¶Tabifícus.qui tabem inducit. Aug.lib.v. conf. Eaſq; curas anhelaret cor meū & cogitationū tabifi carū febribus æſtuaret.Vnde & a Cicerone ægritudo & metus tabificę perturbationes dicunt̃ quoniā mentem lacerant: tabem cruciatū & afflictionē inferunt.Tabificabile dicit̃ a veteribus.

¶Tabefacio.corrumpo.& quaſi in tabem verto.

¶Tabeſco.is.tabui.ſignificat langueo.deficio tabidus fio.a Tabeo.es.Et proprie in amore & mœrore tabeſcere dicimur. q̃uis & de alijs dici poſſit. Gel. Delphinus amans deſyderio tabuit exanima tuſq; eſt. Plau.in cap. Tuo mœrore maceror maceſco conſeneſco & tabeſco miſer. Cato.de re ruſ. Id aliquotiens in die quotidie facito.vſq; adeo donec ſal deſierit tabeſcere.Cōpoſita huius verbi ſtū.Cōtabeſco. Auguſ.libr.tj.con.Triſtitia rebus amiſſis contabeſcit quibus ſe oblectabat cupiditas. Diſtabeſco varie ſiue vehementer tabeſco ab ſumor corrumpor. Idem lib.iij. In quantas iniquitates diſtabui.& ſacrilega curioſitate ſecutus ſum. Intabeſco valde tabeſco. Col.lib.v. Ad vltimā reducitur maciem:& ſic intabeſcit vt nullis deinceps impenſis recreari poſſit. Extabeſco valde tabeſco. Ci. lib.ij. tuſc. Sic corpus clade horribili abſumptū extabuit id eſt tabo & corrupto ſanguine computruit.

¶Taburnus:mons campanię oliuetis abundans. Virgi. Iuuat iſmara baccho Conſerere atq; olea magnum veſtire taburnum.

¶Taceo.es.tacui tacitū.nihil loquor.licet quādoq; etiā dicatur de ijs q̃ ſine voce ſunt. Virgil.lib.iiij. Totūq; per errat luminibus tacitis. Et alibi. Quin tacet omnis ager. Tacere em̃ pro quieſcere capitur. Vnde tacitū mare dicimus cum placidū eſt & nullis fluctibus agitatur. Quoniā vero cum aliquid laude dignū eſt:laudamus & e cōtrario malefacta nō laudamus:factū eſt vt tacenda nō laudanda:& nō tacenda laudānda dicant̃. Quandoq; Tacere ſignificat ſecurū eſſe.quoniā qui ſecuri ſūt nullā querendi cauſam habent. Terē.in adel. Tace egomet conueniam pamphilū.Huius cōpoſita.Cōticeo.obticeo qđ proprie ē de iis q̃ nos pudet loqui. Ter.in phor. Hem nunquid obtices:Reticeo perfecte taceo. ſiue a locutione me contineo.Hiero.contra Heluidium Vt diſcat aliquando reticere qui nunq̃ didicit loqui Hinc Reticentia.Ci.li.i.offi. Ex mœſtitia:ex hilaritate:ex riſu.ex locutione: ex reticentia. Subticeo. taceo.Habentq; ta ſyllabam correptā.

¶Tacitus.qui tacet:& qui ſcit tenere ſecreta. Actionem em̃ ſignificat.quandoq; etiā paſſionē. Virg. Quis te magne cato tacitū:aut te coſſe relinquat?

¶Taciturnus. qui natura facile tacet. Hinc Taciturnitas.q̃ eſt obſeruantiæ genus in ſilentio conſtituta. Terentius in an. Sed his quas ſemper intellexi in te ſitas fide & taciturnitate.Huius diminutiuū eſt Taciturnulus. Apuleius Blanda mulier & taciturnula.

¶Tactici.a græcis dicunt̃ magiſtri & doctores armorum:vt eſt apud Vegetium.

¶Tactus.participiū a Tango.Et aliquando ponitur pro afflato & leuiter fulminato.Ci. Tactus etiā ille qui hanc vrbem cōdidit. In tactus. pro intemerato & nō tacto ſumit̃. Tactus.us.nomen vnus eſt ex quinq; corporis ſenſibus. Qui & tactio dicitur. Ci.li.iiij.tuſ.Qualis eſt hæc auriū:tales ſunt oculorum & tactionū & odorationū & ſaporū q̃ ſunt oēs vnius generis ad perfundēdū animū tanq̃ ille, quæ factæ voluptates.

¶Tatius nomen regis romanorum.

¶Tachonoſo.reſte herodoto.lib.hiſt.ii. quædam nili inſula eſt.

¶Taddæus.nomen viri propriū.

¶Tædium:augor mentis & animi nō corporis valitudo.inquit Seruius.

¶Tædeo.es.tedui & teſus ſum.ſed nō eſt in vſu ſicut cōpoſitū perteſus q̃uis Seru.dicat eſſe participium ſine verbo, Suet. Perteſus ignauiā ſuam. Gel. lib.i. Has ille inanis cum flaret glorias: iamq; oīs finem cuperent: verbiſq; eius fatigati perteduiſſent Fitq; tedeo ab τηλε. L. littera in d. conuerſa. Ideo cum æ diph. ſcribit̃. Nā longitudo atq; prolixitas actionis ſiue paſſionis alicui⁹ tędiū gnare ſolet. Tædet impersonale facit præteritū teduit & teſum vel magis perteſum eſt. Hiero.in eccleſiaſtico. Idcirco teduit me vitæ meę. Virg.lib.quarto. Aenei. Si nō perteſum thalami tędæq; fuiſſet.

¶Tędulus pe.co.dī faſtidioſus ſenex qui oībus tę

¶Tęnarus.pe.cor.locus vmbroſus in (dio eſt. radice malcæ promontorij laconiæ iuxta ſpartā ciuitatē:In quo ga hiatus magnus ē & ſtrepit⁹ progredi pcipiūt:dixerūt veteres per hūc eē deſcēſum ad inferos. Ver. Tęnarias etiam fauces alta oſtia ditis. Ibi erāt latomię:hoc eſt lapidicinę lapidū pciosoq; qui & laconica marmora:& tænarei lapides vocantur. Prop.li.iij. Q đ nō tænareis domus eſt mihi fulta colūnis. Et in ſingulari generis maſ.ē.in pl̄i neutri. Gręce ταιναρος. A quo tęnarū oppidū dictū eſt. Suidas ταιναρον ακρωτηριον λακωνικης εν ωστο μιον ηρ κατα τον εισ αιδου εμβα και πο σει δωνοσ ιερον ασφαλιου εκειστε δε τους τελωτας ικετας καθεσθεντας επι τω ιερω τον ποσει δωνοσ ουδεν δεισαντες αγειλον οι λακεδαιμονιοι.

¶Tænię vittarū extremitates:vt q̃ ab infulis pendēt. Ver. Fit lōgę tęnia vittę. Q ñq; accipit̃ pro tota vitta. Idē li.v. Puniceis tēpora tænis:a tæna nō tænia. Nā & tæna & tænia dī. Proprie tñ tænia eſt faſcia:vnde & lapides ſub aquis candicātes in longū porrectos tænias vocamus:a faſciarū ſimilitudine Ply. Nec pfunda altitudo miraculū minuit. Frequētes quippe tęnię candicātis vadi carinas territant Eſt & tęnia piſciculi genus apud Ariſtotelem a gracilitate & longitudine dictum.

¶Tago is.apud veteres in vſu fuit p tango a quo etiam componitur attigo pro attingo. Plautus in Bac. Nec attigas puerū iſta cauſa quando fecit ſtre

nue. Feſtus. Tagit ſimpliciter dicitur quod attigit contigit facit compoſitum.
Tagax: furunculus. a tago. qđ eſt tango. Lucil. Proſcribere poſſe tagacem mutonis manum.
¶ Tages. gis. fuit qui primus etruſcis aruſpicij diſciplinam dedit.
¶ Tagus: fluuius luſitanię habens arenas aureas. Iuue. Quod Tagus & rutila pactolus voluit arena.
¶ Tagrus: mons in luſitania apud quem quædam equæ dicuntur e vento concipere.
¶ Tagaſta. ciuitas aphricę. ex qua patet meus. Auguſt. tagaſtenſis appellatus eſt.
¶ Talpa, gñis maſ. & fœ. aĩal captũ oculis muri ſiſe Virg. Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.
¶ Talge: inſula in mari hyrcano vt Pompo. refert. ſine cultu fertilis omni fruge ac fructibus abundãs.
¶ Talus: duo ſignificat. ſ. partem pedis. i. oſ. prope calcaneũ quod extuberat. Hor. in Ser. Ad talos ſtola demiſſa & circundata palla. Eſt & talus oſſis genꝰ in articulo pedis: ventre eminens: concaua inuerte bra. de quo in dictione Teſſera. Ariſtoteles & Ply. negant in hoſe eſſe talos.
¶ Talaris & hoc lare. vt veſtis talaris q̃ ad talos vſ
¶ Talaria: calciamẽta: alata Mercu (qꝫ deſcẽdit. rij. Virg. Pedibus talaria nectit Aurea.
¶ Talipedo. as. pe. cor. pedibus vacillo & quaſi ſupra talos inſiſto.
¶ Talea: fruſtũ ligni pręciſum ex vtraqꝫ parte vt in terra inſeratur. Pręciſis em̃ lignis vel pedali vel cubitali magnitudine nõnulle arbores ferunt: idqꝫ lignum ita p̃ciſum greco noſe gñali. ξυλοꝝ latine talea dr̃. Ply. li. xvij. Seruandũ in eo ante oſa vt taleæ ex feracibus fiant arboribꝰ ne curuę neue ſcabrę aut bifurcæ. Cato. Taleas oleaginas quas in ſcrobe ſaturus eris tripedaneas facito. Et ſicut talea dr̃ lignũ quod in terra ſeritur: ita qđ inſerit ramo calamus & teſſera & teſſella qꝫ inſtar teſſeræ ſit: vocatur. Plyn. Q. ſi longius afferantur pomoꝝ calami rapo inſixos optime cuſtodire ſuccũ arbitrant. A quibuſdã etiã ponit pro teſſera. hoc eſt ligno cõplanato quo numeros notant ruſtici idiotę. Quidã hoc nomen cum h ſcribunt qꝫ græcã originẽ habere autument et vſqꝫ adeo latinũ factum vt Taleare pro incidere vſurpet: ruſtica ſimplicitas. Hinc & talea nummaria ſermone militari dicitur. Quod genus cũ edicto principis vel reipu. concedit Clarigatio dici poteſt Liui. lib. viij. Veliterninis deiecti muri: ipſi vrbe abducti: iuſſi tranſtyberim habitare vti eius qui eis tyberim captus fuiſſet ad mille põdo clarigatio eſſet.
¶ Taleari lignũ dicitur dum ſcinditur. Intaliari dũ pręcidendo formatur. ait Varro.
¶ Talia taliæ. folliculum cepatum.
¶ Talio. vindicta hoſtimentũ: vt ſi quis manũ alicui amputauerit: illi manus romanoꝝ lege amputari debet. Hinc Retaliare. Gel. formauit. quod ſignificat Talione hominem repercutere. Mar. Corrumpit ſine talione cælebs.
¶ Talentũ apud priſcos diuerſi ponderis fuit. Nã Atticum talentũ vt docet Plyn. ſexdecim ſeſtertia valebat. hoc eſt pondo. xl. ægyptiũ pondo octoginta. Cleopatra pondo centumuigintiquinqꝫ talentũ facit. hoc eſt ſeſtertioꝝ quinquaginta. Africanus talentum omne pondo ſexaginta tradit. Quia vero libræ. hoc eſt pondo. apud alios maiores apd alios minores ſunt. Hinc efficitur vt talenta quoqꝫ non idem vbiqꝫ valeant. Pollux inquit pro aureis nummis tribus imputabatur. nummus aureus pro drachmis duabus atticis. Erãt ergo talentorũ multa noſa. Ptolomaicũ. Syrium. Tyrium. Antiochenum. Atticũ. pondere quidem pari omnia. ſed ad numinũ collata differunt. Atticũ tyrio æquale ſed plus quadruplo valens q̃ ptolomaicum: ſeſquitertio q̃ ſyrium. Antiochenũqꝫ. Babyloniçũ talentũ duo milia & ſeptuaginta minas atticas ſtiſſe tradũt Euboicũ. quattuor milia denariorũ valebat. Rhodium quingentorũ denariũ Neapolitanũ ſex denarium. Syracuſanũ trium denarium. Alij minimũ libris. L. Matus. lxxij. Maximũ. cxx. faciunt. Atheneus talentũ ſex milibus nummũ italicoꝝ permutari tradit. nummũ eſſe drachmã. hoc eſt denariũ. Cẽtum drachmis. hoc eſt denarijs centũ argẽteis equari librã. Plutar. in pompeio refert minã vocans eã.
¶ Tam & q̃ pro Priſciani ſententia aduerbia ſunt et comparatiuo vel ſuperlatiuo adiiciuntur cũ duo vel plures comparatiui vel ſuperlatiui diuerſę ſignificationis poſiti inter ſe æquantur vel iidem geminantur: vt tam iuſtior q̃ fœlicior æneas hectore. Ci. pro Deio. Iſtam inq̃ dexterã nõ tam in bellis neqꝫ in prelijs q̃ in ꝓmiſſis & fide infirmiorẽ. Bis em̃ infirmiorẽ intelligendũ eſt. Iungitur & poſitiuo: vt tam bonus. Virg. q̃ bonus Homerus. Ci. Tam ſum amicus reipu. q̃ qui maxime. ſ. eſt amicus. Hoc eſt tam amo rempu. q̃ ille qui plurimũ amat. Et apud veteres: tam pro tamen & pro modo ponebat. Cõponitur tam cum etſi: & ſignificat q̃uis. Ply. Dedit quantũ maximũ potuit daturus amplius ſi potuiſſet: tametſi quid homini dari poteſt maiꝰ q̃ gloria: laus: æternitas?
¶ Tama. dicitur cum labore viæ ſanguis in crura deſcendit & tumorem facit.
¶ Tamariçæ. pen. pro. gñs frutcis bis in anno floretis. a græcis Erice dr̃ Vnde & Ericeũ mel celebratur. Videt etiã recte dici Tamarix. & tamaricũ etiã legitur. Hãc quidã eandẽ eſſe quã myricã exiſtimãt licet Ply. lib. xxviij. diuerſa eſſe dixerit.
¶ Tamaritæ penultima produ. populi aſiatici non longe a Caſpio mari.
¶ Tamen ſignificat nihilominus. Quę vbi p̃cedit q̃q̃ q̃uis & alia huiuſmodi dat principiũ conſtructi onis: ipſa dictione tamen excuſſa. Quod ideo in ligatura & quaſi iunctura orationis inſertũ eſt: quia oratio vnde nõ debuerat incœperat. Idcirco tamẽ abijcitur tanq̃ functa officio ſuo. aliquãdo inceptiua eſt. Ci. Peto. Tamẽ nõ diſcedis a malitia. Aliquãdo ponitur pro ſtatim. Virg. Hic hędos depone tñ venieimus in vrbem. Aliqñ pro tandẽ. Salu. lib. iij. hiſt. Nã q enare conati ſũt icti fragmẽtis nauiũ aut afflicti a ſuis vndarũ vi multato fœde corpore. &c. Plau. Ita faciã ita placet qđ tũ tñ? Aliqñ pro dũtaxat. Ter. in Ecy. Quod potero faciã tñ vt pietatem colã. Do. duntaxat vel ita tñ vt pietatẽ colã. Hinc cõponunt Attñ & verũtamẽ eiuſdẽ fere ſignificati
¶ Tãnus herba ẽ minutis foliis & aculeata. (onis
¶ Tamino. as. pe. cor. corrumpo licet nõ ſit in vſu Cuius cõpoſita ſunt Attamino. Cõtamino. & Intamino. Vnde & Intaminatus.
¶ Tanas. oppidũ nõ lõge a Tana. & venetis paret. Vnde & nobiliſſime pelles feruntur: & mancipia q̃ a ſcythis emunt quos appellant Catcaſos.
¶ Tanais: fluuius ſcythię qui diuidit Aſiã ab Euro

pa. Ferturq; a ſeptentrione Nilo cõtrarius paulo tñ orientalior nõ ſolũ per ſcythas in Męotim defluẽs ſed & per ſauromatas. Originem eius incertã aliqui putant. Ptol. ex mõtibus ripheis prodire putat qui magis hauſtrales ſũt q̃ hyperborei. Alij aiunt eſſe paludem nõ admodũ magnã ex qua Tanais naſcitur qui duobus oſtijs Mæotim ingreditur quæ ſtadijs intra ſe circiter. lxx. diſtare ferunt. Alij ex Caucaſijs montibus oriri exiſtimant.

¶ Tanager fluuius lucanię q̃ eſt inter campaniã & Calabriam. Vnde Virg. li. iij. Ge. Et ſicci ripa tanagri. At tanagra perſidis oppidũ eſt.

¶ Tanais. Metropolis ægypti vbi Moyſes mirabi

¶ Tandẽ ſigt ad poſtremũ. Virg. Iam (lia fecit. tandẽ Italię fugiẽtis prændimus oras. Per interrogationẽ habet vrgẽs quiddã & accelerãs. Ci. Quouſq; tandẽ abutere Catilina patientia noſtra. Aliqñ eſt cõiunctio expletiua. Terẽ. in phor. Ita ne tandẽ vxorem duxit antipho iniuſſu meo? Interdũ ponitur pro Aliqñ. vt apud eundẽ. Ita ne tandem ſororem duxit? Nõnũ q̃ pro Vix. Ci. Tandẽ aliqñ quirites. Item pro ſaltem. Ter. in heau. Perfice hoc precibus precio vt hęreã in parte aliqua apud Thaidem tandem. Item pro tamen. Ci. In qua ciuitate tandẽ arbitrare te viuere.

¶ Tango. is. tetigi. tactũ. ſcđm cõſuetudinẽ. Lucr. Tangere eñ & tangi niſi corpus nulla poteſt res: Sed quoniã quodãmodo moueri videñ ea q̃ tangunt: Tangere qñq; pro cõmouere ac ferire capit. Idem li. i. Nec bene pro meritis capit nec tangit ira Virg. De cœlo tactas memini p̃dicere quercus. Q ñ q; pro circũuenire. Turpil. At etiã ineptus meus eſt mihi pater iratus quia talento argenti tetigi veteri exemplo amantis. Aliquando pro Cernere intelligere. Ci. Poſtq̃ aũt conſilia eius oĩa tetigi. Aliquando pro Peruenire. Idem Verres ſimulac tetigit prouinciã. Sunt qui velint Tango tanxi pręteritũ facere. Tago tetigi. ſicut pango xi. & pago pepigi. Cõpoſita a Tango ſunt Attingo. Cõtingo. Obtingo Pertingo. qđ eſt perfecte tango. Quod & pro Conſequor plærunq; poni ſolet.

¶ Tantalus. Iouis ex Plote nympha filius fuit quẽ Euſebius regem phrygię cum Troo dardanię rege bellum geſſiſſe ſcribit q; Ganymedẽ rapuerit Agamemnonis & Menelai auus. Vnde & Tantalides dicti ſunt. Hic ob filiũ interfectũ detruſus ad inferos ſiti torqueñ & fame. Plato in Cratylo ſcribit Tantalum dictũ eſſe quaſi Talantaton hoc eſt infœliciſſimũ. Alius fuit Tantalus corinthiorũ rex ob pietatem deorũ menſis dignatus. Alius Thieſtę ex Merope filius interfectus & appoſitus eſca patri. Hinc fit Tantaleus. a. um. Proper. Tantalea poterit trade re poma manu. Suidas εϖι ϖτεν ο λιθοσ εϖ αυωρ Δι ψη Δεθηκε το ταυταλου κυ ϖουσ τρυ ταρισαιου του ρη τοροσ γεωτερου ασωτευομενου υϛερου Δε σωφρονησαντοσ.

¶ Tantus. a. um. a tam deduci videñ. q̃titatẽ ſignificat. Et modo demonſtratiuũ eſt. Virg. Tantę molis erat romanã condere gentem. Modo relatiuum. Plau. Et tantũ q̃tũ potui p̃ſtiti tibi. Huius diminu. eſt Tantalus a quo tantillus.

¶ Tantũ aduerbiũ ſignificat ſolũ. Quod & tantũmodo dñ. Aliqñ ſignificat vſq; adeo.

¶ Tantumnũ nõ tam negare videñ q̃ affirmare: accipiturq; pro etiã. Sue. in Tibe. Tantumnũ aduerſis tempeſtatibus rhodũ enauigauit. i. etiã aduerſis tempeſtatibus. Alij exponũt quatenus a tẽpeſtatibus nõ impediretur. Similiter Syrius. Tantumnũ ſtrictis mucronibus. Videturq; ea figura dici: qua etiãnũ. Sic Liu. li. xxxvij. Vidit nõ poſſe ęquare ordinem romanos & tantumnũ iam circuiri a dextro cornu concidat naues.

¶ Tanti & q̃ti cũ eoꝝ cõpoſitis tantidẽ q̃tilibet q̃ticunq; ſimiliter totidẽ pluris minoris iungunt verbis preciũ ſignificãtibus qualia ſunt Emo vendo veneo mercor cõparo æſtimo. cõſtat cõduco loco fœneror: paciſcor pago pepigi: condẽno: poſtulo et ſi qua ſũt alia. Et tñ in alijs a p̃dictis abltm poſtulant. Ter. Quid agas niſi vt te redimas captum q̃ queas minimo. Et ſi nequeas paululo. at q̃ti queas. i. tanti te redimas quãti queas. Liu. li. xlviij. Mancipia minora annis viginti q̃ poſt proximũ luſtrũ decem millibus æris: aut pluris veniſſent: ea quoq; decẽ tanto pluris q̃ q̃ti eſſent æſtimarent.

¶ Tantũ abeſt ſignificat nõ ſolũ nõ eſt. Ci. li. offi. Tantũ abeſt ab officio: vt nihil officio magis poſſit eſſe contrariũ. hoc eſt nõ modo officiũ nõ eſt: verumetiã nihil magis officio poteſt eſſe contrariũ. Vel tantũ abeſt vt officiũ ſit: vt nihil officio &c.

¶ Tantiſper aduerbiũ ſignificat tãdiu poſtulatq; poſt ſe dũ donec ſiue q̃diu: vel quoad. Ci. In carcerem ductus: vt ibi eſſet tantiſper dũ culeus in quem detectus deferreñ cõpararent. Ter. in heau. Ego te meum eſſe dici tantiſper volo. dũ quod te dignũ eſt facias. Sic cętera a per cõpoſita tẽporis breuitatem ſignificãt: vt quantiſper parũper pauliſper aliquantiſper. Ponit etiã Tantiſper. ſine dũ. & ſignificat tãtũmodo. ſiue interea. Hier. Vnde de iis ex q̃bus certi ſumus tantiſper loquamur. Liu. li. i. Tamẽ id imperiũ ei ad puberẽ ętatẽ incolume manſit: tantiſper tutela muliebri. Ci. li. v. tuſ. Sed videro quid efficiat tantiſper hoc ipm magni ęſtimo qđ pollicetur.

¶ Tantopere & tanto opere ſignificat tantũ: tam vehementer. Ter. in adel. Ego hac in re nihil reperio: quamobrem laudarer tantopere.

¶ Tantũdem. quaſi tantũ idem. ſignificat ęque tm̃. vulgo alterũtãtũ. Aug. Acquati ſũt oẽs & facti ſũt nouiſſimi primi & primi nouiſſimi quia tantundem acceperũt. primi & nouiſſimi. Col. li. vij. Tũ paribꝰ caſiæ myrrhęq; & thuris põderibꝰ. ac tantũdẽ ſanguinis marinę teſtudinis miſceñ. Ter. in phor. in ea ſignificatione: ſed aliter dixit. Nũ tu? Nihil phœd. Tantundẽ ego. Hoc nomẽ habet niſi gtm̃ tantidẽ qđ ſigt pro tãto p̃cio ſolũ. Ter. in adelp. Domo me eripuit verberauit: me inuito abduxit meã ob male facta hęc tantidẽ poſtulat emptã ſibi tradier.

¶ Tapetũ. Tapes. tis. & Tapete. pe. pro. Tegmen mire pictũ variis coloribus quo equi: menſę: leu pauimenta ſternunt. Virg. li. x. Qui ſorte tapetibꝰ altis Extructus toto perflabat pectore ſomnũ. Idẽ li. viij. Lnſtraros oſtro alipedes pictiſq; tapetis. Declinañ. n. greçe τα ϖηϛ τα ϖητοσ. Sta. li. i. th. Altoſq; inferre tapetas. actũs greçus eſt a Tapes tapetis. Hier. li. ij. ꝛ. Obtulerũt ei ſtratoria & tapetia. A tapete eſt. Similiter Plau. Vt ne periſtromata quidẽ æque, ſint Campanica neq; Alexandrina bęluata conſuta tapetia.

¶ Tapedogogia. oĩm tapetoꝝ ſupellex intelligit.

¶ Taphos: latine ſepulchrũ. dñ. Vnde Epitaphiũ.

¶ Tapinoſis pe. pro. latine hũiliatio dñ. Eſt eñ rei

magnę humilis expoſitio ταπεινος hũilis: vt ap parent rari nantes in gurgite vaſto.

¶ Tapſus. inſula decem ſtadijs a ſicilia diſtans ver ſus ſytacuſas. Virg. li. iij. Tapſumq; iacentem.

¶ Taprobane. inſula in mari indico ſatis ampla in ter ortũ occaſũq; ſolis. vt Solin⁹ refert. Patet in lõ gitudine ſtadios⁹ ſeptẽ millib⁹. in latitudine quinq; millibus. Nulla in nauigãdo ſyderũ obſeruatio. Ibi ſeptẽtriones nequaq̃ aſpiciunt. Lucet ibi Canopos ſydus: clarũ & ãpliſſimũ. Hoſtes corporũ magnitu dine alios antecellũt cęruleis oculis: atroci viſu: terri fico ſono vocis. Viuũt vltra annos centũ. Naſcunt in ea bærylli: & hyacinthi vt Ptol. li. vij. refert. Ply. lib. vi. ſcribit quingenta oppida cõperta fuiſſe. In ea ſicut Geometrię ſcribũt ſunt duæ æſtates.

¶ Tapyri ppe in parthia vt lib. xi. refert Strabo. q bus mos eſt vt ꝓprias vxores. alijs viris nuptui co cedant cũ duos aut tres filios ex eis ſuſceperint.

¶ Taracon. pe. cor. Inſignis hiſpaniæ ciuitas Sci pionũ opus: a qua ꝓuincia ipſa Taraconia & tara conenſis vocatur. q̃ vt Pompo. ſcribit lib. ij. altero capite Gallias: altero bęthycã luſitaniãq; cõtingẽs mari latera obijcit: noſtro qua meridiẽ: qua ſeptẽ trionẽ ſpectat oceano. Vrbiũ e mediterraneis clariſ ſimæ fuerũt Pallantia & Numãtia. Nũc eſt Cęſarea auguſta. Hinc Taraconenſia vina nobilitanter ele gantia. Mart. Taraco campano tantũ ceſſura lyęo.

¶ Tarchon. nomẽ ꝓpriũ ætruriæ ducis & haruſpi

¶ Taracina. oppidũ Volſcorũ in Cãpania. (cis. ante Trachyna. i. aſpera a loci aſpredine. & lingua volſcorũ Anxur dicebatur prius diuerſa fortuna a rhegynis experta a ταραττω conturbo. Liui. lib. iiij. Anxur fuit q̃ nũc Taracinę ſũt ciuitas prona in paludes.

¶ Tarchetius nomẽ fuit impij albanoꝝ regis

¶ Tatas fuit Nuptunni filius quẽ tarentũ ædificaſ. ſe nonnulli autumant.

¶ Tardus piger. Virg. Sępe oleis tardi coſtas agi tator aſelli Vilibus aut onerat pomis. Per tranſlati onem quãdoq; pro rudi & ſtulto ponit. Idem. Tar di venere ſubulci. Teren. in heau. Fatuus eſt inſul ſus tardus. Q̃nq; pro pſeueranti & diuturno Virgi. Media fert triſtis ſuccos tardũq; ſaporẽ. Q̃nq; pro dẽſo & craſſo. Idẽ. Vdo ſub robore viuit Stupa vo mens tardũ fumũ. Hui⁹ diminutiuũ ẽ Tardiuſcul⁹.

¶ Tarditas tarditudo & tardicies ꝓpigritia. Plau. in Penu. Prodigioſi eſtis & viciſtis cocleas tarditu dine. Actius. Multa mittunt tarditię & ſocordiæ.

¶ Tardo. as. moror tard⁹ ſum. a quo Retardo mo rari facio: retineo. Ci. in Catone. Ad quem fruendũ nõ modo ſe nõ terardat verumetiã inuitat.

¶ Tardigradus. pe. cor. qui tarde graditur.

¶ Tarentũ fuit inclyta Calabrię vrbs i vltimo Ita lię circa ſalentinoꝝ cõſinta a tara Neptũni filio ędi ficata. Deinde a Laconibus aucta: qui duce Pallan to illuc aduentantes expulſis incolis vti Iuſti. li. iij. ſcribit eam tenuerunt.

¶ Taurẽtina nux fragili putamine eſt: & ita mollis vt vix attrectata rumpat. Vnde quidã tarentũ ap pellatum putãt q; iuglãdes nuces & pineas molles habeat ac ſiſr oues. Tarentũ aũt ſabini vocãt mol le. Ad qđ alludens. Hor. ſcripſit. Et molle tarentũ.

¶ Tarines genus vermiculi carnem exedens.

¶ Tarpeius mõs Romę a Tarpeia virgine veſtali ſic dictus q̃ ſabinis arcem ꝓdidit & ibi necata ſepul taq; fuit. E cuius noſe monumentũ relictũ quòd rũ pes tarpeia & tarpeũ ſaxũ vocitabaſ. Hic prius ſa turnius mons. Poſtea capitolũ dictũ fuit.

¶ Tarſus vrbs pręclariſſima & Cilicię metropolis quã Perſeus danaes nobiliſſima proles ædificauit. Luc. lib. iiij. Deſcrif tauriq; nemus perſeaq; tarſus. Hęc fuit apoſtoli pauli patria. Dicta Tarſus vt quí dam exiſtimãt a ſiccitate. vel a parte pedis q̃ tarſos dr vt in manu. Vel vt Ioſephus ait li. i. a Tarſo ne pote Iaphet. Tarſis vero lapidis genus eſt vt inqt Hiero. ad Marcel. vt eſt illud in Daniele. Et corpus eiuſdẽ vt Tarſis: qđ aquila Chryſolithũ: Symma chus Hyacinthũ interpretant. Et apd Ezechie. Et ſpecies rotarũ ſicut ſpecies tarſis. Eſt & tarſis regio iudeę ad quã Ionas ꝓpheta ſevelleire dixit. Et Sa lomon & Ioſaphat naues hũerũt q̃ de Tarſis ſolitę ſunt exercere cõmercia. Ipſum quoq; mare: quia cæ ruleũ ſit & ſæpe ſolis radijs percuſſum colorẽ ſupra dictorũ colorũ trahat a colore nomen accepit. Por ro hebræi. Tarſis mare dici gñaliter autumant. Sed illud. In ſpiritu violento confringes naues tarſis. i. maris. Et in Eſaia. Vlulate naues tarſis. Tarſenſes adeo pbiæ ſtudioſi fuerũt: vt Athenienſes & Alexan drinos ſuperarẽt. Ex tarſo fuerũt antipater. Arche laus & Neſtor & duo Athenodori. quorũ qui Cor dillion dictus eſt cũ. M. Catone vixit & apud eũ mor tuus eſt. Alter Canauita a vico quodã cæſaris præ ceptor. & hi philoſophi ſtoici fuere.

¶ Tartarus. pe. cor. in ſingulari gñis maſ. In pſali mo. locus infernalis a ταραττω cõturbo. quia il lic oĩa perturbata dñr. Vel απο του ταρταριζειν .i. a tremore frigoris. Sole eñ caret. Suid. ταρτα ρος ο κατωτερος του αδου τοπος και ταρτα ρουτορ περι ταυεφη τοπον και περι ψηχης. Hinc tartare⁹. a. ũ. Tartarũ neutro gñe fex vini dr.

¶ Tarteſſus: vrbs fuit in littore ꝓpe gades. vnde fa milia Columellę emanauit. a Tartaro dicta vt me minit Stra. ꝓpter ſubterraneas illic cauernas.

¶ Taſiũ. gñs ẽ vini a ταστος q̃ eſt detẽtio deductũ nomẽ vel vt Ser. ait a taſo inſula. Vñ & taſiæ vites.

¶ Tatianus. nomẽ eſt viri proprium.

¶ Taurus bos ad ꝓcreandũ reſeruatus ſicut hircus. Accipit & pro quocũq; forti boue. Virg. li. i. Ge. Er go age terrę Pingue ſolũ primis ex tẽplo a mẽſibus anni Fortes inuertãt tauri. Eſt & taur⁹ cęleſte ſignũ Ideo eñ in cœlũ trãſlatus fuiſſe taurus exiſtimatur q; Europã in Cretã inſulã trãſuexerit incolumẽ. Le ge fabulã. Et taur⁹ mons q ab indico mari exurgẽs vaſt: ſatis attollit, dein dextro latere ad ſeptentrio nem ſiuiſtro ad meridiẽ verſus it in occidentẽ rect⁹, et ꝓpetuo iugo. magnarũq; gẽtiũ qua dorſum agit termin⁹ ſed pro gentiũ ac linguarũ varietate diuer ſa habet noĩa Mons ei oppoſitus Antitaurus dicit Vbi in excelſiſſimã cõſurgit ſublimitatẽ Caucaſus appellat q̃q̃ ſint qui taurũ a caucaſo diuidant.

¶ Taurinus. a. um. qđ ẽ ex tauro boue vt pellis tau rina. Sic dñr oĩa a mutis aĩalibus deriuata. & i. pen. pro. ſeruant. vt Leporinus caprinus. Formicinus. Hirũdinínus. Plau. in ru. Ad hirundininũ nidũ vi ſa eſt mihi ſimia vt inaſcenſionẽ faceret. Veruecin⁹ Porcinus. Ouinus. Suinus & huinſmodi.

¶ Tauri numero plurali & taurilia: ludi inhonorẽ deorum inferorum facti quos & boalia & bupetias aliquando vocatos inuenimus. Sed proprie hi lu di ſunt boum gratia inſtituti. Item tauri ſcarabei

terreſtes ſunt ricino ſimiles.
¶ Taurā. vaccā dici exiſtimāt ſterilē. q̄ hęc nō magis pariat q̄ tauri.
¶ Tauroſcythę. ppli ſcytarū q taurū montē hītāt.
¶ Taureus Neptūni Epitethō: qm̄ ei tauros immolabant: vł quia ſit deus maris q̄ ſonū emittat ſimilem voci taurinæ.
¶ Taurea ſcutica ex corio bubulo facta. Iuue. Taurea punit cōtinuo flexi crimē facinuſq; capilli. Hie. in li. macch. beoz. ij. Cōtigit aūt & ſeptem fratres vna cū matre apprehenſos cōpelli a rege edere carnes porcinas flagris & taureis cruciatos.
¶ Taurica cherſoneſus peninſula ꝓuincia eſt europę ſicuti doc̄ Ptol. li. iij. cuiꝰ fines ſūt Iſthmus. Palus męotis. pōtus & cimmerius boſporus. Ibi ciuitates ſitę ſūt Eupatoria & theodoſia. nūc Capha. Eiꝰ ambitus. dcc. millia paſſ. cōplectit. & a męotidis populis q margines ipius habitāt nomē aſſūpſit. De hac Iuue. Aegyptus qppe illa nefandi taurica ſacri Et ipi etiā tauici īmanes moribus immanēq; famā hītes q̄ ſolerēt pro victimis aduenas cædere.
¶ Taurarij populi in taurica regione conſtituti.
¶ Tauromiū. mōs ſicilię multis bobus abundās et ſupra eū vrbs eiuſdē noīs quā ędificauerūt zanclei a quo tauromitan⁹ ager. & tauromitani ciues. vnde ē illud. tauromitanā vincūt feruore charybdim. Scribit Ply. Hāc vrbē qñq; Naxō appella
¶ Tautologia latine dici pōt eiuſdem elo (tam. quiū. Idē Virg. li. i. Si fata virū ſeruant: ſi veſcit aura ętherea neq; adhuc crudelibus accubat vmbris. Nā totū qd repetit vnū eſt: ſed ad exprimendū cōceptū crebro ſermone denunciatur.
¶ Taxillus diminutiuū eſt a talus.
¶ Taxus arbor abiecti ſil'is baccaſq; ferēs q bus læ tale venenū ineſt p̄cipue in hiſpania. Ab ea toxicū dī quaſi taxicū. Virg. Sic tua cyrneas fugiāt exami na taxos. Fumus em̄ taxi mures necat. Taxus, generis maſ. aīal eſt qd & taxo dī. & Melis ab auiditate mellis. Eſt em̄ alueatibus infeſtus.
¶Tremefacio sicut sonat. Virg. Tũ vero tremefacta nouus per pectora cunctis Insinuat pauor.
¶Tremor modo ipsam commotionẽ seu agitationem.modo timorẽ significat. Virg.lib.ij. Ge. Vnde tremor terris? Et alibi. Cur ante tubã tremor occupat artus? venit tamen ex græco τρεμω & illa q̃ deducuntur.
¶Tremebundus.abunde tremens. Ci.lib.iij.ad heren. Sin erit sermo in locutione leuiter & tremebunda voce cum parua significatione risus.
¶Trepidus.a.um.idem qđ pauid⁹. Cuius diminutiuum est Trepidulus. Gel. Pulli trepiduli circunstrepere. Et trepidus Festinus. Virgil.lib.iij. Hic me dũ trepidi crudelia limina linquunt Inmemores socij vasto cyclopis in antro Deseruere. Ser. Trepidi Festini vt per timorẽ nõ per odiũ relict⁹ fuisse videat̃.
¶Trepido.as.pe.cor.timeo. Amb. Trepidare virginũ est ad oñs ingressus viri pauere.omnesq; viri affatus vereri. Et trepidare festinare. Virgil. lib. iiij. Dum trepidant alæ saltusq; indagine cingunt.
¶Treueri.populi Galliæ inter Belgas in confinibus germaniæ.Neruijs finitimi.
¶Tressis.tres asses. Persius. Nõ tressis agaso.
¶Tris a græco. Nã greci τρεισ dicunt. Vnde trias adis trinitas. Aliquãdo significat valde. Hinc Trifur. Trismegistus.
¶Triangulus.figura tres angulos habens: quam græci τριγωνον vocant. Hinc triangularis & hoc triangulare.
¶Triarchus nauis triremis præpositus.ab archon princeps.
¶Triarij erant milites fortissimi:qui in legione romana vltimi erãt. Hi siquãdo res fuisset in periculo in fronte acierũ poplitibus flexis stabant ita vt potius animã amitterent q̃ de loco decederent. Vnde ortum est illud prouerbiũ cum res sunt dubiæ. Ventũ est ad triarios. Var. Triarij dicti q; in acie tertio ordine extremis subsidio ponerentur. Plaut. Agite nunc subsidete omnes quasi solent triarij.
¶Tribus. us.a tributo dando. vel q; ager roman⁹ primo diuisus in tres ptes fuerit: & tres ptes ppli fact̨ vna Tratiensiũ a tatio Sabinorũ rege iã amico post fœdera.alia Ramnũ siue rãnensiũ a Romulo Tertia Lucerũ a Lucumone. Varro eñ scribit Romulum dimicantẽ cõtra Titũ tatiũ a lucumonibus Hoc est thuscis auxilia postulasse. Vnde quidã venit cũ exercitu cui recepto iam Tatio pars vrbis est data. Vnde in vrbe thuscus dict⁹ est vicus. Siue vt aliqui volunt a Luco.quem Asyllum vocauerat romulus. Ergo in tres partes diuisus erat populus ad eo vt qui etiã vni prẽerat parti Tribunus diceret̃ & sumptus dati populo tributa vocant̃. Sed postea aliæ quoq; partes vrbis factæ quæ similiter tribus appellatæ sunt. Nam in sex partes fuit distributa ciuitas in primos secũdosq; Tatienses Ramnes. Luceres. Quelibet ex tribubus decem curias continebat quę de noibus Sabinarũ appellatę sunt. Varro Festus. Plutarchus & Asconius. Dissentit paulum Liuius scribens a Romulo Cẽturias equitũ tres fuisse cõscriptas ramnenses & tatienses & luceres:nec videtur existimare totũ populũ in hos fuisse distributum:sed solos equites. Aug. in psal. interpretatione sic scribit. Tribus alio noie dici possunt curiæ: sed nõ ꝓprie. Nã proprie si diximus curias: nõ in-

telliguntur nisi curiæ q̄ sunt in ciuitatibus singulis singulæ: vnde Curiales & decuriones. i. q̄ sint in curia vel decuria. Et nostis quia tales curias singulas habent singulæ ciuitates. Sunt aūt vel erant ali quando in istis quoq̄ ciuitatibus curiæ etiā populorū & vna ciuitas multas curias habet: sicut roma. xxxv. curias habet populi. Hæ dicunt tribus. Has populus Israel. xij. habebat scdm filios Iaco. Ply. refert quattuor solas vrbanas tribus fuisse appellatas a partibus vrbis in q̄bus habitabāt. Nā Suburrana. Palatina. Collina. & Exquilia dicebant

¶ Tribulis. pe. pro. qui ex tribu est. Hor. in epistol. Vt cū pileolo soleas cōsua tribulis. Ci. Ser. Lucio Cossino amico & tribuli tuo valde familiariter vtor hinc Contribulis qui ex eadem tribu est. Hiero. li. ij. machabeoꝝ. Quod cū rex annuisset statim ad gentilem ritū contribules suos transferre cœpit.

¶ Tributim aduerbiū. significat per singulas trib⁹

¶ Tributū. a tribubus. Var. dictū ostēdit. q̄ ea pecunia q̄ populo imperata erat tributim soluebatur. Festus. Tributū dictum quia ex priuato in publicū tributur. Sumi postea hoc vocabulū cœpit largius pro omni munere qđ a subditis soluitur.

¶ Tributarius: qui soluendo tributo obnoxius est. Iusti. lib. i. Sed ciuitates q̄ medorū tributarię fuerāt

¶ Tribuni dicti. q̄ tūc in tres partes pp̄us diuisus erat: & ex singulis creabantur: vel quia tribuum suffragio creārētur. Vel quia vt Vege. inquit. q̄ tribuebant iura militibus. Tribuni etiā vocati sūt qui magistratū gerebant: vt regū tp̄e tribuni celerū: qui cēturijs prę̄erant: postea facti sūt tribuni militares in castris qui parem cū consulibus haberēt potestatē qui imperatori opponebant pro militibus. Tribunorū militariū sicut docet Asco. duo sunt genera. Alij rufuli dr̄ qui in exercitu creari solent. Alij sūt Comitiati qui Romę comitijs designant. Tribuni militaris officiū est: vt miles veste nitidus: armis bene munitus: exercitationis vsu & disciplina eruditus incedat. Olim tribuni militum consulari potestate promiscue ex patribus ac plebe creati sūt. Alij fuerunt Tribuni plebis qui in defensione plebis a patribus facti sunt anno fere. xvij. post exactos reges. Alij tribuni ærarij. dicti ab eo q̄ his attributa erat pecunia quā militi reddebant.

¶ Tribunitius qui tribunus fuit.

¶ Tribuniti⁹. a. um. quod ad tribunos ptinet. Sal. Nam postq̄. C. Pompeio. & M. Crasso. consulibus tribunitia potestas restituta est.

¶ Tribunat⁹. us. ip̄a tribunoꝝ dignitas. Ci. in Lęl. De Caij. aut Gracchi tribunatu qđ expectē nō libet

¶ Tribunal. p. pro. loc⁹ excelsus in quo ⟨augurari residebat qui ius tribubus redderet.

¶ Tribuo. is. bui. butū. quasi tributū do. concedo. Sed hoc beniuolētiæ eius tribuendū est. Aliquādo capit sicut vendo. Hiero. in deutro. Aquā pecunia tribue & sic bibemus. Aliquando capit pro assumo vt tu tibi multū tribuis. Aliq̄n p fauere. Cic. Crassi pedi. Cū vniuerso ordini: publicanorū semper libētissime tribuerim. Hui⁹ cōposita sūt. Attribuo. Cōtribuo simul tribuo. hoc est aliis partē facio. Distribuo. diuersis modis tribuo. Ter. in adel. Argentū annumerauit: illico dedit: præterea in sumptū dimidiū minæ id distributū est sane ex sententia. Retribuo: quasi retro tribuo. hoc est remunero.

¶ Tribulus. pe. cor. spinę genus a semine triangula ri dictus vel q̄ cuspidatus trifariā feriat. Ouid. lib. x. me. Loliū tribuliq̄ fatigant triticeæ messes.

¶ Tribula. æ. & Tribulū. gn̄s vehiculi quo frumenta in area terunt a trib⁹ laterib⁹ sic appellat. Augu. lib. de ciui. dei. Nā sicut sub vno igne aurū rutilat & palea fumat: & sub eadē tribula stipulę cōminuunt: frumēta purgāt. Virg. li. i. Ge. Tribulaq̄ traheęq̄ & iniquo pōdere rastri. Var. Espicis in area excuti grana qđ fit apud alios iumētis iunctis & tribula.

¶ Tribularīū a tribula fieri videt & significat locū vbi tribulæ secondunt: vt est apud Col.

¶ Tribulor. verbū factum ab angustia & dolore illorū qui tribulū ferri vel tribulū herbā caucauerint q̄ oritur in lacubus & paludib⁹ trigoli vl̄ ferrarię vulgariter etiā murex: angulata est: tacitur vt vis semp cuspis est erecta: bellicū ferramentū est.

¶ Tribrachus. pe. cor. pes ex tribus breuibus sylla bis constans a τρεις & βραχυς qđ significat breue. vt Te corydon o alexi. Vbi dono a tribrach⁹ est cum vocalis ante vocalem breuis fiat.

¶ Trica. apuliæ oppidū. Vide in dictione Apina.

¶ Tricæ. capilli pedibus pullorū gallinaceorū inuoluti. Quoniā vero gressum illoꝝ impediant r factum est vt oīa impedimenta tricæ dicant. Plau. in Cur. Quod argentū tu mihi? quas mihi tricas narras. Inde extricare & intricare p expedire & ipedire

¶ Tricephalus. pe. cor. qui habet tria capita.

¶ Triceps. trium capitū. Seneca. Tricipitē secū belluam manibus trahens.

¶ Triclinīū. latine discubitorīū dici potest. Est em̄ locus in quo discumbebāt & cœnabāt p̄cipue in cōuiuiū accepti a tribus lectis quos sternebāt cōtignis Nam tris menses in cōuiuio apponere veteres solebant & facendo cœnare sicut turci faciūt. τρισ em̄ tres κλινη lectus dī. Hinc Hor. Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos Equibus vnus auet quauis aspergere cunctos Præter eū qui præbet aquā. Iuue. Ergo duos post Si libuit menses neglectū ad lubere clientem Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto Vna simus ait. Virgili. Inde toro p̄ Aeneas sic orsus ab alto. Quintil. locū intellexit dū ait. Vix eo limen egresso triclinīū illud supra cōuuas corruit. Apul. lib. x. Iam denicq̄ cœnati e triclinio domini decesseramus. Hunc locū Cicero appellat Conclaue. Cuius hæc sūt verba. Nęc interconclaue illud cecidit. Proprie tamen conclaue dicitur quicunq̄ locus secretior vbi colloquia fieri solēt. Habetq̄ vnā clauem communē domesticis: nec est omnibus ad eum eundi potestas. Victruuius. In triclinarijs cæterisq̄ conclauibus maximus est vsus luminū. Cōstat igitur Triclinīū & lectos discubitorios & ip̄am cœnationem. i. locum vbi semper lectis cœnaturi discumbebant significare. Sed postea triclinīū per abusionē apparatus ad mensam factus dici consueuit: & coacta in locū vnū parandæ paucorū cœnæ supellex necessaria. Hinc Architriclinus qui huic ministerio prę̄est Vnde Ci. sterni triclinia & in foro sterni iubebat. Sic Biclinīū locus attributus conuiuio a duplici ordine discumbentium. Plau. in Bac. Aduortite mnesiloche & tu pistoclere iam facite in biclinio cum amica: sua vterq̄ cubitū eatis.

¶ Triclinarius minister qui in triclinio ministrat.

¶ Triclinarius. a. um. & Triclinaris & hoc triclinare qđ ad triclinīū pertinet: vt mappæ triclinares: & lecti triclinarij. Triclinarīū. Ply. li. ix. Qua purpura

quis nõ inquit triclinaria facit?
¶ Tricolon.pe.pro.latine trimembre dicitur.
¶ Tricones.morosi & ad ridendũ duri.
¶ Triduũ.spaciũ triũ dierũ.a quo Triduan⁹.a.um. vnde triduanas inducias legimus.
¶ Tridens Neptumni sceptrum:& quicquid habet tres dentes tridens dicit.
¶ Triemeros.latine triduanus.pe.cor.
¶ Triennis triũ annorũ.Nã triennis:trimus:& triũ annorũ idem significant.Vnde Hiero.in testamento veteri. Sume mihi vaccã triennẽ:& caprã trimã. et arietem annorũ triũ.Hinc trienniũ spacium triũ annorũ.triennale adiectiuum.
¶ Triens nũmi gñs:tertia pars assis.Iuue. Nec habet infelix quẽ porrigat ore trientẽ.Item sumit pro calice.Proper.Cũ fuerit multis exacta triẽtibus hora.Apud Victr.Triẽtes.siue qđ idem est Triẽtalis materia nomẽ hñt a mensura q̃ afferes instrumenti eius triẽtales hoc est crassitudĩe quattuor vnciarum
¶ Trientalis herba a mensura dicta est.i. (essent quæ folio trientẽ æquet amplitudine.
¶ Triental.vasis gñs tertiã partẽ sextarij capiens. Persius.Calidumq̃ triental Excutit e manibus.
¶ Trieris.pe.pro.nauis magna q̃ græce Durachon a tribus sessionibus.Latine triremis:aut pene idem Hiero.in lib.numeri.Venient in trieremibus de Italia superabunt assyrios.
¶ Trierarchus.prefectus trieris.Ci.in ver.actio.iij. Qua de re charidemũ chiũ testimoniũ priore actione dicere audistis sese cũ esset trierarchus.
¶ Trieteris.pe.pro.spaciũ triũ annoꝝ.Sta.lib.iiij. th.Ludus & atra sacrum recolet trieteris ophetem Mar.Aspicis vt paruus nec adhuc trieteride plena Regulus auditũ laudet & ipse patrem.
¶ Trietericus.triennalis.a τρεις & ετος annus. Hinc Trieterica appellata sũt sacra bacchi:quia triennalia:q̃ tertio quoq; anno sumptuosiora annuis eius orgijs agitabant. Instituta sũt em̃ cũ ex india victor rediisset a triẽnio quo pegrinatus est. Ouid. lib.ix.me.Vtq; tuo moto proles semeleia thyrso:Iliadesq; celebrant repetita triennia bacchæ.
¶ Trifaux.tres fauces habens. Vnde Cerberum trifaucem vocant.
¶ Trifax.vel triforũ.telũ lõgitudine triũ cubitoꝝ.
¶ Trifariã aduerbiũ significat tripertito.
¶ Trifer.a.um.qđ ter fructus producit.
¶ Trifidus.a.um.p.cor.qđ in tres ptes diuidi põt.
¶ Trifiniũ.dicit vbi triũ agrorũ terminus est.
¶ Trifoliũ simoniamũ herba est quæ inuenitur fragosis locis efficacissima traditur contra viperę venenũ:odoris grauis: neq; absimilis bitumini. Et id circo græci eam ασφαλτιον appellant: nostri autem propter figurã acutã trifoliũ vocant. Nã longis & hirsutis foliis viret:caulemq; robustiorẽ facit
¶ Trifur.trifurcifer:tricerberus:plusq̃ (q̃ pratẽse fur plusq̃ furcifer magnus cerberus.Nã tris pro valde qñq; accipit a grecis.Plau.Nõ fur sed trifur.
¶ Triga quasi triaga a tribus equis iunctis. currus qui a tribus equis trahitur.Inde trigariũ dictum trigarũ curule certamẽ.Plyn.lib.xxviij.Ferunt neronem principem hac potione recreari solitũ cum sic quoq; se trigario approbare vellet. Et libro.xxi.dicens.Et si triga vænierit retinenda erit tota:etsi quadriga redhibeat. Trigari⁹ locus iuxta campũ martiũ.Ply.lib.vltimo. Ne equos quidem in trigarijs

TR.

prefetri vllis vernaculis aĩaduerto. Apud Martianum quoq; Capellã.lib. nono. qui de musica inscribitur: Trigariũ inquit supplicantis semper germanitatis adueniet.hoc est trigemina inquit illa mulier.siue tres in vnius noĩs vocabulo conspirantes. Trigam etiã humũ veteres vocabant.
¶ Trigam⁹.p.cor.qui tres duxit vxores.Hier.contra Ioui.Currit ad Habraã Isaach & Iacob. ex quibus prior trigamus.secũdus monogamus. tertius quattuor vxorũ est.Liæ Rachel balę & zelphæ.
¶ Trigo.as.stringo.Vnde obtrigo.qđ est iureiurãdo adstringo.
¶ Trigon pilæ genus:& turtur.
¶ Trigonia ætas tertia.
¶ Trigonus pe.pro.triangulus triangularis.Hinc Trigonalis forma q̃ tribus lineis constat Δ.
¶ Trigemmis quid significet declarat Columella lib.iiij.cum ait.Vallis & vliginosi campi situ serim⁹ etiã trigemmẽ qui est paulo minor dodrante.longior vtiq; semipede.isq; non ab eo trigemmis dictus est.q̃ omnino triũ oculoꝝ est:cum fere circa plagã qua matri abscissus est plenus sit gemmarũ: sed q̃ his exceptis quibus est frequens in ipso capite tres deinceps articulos:totidemq; gemmas habet.
¶ Trigeminus.idem qđ tres.Col.li.viij.de Capella. Parit aũt si est generosa proles frequenter duos nonnunq̃ trigeminos.
¶ Trigla.genus piscis qui a nostris Mulus dicit & barbo.Hinc Trigles lapillus q̃ muli colorẽ habeat
¶ Trilices:vestes q̃ ex tribus licijs constant. Interdum tamen trilicem triplicem dicimus.
¶ Trimus.a.um.quod est trium annorũ.a quo Trimulus dimi.& Trimatus.tus.& Trima dies.
¶ Trimetrũ.p.cor.carmẽ ex tribus pedibus cõstãs
¶ Trimma.dicit vinũ ex aromatis. in qđ iuncus & myrrha & calamus inijci solebat.
¶ Trimorion:a tribus signis dictũ est.Tria vero signa partibus nonaginta cõstant.Erit ergo Trimorion pars ab horoscopo genituræ nonagesima.Itẽ q̃ a situ lunæ altera nonagesima vnde vaticinium vitæ substantiarumq; sumatur.
¶ Trimestris.trium mensium.
¶ Trinundinũ.Vide in dictione Nundinæ.
¶ Trinacria.Insula quæ & Sicilia:sicania & triquetra appellat:a tribus promontoriis dicta est Trinacria pachyno.s.lilybeo:& peloro & ακρα summitas.Hinc trinacris.Ouid.in fas.Terra tribus scopulis vastũ procurrit in æquor Trinacris a positu nomen adepta loci.
¶ Trinepos.penul.cor.abnepotis filius:q̃ sit post tres a nepote.
¶ Triobulus.pe.cor.quasi homo parui pretij.a tribus obolis.Plau.Nõ ego homo trioboli sum.Hinc fit Triobolaris vilis & p̃cij triũ obolorũ.
¶ Triodos.latine Triutũ dici potest.
¶ Triones quasi teriones.boues aratorij.Vnde septem stellæ septẽtriones nostri veteres a bobus iunctis appellarunt:ex quibus figurant.
¶ Triparcus.valde parcus.Vnde Triparcos homines vetulos.
¶ Tripertior in tres partes diuido. A quo tripertito aduerbium.
¶ Triplex.qđ est triũ plicarũ. Vnde Triplico.cas. Interdũ triplex sumit pro quodam tabellæ genere quo scribi epistolæ solebant.Marti. Tunc triplices

nostros non vilia dona putabis cum se venturam scribet amica tibi. Vide supra in dictione duplex in alio significato.

¶ Triplus.tripla.triplum.eius significationis est quo & triplex.

¶ Triplatis numerus dicit cū ex duobus minor ter in maiore numeratur: vt sunt tria ad vnū.

¶ Tripolis.oppidū trigeminū quoniā tyrij sidonij et arabij. illud obtinent. Hinc Tripolitana regio dicta est. Sunt aūt duæ hoc noīe Africana. s.& Syriaca in phœnice. Oppida tripolis africanę sūt. Abrotonum: tophia & leptis magna. Pompo. Locus ex numero tripolis dicitur.

¶ Triptota nomina sunt quæ tribus tantū casibus declinantur. penul. prod.

¶ Tripus.tripodis.& tripoda.dæ. pe.cor. dicit omne qđ habet tres pedes. Vsi sunt veteres tripode tū ad delicias: tum ad edendi necessitatem. Tripodes erant mensæ in templo Apollinis delphici: quibus superponebant Phœbades q̄ & Cortinæ dicebant et vaticinabant. Ply. lib. xxxiiij. Ex ære factitauerunt & cortinas tripodū nomīe delphicas. greci viros fortes tripodibus donabant: quia nō facile fucumbant. Virgil. lib. ix. Et tripodas geminos auri duo magna talenta. Hora. lib. i. car. Donare tripodas præmia fortium Graiorū.

¶ Tripudium. quasi terripauiū. Sic enim primo dictum est post terripudiū deinde tripudium est dictū a pauio ferio. Vnde tripudia solistima dicebant auguria quæ fiebant quotiens offa quæ pullis dabat aliquo modo cadebat in solum. Ita eñ a solo solistimū vt a medio mediastimū dicitur. Cū igitur offa ex ore pulli ceciderat: tū auspicanti tripudiū solistimū nūciabat. Tripudiū etiam saltatio dr̄ sīliter a pauienda terra q̄. s. saltādo terra pauit. Liui. Ferre ac per vrbē ire cū tripudijs solennioꝫ saltatu iussi.

¶ Triquetra. pe. pro. figura triangularis. Quo nomine dicta est Sicilia. Hor. Quid militibus promissa triquetra? Inde triquetrus. tra. um. Syrius lib. v. Hunc ætnea cohors triquetris quā miserat oris.

¶ Triremes. pe. pro. dictę sunt quas vulgus galeas vocat licet duos tantū remorū ordines habeat in lateribus. Nā biremes naues duorū ordinū sunt triremes triū quadriremes quattuor. Græci trieres vocant. Triremes inquit Amodes corinthius.

¶ Trismegistus. Mercurius. quasi ter maximus dictus. vel valde maximus.

¶ Tristega. pen. indifferente significat tricameratum nomen. compositum a stega qui est locus nauis. Stega vero a sto stas fit. Plau. in bac. Forte vt assedi in stega.

¶ Tristis proprie mœstus dicit. Virg. Tristis at ille tamen cantabitis inquit. Sed quia tristitia in fronte hominis crudelitatis: grauitatis: irę: minarū: studij difficultatis in diciū est: fit vt tristis aliquando pro sæuo accipiatur. Virg. Illi mea tristia facta Degenerēq̄ neoptolemū narrare memento. Aliquādo pro graui. Ci. Qui numero optimatū & principum reliquit grauitatis suæ illum tristem & plenum dignitatis. Aliquādo pro Irato. Lucil. Timeo certe ne mihi sit tristior. Aliquādo pro Minaci. Isq̄ adytis hec tristia dicta reportat: inquit Virg. Aliquādo pro docto. Lucil. Addo eosdem tristis ac seueros philosophos. Cic. Iudex tristis ac integer. Aliquando pro Amaro. Virg. Tristisq̄ lupini Sustuleris fragiles ca-

lamos. Aliquando pro Difficili. Cic. In Cato. Facilius in morbos incidunt adolescētes: grauius ægrotant: tristius curant. Aliquando pro Horrido Mat. Amator ille tristū lacænarum.

¶ Tristo.as. tristem facio. Vnde & Contristo. Virg. Et pluuio contristat frigore cœlum. Est & tristor deponens. Vnde & contristor: vt contristatus est rex propter iusiurandum.

¶ Triptolemus nomē propriū viri qui fertur in attica regione vsum frugū primus inuenisse.

¶ Tribades mulieres dictæ sunt fricatrices: q̄ portentuoso coitus genere in sexum suū libidinē exercent. ἀπο τοῦ τριβειν qđ significat fricare.

¶ Triticū. dicicur qđ tritū est ex spicis. Hinc Triticeus. a. um. vt panis triticeus.

¶ Trito. as. frequentatiuū est a Tero. is. & significat minutim tero.

¶ Triturо. as. pen. pro. significat tero. & ad segetes pertinet. Et habet primā syllabā longam quasi ab tero triui tritum. Hinc tritura. Virg. Magnaq̄ cum magno veniet tritura calore.

¶ Tritonia dicta est Minerua q̄ temporibus Ogygij regis ad lacū tritonis virginali primū habitu apparuerit. Triton aūt fingit esse maris deus Neptūni et Salaciæ marinę deę filius q̄ primū in tritone africæ palude visus fuerit: vbi ait Herodotus virgines annis singulis se purgare lāpadibus & lignis in veneratione palladis. Diodo. scribit dictā tritoniam a Cretæ filio Tritone.

¶ Triumuir. nomē magistratus quē tres collegę administrāt. Triūuiri triplices fuere. Capitales Mensarij Nocturni. De capitalib⁹ sic habȝ Pōpo. de orig. iuris. Triūuiri capitales cōstituti sūt qui carceris custodiā haberēt & cū aīaduerti oporteret interuentu eoꝝ fieret. de Mensariis Liuius cōmemorat. Triūuiri mensarij creati sunt. Hiq̄ numularijs & monetæ omnis generis & formę cusoribus prętant. De nocturnis meminit Cor. Tacitus. Triumuiri nocturni q̄ ad incendiū in sacra via ortū tarde venerant: a tribunoplebis die dicta damnati sunt.

¶ Triuium & quadriuiū: q̄uis pro loco in quo tres vel quattuor sunt viæ poni consueuerint: sumit tamen quādoq̄ pro loco frequenti quo antiqui cōuenire solebant. Catul. Oībus in triuijs vulgē fabula passim. Iuue. Nōne libet medio cæras implere capaces quadriuio? Erant etiā rusticorū sacris attributa Nā illic oues cædebantur & serta appendebant. Tibul. Nā veneror seu stipes habet desertus in agris. seu vetus in triuio florida serta lapis.

¶ Triuialis. & hoc i Triuiale a Triuio fit. Vnde Triuialis scientiæ magistri a Quintil. dicunt qui in triuiis docēt. Hinc triuialiter aduerbiū qđ sīgt passim vulgo: vbiq̄ Grāmatica dr̄ triuialis scientia quia in triuiis docebatur. Triuialis vero lingua vulgaris qua in triuiis pueri grāmaticā discentes vtebantur.

¶ Triuia dicta est Diana: q̄ triuijs p̄esset ꝓpter qđ tris facies habere fingebat. Virg. Tria virginis ora dianæ. Ouidi. Ora vides hecates in tris vergentia partes: Seruet & internas cōpita secta vias.

¶ Triūphus quidā grecū putāt. Nā θριαμβον. appellant græci: nos aspiratione ex prima in nouissimam syllabā transflata. & b mutata in p dicimus triumphū. Varro a Baccho huius rei inuentore. Transquillus dici existimat triumphū quia qui triūpharet triplici iudicio honoraretur. Primo eñ exercitus de

TR.

triumpho diſcernēdo duci iudicabat. Secūdo ſenatus. Tertio populus. Erat aūt triūphus oīm honorum quia populo romano dari ſolebāt maximus. Nā illa pompa ſolennis erat q̄ fiebat redeūtibus in vrbem cū victoria. Michalus aūt in etymologicis ait. τριαμβοσ η πομπη εγτισ πολεσι ο ταμηγτησαρχαισγ και παιδεσ περιαιροντεσ σγν αγ τοισ τοιτθριοισ εππεζομ προφερομενοι σι αμβειατετραμμεγα και ετι γγμφασιμεγδημαγτογ τογγεσθαι και τα πολλα γραφει.

¶ Triumpho.as. triumphū ago. Ci. in Cato. Mar. Curius cū dē ſamnitibus triumphaſſet. Qui aūt triumphabant apud romanos equis albis vehebanť curru inaurato. capite coronato lauro. & ante ip̄m triumphantē victus hoſtis oneratus colla catenis: et pręeunte ſenatu capitoliū aſcendebāt ad templū Iouis optimi maximi vbi mactato tauro albo domū redibant. Lege Plutarchū & Liuiū. Aliquando tamen triūphare ponit pro exaltare. Cæſar. Quod eueniſſe nobis gaudeo & triumpho. Huius paſſiuū eſt Triumphor.

¶ Triumphatus.a.um. de quo triūphatū eſt. Virg. lib. iij. Ge. Biſq; triūphatas vtroq; ab littore gētes

¶ Triūphatus.us. ipſa triūphatio. Ply. Ne triūphatu ſuo nimis ſuperbiat Antonius.

¶ Triūphator q triūphat: vel qui aliqñ triūphauit

¶ Triumphale qđ ad triumphū pertinet. Vnde triumphales coronæ: quibus imperatores in triūphis coronabanť. Triūphalis vir qui triūphauit. Sicut conſularis qui conſul fuit. Sue. de Aug. Solos triumphales q̄ q̄ & ſocios expeditionū & pticipes victoriarū ſuarū nunq̄ donis impertiendos putauit: q; ipſi quoq; ius habuiſſent tribuēndi ea quibus vellent. Triūphalis porta Romę dicta ē: q; per eā triūphi agerenť. Triūphale territoriū etiā romę qđ nūc Vaticanū dī. Vñ Damaſus papa ſcribit beatū Petrū ſepultū fuiſſe in vaticano iuxta triumphale teri

¶ Tros nomē viri propriū & nomē adie (toriū. ctiuū a troia formatū: & facit gtm trois & troos: qa vt inquit Ser. oīa noīa monoſyllaba græca q̄ in latinū ſermonē tranſeunt: tertiæ tantū ſunt declinationis. & tam latine q̄ græce declinari p̄ñt: vt Tros. ís. oos. Pan. panis panos.

¶ Troas. vt inquit Hiero. lib. de. xij. quęſtionibus ciuitas eſt q̄ prius troia appellabať. Eſt & regio quā Ptole. minorem phrygiā appellat. Adiacet helleſponto: vt Ply. lib. v. ſcribit. Alij Myſiæ tribuunt: quæ ad occidentē ſubiacet tota mari expoſita. Homerus ab Eſapo vſq; ad Caici fluminis oſtia eius fines produxit in ea Ilion: quæ & troia mille quingentis paſſibus a portu diſtans: omniū quę ſub ſole ſunt inſigniſſima. Ciuitates troadis nobiliores: Dardanū: Simoentis fluminis oſtia. Antandrus: Smirna: Clazomene: Epheſus: Miletus pergamus Tyatira: Philadelphia: Laodicia: Antiochia. Mōtes clari: Ida & Tmolus. A Troas fit Troadenſis.

¶ Troia. vt Ser. ſcribit regio minoris Aſiæ in qua Ilion vrbs & regia Priami: q̄ etiā Troia dicebatur a Troe rege. antea Teucria a Teucro. & Dardania a Dardano. Scribiturq; greca diph. nec diuidiť i conſona. adiectiuū vero o & i vocalib⁹ & diuiſis. Et cū prouinciā ſignificat principale nomen eſt: & breuis eſt tro. Quādo aūt nō eſt principale & deriuatio eſt tro lōga eſt. Virg. Et troia gaza per vndas. a troia fit tros. Idem tyriuſq; mihi nullo diſcrimine agetur

Eſt & tros nomen viri propriū. Troianus.a.um. vt Troianas vt opes. Troicus.a.um. vt Troica caſtra apud Virgiliū. Troius.a.um. vt troia gaza. Troiugenas. Ennius. Troiugenas bello claros Sane Troiugena & Graiugena cū gemino i ſcribi debuerint mutarūt i ſequēs in u alternitatis cauſa vt pro troiigena & graiigena: troiugena & graiugena factū ſit. Troia etiā ludus puerilis equeſtris ab ænea conſtitutus. Sue. de Cæſa. Troiā luſit turma duplex maiorū minorūq; puerorū. Virg. Troiaq; nūc pueri troianū dūcunt agmē. Et troia locus eſt in agro Laurentein quo primū ęneas cōſtitit. Aſc. Semp aūt prima lōga eſt

¶ Trochus rota: reuolutio. q̄ rota vtinquit Acron a ludentibus pueris ſcutica agitabať & rotabať.

¶ Trochiſchus diminutiuū parua rota. Vnde compoſitiones quædam medicorū in formam rotulæ trochiſchi dicuntur.

¶ Trochæus. pes celer volubilis q; rotatim & celeriter diceretur. Nam τροχοσ latine rota dicitur a Mercurio repertus tenet locum vltimum conſtatq; ex duabus ſyllabis. prima longa: vltima breui. Vel dicitur απο τογ τρεχειν. i. a currēdo: quia curſum ſuū habeat de longa ſyllaba in breuem & a græcis τροχαιοσ appellatur.

¶ Trochum: neutro genere eſt genus ſellæ.

¶ Trocleæ ſiue trochalia inſtrumenta cum orbiculis ad ſubleuanda & deprimenda onera: Vel rotulæ ſtriatę ſunt e ligno vel ære quibus aquas haurimus funę ductario & hydria. Lucr. Multaq; per trocleas et tympana pōdere magno Cōmouet. atq; leui ſuſtollit machina nixu. Ex interpretatione Diogenis Laertij ſic ſcriptum eſt. Ego ita hiſce iampridem aſſuetus ſum ac ſi ſonum iugiter troclearum hauriam Nam dum ſaxa aquæ ligna marmora & id genus cętera per trocleam ſurſum ductario fune trahuntur: crepitus concitatur.

¶ Trochilos. pe. pro. parua auis: rexq; auiū dicitur qui alio noīe Regulus: ſiue vt Sue. inquit Regaliolus. Ab Ariſtotele πρεσβυσ quaſi rex & prędes auium. Vide ſupra in dictione Regaliolus.

¶ Troglodytæ populi Aethiopiæ: cauernas incolentes. De quibus Ply. & Hiero. cōtra Ioui. Nomades: & troglodítæ & ſcythæ & humanorū noua feritas ſemicrudis veſcuntur carnibus.

¶ Trophęū cum æ diph. a τροπη. hoc eſt ab hoſtium conuerſione: vbi in fugā verſi ſunt hoſtes. Nā qui hoſtem fugaſſet merebatur trophæū. Eſt enim trophæum qđ in teſtimoniū victoriæ publico in loco ſtatuiť: vt apud Cice. lib. iij. ad heren. Qui thebani equū æneū in monumentū victoriæ contra Lacedæmonios ſtatuerant trophæa.

¶ Troezen fuit oppidū atticæ regionis. a quo troezenij populi ſunt appellati.

¶ Troizenus. fuit thrax vnus ex his qui venerunt in auxilium troianum apud græcos fuerunt arbores amputatæ in eo loco vbi hoſtes viciſſent atq; in fugam vertiſſent. Amputabant enim ramos arborū: ac deinde ſpoliis hoſti detractis ornabant: vt eſſent poſteris monumētū victorię in eo loco partę Deinde etiā cœpta ſunt poni in montibus & locis eminentioribus. Hinc Salu. de Pompeio ait. q; de victis hiſpanis trophæa in iugis pyrenei montis poſuit. Et Romæ in arcubus figebantur ex ædificatis. Quæ vero ſpolia in trophæo figerentur docet Virgil. lib. vndecimo. Mezenti ducis exuuias ti

bi magne trophęũ Bellipotẽs aptat torãtes ſanguine criſtas: Telaq; trũca viri & bis ſex thoraca petitũ Perfoſſumq; locis clypeumq; ex ære ſiniſtrę Subligat: atq; enſem collo ſuſpendit eburnũ. Accipiť & trophæũ pro victoria ſeu pro virtute qua parta eſt victoria: vt in hymno. Trophęa ſacra pangimus.

¶ Tropei dicunť quaſi verſarij qui alios vellicant infeſtantq; & ne deprehendanť conuertũt ſe. Suet. in Claud. Et quotiens cibũ obdormiſceret: olearũ ac palmularũ oſſibus inceſſebať. Interdũ ferula flagrove velut per ludũ excitabať a tropeis τρεπω enim greçe ſignificat verto & τροπη verſionem. Inde & tropei venti vocanť cũ e mari redeunt.

¶ Tropus dici poteſt mod⁹ figura cõuerſio. Et diffinit a Quintiliano. q; ſit verbi vel ſermonis a propria ſignificatione ad aliã cũ virtute mutatio. Inde fit Tropicus. a. um. pro figuratiuo. Aug. Quod ea locutione dictũ quã græci dicunt hyperbolen quæ vtiq; tropica eſt nõ propria.

¶ Trophimus greçe: latine alumnus dicitur.

¶ Tropologia: figurata locutio latine dicitur.

¶ Troſſulũ oppidũ thuſciæ dictũ q; ſine peditũ ad iumento equites cepiſſent a quo Troſſuli dicti ſunt eius incolæ. Troſſuli eñ dicebanť equites cũ antea celeres a Celere Remi interfectore: poſtea Flexumines a flectendis animis. quoniã iudices erant: ſiue a flectendis equis. Iu. Quod ad equeſtrẽ ordinẽ pertinet antea troſſulos vocabant: nũc equites vocant.

¶ Trua: vaſis gñs a terẽdo dř quaſi terua. quã nos diminutiue trullã dicimus. Siue vt Var. docet a trauolando: traiſciendove q; per eã aqua traiſciatur.

¶ Trulla diminutiuũ a trua. Var. Trulla ad ſimilitudinem truæ. quæ q; magna & hæc puſilla vt trulla truæ q; e colina in lauatrinã aquã fundunt. Hinc detrullare de quo alibi. Fuit etiã trulla vas quo vẽtris onus deponitur. Mar. Clinicus herodes trullã ſubduxerit ægro. Item capiť pro vaſe lato profundoq; quod in mẽſam inferri plęrũq; ſolet. Quod licet potui ineptũ videať: tñ vſurpatũ fuiſſe legimus. Hor. Qui veientanum feſtis potare diebus: campana ſolitus trulla vappãq; pro feſtis. Iu. Si trulla inuerſo crepitũ dedit aurea fundo. Vbi bibacem arguit q; in trulla bibat: ineptum q; crepitus inter bibendum edat. Plynius. Sunt ergo vaſa tantũ corinthia quæ iſti elegantiores nũc æs ſculpãdo tranſferũt modo in lucernas: modo in trullas nullo mundiciarũ diſpectu. Eſt & thrulla cũ aſpiratione: Cęmentarij inſtrumentũ quo fabri murarij tectorijs linendis cõplanandiſq; delutare ſolent: vt nõ ſolũ parietes pulchritudinẽ accipiant: ſed & fortitudinẽ contra iniuriam imbriũ & creberrimas tẽpeſtates. Inde Thrulliſſare apud Victruuiũ legiť. Scribunt quidã Thrullam eſſe fœlicis Arabiæ portũ.

¶ Trulleũ. vaſis gen⁹ quo manus perluunť ſimile trullæ niſi q; latius erat. Var. de vi. pat. Itaq; ea ſibi nõ ponere ac ſuſpendere q̃ vtilitas poſtularet trullcum matellionẽ peluim naſiternam.

¶ Truo. auis quæ alio nomine onocrotalus dicitur Cæcil. Irrides magnitudinem naſi pro dij immortales vnde proceſſit truo.

¶ Trudo. is. ſi. ſum. ppriе ſignificat violentiã quadam expello. Plaut. in aſi. Ille ecaſtor hinc trudeť. Aliquãdo Trudere eſt obijcere. ſeu pducere. Idem in epi. Quæ te intemperiæ tenent? quas tu mihi te nebras trudis? Ter. in an. Fallacia alia aliã trudit. i. inſequitur. Huius cõpoſita ſunt Abſtrudo. Contrudo. Detrudo. Extrudo. Intrudo. Obſtrudo. Obtrudo. & Retrudo. q̃ habent primã produ.

¶ Truſatilis pe. cor. vt mola truſatilis. i. mola manuaria q; manibus trudatur. i. pellatur.

¶ Trux ferox crudelis a quo Trucitas crudelitas.

¶ Truculentus: qui vultu crudelitatẽ pręfert alioſq; terret. Terẽ. in adel. Ego ille agreſtis ſæuus parcus triſtis truculentus tenax.

¶ Trucido. as. pe. pro. crudeliter necõ. Lact. li. i. Liberos populos aut trucidare aut ſubijcere ſeruituti. Virg. Fit via vi rapiunt aditus primoſq; trucidant. Huius cõpoſita ſunt. Obtrucido q̃ eſt auide trucido. Retrucido iterũ trucido. Liui. Offerre ſe corpora ira retrucidaret.

¶ Truncus pars arboris q̃ ramis trũcatis ſuperſtat Col. lib. iiij. Vt ex his partibus trunci ſumanť: quæ et genitales ſunt: & maxime fertiles.

¶ Truncus. a. um. q̃ eſt truncatũ. Ouidi. Trunca manu. Col. lib. iij. Cũ deinde truncã reddideris: acuto ferramento plagam lenito.

¶ Trunco. as. amputo cuius cõpoſita ſunt detrunco diſtrũco obtrunco. pertrũco: q̃ eſt perfecte trunco. Plau. in cap. Arripuit gladiũ pertruncauit trib⁹ tergoribus. glandia. i. colla. Et a truncus fit trunco quia veteres plærunq; truncũ pro vno quoq; genere interemptũ dixerunt. vt inquit Ser.

¶ Trutina. pe. cor. ſtatera. Hor. Trutina poneris eadem: Victr. lib. xi. Id aũt ex trutinis q̃ ſtateræ dñr: licet conſyderare. Per tranſlationẽ ponit pro Iudicio. Ci. lib. ij. de ora. Ea probando q̃ nõ artificis ſed populari quadam trutina examinanť. Cornutus tamen ſcribit trutinã foramẽ eſſe: intra q̃ eſt lingua bilancis ad q̃ eſt examinatio: q̃ alij æquamentũ: alij libramentũ: alij æquilibriũ vocant.

¶ Trutino. as. pe. cor. examino penſiculo. Hiero. ad Dama. Sint alij diſerti: laudenť vt volunt: & inflatis buccis verba ſpumantia trutinent. Eſt & Trutinor depo. Perſius. Atq; exporrecto trutinanť verba labello. Apul. Trutinatã ſcientiã vocat grauem et recte examinatam.

¶ Tuatim aduerbiũ. ſignificat tuo more.

¶ Tuba inſtrumentũ muſicũ vulgo notum. a tubo canali ſic dicta. Nã ex lignis tubæ fiunt & ex cornibus. Et quæ ex ære ſunt: tubæ ductiles appellantur. Quæ ex ligno vel cornu. ligneæ vel corneæ. Tuba vtuntur milites ad excitandos animos in prœlium Hinc tubicen qui tuba canit.

¶ Tubiluſtrũ. dictũ q; eo die in atrio ſutorio ſacrorum tubæ luſtrabantur.

¶ Tubus & diminutiuũ Tubulus. cãna ſeu phyſtula maior fictilis: qua aqua deducitur a tumore. Hinc etiã tubos viſcerũ dicim⁹: tubulũ vocamus auenã quæ & Cicuta appellať. Greçe ſiphon. Hinc Iuuenis tubũ per quẽ vrina deſcendit ſiphonẽ vocat. Effigiemq; deæ longis ſiphonibus implent. Tubulos: Paul. iureconſul. diffinit eſſe per quos paries calorẽ terreť. Nõ erat tũc ignis vſus in cubiculis: nec ædes ſpiracula habebant vnde fumus exiret.

¶ Tuber. gñis neu. gñs cibi collectũ ex tumẽtibus et quaſi pręgnantibus arenis. a tumore dictũ. Puto id eſſe q̃ vulgo tartufus dř. Tubera emñ vndiq; terra circundata: nulliſq; fibris nixa aut ſaltem capilla mentis: nec vtiq; extuberãte in quo gignunť loco aut radicem ingerente: neq; ipſa terræ cohærent: nec

etiã includunt: vt plane nec terrã esse possimus dicere: nec aliud q̃ terrę callũ. Cum fuerint imbres auctumnales ac tonitrua crebra nascunt & maximee tonitribus nec vltra annũ durant. Nascunt aũt ex pituita arborũ. Mar. Rumpimus altricem tenero de vertice terrã Tubera boletis poma secũda sumus. Sue. substantiuũ fecit & genere mas. Pridie q̃ periri ret cum oblatos tubercs seruari iussisset. Sunt etiã tuberes poma pegrina ex Africa in Italiã deportata. Mar. Nõ tibi de libycis tuberes & aporina ramis Proprie tamen tumor quidã rotundus in quocunq; corpore. Vnde in facie & quacunq; corporis parte tubera dicunt: siue per diminutionẽ Tubercula. In arboribus duricies illa extans ad nodi similitudinẽ tuber dicit. Ply. Reperitur & in alno tuber. tanto deterius quanto ab acere alnus ipsa distat.

¶ Tubero.as.pe.cor. tubera facio. seu profero.

¶ Tuburcinor.aris.raptim comedo. Titi Tuburcinari sine me vultis reliquias. Plau. in persa. Tuburcinari de suo si quid est domi.

¶ Tucceta. cibaria cum carne: seu vt quidam interpretantur cibi regij.

¶ Tudertũ. et Tuders. tis. oppidũ ĩ ducatu spoletano: Syri⁹ li. iiij. Et gradiuicolã celso de colle tuder-

¶ Tudites. pe. cor. Malleia tundendo dicti. tem. Vnde et cuidam cognomẽ Tuditano fuit q; caput malleo simile haberet.

¶ Tudicula instrumentũ siue styl⁹ quo vasis signa imprimunt. Quidam etiã accipiunt tudiculam pro cochleari maiori quo ad carnes & iuscula: e cacabis extrahenda vtuntur.

¶ Tudiculo.as.pe.cor. imprimo ac sculpo. Et per translationẽ Tudiculare ponit pro cõmouere. Var. Hęccine nobis carnis hanc mala tudiculasse vetulã

¶ Tudito.as.pe.cor. significat lucri gratia negocium ago. Enne. Nec tuditantes rem cessant extrinsecus vllam Tractum a fabris qui malleis sępe percutiendo opera faciunt.

¶ Tueor.eris. pro defendo secundæ coniuga. est. a quo Tutus q̃is tuit⁹ eius participiũ sit: quo vsum Quintilianũ in decla. cæci legi. Tuitus sum adolescentis miserrimi causam: quẽ nemo imitatus est nisi Laurẽtius Valla. Qui in raudensem scribit. Quis narrat verrem superasse dacos? Tantũ siciliã cõtra piratas fortiter tuitũ esse accepimus. Hiero. ad pamma. Quod leges publicæ: quod hostes tuent: quod inter bella & gladios sanctum est: hoc nobis inter monachos & sacerdotes Christi intutũ fuit? Et quidem pro participio verbi tueor tuitus accipiendum censeo: nõ tutus: & tuitio nomen verbale. nõ tutio Aug. lib. iij. ciui. dei. Nimis multos deos grandi fumo suo tanq̃ signo dato ad tuitionẽ cõgregauerat. Et similiter in compositis. Intuitũ nõ intutum. Nõ enim dicimus. Tutus sum illum: quippe cũ magis nominis q̃ participij vim habeat. licet actiuã & passiuam in se gerat significationẽ. vt Valla docet: vt Tutus portus: tuta vrbs: q; tueatur alios: nõ q; ab aliis defendat. tamen sæpe passiue in hoibus: vt tutus sum ab hostibus: q; munit⁹ & sine periculo sum. Nec vllum compositũ habere legi in hac significatione nisi contueor: quo vsus est Ci. in Clodiũ. Videant hi qui illũ Pompeij inimicũ: ob eãq; causam tot tantisq; sceleribus cõtuebant: & nonnunq̃ eius indomitos furores plausu etiã suo prosequebantur q̃ se cito inuerterit. Tuor vero tueris pro video tertiæ coniuga. est: & tria cõposita habet. Contuor intuor & obtuor: a quibus contutũ intutũ & obtutũ fiunt infinita. Plau. in Asi. At hercle ipsum adeo cõtuor quassanti capite incedit. Et iterũ. Nã ego illud argentũ tam paratũ filio scio esse q̃ me hunc scipionem contui. Et in Mus. Profecto nullam equidem illic cornicẽ intuor. At tu istac ad nos obtuere quoniam cornicem nequis conspicati: si vulturios forte duos possis contui. Ci. pro se ad quirites: Qui excellenti tumulo ciuitatis: sedem capitolij in saxo in colitis constitutã: vt nõ solum cunctam intui: sed etiam tueri possitis ciuitatẽ. Leo papa. Hanc deferendorũ muncrũ seruauere rationem nisi q; præter illam stellæ speciem q̃ corporeũ incitauit obtutum Ex his patet aliud Tuor: aliud Tueor significare: qd est contra Pris. quia Tuor semper pro video capitur sicut Contuor & Intuor indicant. Tueor vero pro defendo. licet quãdoq; pro video capiat. Lact. lib. vi. Si hac de causa sunt hoies cõgregati vt mutuis auxilijs imbecillitatẽ suam tuerentur. id est defenderent. Virgil. pro video posuit. cum lib. iiij. ait Talia dicentem iamdudũ auersa tuetur. i. huc illuc voluens oculos. Et in hoc significato tantũ habet. Intueor. Sal. in Iug. Pręterea nostrę p̃claros viros ciuitatis solitos ita dicere cũ maiorũ imagines intuerentur sibi animũ ad virtutem accendi. Item Cõtueor cum tamẽ Contuor sit in eodem significato. qd contui infinitũ facit: vt supra in Plauto ostensum est. Cic. vero contueri dixit. lib. i. tus. Quod tandẽ spectaculũ fore putamus cum totam terrã contueri licebit. Quin & plautus ipso verbo vsus est in cap. Videntur hunc q̃ inimico vultu contuer? Illud vero Tuitus quo Valla vsus est a Tueor pro defendo sumendum puto sicut & obtuitus pro aspectus ab obtueor. Ci. lib. i. offic. Ex oculorũ obtuitu ex eleuatione aut remissione superciliorũ. Tuor igitur Contuor intuor et si qua alia forte reperiant a tuor composita iam pene obsoleta sunt: fortasse q; prisca sũt nimis: vel nõ adeo plena: sicut tueor cũ cõpositis. Idcirco pro eis tueor contueor & intueor in significatione videndi supplere videmus.

¶ Tugurium dictum est quasi tegurium a tegendo e in u mutata rustica habitatio tecta ex viua palustri. Et Tugurij appellatione omne ędificium qd rei rusticæ magis custodiendę conuenit: q̃ vrbanis ędibus signatur. Quæ autem ædificantur: vt nec parietes habeant. nec luto crustata sint: sed stramentis vel harundinibus aliove simili genere teguntur: Tuguria appellant.

¶ Tuguriolũ cum accentu in antepen. paruũ tugurium. Quod si angusti⁹ sit Gurgustũ nominatur a Gurgulione verme.

¶ Tulit modo attulit significat. Ter. in an. Nã si illum obiurges qui vitę auxilium tulit quid facias illi qui dederit damnũ aut malũ? Modo pertulit. Virg. Nõ tulit hanc speciem furiata mente chorebus. Modo sustulit. Vide in dictione Fero.

¶ Tum. Vide in dictione Cũ. Tum demũ. i. nouissime. Virg. lib. xij. Tum demũ mouet arma deo.

¶ Tumba locus concauus infra terrã. Vnde & pro sepulchro poni consueuit.

¶ Tumeo.es. tumui inflor. a quo tumesco tumidus fio. Virg. li. i. Ge. Cõtinuo ventis surgẽtibus aut freta ponti Incipiũt agitata tumescere. Hinc Cõtumesco. Extumesco: & Intumesco. Aug. Videt in ea cõ-

tumeſcentes venas in gutture. Plau. in tru. Equidē vteri illi qđ ſciam nunq̃ extumuere: quaſi extra vel valde tumuere. Lactan. lib. iiij. Sine vllo attactu viri repente vterus intumuit. A. Tumeo fit Contumax a quo Contumacia.

¶ Tumor inflatio. per tranſlationē ponitur pro ſuperbia. Tumidus inflatus.

¶ Tumulus terra tumens. i. collis. Virg. lib. ij. Eſt vrbe egreſſis tumulus. Aliquando dicit ſepulchrū quia ibi coaceruati terra cōſueuit: Idem li. iij. O fœlix vna ante alias priameia virgo Hoſtilē ad tumulum troiæ ſub mœnibus altis Iuſſa mori.

¶ Tumulo. as. ſepelio: tumulū facio. Vnde & Attumulo qđ eſt quaſi iuxta tumulū facio. Ply. lib. xix. Dein ſi terram fugientes cauliculos ſeccs: a terraq̃ procceritate luxuriоſa attollentes ſe exaggerando aliam attumules.

¶ Tumultus vt auctor eſt Hier. vox plurimorum eſt: & nimiæ multitudinis clamor & pariter emiſſus Cic. Quid aliud eſt tumultus niſi perturbatio tanta vt maior timor oriat vnde eſt nomē ductū tumultus quaſi timor mult⁹. Itaq̃ maiores noſtri tumultum nominabant. Tumultū gallicū q̃ erat Italiæ finitimus, pręterea nullū tumultū noīabant.

¶ Tumultuoſus: qui turbas excitare ſolitus eſt.

¶ Tumultuo. as. in perturbatione ſum.

¶ Tumultuarius. a. um. qđ ſine præmeditatione factum eſt. Vnde tumultuaria oratio dicitur.

¶ Tunc aduerbiū temporis ſignificat eo tempore. Et de oībus tēporibus dī. De pręterito. Virgil. Tūc decuit cum ſceptra dabas. De præſenti. Plau. Tunc ad eam accede cū potes. De futuro. Idem. Ego tūc adero cum tui videndi mihi copia erit. Addit quandoq̃ temporis. vt apud Iuſti. Tunc temporis perſarum Cambyſi mediocri viro.

¶ Tundo. is. tutudi tunſum ſcđm Priſcianum licet eius cōpoſita ipſum n nō habeant: vt obtundo obtudi obtuſum. Virgili. li. iiij. Ge. Profuit & tunſum gallæ admiſcere ſaporem. Ply. tamē lib. xxi. tuſum ſine n poſuit. Hæc tuſa cribrataq̃ vino q̃tum poſſit excellenti. Diome. docet habere duplex præteritū et duplex ſupinū. ſ. tutudi. tuſum. & tunſi tunſum. Significatq̃ tundere percutere pulſare: & in vaſe aliquo quippiā cōminuere. Plau. in aſi. Sed quid hoc q̃ picus vlmū tundit? Colu. lib. ij. Ipſæ aūt ſpicæ melius fuſtibus tundunt. Et li. vij. Quibus in vnū tunſis. Refertur interdū ad verba. Ter. in Ecy. Tundendo atq̃ odio effecit ſenex. i. ſępe dicēdo ſiue iterando. Et eſt tranſlatio ſumpta a malleo fabrorū ſępe percutiente. Huius cōpoſita ſunt. Cōtundo. Extundo. Obtundo. pertundo valde percutio: aut percutiendo frango. Col. lib. vij. Si forte ſarculū calcauerit: acuta teſta vel lapide vngulā pertuderit. Idē lib. ix. Sæpe euenit vt aluus exitū nō habeat. Itaq̃ pinna pertundit: & iter digeſtis cibis præbet. Hinc pertuſa vaſa dicimus q̃ nō ſunt integra. Protundo vltra tundo. Gel. lib. i. Hauſtri vero & africi ad meridianū orbis circulū: & ad partē axis infimā depreſſi inferiores & humiles per ſuprema æquoris euntis protundunt magis fluctus q̃ eruūt. Retundo repercutio: rurſus frango hebetem facio redarguo. Lact. lib. iiij. Cū fortiter inimicorū impetus retudiſſet. Et lib. iiij. Neceſſe eſt verā eſſe hanc religionē q̃ & rationem dæmonū nouit & aſtutiā intelligit quę vim retundit. i. confringit. Col. lib. v. Quod euenit in retuſo & craſſo ferramento.

¶ Tunetū. ſiue vt quidā dicunt Tunitiū Scipionis tempore tumulus erat editior vnde Scipio ſpectauit carchedonios ad romanā claſſem exurendā proficiſcentes: noſtra tēpeſtate regis libyci ciuitas metropolis ē in qua veluti ampliore & magnificētiore conſueuit habitare: & Tuniſæus rex appellat. Tunetū nō ſane ob hanc cauſam habitatūt q̃ carthaginē carerent a Scipione diruta: cū denuo amplificata ſurrexerit ex qua velut ex equo troiano manarunt litterarū proceres. Ad cuius celeberrimū gymnaſiū. Aug. profitet contendiſſe. Hanō Eutro. lib. iiij. Continuis. xvi. diebus arſiſſe perhibet. Hęc ſeptingenteſimo anno poſtq̃ condita erat deleta eſt. Hæc vt idem auctor ait. L. Cæcilio metello & Tito flaminio conſulibus in africa iuſſu ſenatus reparata eſt: q̃ nunc manet annis. xxij. euolutis poſtq̃ a ſcipione fuerat euerſa. Abeſt Tunetū a Carthagine. xij. millia ferme paſſuū. A tuneto tunetei dicti ſūt quos Sidonius Tuniſeos appellat.

¶ Tunica veſtis erat apud romanos breuior & ſine manicis q̃ ppríe viris cōueniebat. Longas vero tunicas fœminis cōuenire exiſtimabāt. Virg. Et tunicę manicas & hīnt redimicula mitrę. Plau. Manulea tā tunicā hēre hoīes decz. Dicta eſt aūt tunica a tuendo corpore Var. Hęc lanigeras detunderi docuit tunicareq̃ homulū. Vnde Tunicati dīr tunicas veſtiti. Et aliqñ etiā expediti & nullā aliā ſupra tunicā veſtē habētes quales nobiles incedere ſolent cū turi ſūt. Iuue. Tunicati fucina gracchi. Ad opulentiā latinæ linguæ augendam nihil impedit vt ait Priſci. formare vetba. Tunico tunicor tunicatus.

¶ Turba & Rixa idē ſignt. Eſt em̄ turba pturbatio. Vlp. Turbā appellatā eſſe labeo ait ex gñe tumult⁹. Si duo rixā cōmiſerint vtiq̃ nō accipimus in turba id factū: quia duo turba nō proprie dīr. Si vero fuerint decem aut quindecim hoīes: turba dicet. Turba ergo multitudinis: rixa duorū. Sed quia multitudo fere nō vacat perturbatione factū eſt vt eā quoq̃ appellem⁹ turbā. Ci. Cecinę. Exponerē etiā quēadmodū hic & quanta in turba viueremus. Teren. Dij veſtrā fidem quid turbæ eſt apud forū.

¶ Turbella diminutiuū parua turba. Plautus. Hāc mihi ancilla turbellam fecit.

¶ Turbidus. cōturbatus cōfuſus nō clarus tumēs. Hora. lib. car. Qui vidit mare turbidū.

¶ Turbulētus cōmotus. iratus turbid⁹. cōtentione

¶ Turbo. as. cōfundo cōmoueo. Plau. in (plenus cap. Aduenięs turbauit totū cū carne carnariū. i. cōmouit. Ter. in Eu. Neſcio qđ pfecto abſente nobis turbatū eſt domi. i. innouatū. hui⁹ cōpoſita ſūt. cōturbo. Ter. in Eu. Neq̃ ædepol qđ nūc cōſiliį capiā ſcio: ita cōturbaſti mihi rōnes oēs vt eā nō poſſim ſuis ita vt ęquū fuerat atq̃ vt ſtudui tradere. De turbo deorſū violēter deijcio. Exturbo e loco deijcio: extra turbo expello. Plau. in Cur. Si recte factas phedrome auſcultes mihi: atq̃ iſtā exturbes ex aio ęgritudinē. Col. li. ix. Et in tranqllo cōſiſtēs piſcis ſedibus ſuis nō exturbat. diſturbo varie turbo: ſeu diſſipando deijcio. Ter. in an. Ne eſſet nobis ſpatiū ad diſturbandas nuptias. Quintil. Nō em̄ diſcuſſo alicui⁹ opis angulos aut diſturbatos parietes obijcim⁹. Interturbo. obturbo. ab oñi pte turbo. Terē. in an. Ita ne vero obturbat? Perturbo valde turbo

¶Turbo turbinis ventus cũ frigore maximo obiecta quæq; deturbans prosternensq; ex depresse nubis specu. Virgi. Et terras turbine versat. Est & turbo genus instrumenti lusorij pueros maxime delectans: a cuius fastigiata & præacuta cuspide. fit turbino.as. Tibul. Nãq; agor vt per plana citus sola verbere turbo: quẽ celer assueta versat ab arte puer. Item Vasculi gen⁹ quo pruna & coctana inter saturnalia xeniola missitabant. cui⁹ effigies turbinis in imo angustissima erat: in summo latissima qualis est figura pyrorũ. Item turbo dicitur quicquid formo acuta est. Plynius de Aloe. In turbinibus cadorum. Ouid. Caua buccina sumitur illi Tortilis in latum quæ turbine crescit ab imo.

¶Turbo.onis. propriũ nomen Gladiatoris. Hor. lib.ij. Ser. Corpore maiorẽ rides turbonis in armis

¶Turbino.as. pe.cor. acutũ facio. Ply.li. xxxvij. Siquidẽ & colore translucido nõ differt & laterum sexanguli læuore turbinatus in mucronem aut duabus contrarijs partibus q̃ magis miremur vt si duo turbines latissimis suis partibus iungant magnitudine etiã auellani nuclei. Idem. Turbinatior pyris figura q̃ malis.

¶Turci. populi. Vide in dictione Thussagetæ.

¶Turdus. auis nota. & inter primas ꝓ saporis boni tate collocata. Hor. Nil melius turdo: vulua nil dulcius ampla. Turdariũ locus quo turdi alunt ad fagi

¶Turduli populi hispanię eius quã bęticã (nam nunc Granatã vocant. Et ab incolis Turdetania dicitur. Hi etiã Turdetani appellantur. q̃uis sint qui eos diuersos asserant.

¶Turgeo.es. tursi in flor. Virg. Tortida iam læto turgent in palmite gemmæ. Huius cõposita sunt de turgeo qđ est contrariũ suo simplici. Significat em̃ decrescо. Plyn. Deturgente nilo musculi reperiunt Obturgeo. circũ turgeo. Lucil. Obtursi ebri⁹. a turgeo fit turgesco. Persius. Nõ equidẽ hoc studeo bullatis vt mihi nugis Pagina turgescat dare pondus

¶Turgidus: inflatus tumens. Aug. lib. (idonea ij. con. per translationẽ dixit. Ego dedignabar esse cũ paruulis. & turgidus fastu mihi grandis videbar. Hinc fit diminutiuũ. Turgidulus. Catul. Flendo turgiduli rubent ocelli.

¶Turiones: dñr teneritates arborũ vel arbustorũ.

¶Turia: nomẽ fluuij: scđm aliquos generis mascu. scđm Priscianũ & Augustinũ generis neutri Vide in dictione Duria.

¶Turris. a torrendis hostibus dicta est sicut ars ab arcendis. Vel ꝙ aspectu torua sit. hoc est terribilis. Fiunt etiã turres ambulatorię de quibus Vege. lib. iiij. Hęc scribit. Turres dicunt machinamẽta ad ędificiorũ speciem tabulis tabulatisq; cõpacta. Et ne tantũ opus hostili concremet incendio diligentissime ex crudis corijs vel centonibus cõmunitur quibus pro modo latitudinis addit altitudo. Nã interdum tricenos pedes per quadrũ: interdũ quadragenos vel quinquagenos latę sunt: procerítas aũt ipsarũ tanta sit vt nõ solũ muros sed etiã turres lapideas altitudine superẽt. His plures rotæ mechanica arte subduntur quarũ lapsu volubili magnitudo tã alta moueatur. Præsens aũt periculũ ciuitatis est si ad murũ fuerit turris admota. Plures enim accipit scalas & diuerso genere conat irrumpere. Nã in inferioribus habet arietẽ cuius impetu destruit muros. Circa mediã vero accipit pontem factũ de duabus trabibus septumq; de vimine quem subito prolatũ inter turrem murumq; constituũt & per eum egredientes de machina bellatores in ciuitatẽ transeunt: et occupant muros. In superioribus aũt turris illi⁹ partibus contati & sagittarij collocant quí defenso res vrbis ex alto contis saxis missilibusq; pternãt.

duco: reueho reduco retroueho. Liui. li. i. Prędaq;
inde maiore q̄ quanta belli fuerat reuecta ludos o-
pulentius inſtructiuſq; q̄ priores reges fecit. Sub-
ueho ſubtus veho. Cęſar com. i. Eo aūt frumento
qđ flumine araro nauibus ſubuexerat ꝓpterea vti
minus poterant q; iter ab arare heluetij auerterāt:
a quib⁹ diſcedere nolebat. Seueho ſeorſum veho.
Proper. Cur tua p̄ſcripto ſeuecta eſt pagina gyro.
Prętereuehо vide in dictione velabrum.

¶ Vehia æ. plauſtrum. vnde vehiatura pro vectu
ra apud veteres vſurpatur.

¶ Vehes plauſtrū. Ply. li. xxxvi. Amplitudinem
canis eā feciſſe proditur vt vehē fœni large onu-
ſtam tranſmitteret. Colu. li. z. Iugerū autem deſy
derat qđ ſpiſſius ſtercoratur vehes quattuor & vi-
ginti: qđ rarius duodeuiginti. Eſt & menſuræ no-
men in fœno ſtercore alia ve materia. Idem. li. xiij.
Materies ſi roborea eſt ab vno fabro dolari ad vn
guem debet per quadratos pedes. xx. hoc eſt inqt
vehis vna.

¶ Vehiculū in quo aliquid vehit: qđ cū quattuor
rotis phryges tradunt inueniſſe.

¶ Vehicularius qui vehiculū ducit. Vehiculare ve
ro quod ad vehiculū pertinet: vt equus vehicula-
ris: & rotę vehiculares.

¶ Vehemens ex ve & mēs: cōponi arbitror: tāetſi
quidā dici velint q; vehatur eminentius: vel q; ve
hatur mēte. A mentis eñ vi atq; impetu: ſicut do-
cet Gel. dī. Nā ve in hoc loco intentiua eſt. Dicit
aūt vehemens graue/magnū/vrgens/acer: a quo
vehementia grauitas: acritudo.

¶ Veios dicimus vrbē in ethruria: quā Camillus
cepit. Hæc inſignis fuit bellorū frequentia cū Ro
manis. Vnde cum Nero domū ędificaret ampliſſi
mā: editi fuerunt illi verſus. Roma domus fiet:
veios migrate qrites. Si nō & veios occupat iſta
domus. A veij fiunt veiens iētis. populus: veien-
tanus a. um. vt vinū veientanū. Hor. Qui veien-
tanū feſtis potare diebus.

¶ Vel cōiunctio plerūq; diſiūctiua: vt vel ſcribam
vel ad te veniā. Interdum copulatiua eſt: vt maxi
me me tibi amicū facit: vel virt⁹: vel doctrina tua
Interdum ponitur pro etiā. Ter. in an. Vel hoc qs
nō credit. Verg. Vel priamo miſerāda manus. In-
terdum pro valde. Cic. pro Murena. Vel maximū
bellum populum rom. cū rege Antiocho geſſiſſe.

NB. Deſertū reperies vbi clangant ſtrumi ſ-
ctum ſepalis ſiſſorib⁹ ⁊ dirio luce
Nota hic deſertū correctū ⁊ſ.

Interdum pro māxime. Idem trebatio. Q; moro= ſi ſint qui amant: vel ex hoc intelligi poteſt. Inter= dum pro veluti. Teren. in ecy. vel hic pamphilus in rabat quotiens bacchidi. Interdum pro ſaltem. vt Si mihi non creditis vel operibus credite. Inueni= tur etiam vel. duarum ſyllabarum. quod eſt nomen oppidi in affrica apud Ply. libro quinto. Sicut Sue. in hiſpania.

¶Velo. las. per ſimplex. l. ſignificat tego. Lact. li= bro ſexto. Danda eſt opera vt indumento iuſtitiæ pietatiſq; velemur. Et velare ligare. Pompo. Reſte velet gulam. Per tranſlationem ponitur pro veſti= re. Plau. Muliebri velatus toga. vnde velati ſicut do cet Feſtus appellabantur veſtiti & inermes qui ex= ercitum ſequebantur: quiq; in mortuorum militum loco ſubſtituebantur. Hi poſtea mutatis litteris ve= lites dicti ſunt q & ferentarii ab auxilio ferendo. Hu ius verbi compoſita ſunt. Euelo. & reuelo. quę ſunt cōtraria ſuo ſimplici. Nam euelare. & reuelare ſigni ficant velamentum tollere ſeu rem velatam detege re & manifeſtare. Præuelo de quo alibi. Et habēt pe nultimam productam.

¶Velamen modo pro veſte accipitur: modo pro re qua aliquid velat.

¶Velabrum pe. cor. a. velo. las. vel vt quidam vo= lunt a veho. locus in vrbe roma iuxta auentinum montem. q; ratibus ac velis eo veherētur triumphā tes romani cum pompa. Sue. de Cæſa. Quod gal= lici triumphi die velabrum præterueliens pene cur= ru excuſſus eſt axe defracto. Hinc velabrenſis caſe⁹. qui ibi conficiebatur cunctis præferendus.

¶Velatura pretium quod naturæ datur. ab his qui nauigio veluntur. velaturam facere inquit Var. li. i. de re ruſ. dicuntur qui vecturis viuunt. Nam antiqui vellamnon villam dicebant.

¶Velum. tegmen a velo. as. q; vela ventis agitata volitare videātur. Var. a. velleribus. q; ex ouiū vel= leribus fierent vela quibus homines tegebant. quā uis nauium vela ex lino aut ſparto fierent. velū etiā accipitur pro cortina quæ lectis circunducitur vn= de apud euangelium legimus. velum templi ſciſſu; eſt a ſummo vſq; deorſum. Diuidebat enim ſancta a ſanctiſſanctorum.

¶Velaria dicebantur vela quibus theatra tegeban= tur. Papinianus. Iam velaria lintea pluebant. vnde etiā velaria dicuntur loca abdita quæ velis claudun tur. Iuue. Et pueros inde ad velaria raptos.

¶Veliuolum penultima correpta. mare dicitur. q̄ velis velatur. Virg. Deſpiciens mare veliuolum. Ve liuolæ naues quæ velis volēt. vt Ennius. Naues ve liuolas. quod & proprie dixit.

¶Velifico. as. navigo a faciendis id eſt ponēdis ve lis. Ducitur & velificor verbū cōmune: vnde & paſ= ſiuum protulit. Iuue. cum dixit. velificat⁹ athos: & quicq̄d græcia mendax audet in hiſtoria.

¶Velo. is. velli. & vulſi. ſum. Extirpo. Sue. de Cęſa Circa corporis curam moroſior vt non ſolum ton= deretur diligenter: ac raderetur. ſed velleretur etia; vnde vulſa corpora a Quintiliano dicuntur fœdiſ ſima. Huius compoſita ſunt Auello. Conuello. Di uello. Euello. Col. Cum ab opere boues diſiunxerit ſubſtrictos confricet. manibuſq; comprimat dorſū & pellem reuellat. nec patilatur corpori adhęrere. Et omnia per duplex. ll. ſcribuntur.

¶Vellit id eſt mouit Virg. Poſteſq; a cardine vellit.

¶Vellico as. penultima correpta: frequenter vello⁹ quod proprie fit cu; extremas coroporis partes di gitis vellimus. preſſādo infeſtam⁹. Propert. Nec mi hi tā duris inſultes moribꝰ & te Vellicet heu ſero fle= bis amata diu. Augu. li. xiiii. ci. dei. Ita ſe auferebat a ſentibꝰ & iacebat ſimillim⁹ mortuo: vt nō ſolū vel licantes atq; pungentes minime: ſed aliquādo etiā ſi igne vreret admoto ſine vllo dolore niſi poſtmo dū ex vulnere ꝓbabatur. Per tranſlationē Vellicare ponit ꝓ criminari: mordere: ac lacerare. Gell. li. iiii. Plura in Saluſtio inſcite aut maligne vellicant. Ho ra. Vellicet abſentem demetrius.

¶Vellus: lana ex ouibus detōſa: q; ante tōſurę vſū lanā veteres vellerent: quā demptā & cōglobatā alii vellera: alii velumia appellant.

¶Vellina: regio in vrbe palatino monti cōiūcta in qua Valerii publicolę & victorię: deorūq; penatium ędes erāt. Dicta vellina: q; ibi paſtores palatini vel lere lanam ſint ſoliti.

¶Veles tis. penul cor. qui leuiſſime oīm armat⁹: qui & velatus & ferentarius. Refert Aelianus ordinem pedeſtrē in militia diuidi trifariam. In armatos: quę grauis armatura dī: & velites q leuiſſime oīm armā tur. Vñ & expediti nuncupant. Non enī ocreas aut loricē induūt: ſed tantum iaculis & fundis vtunt. In tertio ordine ſūt peltati a pelta dicti: q; ſcutū eſt par uum & leue. Hi medii erant inter grauē armaturā & leuem. Speciatim Rorarii: Accenſi ferentarii mili= tes leuis armaturę vocant. Per tranſlationē velites etiā dīr qui verbis altercant. Oui. in Ibim. Vtq; pe tit primo plenum flauentis arenæ Nondum calfa= cti velitis haſta ſolum.

¶Velitor pe. cor. contēdo: digladior: pugno. Plau. in Menę. Neſcio q̄d velitati eſtis inter vos. Poſtea de re tranſlatū eſt ad verba. Vñ & ꝓ lurgari ponitur Ci. Cū inquinatiſſimis hoibus nō eſt cōuicio decer tandū: neq; maledictis aduerſū impudentes & ſpro bos velitandū: quia tantiſper ſiſis & compar eoru; fias: dū paria & conſilia dicas atq; audias. Vñ & Ve= litatio q̄ teſte Feſto dicta eſt vltro citroq; ꝓbotū ob iectatio: ab exēplo velitaris pugnæ.

¶Velito as. fit a velo as. & ponit pro velifico.

¶Velitaris & hoc velitare: quod ad velites pertinet Vñ velitaris pugna. Sal. in Iug. Pręterea fere ſagit= tarii & cohors peligna cū velitarib⁹ armis: itineris p perandi cauſa: neq; his ſec⁹ atq; aliis armis aduerſū tela hoſtiū: q; ea leuia ſunt: muniti erant.

¶Velitatim aduerbiū: ſignificat per ſalt⁹ & interual la q; velites pugnando ſaltibus vtunt. Siſen. Nos vna ętate in aſia & gręcia geſta idcirco continentia litteris mādauim⁹ ne velitati au ſaltuatim ſcribēdo lectorū animos impediremus.

¶Velitręciuitas volſcoꝝ inſignis fuit: qb⁹ victis ro mani agrū veliternū ademerūt. Eo coloni ab vrbe miſſi ſūt: vt inqt Liui. li ii. Refert Diony. li. vii. Pe ſtilentiā adeo velitras eſſe depopulatā: vt ex decē p tibus veliternorum vix vna ſuperfuerit.

¶Velia pal⁹ italię apud Calabros nō lōge a palinu= ro Helia oli dicta eſt: & velia Lucanię oppidū ſic di cta: q; a paludib⁹ cingit: pal⁹ ἕλος latine dr helia: po ſtea aſpiratio vertit in u. & fit velia. Alia velia i latio ē: dicta q; loco paluſtri finit poſita a pelagis. Mos fuit vt ait Dio. noīb⁹ q̄ iciperēt a vocalib⁹ b p̄ponere

¶Velut: aduerbium ſimilitudinis.

¶Velox: celer: a volando: q̄ ſi voliox: a quo veloci

Et

tas & velociter.

¶ Vena dicta est q̄ per eam veniat sanguis. Nā est conceptaculum sanguinis misti confusiq̄ cū spiritu naturali: in qua plus sanguinis minus spūs. Inde fit Venosus a.um. quod est venis turgentib⁹ plenū. Per translationem tñ venę in terra dñr sub terra meat⁹ per quos vnda manat: aut ali⁹ liquor. Vñ venas argenti: venas auri dicimus.

¶ Venenum: dictū est q̄ cito per venas eat: siue salubre: siue noxium. quod grēci φαρμακον dicunt Nam & medicamenta venena sunt. Et est generale ad omnia quæ naturam eius cui adhibita fūt mutant. Plynius. Galbanum aduersatur venenis maxime toxicis cum myrrha & vino. Vnde per quandam similitudinem color qui a vestibus imbibitur venenū appellatur. Vir. li. ii. Ge. pro colore purpureo posuit qui eius cōchæ spuma est. Alba nec assyrio fucatur lana veneno. Deniq̄ oē quod vel sumptum vel tactu nocet: venenū dicitur. Vnde & p Veneficio capitur.

¶ Venenosus. a. um. quod venenū habet: vt venenosus serpens.

¶ Venenatus. a. um. in quod est venenum conjectū Fit enim a Veneno. as.

¶ Venenarius qui parat vel conficit aut vændit venenum. Apul. Qui venenarium accusat scrupulosius cibatur Qui furem arguit sua custodit.

¶ Veneficus. & venefica. qui & quæ venena conficit. & q incantationibus & cæteris malis artibus vtitur. Hinc Trieneficus. i. excellens veneficus. Pla. Mussas adhuc trienefica?

¶ Veneficiū ipse actus venenandi. Ply. Hæc arbor ante atrium fata omnibus veneficiis remedio est.

¶ Venio. is. veni. ventū. Venire p̄prie est quasi versus nos ire. vnde apud auctores frequenter p ire ponitur. Virg. Venisti tandem. Ter. Nisi ego ad mercatū venio. i. eo. Sic ecōtrario ire pro venire: vt eo ad te. Et ambo iungi p̄nt dtō. vt It clamor cælo. & hostis venit excidio. i. ad excidium. Aliqñ cōstruit cū ablto mediante. in. quasi significet p̄manentiā. Hiero. Ne forte si venerit vīis in manibus illud apocryphū: dubia pro certis recipiatis. Et licet Venio neutrū sit: tñ eius cōposita qñq̄ mutāt terminationem vt cōuenio conuenior. Inuenio. Inuenior. Reliqua cōposita sūt. Aduenio. circūuenio. cōtrauenio. Deuenio. p̄uenio. Reuenio. Subuenio & Superuenio. Hor. Grata supueniet q̄ nō sperabit hora Poetæ tñ aliqñ venire p Imminet vsurpāt. Virg. Se satis ambob⁹ teucrisq̄ venire latinisq̄. Aliqñ p crescere. Idē li. i. Ge. Hic segetes: illic veniunt fœlicius vuæ Aliquando pro portari. Ply. Spēs sinopidis tres rubra & minus rubens. & media inter has. Eius q̄ ex africa venit octoni asses.

¶ Venire in mētē. nō ad recordationē tñ est sed ad cōsiderationē & reputationē & intelligentiam. Ter. Vbi in mentem eius aduenti venit. Veni in suspicionem. in obliuionem. ī vituperationem. i. suspectus factus sū aliis: alii me obliti sūt. vituperor ab aliis. Veni in opinionem. i. opinionem habeo Aliquando tñ passiue dicitur cum opinio pro fama accipit.

¶ Vento. as. frequentatiuum quo vetetes vsi sunt. sed pro eo vtimur alio frequētatiuo. Ventito. Ply. Gratior Alexandro magno erat frequenter in officinam ventitanti.

¶ Ventus. a Venio fit. Nam propie est cum impetu

ventans aer. cum nihil aliud sit vētus q̄ aer commotus atq̄ agitatus. Vnde Aug. lib. de quantitate animæ. Nihil aliud q̄ istum aerem commotum ac agitatum esse sentimus. Quod in loco tranquillissimo & ab omnibus ventis quietissimo vel breui flabello. approbari potest. quo etiam muscas abigentes aerem commouemus flatuq̄ sentimus. Quod cum euenerit occultiore quodam motu cælestium vī ter rænorum corporum per magnum spatium mundi ventus vocatur ex diuersis partibus cæli nomina etiam diuersa sortitus. Vitru. Ventus inquit est aeris fluens vnda cum incerta motus redūdantia. Nascitur cū feruor offendit humorem: & impetus factionis exprimit in spiritus flatum.

¶ Ventulus diminutiuum paruus ventus. Terē. Cape hoc flabellum & ventulum huic ita facito.

¶ Ventosus. a.um. quod est vento plenum vt ventosa regio. Aliquando dicitur Inane vt vētosa verba. i. sine pondere & sine effectu.

¶ Ventilo. as. pe. cor. ad captandum vētum pono aut iacio. Proper. Hanc venus vt viuat ventilat ipsa facem. Hinc ventilari frumētum dicitur: dum in aera purgatur. Plyn. Multiventilare quoq̄ granum vetant Leo papa: p translationem dixit. Ominum discutit consuetudinem: ventilat curas: scrutatur affectus. Interdum Ventilare est per manus versare e digitis eximendo. Apul. Ad hæc ego insperato lucro diffusus in gaudiū: & in aureos refulgētes quos identidem manu mea ventilabam. Iuue. Cum verna canopi Crispinus tyrias humero reuocāte lacernas ventilet æstiuum digitis sudātibus aurum. Huius compositū est Euentilo. extra ventilo. Col. lib. i. Et celeriter frumenta deteruntur non cedente solo pulsibus vngularum tribularumq̄. & eadem euenti lata mundiora sunt: lapilliq̄ carent.

¶ Ventilabrum penultima producta. Iustrumentū quo aliquid ventilatur. Colu. lib. 2. Nam cum aceruis paleis granisq̄ mistus in vnum fuerit cōgestus paulatim ex eo vētilabris per lōgū spatiū iactetur.

¶ Ventilator que frumenta ventilat.

¶ Venia dicta est q̄ optanti aduenit. Est enim remissio culpæ & condonatio erroris. Quintil. Peccaui, veniam peto. Quandoq̄ ponitur pro beneficio indulgentia & permissione. Ci. li. i. de ora. Date nobis hanc veniam vt ea quæ sentitis de omni genere dicendi subtiliter prosequamini. i. concedite. Terē. Da pater veniam sine te exorem. Et cum venia dicimus hoc est cum pace tua & te permittente.

¶ Ven⁹. dea putata est q̄ ad omnia veniat. Ci. Quę autem dea ad res omnes veniret venerem nomina uerūt. Græce αφροδιτη dr̄ ab αφρος. spuma. quoniā ex saturni testib⁹ & maris spuma nata sit. Est & Venus infima quinq̄ errantium stella & terræ proxima quæ phosphoros græce: lucifer latine dicitur cum ante graditur solem. Cum autem subsequitur hesperos. vesper. & vesperugo. Ponitur etiam venus pro libidine & coeūdi appetitu. Seneca. Q̄ in venerem pronior esset. Interdum pro pulchritudine. Quintil. Quod cum gratia quadam & venere dicitur. Hinc Venustas pulchritudo. Mnasalchus autem in epigrammatis ασυριῃ τιτοι ωδε ωαραφροτερειαν ορουσασ τιωτ. απο ωοιμενιου χειλεος ωδε ωαρει ουτοι ωρωνεσ εθ. ωδε αγκεαωαντα δε ερωτεσ και ωοθοσ. αδεαγρια μουσ εμ ορ γεωεται.

¶Venustas:a venere cum pulchritudinē significat Venustatē fœminis:dignitatem viris conuenire docet Cice. Si luna a ioue defluat ad venerem facit venustos.& quib⁹vt Firmicus i quarto matheseos ex venustate potestas maxima comparetur.Hinc venustas capitur pro gratia dicendi & venere: amabilitq; suauitate.Vñ venustus a.um.vt venust⁹homo: & lepida oratio:q̄ ita inter se differūt:q; Venustū vocamus qđ cum gratia quadā & venere dicit. Lepidum quod rotunditate quadā & breuitate atq; acumine verbōrū venustum est.

¶Venusto as.orno. Ambro.lib.hexa.Ideo primū fecit deus:postea venustauit:vt eundem credamus ornasse qui fecit:& fecisse qui ornauerit.Huius contrarium est Deuenusto.Gell. Tanq̄ pulchritudinis sibi insignia deuenustet.

¶Veneror.ex venia & orando compositum esse videtur:quasi veniam oro. Est autem venerari colere & veneratio honor & cultus.Poetę tamen qñq; veneratū pro venerabili ponunt. Virgilius. Cursuscq; dabit venerata sacerdos.

¶Venerabilis:qui cultu & veneratione dignus est. Plyn. Vir grauis & ipsa senectute venerabilis. Nomina enī q̄ tribilis desinunt a verbis venientia:qñq; infinitū passuum eius verbi significant cū dign⁹ vt Spectabilis dignus spectari. Admirabilis dign⁹ qui sit admirationi.Quandoq; infinitū vel actiuuz vel passiuum cū potest:vel natura aptum est. vt Risibilis qui potest vel natura aptus est ridere. Penetrabilis qui potest vel natura apt⁹ est penetrari. Stabilis:qui potest vel natura aptus est diu stare. Possibilis qui fieri potest.

¶Venerādus:idē quod venerabilis. Seneca. Vocē ęstimatione dignā & oi sęculo venerandā.Vnde nō desino admirari insciciā vel potius insolentiā quorundā sacratorum qui indignantur:non sibi scribi cum litteræ dantur.Venerandum aut reuerendū dicentes Venerabilem omnibus conuenire:venerandum autem vel reuerendum solis prelatis. & reuerē. dissimus:o barbaries.

¶Venerāter:significat cum veneratione. Apul. Et ab eo veneranter:exceptus paululum quieui.

¶Venor aris.feras indago:& quasi circunuenio. a venio vt quidam arbitrati sunt.deductū pterea q; veteres venari passiue pro circunueniri posuerunt. Ennius. Teneor correpta & vndiq; venor. A quo p translationē venari capim⁹ pro captare.hoc est artificio quodā & solertia quętere.:vt venor laudē:gloriā.Quod etiā ancupari dicimus.

¶Venatus us.ipsa venatio:vt est in Gen̄. Cūq; venatu aliquid ceperis.

¶Venaticus a.um.quod ad venationē ptinet. vnde venaticos canes dicimus quibus feras persequimur. Var.Canū duo genera:vnū venaticū:alteruz quod custodię causa paratur.

¶Venatorius a.um.idē qđ venaticus:vt venanatoria instrumenta quib⁹ in venando vtimur.

¶Venabulum:telū quo venantes vtuntur aciei lōgissimę apud nos cornib⁹ hinc & inde extantibus. Mar. Si directa geres longo venabula rostro. Hic breuis in grandē cōminus ibit aprum.

¶Venaphrū a venere & aphros cōponit: & est nomen oppidi in Campania:in cui⁹ agro fiebat optimum oleum.Mar.Hoc tibi Campani sudauit bacca venaphri.

¶Venetia:regio italię:quę a Minthio amne vsq; ad Iaman̄tum ptenditur. Ab Enetis populis dicta: qui post bellū troianū cum Antenore salutem cōsecuti cursū huc e paphlagonia tenuere. Auctor Ply. Alii a Gallis eiusdem appellationis originē traxisse dixerunt. Fuerunt enim veneti populi inter celtas littora oceani gallici incolentes:quos Cęsar nauali p̄lio superauit. In hac regiōe sunt vrbes illustres. Verona. vincentia. Patauiū.& venetiæ ciuitas:& Virtunus placida & amœna.

¶Venetię ciuitas insignis:quæ anno a natali christiano quinquagesimo quarto supra quadringentesimū condita fuit.quo anno Attila ex Hunnorum aquileiam euertit:de cuius laude quoniā apud iacobi philippi chronicā a nobis late congestū est: duximus omittendum.

¶Venetus a.um.pe.cor.quod e venetiis est:vt Veneti ciues:venetus color:vt ait Vege.cęruleus dicit qui color est marinis fluctib⁹ silis. Scribit Lampri. Heliogabalū comedisse pisces coctos conditura veneta:quasi in marina aqua cū colore suo. A quo colore aurigarum factio veneta nominatur. Et quieo colore induebantur:venetiani dicebant. Vege. lib. iiii. de re militari scribit nautas veste veneta esse induendos:& vela nauiū exploratoriarum colore veneto esse tingenda. Hic color etiam thalassicus.i.marinus dr̄ Greci enim thalassan mare appellant. Idem a colore ferri ferrugineus dr̄.

¶Vendico as.pen.cor.approprio & meū esse dico. Amb. Aues cęli spāle sibi nihil vēdicant. Vindico vero vlciscor:qua si vim dico.

¶Venter capitur pro qui videtur:hoc ē qui a pecto re ad pubem terminatur. Hicq; extenditur: quoniā ex pelliculis constet quas vocant pantices. Iuuen. Mōtani quoq; vēter adest abdominę tard⁹. Sed p̄prie est vbi conficiuntur. Cuius diminutiuū est ventriculus. Cor. Cel. Ventriculus autem qui receptaculum cibi est.constat e duobus tergoribus:vsq; inter lyenē & iecur positus est. Huius duo sunt orificia vt inquit Macro.superius & inferius. Superiore deuorata recipiuntur:inferiore quę excreturi sumus emittunt. Aliquando ponit pro stomacho. Iuue. Vētre nihil nouī frugali⁹. Aliqñ pro aluo. Cel. lib. iii. Vbi ab inferiore parte purgand⁹ aliquis est: ventrem ei⁹ ante soluendum esse. Verus ideo dicitur quia continet:& tanq̄ vter est.

¶Ventriosus: qui & vētricosus dicit:qui magnum habet ventrē. Plau. in merca. Ego dicā varū ventriosum. Nā c littera sępe additur. Nam arcadius archadicus. Sardonius sardonicus. Num & nunc: Tū & tunc. Iuue. Viuendum est recte tum propter plurima tunc his Precipue causis.

¶Ventrale:vestimentum ventrem contegens. Ply. Patris mei memoria cœpere amphimala nostra sicut villosa etiam ventralia.

¶Vepres tam in singulari q̄ plurali: generis masc. secdm Probū: & fœminini secdm Prisc. rubus siue spina dr̄:q; vehemēter prehēdat. Ouid. li. v. me. Aut leporis qui vepre latēs horrida cernit Ora canū. Huius diminutiuum est veprecula. Ci. p Sex. Vt illa ex vepreculis extracta nitedula remp. conaret arrodere.

¶Vepretū locus vepribus plenus.

¶Ver:anni pars temperatior:a veniendo:q; tū venire.i.oriri & crescere incipiunt virgulta:& frondes ac flores arborum atq; hærbarum. Vel dicitur a vi-

uendo quasi viuer: vel a vertendo q̄ tum se vertē re incipiat temp⁹ anni. Quippe ver nouū anni initiū est. Diuidit enim ver vt cęteręptes anni in ptes nouū: adultum: & p̄ceps. Ver sacrū dicebāt veteres in quo sacra & ludos faciebant. Quod quidam quasi religiosum putant dictum. Sisena. Q. m̄ fabini ferunt vouisse si res communis melioribus locis cō stitisset se ver sacrum facturos: vel potius ἀπο του ἐαρ. ρος.

¶ Vernus a. um. quod est veris. Vnde Ambro. Vernam temperiem dixit.

¶ Verna: seruus ex ancilla dn̄atus: a vere: q̄ hoc tē pus anni ad generandū maxime sit idoneū. Et q̄a dn̄i cū ancillis consuetudinē habebant verno tēpore: ideo seruos domi natos vernas appellauerunt. Hui⁹ diminutiuū est vernula.

¶ Vernaculus a. um. dr̄ oē quod domi nostrę nascitur: vel qđ in n̄ra patria est. Vnde vernacula lingua dr̄ vel seruilis: vel plebeia: qua tanq̄ cōmuni ac naturali omnes vulgo loquunt. Vernacul⁹ mos: id est domestic⁹ vel patrię. Interdū ponit p̄ proprio ac peculiarib⁹ ac vernaculis italiæ. Interdū pro eo quod a nobis domestica cōsuetudie vsurpant. Ci. in bru. Nescio quo sapore vernaculo. Cice. in Ver. acti. vi. Non vt solem⁹ interdum in defensiōibus dicere crimen domest⁹ cū ac vernaculū. Vernaculi etiam dicūtur malis moribus homines: & lingua pterua q̄ vernas: similes sint quib⁹ ars est adulari & maledicere. Item vernaculum dr̄ quod est veris. Ply. lib. xvii. Vernacula putatio delectis per ramos vitium crinibus circunuestit arborem.

¶ Verno as. pullulo. Mar. Dum tibi vernarēt tenera lanugine malę. i. pilos emittere inciperent. Hier. per trāslationem in explanatione canticorum. vbi inquit ex aīa desyderiorū tempestas defuerit: tūc incipient in ea flores vernare virtutū. Aliquādo vernare splendere est. Amb. Circundedit me vernantibus atq̄ coruscantibus gemmis p̄ciosis. Aliquādo p̄ Canere. Plaut. Dū auiculę vernant. Quippe verno tempore oīa lætari videnr̄.

¶ Vernilitus. p̄ adulatore a veteribus vsurpat̄. Cæci. Credo nimis tandē hic sit vernilitus.

¶ Vernilis & hoc vernile penul. p̄duct. idem quod Seruilis: siue scurrilis. Verniliter: scurriliter seu adulatorie.

¶ Vernalis & hoc vernale: quod est veris. Augu. li. vii. ci. dei. Propter vernalē quippe faciē terrę q̄ cętetis temporib⁹ est pulchrior Porphyri⁹ philosophus nobilis atyn florē significare perhibuit.

¶ Vernatio: corium vetus quo serpentes exuuntur quoniā id vere fit. Notum est serpentes quotannis verno tempore exuere membranā corporis hyberno situ obductā. Ply. Lendes tollunt adipe canino vel anguibus in cibum sumptis anguillarū modo: aut vernatione quam exuunt pota. Idem. Anguinę vernationis membrana cum oleo tædę q̄ resina calefacta auribus p̄dest. Eadem senectus dicit̄. Vide in dictione Senectus.

¶ Vernactum. terra vere prosciss̄a: quia vere actum aruum. id est versum est. Plynius. Quidam vtiq̄ ab æquinoctio verno proscindi volūt: quodq̄ vere semel aratum est: a temporis argumento vernactum vocatur.

¶ Veratrum penul. cor. herba: quę & helleborus: q̄ mentē auertat. Persius. Ebria veratro. Hui⁹ duo sūt

genera: album & nigrum: vtrunq̄ radice fibrata ceparum modo.

¶ Verbanus: lac⁹ cisalpinę gallię: ex quo Ticin⁹ fluuius emergit: seu per quē ex alpibus effluit in padū. Nunc lacū maiorem appellant.

¶ Verber: instrumentum longum & exile qualis est virga: baculus: arundo: & siquid est simile. Proprie autem significat summitatē sarmentorum. Quint. Ignesq̄ ex p̄ximo raptos: verberaq̄ quæ casus obtulerat in vado.

¶ Verbero as. cædo verbere. Sic enim a verbere fit verbero: quomō a fustis fustigo: a flagellū flagello Licet etiā de verbis dicatur: quoniā vt testatur Nonius: non solum verberare a verberib⁹ dictū: sed & a verbis. Plau. in aul. Nam cur me miseram verberas? Huius composita sunt. Diuerbero. deuerbero. Ter. in phor. Quot me censes homines iam deuerberasse vsq̄ ad necē hospites tum etiā ciues? Euerbero. Reuerbero repcutio: impedio. Col. lib. iiii. Vt mota equaliter hum⁹ nouellis seminis radicib⁹ quā cunq̄ in ptem p̄pserit molliter cedat: ne incremēta duritia reuerberet: sed tenera velut intimo sinu recipiat. Transuerbero feriēdo traiicio: trāsfodio. Lactan. Nam dolore iniurię concitatus ydas alterum gladio transuerberauit.

¶ Verbero onis. qui est verbere dignus. Et est contumelia seruorum.

¶ Verbereus a. um. quod est dignum vt verberetur Plau. Sed eccum video verberam statuam vt magnifice infert sese.

¶ Verberalis: verbere dign⁹: q̄ si verberabilis. a quo verberalior verberalissimus. Plau. Verberalissumus etiam rogitas non fur: sed trifur.

¶ Verberatus as. ipsa verberatio.

¶ Verberito as. sępe verbero. Fes. Verberitate ideę cato frequentatiue ab eo quod est verbero dixit.

¶ Verbū: a verberatu: q̄ verberato lingua intra palatum aere omnis oratio promatur. Vnde & p̄ quaslibet dictione ponitur: siue illa sit nomē: siue pronomen: siue vna aliarum partiū. Varro. A veritate deducit q̄ verum nos loqui oporteat. Est autem verbum varie a variis diffinitū: p̄pterea q̄ varie significet. Primo eni sacrę scripturę diffiniunt verbū esse quod intra animi silentiū mente concipim⁹. videlicet ipsam cogitationē qua adhuc conscięt̄ię secreto retinet̄. Vocem vero per quam verbū profertur in medium. Vox sonus index est cogitationis: verbū vero ipsa cogitatio. Sicut eni quando verbū corde concipim⁹ necessaria est vox quasi quoddā vehiculū verbi. & quodliber verbū ipsum per oris sonū ad alium transferimus: tamen sic eū integrum etiam intra nos clausū tenem⁹: & sic a loquente transfert̄: vt tamē in sua sede teneat̄. Aliquando verbū dicit̄: q̄ a re siue facto distinguit̄: vt nō est opus verbis: sed factis. Hinc dare verba dicimus pro decipere. Aliquando sumit̄ prout est vna ex octo partib⁹ orationis in quo omnis vis oratiōis est. Hinc verbale nomen dicitur quod a verbo descendit. Aliquādo capitur pro vniuscuiusq̄ signo. quod ab audiente poteſt intelligi. Vnde verbosus: multiloquus. Aliquā do pro contexta oratione: q̄uis in ea multa sint: vt apud prophetas sæpe legimus. Verbum quod factum est. Et apostolus. Presbyteri duplici honore honorentur: maxime qui laborant in verbo & doctrina. Quantocunq̄ tpe quisq̄ in predicando euā

geliũ laborauerit: non verborũ ſed verbi dei prædicatorerit. Et quantocunq; tẽpore quis in vniuerſa vita ſua quaſtã gerit carnem: quantalibet longitudine ptendatur: quęcunq; verba: vel ore/vl'ſola cogitatione locutus fuerit corde impœnitẽti cõtra remiſſionem peccatorum quę fit in eccleſia: verbũ dicit contra ſpiritum ſanctum. Eſt & verbũ ſententia ſeu enunciatio quæ vno ligat & ſtringit verbo. Teren. in adel. Poſtremo illud non meũ verbuz facio: quod Mitio bene & ſapienter dixti.

¶Verba dare: eſt decipe. Teren in an. Cui verba dare eſt difficile.

¶Verba ad rem conferre: eſt hoc agere quod dicit teren. in heau. Verum ſi verba ad rem conferet: vapulabit.

¶Verbale: quod a verbo deſcẽdit: vt lector a lego. doctor a doceo.

¶Verbulum diminutiuum. Hiero. Secreta verbula non carent ſuſpitione.

¶Verboſus: multiloquus. Ci. Habes epiſtolã verboſiorem fortaſſe q̃ velles.

¶Verboſito as. verba pfero. Hiero. Nulli⁹ eſt meriti ore diuina officia verboſitare: & miſera mẽte quæ intrinſec⁹ imminent vagando circuire.

¶Veriuerbiũ verus ſermo. Plau. Tu reptus philocratem qui ſupes veriuerbio.

¶Verbena, pprie vt ait Ser. Herba ſacra ſumpta de loco ſacro capitolii: qua coronabant fœciales & pater patratus: fœdera facturi: vel bella idicturi. Abuſiue tamen etiã verbenas vocamus omnes frõdes ſacratas: vt eſt Laurus: oliua: vel myrthus. Terent. in an. Ex ara hinc verbenas ſume. Nam myrthũ fuiſſe Menander teſtat. Do. vero verbenas ait eſſe oẽs herbas: & frondes feſtas ad aras coronandas ex alí quo loco puro decerptas: quaſi herbenas. Plyn. lib xxii. ſcribit nomine ſagminũ & verbenarum ſignificari gramen ex arce cum ſua terra euulſum. Idem lib. xxv. Verbenacam peculiariter vocat hærbam quam greci hierobotanen: quaſi ſacrã herbã dicũt: aliqui periſtereon: quaſi columbariã: ſed in ſimplicibus quis melior: ac ſine compatione p̃ſtantior q̃ Dioſcori. Hic igit̃ de verbena ita ſcribit. περι Σειρου φυεται ερ τοισ εφιδροισ τοπωισ οι δε τριωρομοι δε βουριομοι δε ιερα βοτανη οι δε φιλτροδοτησ αιγυπτιοι πεψετε, προφηται! ηρασ δακρυον οι δε αιματαλησ οι δε αιμα ερμουρωμαιοι κρι Σαταλλιγακια οι δε περισερεωμα ορθομομα Σαι.

¶Vergilię ſtellę ſunt quæ & pliades: et Inſtitor veris dicunt: ita appellatæ q̃ earũ ortu ver finem facit ſeu q̃ circa equinoctiũ vernum ſit earũ ortus matutinus. Sunt atẽ ſeptem in tauro locatę: quarũ ſigno exoriente eſtas ſignificat: occidente hyeme oſtẽdit Earũ exortus fit circa quinto idus maias diſtans ab equinoctio verno vnde quinquageſimo die.

¶Vercellę inquit Hiero. ligurum ciuitas haud pcul a radicibus alpiũ ſita: olim potẽs: nunc raro eſt habitatore femiruta.

¶Vereor eris. itus. timeo. Sed pprie vereri liberos qui honeſtatis gratia mouent. Timere ſeruos q̃ formidine pœnę faciũt. Dictũ Vereor a ve: & reor: quaſi valde reor: quia ea quę timem⁹ multifacere ac diu cogitare ſolemus. Hui⁹ compoſitũ eſt reuereor: qđ eſt veneratione habeo: qđ eſt timor agendi quod re p̃hendit poſſit. Hinc Reuerentia. Iuue. His nullus verbis pudor aut reuerentia menſę.

¶Verenda dicunt̃ loca quę non niſi cum verecundia nominantur.

¶Verecundor verecũdia teneor. Cic. li. iiii. de ora. Alterũ contantem & quaſi verecundantẽ incitabat verecundus qui verecundia tenet̃. Licet quandoq; pro audaci ſumat̃. Plau. Sic eſt: vera p̃dico niſi etiã hoc falſo dici: inſimilatur⁹ es: nimis verecunda es. Verecunde aduerbium: cum pudore.

¶Veredarius nuncius: curſor: ſiue tabellarius equeſtris: celeri celeritate litteras p̃ferens: vt a caball⁹ caballari⁹. Veredus enim dr equ⁹ velociſſimi curſus: quibus vſi ſunt maiores in venatione. Mar. Parci⁹ vtaris moneo rapiente veredo. Idem. Stragula ſuccincti venator ſume veredi. Talib⁹ noſtra tempeſtate vtunt̃ lanceari equeſtres ſtratioticos quos dicũt lãceas manib⁹ reciprocantes. Hiero. in li. Heſter. Epiſtolę miſſę ſunt p veredarios: & egreſſi ſunt veredarii celeres nũcios pferentes

¶Vergo gis ſi. ſecundũ Diomedẽ xi. ſum. ſignificat declino. Virgil. lib. xii. Quo vergat pondere lætam. Huius compoſita ſunt: deuergo: deorſum vergo. a quo deuergentia, p curuatura. Gel. Nam quãta partium circulorum q̃ cęli ex deuergentia & connexionibus qd varietatis ſit quis non videt. Inuergo. Plau. in Cur. Ipſum expecto tangere inuergere in me liquores tuos.

¶Verro ris. verri. ſũ. ſignignificat traho: a rete qđ verriculum dicitur. Virgil. Hinc verſa puluis inſcribitur haſta. Idem. Quippe ferant rapidi ſecum verrantq; per auras. Aliquando verto. Idem. Adnixi torquent ſpumas & cærula verrunt Aequora. Aliquando Mundo. q; trahendo ſordes mundentur. Iuue. Verre pauimentum: nitidas oſtẽde columnas Huius compoſita ſunt. Conuero. Colu. lib. octauo Diligens paſtor quotidie ſtabulũ conuerrit: nec patitur ſtercus aut humorem conſiſtere. Cato. Villaz conuerſe mũdeq; habeat. Deuerro: deorſum verro. Euerro extra verro.

¶Verriculum recte piſcatorium: qb̃ trahendo e vado educit̃. Verricula veteres p articulo vſurpabãt.

¶Verretrum: membrum virile a verrendo dictum Hierony. Cur portas verretrũ paule: cur a ſexu fœminarum barba pilis aliaq; membrorum qualitate diſtingueris?

¶Verto tis. verti. verſum: a vere dici putatur: quoniam vere annus incipit verti. Virgili. Gorgona deſecto vertentem lumina collo. Interdum traho. Virgi. Et verſa puluis inſcribitur haſta. Interdum trãſfero: cum quippiam de vna in aliam linguam trãſferimus. Plaut. Vertit barbare. Interdum conſydero: voluo: agito. Salu. Exercitum vertere. Huius cõpoſita ſunt. Aduerto. Animaduerto: Auerto: Cõuerto: Circunuerto. Diuerto: Euerto. Inuerto Interuerto: Obuerto. Peruerto: Pręuerto. Reuertor. ſubuerto: & tranſuerto.

¶Vertor: deponẽs eiuſdẽ ſignificationis cũ verto Virg. Vertit interea cęlũ & ruit oceano nox. Hic cõponunt̃ Reuertor: & pręuertor.

¶Vertere ſolũ dicebant̃ vrbe cedẽtes ſiue ob decta creditoribus pecuniã: ſiue ob exiliũ. Liui. lib. iii. Collegæ eoz exilii gratia ſolũ verterunt. Cic. p Cecin. Qui volunt pœnã aliquã ſubterfugere aut calamitatẽ: eo ſolũ vertunt. i. locum mutant.

¶Verſo as. frequentatiuum a verto. Hora. Vos ex

emplaria greca nocturna verſate manu verſate diur na. Et eſt actiuum: a quo fit verſor deponēs. V nde controuerſor Eſt autē verſarii aliqua re aſſiduū eſſe Cic. In quibus propter illas inſanias ſubſtructiōes facile mille hominū verſabaſ. Cōuerſor & diuerſor eiuſdem cū ſimplici ſignificantiæ. Aug. Sentiūtſe eſſe peregrinos: ſic diuerſanſ in opulentia diuitiarū ſuarum: quomodo viator in ſtabulo tranſitur⁹ non poſſeſſurus.

¶ Verſatilis & le. penul. correpta: qđ huc & illuc verſatur: ſiue quod idoneum eſt vt verſetur: vt gladius verſatilis: axis verſatilis. Ply. libr. xxxvi. I dē molas verſatiles: volumine inuentas.

¶ Verſipellis: qui facile vertit pellē: hoc eſt vultum & apparentiam & quomodolibet faciē mutat. i. verſut⁹ ac diſſimulator: q modo vnū: modo aliud oſtēdit. Plau. in am. ꝓprie dixit. Verſipellē ſe facit qñ lubet. Sūt qui dicāt vulgo infixā opinionē eſſe hoīes in lupos verti: rurſuſq restitui ſibi.

¶ Verſutus: qui vertit. Plau. i epi. Verſutiores q̄ rota figularis. Ci. lib. iii. de na. deor. Verſut⁹ a verſando dr̄: cui⁹ tanq̄ celer rota mēs verſat. Aliquādo tamen verſut⁹ ꝓ perito ponitur. Plau. Nec magis verſutum: neo quc careas ægrius. Proprie tamen verſuti dicunt qui mentē crebro ad malicīā vertāt. Hinc Verſutia calliditas: malicia. Verſutiloquus: & verſutiloquax.

¶ Verſicolor penul. cor. apud iuriſconſultos dicitur id quod vertit & mutat colorē. Vñ veſtes quę ex lana non tincta. i. natiuo colore ſunt factę: coloriæ dicunt: quia naturalē colorē habēt. ſiue albū: ſiue pullū: ſiue rufum. Quę vero in aliū colorem verſę ſunt verſicoloriq. Proprie tñ a Plyn. verſicolorię ſeu verſicolores dicunt: quę variis coloribꝰ conſtant: quaſi eos mutare inuicē videant: vt eſt cauda pauonis & collū colūbę: & aqua maris. Liui. Punico bello interdictum fuiſſe mulieribꝰ ne verſicoloribꝰ veſtirent. i. coloris varietate diſtinctis. Illud vero Virg. verſi coloribus armis. Exponit Seruiꝰ: depictis: propter quod bellicoſus oſtenditur.

¶ Verſura: a verto is dr̄: cū aliquid vertit. Var. lib. i. de re ruſ. Notāt aliq ex quibuſdā foliis ꝓpter eorū verſurā: qđ ſit anni tēpꝰ vt dici poſſit vt olea & populus alba: & ſalix. horū eni folia cū conuerterūt ſe ſolſtitiū dr̄ fuiſſe. Item verſura dicit locꝰ ad quē cum quis puenerit reuertit. Col. li. ii. Sulcū aūt ducere lōgiorē q̄ pedū centūuiginti contrariū pecori eſt: cuz ventū erit ad verſurā in priorē partē iugū ꝓpellat: & boues inhibeat: vt colla eorū refrigeſcant. Itē verſura eſt quā greci campen vocāt: flexus ipſe angulorꝫ in ędificiis & parietibus exterior: vt eſt apud Victr. Propter quod & crura ipſa Vege. in iumentis gambas vocat: quaſi cāpas. Verſurā facere antiqui dicebant mutuo pecuniā ſumere: q̄ initio qui mutuabātur ab aliis non vt domū ferrent: ſed vt aliis ſolueront id faciebant: & velut vertere creditorē videbātur. Do. Verſurā facere eſt æs alienum ex ęre alieno ſoluere. Hoc fit qñ æs alienū nobis conflatū fuerit: nec nobis tantū pecuniarū ſit vt id diſſoluere liceat vbi diſſoluendi tempꝰ aduenerit: mutamus creditorē ab altero. ſ. vſurariū ęs accipiētes quod alteri reddamus. Hiero. de morte Paulę. Liberalitas ſola excedebat modū & vſuras tribuens: verſurā quoqꝫ ſæpe faciebat: vt nulli ſtipes rogantiū denegaret. Terē. Verſurā ſolues. i. creditorē mutabis. Seneca. Ab epicuro verſura facienda eſt: qđ ſignificat mutuationē ſentētię faciendā eſſe ab epicuro. Cic. ꝓ Cœlio. Nulli ſumptꝰ: nulla tactura: nulla verſura.

¶ Verſoria: apud Plautū videt eſſe inſtrumētū nauticū: ex quo ſoluturi cognoſcebāt vnde flarēt vēti: & an mare admitteret: cuiuſmodi fere apud nos magnetis vſus in eo vaſe quod pixidecula vocaſ.

¶ Verſus a. um. pticipiū: vtriſus verſus eſt in luctū

¶ Verſus us. carmē a verto. Aug. li. ii. de ordine. Et ne longiꝰ pedū curſus puoluereſ q̄ ei⁹ iudiciū poſſet ſuſtinere; modū ſtatuit vnde reuerteret. Et ab eo ipſo verſū vocauit. Interdū verſus ſignificat ordinē ſeu tractū. Virgil. Ille etiā ſeras in verſum diſtulit vlmos. Interdū cantū. Plyn. Cantū imitabanſ luſcinię iuniores verſumq̄ quē imitenſ accipiunt.

¶ Verſus ꝓpoſitio actīn requirit: & fere ſemp poſtponiſ. Plaut. Ego portū verſus pgā & pquirā: quē ſi non inuenero: domū verſus reuertar. Dicim⁹ etiam Quoqꝫ verſus: quaqꝫ verſus: vtroqꝫ verſus. i. in vnāquāq̄ ptē. Quocunqꝫ. i. in vtrāq̄ ptē: habet qñ q̄ adiunctā aliquā ꝓpoſitionē: vt ad occidentē verſus. Ad caſtra verſus. In forū verſus. Ci. in Læl. Is primū in forū verſus inſtituit agere cū populo. Q̄ñq̄ aduerbiū: vt ſurſū verſus. Dicim⁹ etiā Verſū. Vndi aduerſum & aduerſus.

¶ Vertex: q & vortex: averto is. ꝓprie vertices dñt cōtorti vēti ac rotati: a quib⁹ fit q typhon vocatur. .i. vibratꝰ. Vortice: vt inq̄t Apul. in coſmo. torquetur humꝰ arida: & ab imo erigiſ ad ſummū. Ventꝰ auctore Seneca li. v. naturalīū q̄ſtionū: aliquo ꝓmōtorio repcuſſus atq̄ reuolutatꝰ facit vorticē: qui circūactꝰ ad eundē ambiēs locū: ac ſe ipſa vertigine cōcitans: vertigo vocaſ. Docet Quint. li. viii. verticem eſſe contortā in ſe aquā: vel quicq̄ d aliud ſiſ vertiſ. Virg. Ingēs a vertice pontꝰ. Ci. lib. ii. tuſ. Per trāſlationē vertice dolorū dixit ꝓ vertigine: rotationeq̄ q̄ in doloribꝰ circūagit: lucinatq̄ p̄ cordia. Inde ꝓpter flexū capillorū pars ſūma capitis dr̄ vertex ſiue quia ad occipitiū indecliue vertit. Vñ dicere ſolem⁹ a vertice vſq̄ ad calcē. i. a principio vſq̄ ad finē. Apul. tñ ad verticē appellat qđ tenui cute capilliſq̄ cōtegit: q in dogmate platonis ſic ſcribit. Deniq̄ ipſi⁹ capitis verticē ſpecta tenui cute cōtectum: capilliſq̄ hirſutū aduerſꝰ vi frigoris & caloris. Ply. li. xi. Binos hoīm tñ aliquibꝰ vertices dat cum ait. Vertices bini hoīm tñ aliquibꝰ capitis oſſa plana. Ab huiꝰ ſilitudine qđ i mōtibꝰ eminētiſſimū eſt: vertex appellaſ: qñ q̄ ibi naſcunſ: ptim in ſiniſtrā vertant. Itē altiſſimę ptes cęli quas greci polos vocāt: dñt vertices: q̄ circa hos mundꝰ rotet Virgil. Hic vertex nobis ſemp ſublimis: at illū Sub pedibꝰ nox atrā videt: maneſq̄ profundi. Propter qđ etiā cardines dñt a ſilitudie eoꝝ cardinū circa quos valuę voluunt. Apd Virgi. li. Ge. ꝓ aqlone ponit. Tēpeſtas a vertice ſyluis Incubuit. Proprie tñ vñ initiū eſt. vortices antiq per o litterā ꝓnunciabant. Primus aphricanus per e vertices dixit.

¶ Vertebra pe. cor. ſiue vertibulū dr̄ vbi ſūmę oſſiū ptes nō ęqualiter finiūt: ſed quibuſdā craſſioribꝰ nodis cōglobatę & ſubſtringunſ facilꝰ neruis: & tutiꝰ vertuntur.

¶ Verticulū inſtrumentū quod fuſo adhibeſ: vt facilꝰ vertaſ. Cuiꝰ diminutiuū eſt verticillum.

¶ Vertigo penul. produ. idē quod vertex: morbus capitis ex frigidis & lētis humoribus deuocatis ori

tur:ita vt ſic affecti occaſione partu ſuccidant. Dictus quoniã oculos eorũ vorticoſa quędam & rotatilia circũagi videantur. Græci Scotoma ſiue Scotomiam vocant.

¶ Vertunus per ſimplex n ſicut portunus: dict⁹ fuit deus inuertendarũ rerũ. i. emendandarũ ac vendendarũ vel vt inquit Do. qui rebus ad opinata reuertẽtib⁹ preeſt. Sępe autem male cedit quod bonũ putatur. & hoc eſt male vertiſſe: vt ille gladi⁹ qui muneri datus aſt adminiculum fuit regine pereuntis. Terẽ. in adel. Quæres tibi male vertat. Vel vertunus dictus eſt annus: a vertendo. Semper enĩ conuertitur finito curſu. Hora. Viuere vertunis quotquot ſum nat⁹ iniquis. Vnde annus vertens cum ſol ad ſignũ vnde cœperat redit: vt inquit Victr. Vel dicit vertun⁹ a verſo mutatoq; curſu fluminis tyberini. Oui. lib. ſexto faſt. Nomen ab aduerſo cœperat amne deus. Vel dr̃ vertun⁹ q; vertat in quãcunq; figuram.

¶ Vertunalia: vertuni feſta: q̃ fiebãt menſe octobri

¶ Vertius: magnarũ viriũ dr̃. Põpo. Homo in curendo vertius qui cũ atlante contendat.

¶ Verrunco as. ſignificat verto.

¶ Verpus: decorticatus: pellẽ non habẽs. Quo nomine etiam dictus eſt digitus medius a verrẽdo podice. Et Iudęi dicti ſunt verpi. q; auerſã ab aliis naturã habere videant. Iuue. Eadem niſi ſacra colenti Quęſitũ ad frontem ſolos deducere verpos. Vel q; patientes ſanguinis fluxum hoc digito verrendo podici vtũtur. Et verpa membrum virile. Mar. Non niſi per ſomnum nunc arrigis & tibi meui Incipit in medios meiere verpa pedes. Dicta verpa ab inuerſa pellicula.

¶ Vertagi: dicuntur canes ſponte in venationẽ exeuntes: prędãq; domũ referentes. Mar. Nõ ſibi ſed domino venatur vertagus acer Ille ego ſum leporem qui tibi dente feret.

¶ Verres is. & verri nomen ꝓpriũ viri romani contra quẽ Cicero orationes habuit: q̃ Verrinę appellãtur. Et verres porcus nõ caſtratat⁹ dicitur.

¶ Verum: ſolidum: ſyncerum: non falſum: q; verno tempore ſole arietẽ ingreſſo omnia vere naſcuntur: parntuſq; ad maturitatem perueniant: cuz aliis temporibus nata deficiant. Auguſtin⁹ libro ſecundo ſoliloquiorũ. Verum ẽ qđ ita ſe habet vt cognitori videtur ſi velit poſſitq; cognoſcere. Quidam hoc nomen a ve particula quę vehementiã ſignificat: & res deducunt: quaſi non verborũ inanis ſonitus: ſed ſolida res. Hinc veritas dicta eſt: & Verifico as. Aliquando verum dicit bonũ: ęquum: iuſtũ: par: & vtile. Hora. libr. i. epiſtarum. Metiri ſe quenq; ſuo modulo ac pede verum. Ci. lib. iii. tuſ. Si maxime verum ſit ad corpus omnia referre ſapiẽtẽ. Aliquando ſumitur pro verid ico: ſicut e contrario falſũ pro fallace. Terẽt. in and. Sum verus. Quãdo vero cõiunctio eſt: ponit pro ſed: & ſępe iungit cuz tamẽ vt verũtamen: & cũ enĩuero: vt Verumenĩuero. Et cum enim. Ter. in adel. Verumenim quãdo promerui fiat. id eſt certe.

¶ Vero aduerbium ſignificat certe: vere: & ponitur in ſcdo loco orationis. Virgil. Egregiam vero laudem & ſpolia ãpla refertis Tuq; puerq; tu⁹. Eſt autẽ coniunctio affirmatiua. Cic. Ego vero ſerui vellem vt ſcribis in meo grauiſſimo caſu affuiſſes. Interdũ eſt aduerſatiua: & ſignificat autẽ. Et in eodem loco vtraq; hęc coniunctio poni poteſt: antecedẽte ſem per aliqua dictione. Seneca. Honeſtam tibi prouinciam delegaueram: tu vero tanq̃ turpem recuſaſti. Interdum expletiua eſt: quãdo ſcilicet ornatus tantum cauſa ponitur: vt Tu quidem ſcribis: ego vero lego. Nuſq̃ enim refertur: ſed tantum a ſentẽtia ſententiam diſtinguit. Ponitur etiam pro quinimmo. Seneca. Socratem cum Platone: & Zenonẽ & Cleantem in animũ meum ſine dignatione recipiam? Ego vero illos veneror: & tantis nominibus ſemp aſſurgo. Ply. in pręfa. Proinde occupãtibus locum faueo: ego vero & poſteris. Dicim⁹ autem Ageuero Saneuero. Iamuero. Enimuero. atuero.

¶ Vero as. verum dico. Gelli⁹. Satin vates verant ætatem in agenda. Eſt & verare vera repręſentare. Sidoni⁹. Quotiens verba graia carmine verat.

¶ Verax: qui vera dicit: & non mentitur: & plus eſt q̃ verus: quia in ax terminata verbalia: copiam ſignificant: vt bibax. Hinc veracitas: quę eſt ſermonis integritas.

¶ Veridicus qui vera dicit. Similiter veriloquus. & veriloquax: qui licet multa loquatur: non tamen mentitur.

¶ Veriſimile dicitur id quod licet non ſit verũ: veri tamen ſimilitudinem habet.

¶ Vero: fluui⁹ celtiberię: a quo populi Verones dicti ſunt circa eum habitantes.

¶ Verona ciuitas venetię a Gallis cõdita: duce Brẽno: a quo Brenona primo: deinde mutatis litteris: verona dicta eſt: vt Iuſtinus libro. xx. refert: quam Atheſis fluuius interfluit. Ex hac vrbe pręſtãtes viri orti fuerunt. Catullus & Aemilius macer poetæ: & Zeno pontifex ſanctitate clarus. Hinc fiunt adiectiua. veroneus: & veronenſis.

¶ Verruca penultima producta: locus in mõte editior. Cato. Cenſeo inquit ſi rem ſeruare vis faciundum: vt quadringentos aliquos milites ad verrucã illam ire iubeas: eam vti occupẽt imperes. Hinc caruncula eminens in corpe ſine pruritu. & vulgo porrus dicitur: verruca vocatur. Plyn. Ocymum miſto atramẽto ſutorio verrucas tollit. Serenus. Interdũ exiſtit turpi verruca pàpilla. Hinc quondã fabio verrũ cognomẽ adhęſit: Qui ſolus patrię cunctãdo reſtituit rem. Huius diminutiuũ eſt verrucula. Col. lib octauo Caper cui ſub maxillis binę verruculę collo pendent: optimus habetur.

¶ Verrucoſus: homo verrucis plen⁹: & varias eminentes partes habẽs. Verrucoſa loca inęqualia & diuerſas partes eminentes habentia.

¶ Verrucaria: hęrba quę verrucas tollit. Plyn. Verrucas cum ſale tollit ſuccus e folio. Vnde noſtri verrucariam hębam appellauere. Alio nomine Heliotropium vocatur.

¶ Veruex: ab inuerſis teſticulis dicitur. Eſt enĩ mas inter oues: cui inuerſi ſiue adempti ſunt teſticuli. Nã qui ad generandam ſobolem integer tenetur Aries dicitur. Sectarius veruex qui gregem agnorũ præcedens ducit. Inde fit veruecinus a. um. pe. p. Ply. Et hyrcinus & veruecinus adeps ei vtilis eſt.

¶ Veru: in ſingulari eſt indeclinabile: in plurali habet omnes caſus: ſignificatq; inſtrumentum ferreũ cum cuſpide: quo carnes ad ignem torrere ſolemus Virgilius. Pinguiaq; in verubus torrebim⁹ exta colurnis. a verſando deductum nomen vt inquit Varro. Nam ad ignem iugiter verſatur. Hinc telum ad eius ſimilitudinem factum: veru dicitur. Virgilius.

Et tereti pugnant mucrone veruq; ſabello. Vnde Veruta pila dicuntur: quæ verua habent præfixa. Hinc Luc. lib. viii. Cæſaries compreſſa manu phario q; veruto. Et Veruti populi volſci dicti ſunt: q; dolonibus in prelio vterent. Virgi. lib. ii. Geor. Aſ ſuetumq; malo ligurem volſcoſq; verutos. Verua grecis dicitur obelus.

¶ Veruculum diminutiuū paruum veru. inſtrumentum quo fabri vtuntur e ferro. Ply. Spuma ex argēto ſublata veruculis ferreis atq; in ipſa flamma conuoluitur veruculo vt ſit modici ponderis.

¶ Vermis a vertendo dicit: q; ſeſe torquēdo repat. Huius diminutiuū eſt Vermiculus.

¶ Vermina: dolores corporis: qui quodā minuto motu quaſi vermes ſcinderevident. Plyn. Magi eo vermina & diſintheriam curari putant.

¶ Vermino as. penultima correpta: vermes habeo Cor. Celſus. Nihil eſt pniciosi⁹ pueris dū verminat Hinc verminatio pro morbo pſertim in iumentis. Seneca. Morborū prima vermiatio vexat. Hic verminat pro torquet. Var. Septimo menſe verminari cœpit: partum putauit propinquum.

¶ Verminoſus qui vermes habet. Vnde verminoſq; aures: quę intus vermes habent.

¶ Vermiculor aris. vermiculos facio. Plyn. Vermiculant magis minutæ quædam arbores oēs tamen fere. idq; aues cauī corticis ſono experiunt. Hic vermiculari minuta opera facere. Et vermiculata opera dicunt quę paruis teſtulis elaborata ſūt: qualia q̄ muſaica vocant. Muſea enī appellant quæ in ædificiis ex pumicibus dependentia fiunt ad imaginem ſpecus reddendam. Ply. Vermiculatis ad effigiē rerū & aſaliū cruſtis. Et vermiculatim minutim.

¶ Veſanus penul. ꝑdu. vecors. crudelis: furioſus: a quo veſania vecordia.

¶ Veſcus a. um. a ve: & eſca compoſitū eſt: & ſignificat cū edendi faſtidio. Sic Lucillus appellat veſcū vt id dicatur quod i eſca & cibatu appetit: & id faſtidioſum eſt. Feſtus etiā ſcribit veſcū ſignicare faſtipioſum & edacē. Veſcū quoq; dicit quicq̄d ad eſcā pertinet: & quicq̄d edibile eſt: ab edendi intenſione Vñ Lucr. veſcū ſalem: vt ve habeat vim augēdi intendendi ve. veſcūq; papauer. q; videlicet i cibis adhibeatur. Et veſcas ſalicū frondes: qm̄ eſcis iuuēcorū ſunt accōmodatę. Rurſus veſcū ponit ꝑ paruo & minuto. Vſi & apud Marſos lingua vernacula cū dicunt maluā veſcam: intelligūt de ea quā paruā dicunt. Oui. li. ii. faſ. Nunc vocor ad nomen ve grandia farra coloni Quæ male creuerunt: veſcaq; parua vocant. Ply. lib. vii. Corpore veſcos eſſe ſed exi mijs virib⁹. Hinc veſculi male curati & graciles homines nūcupant. Et arnearū telę veſcę dñr. Serui⁹ Qui frondes ſalicis veſcas ꝑ teneris & arentib⁹ expoſuit iure inceſſit: niſi ꝑ gracilibus & male habitis acceperit. Fere enī q̄cunq; macilenta & male curata ſunt hęc tum ſicca eſſe: tū tenera. i. iniuriis obnoxia frangiq; ac pati mollia.

¶ Veſcor eris. ꝑprie cibo vtor. Virgi. Veſcit æneas ſimul: & troiana iuuēt⁹ Perpetui tergo bouis. Et ſic conſtrui poteſt cū actō. Hiero. in Leui. Vt offerat ꝑ ſe duos paſſeres viuos quos veſci licitū eſt. Improprie pro vtor alibi poſuit. Q; ſi fata virum ſeruant: ſi veſcitur aura ętherea. Ponit quādoq; pro video. Actius. Prius q̄ infans facinus admittat: oculi veſcuntur titi.

¶ Veſſica pe. ꝑdu. folliculus in quo vrina colligit i fraaluū a priore parte. Caper tñ Veniſica per n. ꝑferi cēſet: q; non ſit ſine vēto. Hora. Et diploſa ſonat quantū venſica pepedi. Hiero. tñ & veſſicā: & diminutiuū veſſiculam appellat id quo aues cibū continēt. vt i leuitico. Veſſiculas gutturis & plumas proiiciet prope altare.

¶ Veſta: Saturni filia ex Ope quę pro terra quādoq; ſumitur: eo q; rebus oñibus veſtia t: ſeu quia vi ſua ſtet. Ouidi. lib. vi. faſ. Stat viterra ſua: vi ſtādo veſta vocatur. Ser. Veſta dicta απο του εϛιασ: vt digomos ſit adiecta ſicut er. ver. Enetus: euent⁹. Interdum ponitur pro igne. Idem. Nil aliud veſtam q̄ purā intellige flammā: quia ignis ſiue flammæ dea eſt. Et quidam dicunt nihil aliud a veſtalibus in ędeveſtę q̄ inextinguibilē ignem aſſeruari. Qui ſi forte fuerit extinct⁹ nequa q̄ reparari fas erat ex hoc igne humanis manib⁹ elaborato: ſed accēſa per fomites ex ſole flāma purus & cęleſtis ignis eliciebatur. Fuit etiam hoc nomine virgo ꝑpetua: cui veſtales virgines ſacrificabant.

